Universidad de Deusto
Biblioteca

ELIPE DIE

Concione

IX. B.M.V.

et. SS, ã San

Matth, usq, ad

Domin, Adu

om, 3, I r,

248.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 4M
Plúteo 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

REVERENDI PATRIS FRATRIS PHILIPPI Diez Lusitani, ordinis Minorum, Prouinciæ Sancti Iacobi.

QVADRVPLICIVM CONCIONVM SVPER EVANgelia, quæ in Iesu Christi Saluatoris nostri, & intemeratæ Virginis matris eius sanctorumq; omnium à Festo Sancti Matthiæ Apostoli Vsq; ad sacratissimum ipsius Domini Aduentum proprijs solennitatibus decantantur in duas partes diuisus.

¶Cum Indice in fine copiosissimo.

TOMI TERTII PRIMA PARS.

Cum Priuilegio.
SALMANTICÆ,
Excudebat Ioannes Ferdinandus.
M D. LXXXIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EL REY:

DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias orientales, y occidentales, Islas e tierra firme del mar Oceano, archiduque de Austria, duque de Borgoña, de Brabãte, y de Milã, cõde de Auspurg, de Flandes, y de Tirol, señor de Vizcaya, y de Molina, &c. Porquãto por parte de vos fray Phelippe Diaz predicador del Conuento de señor Sant Francisco de la ciudad de Salamanca nos ha sido hecha relacion que vos auiades compuesto vn libro en Latin de quatro sermones de cada vna de las fiestas de nuestro señor y de nuestra Señora y de los sanctos que ay desde Sãt Matthias al Aduiento y de todos los comunes de los sanctos correspondientes a las quatro Quaresmas y quatro Aduientos el qual era muy vtil y prouechoso y nos pedistes y suplicastes os mandassemos dar Licencia y facultad para le poder imprimir y vender por tiẽpo de veynte años o como la nuestra merced fuesse loqual visto por los del nuestro Cõsejo, y como por su mandado se hizieron las diligẽcias que la prematica por nos nueuamẽte hecha sobre la impresiõ de los libros dispone fue acordado q̃ deuiamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, e nos tuuimos lo por bien y por la presente vos damos licencia y facultad para que por esta vez podays imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion por el original que en el nuestro Consejo, se vio que va rubricado y firmado al fin del de Miguel de Ondarça çauala, nuestro escriuano de camara de los que en el nuestro Consejo residen para que se corija con el y se os tasse el precio que por cada volumen ouieredes de auer

Universidad de Deusto
Biblioteca

sopena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pre matica e leyes de nuestros reynos, de lo qual mandamos dar e di mos esta nuestra carta sellada con nuestro sello e librada por los del nuestro Consejo en la Villa de Madrid a veynte e dos dias del mes de Iulio de mil e quinientos y ochenta y tres años.

El Conde de Barajas. *El licenciado Ioan Thomas.* *El licenciado don Fernando Niño de Gueuara.*

El licenciado Chumacero de Sotomayor. *El licenciado Nuñez de Boerques.* *El licenciado don Ioan de Lincoya*

FRATER FRANCISCVS Burgos Prouinciæ sancti Iacobi Ordinis Minorum minister Prouincialis admodum Reuerendo patri fratri Philippo Diez nostri cõuentus Salmanticensis prædicatori salutem. Cũ iam duos concionum libros assiduis lucubrationibus elaboratos in lucem edideris, tuaq; inextinguibili communis prouentus siti adhuc tertium volumen de Sanctorum solennitatibus in lucem proferre coneris, & munus pastoralis officij exigat, vt ijs, aliisq; quibus poterimus, rationibus Christianæ reipublicæ faueamus, nec liber iste paruo emolumento illi futurus sit, eum post ipsius correctionem, adeptamq; regij senatus facultatem, imprimendi, per præsentes literas tibi concedimus facultatem. Datum in nostro Cœnobio Salmanticensi. Septimo idus Iulij Anno. Domini. 1583.

Frater Franciscus Burgos,
Minister prouincialis.

¶ 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Approbatio Reuerendi admodum & Doctissimi patris Magistri Fratris Dominici Bañes, primarię theologorum Cathedræ, in Academia Salmantina præfecti.

VM Hos de Sanctis sermones reuerendi patris fratris Philippi Diez ordinis Minorum attente legerim, præclara multa, & scitu dignissima ad sacræ scripturæ recondita mysteria elucidanda, ad verbi diuini concionatores locupletandos, moresq; hominum componendos, ac denique, quasi multigenã spiritualium diuitiarum supellectilem in eis cõfertam reperio. Quibus omnibus in diuinæ bonitatis considerationem, in eiusdemque amoris quendam ardorem vehementer Christianorum animi accenduntur, ac commouentur. Quapropter si alias conciones de tempore dignas iudicaueram, quæ omnium salutaris doctrinæ sectatorum nocte, dieq; manibus contrectarentur, has certè iure optimo dignissimas existimo, quæ ad communem vtilitatem in lucem prodeant, omniumq; cordibus insculpantur, figantur, atque exarentur. In cuius rei testimonium manu propria subscripsi in conuentu sancti Stephani Salmanticensis die nona Iulij anno Domini. 1583.

Frater Dominicus
Bañes.

FRATER DIDACUS Caro de Barros concionator ordinis Minorum Prouincię Sancti Iacobi Christiano lectori S. & P. D. F.

VM Primùm auctor quisq; (Christiane lector) animum ad scribendum appulit, si vocalissimi ac procaciſsimi vulgi linguas pertimesceret, vllus non scriberet, nullus laboraret: in lucẽ opus aliquod proditurus dictaret nullus: tanta est huius temporis vel inuidia vel iniquitas, vt omnia vitio vertant homines, licet bona fide, aut recta intentione fiant: scribentem temeritatis & audaciæ, non scribentẽ pusillanimitatis & inscitiæ dãnent. Haud mirũ cùm nec huius labis caruerit antiquitas; passim enim etiã apud probatissimos auctores alij aliorum opera irrident. Quòd si quæras, vnde hæc vetustissima ac recentissima pestis ingruerit, respondeo quosdam liuore seu quadã natiua peruersitate, quosdã verò, quorũ præclara sunt ingenia, aut honesto quodã æmulationis impetu, aut indagandæ veritatis ardore feciſse. Huic periculo reuerendus admodũ pater Frater Philippus Diez Euangelicæ legis assecla obseruantissimus & præco insignis sano, & clarissimo ingenio paraphrases super Euangelia totius annitã omniũ festorũ, quã Dominicarũ & feriarũ in mediũ adducens, quibus Christiani rhetores ad populũ concionari solent vnico, dũ taxat, charitatis scuto protectus, & pio animarũ zelo ductus se exposuit. Fremant sanè, si qui sunt, aduersarij, eũ insulsum appellẽt, & tanquã in sermonum flosculis carentem stomachentur: cùm ille in cõcionatore nihil aliud quàm scripturæ synceritatẽ, & spiritus feruorẽ exoptet. Nã & Platonẽ, non discrete & electè disputaſse dixerunt multi. Aristotelẽ quoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoque vt nimis obscurum lacerarunt, Demosthenem putidum, Marcũ Tulliũ Romanæ eloquentiæ lumẽ elumbem vocauerũt & Asianum: Zeuxis pictor alioquin diligentissimus in capitibus & articulis grandior deprehensus est. Ita sumus omnes in aliorum operibus probandis fastidiosi, in quibus non tam quid laudari debeat quam quid reprehendi possit, exquirimus. Nil horum igitur aut curans, aut pertimescens doctissimus pater, ac sanè pius huic tertio volumini, quod de sanctis inscribitur vltimam manum imposuit. Omnia enim tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cœlo, rerumq; omnium est certa periodus, & quidam terminus: tempus, & res omnes demolitur & parit, nihilque est tam arduum tamq; difficile, quod temporis diuturnitate non molliatur. Difficile quidem fuit tam magnam prouinciam aggredi, sed animarum zelus, qui illum hucusque perduxit, diuino sibi assistente præsidio citissimè quartum volumen ediderit. Perlege ergò pie lector iterum atq; iterum hæc opera, eis die noctuque inuigila, & quantæ sint vtilitatis, tuo iudicio relinquimus, quanuis nõ nihil eorundem, emolumenti & frugis testes simus oculati, quippè qui indices, licet non tam copiosos, vt operum vbertas, expostulabat, tamen secundum temporis opportunitatẽ digessimus. Hactenus, nè nobis, suum cuique pulchrum esse dicitis. Vale.

IN FESTO S. MATHIAE APOSTOLI

CONCIO PRIMA.

Tu Domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris. Act. 1.

1 VM ageret Propheta Isaias de timore diuino, diuitiæ (inquit) salutis, sapientia & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius. Diuinum timorem hæc omnia esse ait, quia iter est ad ea consequẽda. Mundi diuitiæ infirmitatis diuitiæ sunt; quia in hominum animis plures solẽt miserias congerere: diuitiæ verò, quæ diuino hoc timore acquirũtur, diuitię sunt salutis; quia animam sanam & perfectam efficiunt. Sanctum hunc timorem laudauit etiam Iob, qui cum in sterquilinio sedens de sapiẽtia multa dixisset, concludit his verbis. Ecce timor Domini, ipsa est sapientia: quo significauit animam Dei timore ad suauissimam diuinæ suæ Maiestatis cognitionem consequendam disponi. Sapiens etiam ille Salomon cùm dixisset omnia se inuestigasse, vt quanam in re hominis fœlicitas consisteret, inueniret; illud tandem Ecclesiastes statuit: Finem loquendi omnes pariter audiamus, Deum time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo: siue vt septuaginta interpretes transtulerunt, in hoc consistit omnis homo: hoc est, vera hominis fœlicitas, ad quam est conditus in hoc Domini timore posita est: quo etiam significare voluit Dei timorem viam homini esse ad eam fœlicitatem, ad quam creatus fuit. Et vt hanc pronunciaret sententiam, quæ est illius libri conclusio, attentionem sibi petit, vt quanti momenti res ea esset, exaggeraret. Vbi nos legimus Deum Israel prædi-

Isai. 33.

Iob. 28.

2 *Eccle. Vlti mo.*

Isai. 29.

Universidad de Deusto Biblioteca

prædicabunt, septuaginta interpretes transtulerũt, Deum Israel 3
timebunt: quo significatur Deum timere, esse etiam adinfinitã
eius bonitatem & iustitiam verbis & virtutibus prædicandam.
Quæ cum ita sint omni cura & studio dilectissimi diuinum hũc
timorẽ acquirere studeamus, vt acquisierat Dauid, qui ideò aie-
Psal. 118. bat: Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui:
Lege Diuũ Basiliũ in Psal. 33. quasi diceret, iudiciorum tuorum consideratione tuus ô Domi-
ne timor mihi in anima natus est, sed rogo te, vt eo carnẽ quoq;
meam configas: quod beneficium à Deo impetrasse fatetur, cùm
dixit: Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, siue vt Diuus
D. Basili⁹. Basilius legit, à facie rugitus tui. Beatus ille qui carnẽ suam Dei
iræ & rugitus timore afflictam & infirmam habet. Cùm igitur
verum sit ex diuinorum iudiciorũ consideratione sanctum hunc
timorem in anima nasci, hodierna epistola horribile quoddam 4
Dei iudicium proponit ob oculos, & rem tam iustis quam iniu- 1
stis timendam: illius, scilicet, condemnationem, qui ex eorum
numero erat, quos sibi Apostolos ex omnibus Deus elegerat.

Ait igitur sacratus textus: *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit, &c.* Primus iurisdictionis actus, quem Diuus Petrus exercuit, fuit hęc diui Mathię electio, eò quod eius curę vniuersalis Ecclesia commissa esset. Cùm igitur decreuisset Diuus Petrus vnius Apostoli electionem fieri debere, ab oratione duxerũt initium: *Et orantes dixerunt, &c.* Vsitatum hoc semper fuit, vt Dei serui priusquam arduam aliquam rem aggrederentur, à Deo fauorem & auxilium oratione peterent. Et ita Rex Iosaphat aiebat: Cùm ignoremus quid agere debeamus hoc solũ ha-
2. *Paralipo.* 20. bemus refugij, vt oculos nostros dirigamus ad te. Et cùm Patriar- 5
Gene. 32. cha Iacob fratris sui Esau timeret occursum, orauit ad dominum
dicens: Domine qui dixisti mihi, reuertere in terram tuam, erue
me de manu fratris mei. Iudith ante quàm opus illud arduum ag-
Iudith. 8. grederetur, omnes vt pro se Deum orarent, incitauit, dicens: No
lo vt aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum:
quasi humanas vires recũsaret, cælestes tantum peteret & diui-
nas. Quin etiam ante quàm vinceret orasse etiam dicitur, cùm
proficisceretur, cùm staret, cùm euaginatum gladium teneret,
Ibid. 10. semper & vbique orabat. Nam de ea sic dicitur: Factum est autẽ
cùm cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco, in quo
iacuerat prostrata. Et inferiùs: Iudith verò orans Domino transi
uit

6 uit per portas. Et infra, exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & *Ibid.* 12.
orabat ad Dominum Deum Israel, vt dirigeret viam eius: & ali-
bi. Stetitque Iudith ante lectum orans cum lachrymis & labio- *Ibid.* 13.
rum motu in silẽtio, dicens: Confirma me Domine Deus Israel,
cùmque euaginasset gladium apprehendit comam capitis eius,
(scilicet Holophernis) & ait: Confirma me Domine in hac ho-
ra, & percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius. O spiri
tum mulieris vehementissimum! quæ virium suarum imbecilli
tatem agnoscens, diuinum in omnibus implorabat auxilium.
Præclara hæc historia est & digna, quã semper ob oculos consi-
derationis haberemus, vt nihil, si fieri posset, susciperemus, nisi
priùs eleuato in Deum spiritu, vt nos in omnibus nostris actioni
bus regeret, humiliter peteremus. De Daniele etiã legitur: Cùm
7 Nabuchodonosor somni interpretationẽ ab eo peteret, noluisse
statim respondere, sed rogasse Regem vt tempus sibi daret ad so- *Dan.* 2.
lutionem indicandam, & ingressus domum suam Ananiæ Mi-
saeli, & Azariæ socijs suis indicauit negotium, vt quęrerent mi-
sericordiam à facie Dei cæli super sacramẽto illo: plurimũ enim
potest à pluribus facta oratio. Nam quemadmodum ea fila, quæ *Simile.*
per se singula magnum aliquem lapidem mouere non possent,
coniuncta & in funem contorta mouebũt; ita quod singulorum
oratio per se impetrare non potest, multorum amoris & charita-
tis vinculis iuncta oratio fortasse impetrabit. Hoc idem Diuus
Paulus docet, dicens: Obsecro primum omnium fieri obsecra- 1. *Tim.* 2.
tiones, orationes, postulationes, & gratiarum actiones: vbi pri-
mum omnium ad omnia quæ facienda sunt, referri potest, quæ
8 obsecrat Beatus Apostolus vt orationes præcedant, & vna etiam
gratiarum actiones, vt docuerat quoque alibi, dicens: Petitiones *Philip.* 4.
vestræ cum gratiarum actione innotescant apud Deum: nam
qui se ob accepta beneficia gratum ostendit, se ad noua disponit.
Quare vbi nos legimus: Laudans inuocabo Dominum, & ab *Psal.* 17.
inimicis meis saluus ero, Diuus Hieronymus transtulit: Lauda- *D. Hiero.*
tum inuocabo Dominum: est enim optimus modus inuocan-
di Dominum ipsum priùs laudare. Sed quamuis ad omnia ora-
tio necessaria sit, maximè tamen ad eorum hominum electio-
nem necessaria esse videtur, quibus animarum regimen dan-
dum est, quia cum res tanti momenti sit, non solum opti-
mum sibi finem habere propositum, sed necesse etiam est à

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deo petere, vt intellectus ab eo illustratus in electione nõ erret. 9
Ex quo patet quam grauiter peccent illi, qui huiusmodi negotia non modo diuinæ prouidentiæ non commendant, sed affectibus se regi sinunt tanquam animalia rationis expertia. Diuus Thomas, electionem ait, pertinere ad homines, non ad bruta, quia appetitus sensitiuus ad vnum tantum particulare determinatus est, voluntas verò bonum cõmune spectat: quare qui eligere debent, nõ bonum particulare, vt bruta, sed commune Reipublicæ bonum, tanquam homines propositum sibi habere æquum est. Refert glossa ordinaria, quòd cùm Alexander cognomine Magnus morti proximus esset, quærentibus, quem nam sibi vellet in imperio succedere, respondit; digniorẽ, qui in eo inueniretur, & tamen filium habebat Herculem vocatum, & fratrẽ Aridem, & vxorem eius Rodeante, grauida erat; sed scelus esse existimauit, 10 eorum aliquem in regno succedere, si eo esset indignus. Quod verò ibi sacra Scriptura ait, diuisisse illis regnũ, hoc non quòd ipsemet diuiserit, intelligendum est, sed q̃ tradiderit illis diuidendũ: abdicauit se regno viuens, & vt ab illis diuideretur, reliquit. Quãta hæc plurimorum deberet esse confusio, qui cùm Christianã religionem profiteantur, nullam virtutis & meritorum, vt Ethnicus iste, rationem habent: ille tamen in inferno perpetuis pœnis torquendus versatur: hi verò cùm eo deteriores fortasse sint, cælestem gloriam se consequuturos esse existimant. Nolite quæso fratres tam cæci esse, & erga animas, proximorum ita crudeles, vt eas eorum curæ tradatis, qui neque alios regere, neque se ipsos sciant. Tolle Iosue filium Nun virum in quo est spiritus Dei: dixit Deus ad Mosem, & pone manum tuam super eum, vt audiat 11 eum omnis synagoga filiorũ Israel: populi sui ducem esse Deus vult virum in quo erat spiritus Dei. Cur igitur vos eũ populi caput esse vultis, in quo Sathanæ spiritum esse opera & vita testantur, non aliã ob causam, nisi ob amicitiã, quæ vobis cũ eo est, aut vtilitatis alicuius & lucri spe? O iniquitas detestanda & æternis punienda supplicijs! Noluit Salomon neque vnam quidẽ trabẽ ex suis syluis in domo Domini apponi, sed è monte Libano, qui alterius regis erat, deduci ligna iussit: nunc verò domus Domini dignitates ijs, qui sunt affinitate & familiaritate coniũctiores dantur, cùm tamen illi, neque plus orationis, deuotionis, & scientiæ quàm alij habeant; imò ita his omnibus rebus destituti sint,

D. Thom. 12. q. 13. art. 2. & 2. sent. d. 25. art. 1. ad. 6. & 7. & 5. Metaph. lect. 15. Glossa ordina. super lib. 1. Macha. 1. c.

Num. 27.

3. Reg. 5.

12 sint, vt satis in electione erratum fuisse pateat. Voluit Deus vt il- *Num. 17.*
le summus Sacerdos pronũtiaretur, cuius virga floreret; cùmque virgæ plurimæ in tabernaculo ponerentur, Aaron tantum virga germinasse inuenta est: nam turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt. Qua in re significare Deus voluit eum eligi debere prælatum, cuius vita folia, flores habeat & fructus. Per folia significantur verba, scientia, & doctrina, per flores bona existimatio, per fructus bona opera. Scientiam necessariam esse patet, quia cùm Beatus Paulus, diuersa Ecclesiæ ministeria referret, sic ait: Ipse dedit quosdam *Ephes. 4.*
Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij in ædificationem corporis Christi: atten-
13 dite solos Pastores, Doctores etiam vocasse, quia vt notat Diuus
Hieronymus, Pastor, Doctor etiam esse debet, & magister: & *D. Hiero.*
ideò nõ dixit Sanctus Apostolus, dedit alios Pastores, alios Doctores, sed alios Pastores & Doctores. Hac de causa Dominus summum Sacerdotem in pectore scriptum habere iussit, doctri- *Exod. 28.*
na & veritas. & profectò prælatus absq; literis, est tanquam auis absq; pennis, nauis absq; gubernaculo, horologiũ absq; ponderibus. Diuus Cyrillus ait: In Leuitico ideò nullam, cùm de peccatis prælati agitur, ignorantiæ mentionem fieri, quia tãquam certum ponitur, nullam in eo ignorãtiam esse, quandoquidem fuit vt cæteros erudiret, electus: & ita loquens Spiritus sanctus cum ijs præcipuè qui cæteris præsunt, ait: Erudimini qui iudicatis terram: ideò dignitates vocantur magistratus, quia qui in ijs positi
14 sunt, magistri esse debent.

D. Cyrill. lib. 2. comment. super Leuit. Psal. 3.

Cùm igitur Sancti Apostoli non errare in hac electione optarent ad orationem confugiunt, dicentes: *Tu Domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris, ex his duobus vnum accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas.* Quisnam existimasset Apostolum ab ipsomet Deo electum, esse tam ignominiosè casurum? Et quod maiorem parit admirationem est, quòd cùm Dominus dixit: Amẽ dico vobis, quòd vos qui secuti estis *Matt. 19.*
me in regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim: vnus ex duodecim, cui hoc dictũ est, fuit infœlix hic Iudas: & tamen nihil hæc ei promissa profuerunt, vt intelligatis tunc Dei promissa pro-

futura cum nos ei non deerimus, sed in virtute perseuerabimus. 15
Mirum est quanti momenti sit perseuerantiæ virtus, ita vt di-
D. Isidor⁹ libro de summo bo no. cat Beatus Isidorus: Salus solum perseuerantibus datur, non enim beatus erit, qui bonum facit, sed qui perseueranter fa-
cit. Ideò aiebat Dominus: Memores estote vxoris Loth, quæ
Luc.19. eò quòd retrò respexisset à Deo seueriſsimè punita est. O Deus maiestatis infinitæ; cur eos qui è Sodoma egrederentur, ne post se respicerent, imperasti? imò contrarium imperandum erat, vt qui peccatorum testes fuerant, supplicij etiam & vltionis testes
essent: cur sęuiſsimâ mortem & horrendum incendium, à quo eos eripueras, spectare vetuisti? Difficile omnino prȩceptum in-
firmæ prȩsertim mulieri: ardent omnia à tergo, fulgurant nubes, ignes erumpunt & fulmina, ruunt ædificia, vrbes magno cũ fragore decidunt: puluere omnia fumo & sulphure miscentur, & in 16
tanto strepitu patriæ suæ ruinâ respicere prohibentur, & ea quæ præcepto non paruit, tanto affecta est supplicio, vt in statuam salis mutata sit. O admirabile spectaculum in quo magnum includitur mysterium! hoc enim supplicium factum est, vt aliorũ exemplo diuinam iustitiam pertimescere disceremus: ad nos enim dilectiſsimi casus iste pertinet, quos Deus ex tot infidelitatum & abominationum incendijs ereptos, in hac sancta Ecclesia collocauit. Nam nisi ille nos diuina sua misericordia præue-
niſsset, & diuina Sacramenta gratiæ & sanctificationis plena prȩparasset & nos in sua hac Ecclesia posuiſset, vbi illud Psalmi dice-
Psal.30. re possumus: Statuisti pedes meos in loco spacioso, omnes infideles essemus & cæci. Illi verò potiſsimum hoc ab eo beneficiũ 17
acceperunt & è Sodoma egressi sunt, qui diuina gratia plurimis se peccatis & malis liberos vident, quæ inter Christianos esse solent. At sciat qui huiusmodi à Deo beneficia accepit, si post tergum, quamuis solo desiderio & voluntate respiciat, eandem sibi pœnam seruari, vt nimirũ statua fiat sine anima & corde, & statua salis vt eum in hac vita Abyssi bestiæ lambant, eũ post mortẽ in inferno deuoraturæ: eũ autem molliter Dæmonũ lingua lãbit, cuius virtus & pietas paulatim diabolicis tentationibus consumitur. Cauete igitur dilectiſsimi, nolite seculi vanitates & abominationes respicere & Deum tanta iniuria afficere, vt cum harum rerum causa deseratis, & illius mulieris supplicium ad eorum exemplum fuiſse intelligite, qui ab incepto virtutis itinere
reuocantur.

18 reuocantur. Hæc perseuerantiæ virtus misero huic Apostolo defuit, & ita ab eo statu, in quo eum Deus posuerat ignominiosè decidit. Sed ô Christe æterni patris sapientia! si eum perseueraturum non esse sciebas, cur eum ad Apostolatus dignitatem vocasti? cur inter sanctiſsimas illas oues hunc lupum admiſisti? nonne scis Domine quòd qui acetum vino miscet, vinum corrumpit, neque ideò acetum melius efficit, & qui lutũ farina conspergit, farinæ quidem damnum, luto verò nullam affert vtilitatem? Cur igitur hũc hominem dilectis tuis discipulis miſces qui nihil ipse proficiens cæteros corrumpet? sed non rectè iudicatis, nonne vinum & fæces in eodem vase vidiſtis, & tamen vinum à fæcibus non corrumpi, imò potius conseruari? rosas nonne inter spinas sine vllo detrimento versari vidiſtis? ita etiam
19 sæpè iustis contingere solet, qui inter peccatores versantur. Pictores interrogate, cur imperfectos colores perfectioribus interponant? vt, scilicet, plus perfectiores emineant, & oculos feriant: ita etiam bonorum virtutes malorum vitijs coniunctæ, videntur ipsa collatione & comparatione illuſtriores. Præterea intelligi Deus hoc exemplo voluit nullã esse in hac vita securitatẽ, neq; vllum esse locum quamuis religiosum & sanctum, vbi tuti esse à peccandi periculo possimus, & ideò religiosus in monasterio tutum se esse ne putet, quando quidem in sanctiſsima illa Apostolorum congregatione infœlix hic Iudas damnatus est: & ita quemadmodum non ideò Christi Redemptoris nostri Apostolorum & discipulorum suorum sanctitas minoris æstimatur, ob Iudæ & aliquorum discipulorum malitiam, de quibus dixit: Ex *1. Ioan.2.*
20 nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam, si fuiſsent ex nobis, permansiſsent vtiq; nobiscum, sed vt manifesti sint, quoniã non sunt omnes ex nobis, supple, ideò prodierunt ex nobis: ita etiam sacer religiosorũ conuentus, non ideò minoris debet æstimari, si ex eo mali aliqui religiosi exeunt, imò optimi stomachi signum est malos cibos, qui concoqui non possunt, eijcere: quare dixit Dominus Iudæ: Quod facis, fac citiùs: & cùm *Ioan.13.*
exiſsset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo: ita vt magnam ex ea discessione lætitiam capere videretur, quo significauit, quo citiùs mali à bonorum congregatione recedunt, eo meliùs esse. Sed cur ô Domine quandoquidem in sanctam illam Apostolorum so-

cietatem eum admittere voluisti, cur (inquam) pecuniæ ei curã de-
mandasti, quę ex piorũ eleemosynis colligebatur? nonne furẽ
eum esse sciebas? quia nimirum, ait Dñs, ostendere volui, quàm
parui facerem pecuniam. Animam quam præ cæteris rebus om
nibus amabã, patri quẽ plus omnibus diligo, cõmendaui, dicẽs:
Luc.23. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Post animam
quod plus diligo, Ecclesia est, quã meo discipulo D. Petro com-
mendaui, qui plus me quam cæteri omnes discipuli amauit. Ma
trem meam sanctissimã, quam tantoperè amabam, dilecto meo
discipulo Ioanni commendaui: pecuniam verò quanti faciam vi
dere vultis? cui eius curam commiserim, attendite, homini, scili-
cet, perditissimo & proditori; & hinc intelligere potestis vilissi-
mæ rei causa tantam hominũ multitudinem damnari & cęlestia
bona amittere. Ex ijs qui bona tẽporalia possident conijcere po
testis, quàm parui ea æstimet Deus, quandoquidem cõmuniter
peccatores & illi, quos Deus odit, his bonis abundant.

Dixerunt prẽterea: *Vt abiret in locum suum.* Quo significatur si-
Isai.49. bimet suæ condemnationis fuisse causam. Isaias dixit: Sion, dere
liquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei: Dominus autẽ
respondet, nunquid obliuisci potest mulier infantẽ suum, vt non
misereatur filio vteri sui? etsi illa oblita fuerit, ego tamen non
obliuiscar tui. Benedictus sit & glorificatus talis Deus, qui filios
Adam tanto amore prosequitur, qui tamen nulla huius amoris
habita ratione ad interitum ruunt voluntarium. Abijt infœlix
Iudas; & quod peius est, nunquam redire voluit. O infœlix Iu-
das! qui, si, quemadmodum post peccatum Pharisæos conueni-
Matt.27. sti, dicens: Tradidi sanguinem iustum, Iesum Christum salu- 23
tis fontem suauissimum conuenisses, quamuis ad columnam al-
ligatus vel cruci suffixus esset, te tamen magno cum amore ex-
cepisset. A destne quisquam hic fratres qui à cælestis patris obe-
dientia discesserit? sciat Deum se non tam eum discessisse, quàm
Hiere.3. reuerti nolle conqueri: quare per Hieremiam clamat: Tu au-
tem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad
me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Et paulò inferiùs:
Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Eia
fratres erubescite, & ad pijssimum hunc Dominum salutis
vestræ amantissimum quam primum reuertimini. O quot
media, quot artificia, vt ad se miserum hunc proditorem
conuerteret

24 conuerteret excogitauit, nunc quidem timore dicens: melius
esset ei si natus non fuisset homo ille, nunc amore sese ad *Marc.14.*
eius pedes lauandos tanta cum humilitate demittens, cibum
ei propria manu ex patina porrigens, amicum eum appel-
lans: & tamen nihil horum duro & obstinato animo profuit,
imò, vt ait D. Matthæus, tunc abijt vnus de duodecim, qui di- *Matt.26.*
citur Iudas, ad principes sacerdotum, & ait illis, quid vultis mihi
dare & ego vẽ vobis tradam? ponderate obsecro vnumquodq;
verbum, tunc scilicet, post eum diem, in quo Dominus Lazarum *Luc. 22.*
à mortuis resuscitauerat: tunc postquam tot ac tanta miracula fa
cere vidisset, tunc cum Lazarus mira de alia vita narrabat: tunc
abijt non persuasus, non coactus, sed sua propria malitia, non
magno aliquo præmio sibi oblato adductus, quandoquidem ait:
25 quid vultis mihi dare? & si pharisæi vilius illi pretium obtulis-
sent, viliori etiam vendidisset, nam qui cœlestia prius gustauit
& à sanctitatis statu in peccati miseriam decidit, quodnam malũ
patrare non audebit? Deum ipsum minimo quoque pretio ven-
det & ad pœnitentiam magna cũ difficultate reuocabitur, quin
etiam impossibile hoc esse dixit. D. Paulus his verbis: impos- *Hebr.6.*
sibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donũ
cœleste & participes facti sunt Spiritus sancti, & prolapsi sunt
rursus, renouari ad pœnitentiam, id est, per pœnitentiam: dicit
impossibile, nam moraliter loquendo, id quod difficile est, im-
possibile appellamus, & hæc difficultas non ex parte Dei est,
sed ex parte hominis, qui ad obstinationẽ deuenit. Nam quem
admodum, qui robusta corporis habitudine sunt, & aliquot an- *Simile.*
26 nis absque morbo aliquo vixerunt, si in aliquem morbum inci-
dunt in maiorivitę periculo versantur, & omnia fere remedia in-
utilia sunt, quia morbus qui tantas vires frangere & prosternere
potuit: validus necessario esse debet & fortis, cui neque natura
neque medicinæ auxilia resistere possunt: ita de eo dicendum
est, qui cum animæ naturam virtutibus & gratia corroboratam
haberet & concupiscentias aliquo modo extinctas, in magnum
aliquod peccatum prolabitur: morbus enim est, qui tanta diffi-
cultate curatur vt exaggerationis causa sanctus Apostolus impos
sibile hoc esse dicat, vt in hoc misero Apostolo accidit, qui cum
ex sublimi illa apostolatus dignitate decidisset, nullã ex diuini
illius medici remedijs percepit vtilitatem, quominus periret: &

sic *abiret in locũ suũ*. O verbũ extimescẽdũ, *in locũ suũ* audi peccator, 27
tuus locus infernus est; sordiũ locus est sterquiliniũ, lapidis locus
est cẽtrũ: quarè cũte in lapidẽ peccato mutaueris ad terrę centrũ
nisi maturè te corrigis, peruenies in horrẽdũ illud inferni cẽtrum
vbi sempiternꝰ horror inhabitat: vbi nulla lux est, & si aliqua est
maioris tormẽti causa est, vt scilicet damnati suas inuicem pœnas
videre possint. *Vt abiret in locum suum*: O quã diuersus est ille locus
ab eo, quẽ mali in hac vita habere solent! Sed cũ minus cogitabũt
veniet mors, & vnũquẽq; proprio in loco collocabit. Accidit sę
simile. pè cũ duo latrũculis ludere volũt, hoc est [*al alxedrez*] vt eorũ alter
ludi ignarꝰ nõ eo quo cõuenit ordine suã aciẽ instruat, sed in Re
gis quidem loco peditem, Regẽ verò in peditis loco ponat: quod
cum alter animaduertit, tolle, tolle, inquit, non enim rectus loco- 28
rum ordo seruatur: & ita in suo quidq; loco constituit. O mũde
munde! quã malus es lusor, quo nam in loco Iulium Cæsarem
& Neronem posuisti? in Romani imperij sede: Diuum vero Pe-
trum? in carcere & in cruce: at cum mors aduenit immutatus est
ordo, & Nero quidem in inferno, Diuus verò Petrus in supremo
gloriæ throno collocatus est. O quot nunc in honoribus & digni
tatibus positi sunt! qui illis sunt prorsus indigni, quot vero in pau
pertate versantur, qui si meritorũ ratio haberetur sublimes essent
loco digniſsimi. Sed veniet, veniet mors, & vnusquisq; in suũ lo
cũ abibit. Finita sanctorũ Apostolorũ oratione duobus illis, quos
elegerãt sortes dederũt, *Et cecidit sors super Mathiam, & annumeratus
est cum vndecim Apostolis.* Qui posteà sanctissimè diuinum apo-
stolatus munus exercuit: & ita gratia plenus assequutus est glo-
riam, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eodem festo S. Mathiæ

Concio secunda.

Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ. Matt. 11.

Psal. 6. CONFITEOR tibi, id est, laudo te: sic in Psalmo: in
inferno autẽ quis confitebitur tibi? hoc est, nullus est
in inferno, qui te Domine laudet & benedicat. Prudẽ
3. *Reg.* 18 & 22. tes autẽ hoc loco & sapiẽtes, legis Doctores vocat nõ
quia re vera ita essent, sed quia vulgo ita existimarẽtur: ita solet
sacra

2 sacra scriptura ministros Baal, Prophetas Baal appellare, nõ quia
Prophetæ essent sed quia ab idololatris vt Prophetæ haberentur:
in hoc sensu plurima sacræ scripturæ loca explicãda sunt, quę dif
ficilia videntur: vt est illud Ezechielis. Eccè ego ad te & eijciã gla *Eze.* 22.
diũ meum de vagina sua, & occidã in te iustũ & impiũ: iustũ eo
loco vocat hypocritã qui prorsus iusto habetur. Vocãtur etiã à Moy
se viri, Angeli, qui subuerterunt Sodomam: & summa veritas di *Gene.* 19.
xit: si ego testimoniũ perhibeo de me ipso testimoniũ meũ non
est verũ, hoc est à Pharisęis non recipietur vt verũ, nam alibi secũ *Ioan.* 5.
dum rei veritatẽ loquens dixit, & si ego testimoniũ perhibeo de
me ipso, verũ est testimonium meũ. Agit igitur hoc loco Domi- *Ioan.* 8.
nus gratias æterno Patri eò quòd sancti Euangelij mysteria scri-
barũ & Pharisęorũ superbiæ occultauerit, qui sapientes se & pru
3 dẽtes existimabant & humilibus ea reuelauerit, qui paruuli sua
opinione erãt: causam affert cur ita factũ sit dicens: *Ita pater quoniã
sic fuit placitũ ante te*, pro quorũ verborũ intelligentia notandũ est
dona esse nõnulla & beneficia, quæ vt homo consequatur nihil
ex sua parte facit, sed omnia à Deo fiunt. Alia sunt in quibus ali-
quid homini faciendũ est, quãuis pręcipuũ Deus pręstet: cũ quis
in peccato versatur eũ ex eo statu educere & iustificare donũ Dei
est: sed ita tamẽ vt homini necessariò aliquid ex sua parte faciẽdũ
sit. Cũ gloriã quoq; Deꝰ dat, bona opera à te diuinæ suę gratię au
xilio facta præsupponit. Alia sunt beneficia, quę à sola Dei volũ
tate nascũtur, vt est prędestinationis donũ de quo D. Paulus ait: *Rom.* 9.
cùm enim nõdũ nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali *Exo.* 33.
vt secundũ electionẽ propositũ Dei maneret, non ex operibus, *D. Augu.*
4 sed ex vocãte dictũ est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptũ *Sup. illud*
est, Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui. Videtis vt fatetur D. Pau *Ioan. 6. ne*
lus diuinã prædestinationẽ non ex meritis dari? quod confirmat *mo potest*
eò ꝙ Deus dixit Moysi: miserebor cui misertus sum & misericor *venire ad*
diã præstabo cui miserebor, Et ita cõcludit dicẽs: igitur nõ volẽtis *me. idem*
neq; currẽtis sed miserentis est Dei. Vocatio etiã ad sanctũ euan *sub alijs*
geliũ merũ est Dei donũ. Itaq; si quęritis cur Deꝰ Hispanis Euãge *verbis asse*
liũ reuelauit & nõ Scythis, quid respõdeã nescio, nisi, *Quia sic fuit* *rit libr. de*
placitũ ante te: nũ enim meliores erãt cùm eos Deus vocauit? mini *correp. &*
mé: cur ergo vocauit? quia voluit, & nihil aliud respõderi potest *gratia. c.*
nec debet. Ita D. Augu. respõdet de duobus illis pueris, quorũ al *8. & lib.*
ter ante baptismũ mortuus est, alter verò baptizatus. Quare hũc *de bono*
traxit, *perse. c. 8.*

traxit, illũ autem dimisit? noli iudicare si non vis errare, volũtas Dei est quæ licet occulta iniusta tamen minime. Quod vero ego hortor & moneo est, nè singulare hoc Dei beneficium, quod in nos ineffabili sua misericordia contulit, abutamur, sed pro eo magnas quotidie gratias agamus redemptoris nostri imitatione, qui ait: *Confiteor tibi pater*: Ordinariũ hoc est iustorũ exercitiũ, qui non solum pro seipsis gratias agunt, sed etiã pro cæteris: & ita
Ephe. 1. passim. D. Paulus in suis epistolis ait, gratias ago Deo meo pro vobis: & ad Ephesios, non cesso, inquit, gratias agere pro vobis
1. ad. Thessal. 1. memoriã vestri faciens in orationibus meis: & alibi, gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri faciens in orationibus nostris sine intermissione. Attendite perseverantiam & proximorum amorem, quo sancti Apostoli pectus ardebat, & frigiditatis vestrę pudeat qui non modo pro vestris proximis gratias Deo nõ agitis sed neque pro ijs beneficijs quæ vos
Luc. 11. ipsi quotidie à Deo accipitis. Gratiarum actio ita diuinæ maiestati debetur, vt prima eius orationis verba, quam Christus Redemptor noster nos docuit sint: Pater noster qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum, hoc est, laudatum & glorificatum sit nomen tuum, vt intelligeremus orationes nostras à Dei laudibus & gratiarum actionibus debere initium sumere: & sacrum missæ sacrificium vocat sancta ecclesia hoc sacrificium laudis, quia ad hoc inter alia vt Deum laudemus institutum est. Et profectò tãta sunt Dei beneficia vt si minimam aliquam gratitudinis partem habe-
Dani. 4. remus, publica cum voce & præconio laudare deberemus. Memor Nabuchdonosor eius beneficij, quod à Deo acceperat, è phre nesi illa horribili liberatus aiebat: num igitur ego Nabuchdonosor laudo & magnifico & glorifico Regem cœli, quia omnia opera eius vera & omnes viæ eius iudicia & gradientes in superbia potest humiliare: & tandem saluatus est, vt ait D. Augustinus post innumeras impietates Nabuchdonosor.

D. Aug. li. q. 27.

4. c.

Sed cum intelligeret Christus Redemptor noster dignas nos æterno Patri gratias agere nõ posse pro tam singulari beneficio, vt fuit fidei mysteriorum reuelatio, ipsemet prœuenire voluit & ei pro nobis gratias agere dicens: *Confiteor tibi Pater*, & mox cũ gratias vt homo & inferior patre egisset, vt quo ad diuinitatẽ Patri se æqualem esse intelligeretur, duo addidit, quibus & diuinæ suę personæ dignitatẽ & æqualitatẽ quã cum Patre habet declarauit dicens:

8 dicẽs: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo, & nemo nouit filiũ nisi pater,* &c. D. Augu. doctrina est, &. Greg. quod cũ veræ humilitatis magister & amator interdũ se laudabat, hoc faciebat, vt nos in fide spe & charitate corroboraret, & ità Dauid. virtutem, inquit, operum suorũ annuntiauit populo suo, vt det illis hęreditatẽ gentiũ. Notandũ præterea ex eodẽ D. August. est super hoc Euangeliũ quod quoties Deus suã aliquã excellentiã & perfectionẽ nobis declarat, illius perfectionis & excellentiæ nomine quid nobis faciendũ sit, declarat: nam cũ se patrẽ vocat, honorari se & amari vel le significat: cùm se Dominũ vocat, timeri vult, cũ Deũ se vocat, adorari vult: cũ se iudicẽ vocat, est vt intelligas ante eius tribunal eius tibi esse iudiciũ subeundum: cùm se magistrum vocat, est vt ab eo discas: nunc verò cũ omnes vniuersaliter ad quietẽ vocare vellet, priùs infinitos sapientiæ suæ thesauros ostendit, vt ita animati eum sequeremur alacriùs. Si Rex priuatim alicuius personã suscipiens nobili alicui diceret vt suus esset œconomus indignatus nobilis ille responderet, egonè diues & nobilis priuato seruiã? quod si Rex Regẽ se esse declararet, tunc ei seruire nõ ignominię sed honori maximo sibi esse existimaret. O supreme cæli & terræ imperator Iesu Christe! qui in hunc mundũ pauper & ignotus venisti, vt te homines libenter sequerentur, omnipotentiæ tuæ diuitias ostendisti admirabilibus operibus quæ fecisti & altissima doctrina, quam prædicasti. Quarè cùm dixisset, *Omnia mihi tradita sunt à patre meo*, ne existimaremus sibi soli ea bona vel le, addidit. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* O liberalitatem infinitam! omnes vocat, Turcas, Arabes, Barbaros, Hebræos, omnes recipiet, si ipsi se disponere velint. Discant hìc sæculi potentes & diuites, qui sibi tantum suas diuitias volunt, vt scilicet, posthac pauperes earum participes faciant. Sed heu dolor non modo pauperi necessitatibus non opem ferunt, neque solum eo quod possident contenti sunt, sed aliena etiam vsurpant.

D. Augu. Sup. Ioa. 3. D. Gre. li. 15. Moral. ca. 5. Psal. 110.

Simile.

Brachium fascia alligatum non modo sanguinem suum in cætera membra non distribuit sed cæterorum etiam sanguinem tã bonum quàm malum ad locum, qui fascia premitur attrahit, & ideo qui sanguinem eliciunt, hac solent industria vti, vt priùs brachium fascia deuinciant & cùm sanguine intumuit, lanceola vulnerant: & ita exilit sanguis, ibi verò nihil prætervulnus remanet.

Diuus

D. Chrys. Sup. Matt Diuus Chrysostomus ait, quòd auaritia ligat hominẽ auarũ, qui pecuniæ seruit. O diues auare! tu es brachiũ auaritiæ fascia deuinctum, & ita non solum sanguinem tuum, ideſt, bona tua temporalia retines, sed aliorum etiã membrorũ sanguinem ad teipsum per fas & nefas attrahis, quia quacumque ratione potes pauperũ sanguinem sugere curas. Sed moneo vt caueas, nam tũc cum plus sanguinis habebis Deus te mortis lancea vulnerabit & tam proprio quam alieno sanguine te relinquet exhaustum: & nihil prę ter peccati vulnus remanebit: itaque tu qui alios prædabaris tũc mortis & diaboli præda eris: vt minatur per Isaiam Deus, dicẽs:

Isai. 30. væ qui prædaris non ne & ipse prædaberis? quem locum septuaginta interpretes sic transtulerunt: væ qui vos miseros faciũt, vos enim nemo facit miseros? quos communis translatio vocat prædatores, hos septuaginta vocant miseros dicentes: væ qui vos miseros faciunt, hoc est væ vobis qui vos miseros facitis, & seruos vos auaritiæ & cupiditatis efficitis, vos enim nemo facit miseros, supple, nisi vos metipsi. Idem vos dilectissimi moneo, sponte & propria voluntate efficite id quod postea vi sine vlla vtilitate faciendum est: tot bona quæ accumulata habetis, in pauperes distribuite, recordamini quòd cùm Christus Dei filius discedere

Matt. 26. ex hoc mundo vellet, ad patrem dixit: accipite & comedite hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Quòd si verissimũ & certissimũ est & vos firmiter creditis, cur quæso non pudet nolle vos quod superest, pauperi dare, qui in suis pauperibus tanquã in membris, fame perit, cùm se ipsum vobis in cibũ dederit? maioris autem pudoris occasio est, eò quòd humanæ gloriæ causa liberales, erga Redemptorẽ vestrum & eius pauperes auari estis. Hoc

D. Cypri. Serm. de elee mosy. Psal. 105. plurimum ponderat D. Cyprianus dicens: quid non efficiũt homines Dæmonis causa? quid immanius eo quod dixit Dauid? immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs: profectò quid plus admiter, nescio, an propter Dæmonis gloriã res tam difficiles nos præstare velle an pro veri Dei gloria res tam faciles recusare.

Ait igitur liberalissimus Christus: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis.* Quamuis omnes ad se vocat eorum tamẽ potissimum mentionẽ facit, qui in laboribus & tribulationibus viuũt: nullo enim tẽpore peccator facilius conuerti potest quàm in aduersitate aliqua positus: & ideò tunc solet nos Deus vocare tanquam agricola prudens, qui sua tempora opportuna expectat, vt

sementem suam efficiat: si enim triticũ Iulij aut Augusti mense seminaret, cùm omnia æstiuis caloribus ardent, inutilis esset labor, autũni autẽ tempus cũ decidunt imbres sementi opportunũ est: ita etiam peccator cũ sano & robusto est corpore, diuitijs abũdat, voluptatibus affluit & honore superbit, tempus hoc minime opportunum videtur vt cũ eo de morte & iudicio agatur, omnia enim quæ dicuntur contẽnunt dicentes: vt illi: pepigimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, at verò cùm in fortunia, morbi dãna, ignominiã & huiusmodi aduersitates plue re incipiunt, tunc terra animæ est ad diuini verbi semen recipiendum magis idonea, vt affirmat Dauid dicens: imple facies eorũ ignominia, & quærent nomen tuum domine. Cùm filius ille pro digus è patris sui domo pecunia oneratus insolenti lenissimorum adolescentum turba septus exibat: si quis eum de vitæ breuitate & diuini iudicij rigore monuisset, quidnam obsecro respon-

Luc. 15. deret? abi cum tuis istis admonitionibus, discede hinc cito hypocrita, hoc scilicet, cogitabam, cum hanc pecuniam ex mea portione collegi, sine me meum iter prosequi, sine sine eo ire quo eum cupiditas præcipitem rapit; expecta paululum, insumetur pecunia, veniet fames, tunc præcepta illa, quæ antea respuebat libenter mitis & docilis factus audiet, dolor statim & pœnitentia consequetur, hinc illæ lacrymæ, hinc piæ illæ voces, peccaui in cœlum & coram te, non sum dignus vocari filius tuus. Merito igitur Propheta Isaias, dixit: in angustia

Isai. 26. requisierunt te, non solum quæsierunt, sed requisierunt, quia angustia mouet homines vt Deum non semel tantum sed sæpius quærant. Hac de causa dixit potissimum Dominus: *Venite ad me omnes qui laboratis.* Addit præterea, *Et onerati estis.* Plurimi in hoc mundo grauissimis oneribus onerati vix tamen onerum grauitatem sentiunt, ita eos affectus & cupiditates insensibiles reddũt.

Isai. à 1. c. vsq. ad. 23 In libro Isaiæ plurimorũ onerum mentio fit, quæ diuersis gentibus imponenda erãt, ea tamen nullus præter prophetã videbat, & sentiebat, qui in vrbe Hierusalẽ versabatur, qua in re mirabiliter præsens huius mũdi miseria expressa est. Primũ onus Baby-

Isai. 13. lonis est de quo dicitur: onus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos: mira profectò res: onus Babylonis Isaias in Hierusalem videbat, qui verò in Babylone versabantur minime videbant. Idé prorsus hoderna die accidit, mũdi enim nobiles & potentes

tentes onerati sunt onere Babylonis, hoc est, cõfusione, subditis, 17
seruis, domesticis, põpa & fastu, vanis & inutilibus impensis &
huiusmodi alijs grauissimis oneribus, quæ tamẽ ipsi non sentiũt:
iustus verò, qui in Hierusalẽ id est in sanctæ vitæ pace & quiete
versatur, hic onus Babylonis videt, & admiratur quo nam modo
sæculi potẽtes onus illud ferre possint. Secundum onus, quod vi
dit fuit onus Moab, id est, onus patris, quo eorum onus significa-
tur, qui animarum curã habet & tamẽ ita insensibiles sunt, vt no
ua semper dignitatum onera optent, & curẽt. Tertium onus est
Damasci, id est, onus sanguinis eliciendi, quo significantur iudi-
cum onera, quorũ est munus delicta sanguinis pœna, cùm opus
est, punire, & tamen ita omnes huiusmodi officia ambiũt, vt nul
lũ esse onus videatur. Vidit præterea Propheta onus in Arabia,
idest, callida siuè insidiatrix, quo mercatorũ onera significãtur, 18
qui suis calliditatibus & artificijs diù noctuq; laborãt vt diuitias si
bi cõgerãt. Vidit præterea onus deserti maris, quo litigantiũ one
ra significãtur, qui in mari quodã amarissimo aduocatorũ, testiũ,
notariorũ, & iudicũ versantur. Vidit prẽterea onus vallis visiõis,
quo eorũ onera significantur, qui ab officijs & muneribus vacui
aliorũ vitas & mores considerant, qui quidẽ si in sublimi aliquo
mõte hoc est in dignitate aliqua cõstituti essent cõmodè omnia
diligẽter inspicerent. Sed vt in humili & infima valle positi om
nia spectare & reprehendere velint, hoc sine magna molestia &
perturbatione fieri non potest. Vidit præterea onus Ægypti, qui
tenebras significat, hoc autẽ mortalia omnia peccata vniuersaliter
significãtur, quod onus est adeò graue vt cũ spiritualis anima sit
sua natura leuis & ad aseẽdendũ dispositã & inclinata, hoc onere 19
ad inferni cẽtrũ deprimatur. Hęc omnia onera vt dixi, Propheta
in Hierusalẽ existẽs videbat, cæteri verò neq; in Ægypto, neq; in
Babylone, neq; in Damasco videbãt, quod etiãpeccatorib⁹ accidit
qui post grauissima peccata cõmissa ridẽt, comedũt, ludũt, & suis
voluptatib⁹ operã dant, acsi nihil æternis gehẽnæ supplicijs dig
nũ cõmisissent. Vix filij Iacobin cisternã fratrẽ suũ Ioseph demi
serãt, vt eũ ibi fame necarent, cũ statim sederũt vt comederent, vt
Gene. 37. sacra scriptura ait. Hebræi etiam cum Christũ Redemptorem
nostrum crucifixissent ad pascha celebrandum profecti sunt
acsi nihil mali fecissent. O infelices homines! quos sic Dæ-
mon peruertit, vt æternis pœnis secundum præsentem iu-
stitiam

stitiam damnati nihilo plus sentiatis quàm si verè omnia quę fi-
des prædicat somnium esse crederetis: soli iusti, qui in spiritus
quiete & pace viuunt, quam grauia hæc onera sint, intelligunt.
Hos igitur, qui sic onerati sunt, vocat ad se dominus dicens: *Veni-
te ad me omnes qui laboratis & onerati estis*. Quod etiam anteà per
eundem Prophetam Isaiam dixerat his verbis: omnes sitien- *Isai. 55.*
tes venite ad aquas: vbi in Hebræo est interiectio quædam,
quæ affectum, quo Deus ad se homines vocat, ostendit hoc mo-
do, ô omnes sitientes venite ad aquas, quo in loco Diuus Augu. *D. Aug.*
ait, Dominum eos peccatores vocare, qui peccata sua agnoscen-
tes ad eum conuersione redire cupiunt, hoc enim desiderium ea
est sitis. Eia igitur sitientes ad infinitæ misericordiæ fontem ac-
currite, vbi & loti & refecti eritis: infœlices illi qui peccatis suis
21 contenti salutem suam non sitiunt, beati verò illi, qui hac siti
& peccatorum suorum dolore festinant. Per eundem Prophetã
Dominus dixerat: si reuertamini & quiescatis salui eritis: vbi *Isai. 30.*
septuaginta interpretes transtulerunt, cùm reuersus ingemueris,
tunc saluus eris: nunc verò non solum ait, eos qui ad se reuertun-
tur saluos fore, *Sed reficiam* (inquit) *vos*: ineffabiles sunt spiritua
les deliciæ, quibus solet Deus suos in hac etiam vita recreare. In
vitis Patrum de diuo Onuphrio legitur per septuaginta annos *In vitis Patr.*
in remota solitudine degentem nullum vnquam hominem vi- *1. p. fol. 57.*
disse, & nihil hominis manu coctũ comedisse: quod cùm Abbas
Paphuntius admiraretur, verbis (inquit Diuus Onuphrius) ex-
plicari non potest suauitas & solatium, quo Deus seruos suos re
ficere & recreare solet. Sed quid nam obsecro domine ijs facien-
22 dum est, quos ad te vocas? *Tollite*, inquit, *Iugum meum super vos, &
discite à me quia mitis sum & humilis corde*. Has duas virtutes precí-
pue hoc loco ponit, in quibus eum nos imitari vult: mansuetu-
do virtus est adeò præstans vt non solum Deo, sed hominibus
etiã nos gratos efficiat, vt affirmat Ecclesiasticus dicẽs: fili in man- *Eccle. 13.*
suetudine opera tua perfice & super gloriam hominum diligẽ-
ris: quo dita verum est, vt catulos ipsos aut quodcunque aliud
animal homines ad sui amorem mansuetudine allicere videa-
mus: ita enim hæc virtus hominibus grata est, vt eius etiam ima-
ginem, quam in ipsis bestijs vident, ament. Hac de causa Pro-
phetæ & Euangelistæ Spiritu sancto moti Christum Redem-
ptorem nostrum agnum vocauerunt; vt eius mansuetudinem

Universidad de Deusto
Biblioteca

denotarent: mundi regum insignia solent esse Leones, Aquilæ, 23
Tigres, Dracones & huiusmodi animalia ferocia vt potentiam
suam & fortitudinem ostendant & timorem incutiant: cœle-
stis vero Regis insigne est agnus vt sua mãsuetudine nos ad amo
rem alliciat. Et prætereà vt eum in hac virtute omnes imitemur.
Humilitatis etiam virtus Deo gratissima est & animam perfi-
cit, quæ sanctitatis vt plurimum socia est: ita vt vnus ex sanctis
patribus interrogatus quisnam esset sanctus responderit, hu-
milis, & qui sanctior? Humilior, & qui sanctissimus? humillimus', & qui se omnium minimum existimat, hic enim nihil si-
bi ipsi confidens, omnem suam fiduciam & spem in Deo col-
locatam habet. Ad hunc humilitatis gradum deuenerat Dauid,
Psal.130. qui cùm dixisset. Domine non est exaltatum cor meum, neq; 24
elati sunt oculi mei, neque ambulaui in magnis, neque in mira-
bilibus super me, subdidit, sicut ablactatus est super matrẽ suam
ita retributio in anima mea: pro quo alij verterunt, quasi abla-
ctatus est erga matrem suam talis in me anima mea: quibus ver-
bis quam humiliter de seipso Propheta sentiret declarauit,
ideò enim animam suam puero elegantissime comparauit, qui
ab vbere matris auulsus & ablactatus omnem suam spem in ma
tris suæ pietate positam habet, quia per se cibum sibi quærere
non potest. Inter plurima sanctorum exempla quæ nos ad hu-
militatis & mansuetudinis virtutem mouere possunt, omniũ
efficacissimum est Iesu Christi Redemptoris nostri exemplũ,
& ideò se omnibus imitãdum proponit dicens: *Discite à me, quia*
mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.
Hoc optimè gloriosus hic Apostolus Diuus Mathias edidicit 25
assidua humilitatis & mansuetudinis exercitatione, & ideò plu-
rimam in hac vita gratiam cõsequutus est & mox perpe-
tuam requiem & quietem in gloria, ad quam
Iesus Mariæ filius nos perducat
Amen.

In

In Incarnatione Domini
Concio Prima.

Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Ga-
lilææ. Luc. 1.

MAGNVS ille Rex & Propheta Dauid magno *Psal.9.*
cum affectu à Deo petebat, constitue domine le-
gislatorem super eos, vt sciant gentes quoniam ho
mines sunt. Legislator est Christus, de quo Isaias *Isa.33.*
2 dicit: Dominus legifer noster. Et Iacobus vnus *Iacob.4.*
est legislator & iudex qui potest perdere & liberare: quarè pe-
tebat eo loco Dauid vt Deus filium suum hominem factum
mitteret, qui hominibus amoris legem daret, vt scirent gen-
tes quoniam homines sunt, hoc est bruta animalia non esse,
sed homines rationis participes tanti valoris & pretij vt Dei fi-
lius homo, eorum causa fiat, hac enim dignitate cognita fore vt
præstantissimam naturam peccati sorde fœdare fortasse pude-
ret. Hac etiam de causa idem Dauid aiebat: confiteantur mi- *Psal.106.*
rabilia eius (scilicet, domini) filijs hominum, quia mirabi-
lia, quæ Deus hominum causa operatus est, quid nam homi-
nes sint, declarant, nam quod ex se obscurum est non potest
nisi positum in luce videri: ita hominis dignitas, non potuit
3 nisi in' Deo humanato perspicuè videri. Fœlix istum locum *Psal.9.*
sic vertit, vt sciant gentes, quia viles & miseri sunt: quam
translationem si sequamur, hic erit sensus, mitte domine fi-
lium tuum vt se homines viles & miseros esse cognoscant. Nam
cùm diuini huius legislatoris imitatores se esse debere intelli-
gent, quam longè ab eo distent animaduertent. Plurimum au-
tem notandum est eo loco hic loquendi modus, constitue le-
gislatorem super eos, vbi in dictione illa super eos protectio
significatur, qua nos diuinus hic legislator tuetur ac protegit.
De Helia, Eliseo, & Diuo Paulo in sacra scriptura narratur
solitos esse se mortuorum, quos resuscitare volebant corpori-
bus superimponere, & ea suis quasi corporibus metiri, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Reg. 17. 4. Reg. 4. de Helia dicitur, expandit se atque mensus est super puerum 4
tribus vicibus, & de Eliseo, ascendit & incubuit super puerum
posuitq; os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius,
& manus suas super manus eius, & incuruauit se super eū: & de
Act. 20. D. Paulo; sublatus est mortuus ad quem cùm descendisset Paulus incubuit super eum. Quid obsecro hac in re latet mysterij?
Hoc vt intelligatur notandum est, quod vir iustus optimè Dei
erga seipsos amorem & volūtatem cognoscit & pijs oculis aspici
ab eo solere nouit, qua fiducia præditus cadaueri incumbens
Deum sic alloquitur: mortuū me domine, esse existima, ijsdem
oculis hoc cadauer aspice, quibus me seruum tuum soles aspice-
simile. re, & idem quod me mortuo præstares, illi præsta. Cùm pater
filium suum verberare vult adest interdum amicus aliquis qui
puerum corpore suo à patris ira tuetur, quia seipsum à verberi- 5
bus tutum esse, optimè nouit, & tunc pater à verberibus cessans
hoc inquit, nostro huic amico debes. Iratus erat Deus hominibus, ideò clamat Dauid, constitue Domine legislatorem super
eos, da nobis tuum filium qui nos à tua ira & furore defendat.
Hoc ineffabile beneficium hodierna die factum est in qua vnigenitus Dei filius humanæ naturæ vnitur in qua homines eiusdem humanæ naturæ participes protectionis suæ auxilio & fauore suscepit. Quod si Deus vitam defuncto tribuebat, quem
sancti corpore contectum videbat quid faciet humanam naturam filio suo vnitam aspiciens? ô beatos illos quibus maximum
hoc beneficium nō erit inutile! infinitæ enim diuitiæ sunt, quas
nobis aduentu suo cœlestis hic legislator attulit, de quibus sic
Ephe. 3. ait D. Paulus: mihi autem omnium sanctorum minimo data est 6
hæc gratia in gentibus euāgelizare inuestigabiles diuitias Christi, vel vt alij legunt imperuestigabiles. Quod si eas D. Paulus sic
vocat cui eas prædicandi & declarandi gratia data est, quis eas
declarare & explicare poterit? In eadem epistola narrare eas incipit his verbis, benedictus Deus & pater domini nostri Iesu
Christi qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in
Ephe. 1. cælestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in
charitate: ex quibus verbis & alijs quæ sequuntur, colligitur vitam æternam & omnia quæ ad eam consequendam pertinent
per Christum nobis fuisse donata: quod enim bonum ad salutē

nobis

7 nobis deficere poterat, cùm ipsemet salutis fons ad nos venerit?
Sponsus quem in India viuentem à dilecta sua sponsa diuisum
maxima locorum detinent interualla, literis & muneribus eius
amorem sibi conseruare studet: at verò cùm ipsemet ad patriam
redit suas omnes diuitias secum adducit: ita Dei filius à gloriæ
cœlestis Indijs plurima solebat sponsæ suæ dona mittere, fidelium, scilicet, congregationi, vt eam ad se amandū magis ac magis alliceret: sed cùm ipsemet eam humana hac carne indutus
visit, omnes secum thesauros adduxit.

Ineffabile hoc beneficium ita D. Lucas exorditur, *Missus est Angelus Gabriel à Deo.* Gabriel idē est quod fortitudo Dñi, huic autem incarnationis diuini verbi nuntius commissus fuit conue
nientissimè, quia in ea non solum infinitam suam sapiētiam, sed
8 etiam omnipotentiam Deus ostendit: quarè Dauid petebat, se- *Psal. 78.*
cundum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum. Et de victoria loquens quam de dæmonibus reportauit
ait, in bracho virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos: & sanctissi- *Psal. 88.*
ma virgo de hoc mysterio loquens dixit: fecit potentiam in bra
chio suo. Ea, quæ exiguas vires requirunt digitis solemus effice- *Luc. 1.*
re, vt si palea ex humo tollēda est, digitis tollitur, trabs verò brachio ponderis causa tollenda est: cætera omnia Dei opera huic
comparata vocatur exigua, & ideò de ijs loquens Dauid ait: *Psal. 8.*
quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum, Lunam,
& stellas, quæ tu fundasti: at redemptionis opus ait sanctissima
virgo brachij diuini opus fuisse. Sed vnà cum potentia Dei etiā
bonitas & pietas manifestatur, vnde D. Paulus inquit: Manife- *1. Tim. 3.*
9 stè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est
in carne: quem locum sic alij verterunt, Deus manifestatus est
in carne: sed quomodo manifestatus est Deus in carne? imò di
cere potuisset, occultatus in carne & abscōditus vt Isaias verè tu *Isa. 45.*
es Deus absconditus: sed vtrumque factum fuisse dico nam diuinitas humanitate est abscondita & eius sapientia, potentia, &
misericordia manifestata operibus & miraculis, quæ verbum
humanatum præstitit.

Missus fuit hic Angelus ad ciuitatem Galilææ cui nomē Nazareth: Quærebatur aliquando Romæ quid nam esset ciuitas, & Publius
Cornelius ciuium esse vnitatem respondit: ideò voluit dominus in ciuitate concipi, vt significaret in ea familia, societate, &

republica Deum non concipi, vbi non est animorum in amore 10
Rom. 13. & charitate vnitas, quã D. Paulus, plurimum nobis cõmendat dicens: reddite omnibus debita cui tributum tributum cui vectigal vectigal, cui timorẽ timorẽ, cui honorem honorẽ, nemini quicquã debeatis nisi vt inuicẽ diligatis, qui enim diligit proximum legẽ impleuit. O cœlestis doctrina, curate (inquit Apostolus) vt omnia quæ debetis persoluatis, prẽter quã hoc quod sem pervos debere volo vt, scilicet, quisq; existimet amorẽ perpetuò proximo suo debere, perpetuũ hoc esse tributũ volo à quo nũquã immunes vos esse existimetis, sed semper debere. Hoc si nostris his tẽporibus seruaremus profectò tot proximis nostris iniuriẽ non fierent, quorũ crimina & delicta quãuis antiqua & iã sopita rursus excitamus, vt domũ nostram aut fundũ magna cũ proximi ignominia tueamur. Aliud fecisse legimus Sanctum illũ 11
Ioseph, qui cũ in carcere vinctus detineretur, vt Regiũ pincernã ad pietatem cõmoueret vt libertatem à Rege impetraret, nõ fratrum suorum crimẽ à quibus venditus nefariè erat narrauit, sed tantũ dixit, memẽto mei cũ tibi benè fuerit, & facies mecũ misericordiã, vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere, quia
Gene. 40. furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocẽs in lacũ missus sum. Quòd si dicitis, quomodo meũ honorẽ & existimationẽ tueri possum & inimico qui mihi quacũq; potest ratione nocet, benefacere? Respõdeo Deum qui hoc iubet esse omnibus creaturis anteponendũ. Si quis me euaginato gladio verberaret, gladio nè an homini irasci deberẽ? certũ est gladiũ culpa carere, quia hominis manu mouetur: existimate inimicũ vestrũ qui vo
Simile. bis nocet nihil aliud esse quã Sathanæ gladiũ, qui eo tãquam in- 12
Ioan. 13. strumẽto vtitur vt de Iuda dixit Ioannes. Cũ diabolus misisset
1. Cor. 11. in cor, vt Iudas traderet eũ, & de omnibus peccatoribus D. Paulus. scitis quoniã cùm gẽtes essetis ad simulachra muta prout ducebamini euntes: quarè mirũ nõ est siquis vos à diabolo agitatus persequitur. Cõsiderãdũ etiã vobis est inimicos Dei tortores aliquãdo esse, & ministros & vos in peccatorũ vestrorũ pœnã sæpè
Tobi. 3. torquere. S. Tobias persequutionẽ illã qua Salmanasar in Ninive persequebatur Hebræos nõ tyranni illi irẽ tribuit sed orãs ad Deũ dixit, quia peccauim⁹ tibi & mãdatis tuis nõ obediuimus, ideò traditi sumus in man⁹ inimicorũ nostrorũ. Esther quoq; cũ
Esther. 4. scelus Amã audiuit, cõfugit ad dñm, vt patet. Cũq; deposuisset vestes

13 vestes regias & pro vnguẽtis cinere & stercore caput impleuisset corã Deo postrata dixit, peccauim⁹ incõspectu tuo & id circo tradidisti nos in manibus inimicorũ nostrorũ. Iustus tu es domine. Idẽ & vobis dilectissimi faciendũ est vt odij & iracũdiæ affectibus superatis Deũ in cordibus vestris cõcipere possitis. ¶ Ait prẽterea, *Ad Virginẽ desponsatã viro cui nomẽ erat Ioseph*: Priùs spõsi, quã spõsæ nomẽ posuit, quãuis sponsa tantæ esset nobilitatis & dignitatis vt doceret semper mariti nomẽ & honorẽ præcedere debere, vt sanctissima etiã virgo docuit, cũ dixit, ecce pater tuus & ego *Luc.* 2. dolẽtes quærebamus te. Plurimũ ad pacis cõseruationẽ cõfert vt vxor quãuis nobilissima sit, se tamẽ marito indignã existimet, nõ enim seipsam laudare debet sed ab eo laudari. Quarè cũ sponsa dicat nigra sum, spõsus de ea ait pulchra vt Luna electa vt Sol
14 ecce vt spõsa se humiliat & à sponso exaltatur. *Et nomen Virginis Mariæ.* Post Sanctissimũ nomẽ Iesus hoc Mariæ nomẽ cæterorũ omnium prẽstantissimum est. Quinq; mulierum mentio in sacra scriptura fit, quę præ cęteris singularibus virtutibus ornatæ fuerunt, ex vnius cuiusq; nomine prima litera desumitur, & ex illis sanctissimum hoc Mariæ nomen conficitur, quasi in ea vna omnes illæ virtutes inueniantur inclusæ, quæ in singulis diuisę erãt. Prima est Michol filia Saul, amore & fidelitate erga maritũ suum Dauid illustris. Secunda Abigail, quæ prudentia & iudicio floruit. Tertia Rachel quæ pulchritudine præstitit. Quarta Iudith, quę fortitudine claruit. Quinta Abisach, quę puritate & virginitate eluxit, ex Michol desumitur. M. ex Abigail. A. ex Rachel. R. ex Iudith. I. ex Abisach, vltima. A. Ex quibus om-
15 nibus Mariæ nomen componitur. Et hoc nomen Deo & Angelis gratum, & hominibus vtile quia hæc quinq; literæ quinq; titulos significãt propter quos cœlestis hæc Regina suũ nobis debet auxiliũ. M. misericordiæ matrem esse significat vt miseriæ nostræ succurrat. A. aduocatam esse peccatorum. R. Reginam esse cœlorum vt à diaboli nos tueatur insidijs. I. inuentricem esse gratiæ vt eã Adæ filijs, qui eam amiserunt restituat. A. administratricẽ diuinorũ omniũ bonorũ quia (vt D. Bernardus ait) *D. Bernar.* omnia per eius sanctissimas manus ad nos transmittuntur. Et sicut nomen eius ita & laus eius: tanta huic nomini reuerentia debetur vt mulieres omnes, quæ Mariæ vocantur puras se & immaculatas conseruare deberent, nè nomẽ hoc sanctissimũ

Ber. 1. p. Hi. sto. Hispa. c. 34. iniuria afficerent. Beuther refert Alfonsum sextum huius nomi- 16 nis Regem, qui Toletum expugnauit, cùm mortua vxore, Mauram Hispalis Regis filiam vxorem duceret, quæ D. Zaida vocabatur, Mariam in baptismo appellari prohibuit dicens: nolle se vxorem quæ venerabile hoc nomen haberet maxima puritate, & integritate dignum.

Et ingressus Angelus ad eam. Sanctissimam hanc virginem eius parentes, cùm tertium ætatis annum ageret, Deo ad templi seruitiũ dicauerunt vbi clausa & custodita vixit donec Ioseph desponsata est: sed tum etiam domi se clausam continebat, & ideò

Matt. 8. ajt: *Ingressus Angelus ad eam.* Verùm dici eius parentibus posse videtur, quod Dominus dixit discipulos suos reprehendens maris tempestate deterritos: quid timidi estis modicæ fidei? quasi diceret, non nè hìc adsum vobiscum? quod nam periculum me 17 præsente timetis? Idẽ sanctis eius parẽtibus Ioachim & Annæ dici aliquo modo posset, cur puellam hãc sanctissimam templo

Psal. 45. includitis? quid timetis, quãdoquidem de ea scriptum est: Deus in medio eius, non commouebitur? confirmata est in gratia, periclitari non potest, quãuis extra templum viuat. Sed ita Deum decreuisse credendum est vt hoc exemplo doceret, quanta cum

simile. diligentia virgines custodiendæ sint. Cùm prouidus & prudẽs dux naues & triremes suas omnium rerum quæ ad bellum necessarię sunt præsidio egere videt & hostium periculum imminere nouit, quãuis nauis in qua ipse est omnibus rebus instructa sit ita vt hostium impetũ timere nõ debeat, nihilominus tamen tuto se portu claudit vt cæteræ periculum intelligant, & omnes ad portum confugiant, & ibi reparẽtur. Humana natura, dilectis- 18 simi, corrupta & deprauata est, vbiq; pericula, vbique peccandi occasiones occurrunt, & ideò voluit Deus vt quæ eius mater futura erat, à pueritia ab omni seiuncta periculo in templo viueret & vt desponsata etiam clausa domi contineretur, vt intelligeremus quanto æquius sit vt hoc præstent, qui in magno peccandi periculo versantur: quod quanuis omnibus hoc necessa-

Exod. 34. rium est, plus tamen mulieribus. Qua de causa quamuis iusserit Deus tribus temporibus anni: apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis domini Dei Israel nunquam tamen hoc mulieribus iussisse legitur eò quod periculum quod in huiusmodi festiuitatibus esse solet optimè intelligebat. Hinc

sorores

19 sorores meæ charissimæ vos, quę innuptę & virgines estis discite domi vestræ vos plurimũ continere, ibi orate & ad Ecclesias illis diebus cùm Ecclesia iubet conuenite, vel cùm necessitas postulat, virgines enim quo plus absconditæ sunt eò magis earum famam publicari intelligant. Descendit quis in campum ad pu- *simile.* gnam, & quò magis occultare conatur vt quis nam sit ignoretur eò magis eorum qui adsunt desiderium excitatur, & quis nam sit ardentiùs scire optant. Ita etiam quò magis se virgines celant eò magis expeti ad nuptias solent. Non sunt virgines vt vestes vt nisi promantur, tinea abrodantur, imò cùm clausæ asseruantur à tineis securiores sunt, Dina enim filia Iacob nunquam nec sibi, nec alijs tot damna attulisset, si se domi continuisset. Sit virgo tãquam, o, vndiq; clausa vt pluribus, ô, digna sit, quisq; enim 20 dicet: ô quàm modesta, ô quàm honesta, ô quàm obediẽs, ô quã humilis: clausura plurimę virgines vitam potius, quam virginitatis suæ thesaurũ amittere didicerũt, & cùm anteà virgines essent, mox virgines & martyres factę sunt. Si clausa domi manes, falli non poteris, vt plurimę alię matrimonij spe ad peccandũ inductæ. In Isaia vbi nos legimus effœminati dominabuntur eis, *Isa. 3.* Septuaginta interpretes, & Theodocion verterunt, illusores dominabuntur eis. Quo denotatur hominẽ carnalem & illusorem idem esse, quia communiter huiusmodi homines effœminati & carnales simplices virgines decipere solent. Feles vt mures venẽ- *simile.* tur eos ad foramen patienter expectant, nox cùm captum tenent, eo se diu oblectant. Idem adolescentes plurimi præstare solent, nam antè quàm virgo libidini suæ morem gerat, ianuam 21 illi diù & noctù obsidẽt: mox vero desiderij sui compotes facti, eam inter socios & amicos suos irrident. O homines scelesti quo nã maximo huic dãno satisfacere vos posse existimatis? Cauete cauete obsecro virgines ab huiusmodi felibus, qui vestrum vobis honorem deprædabuntur, & mox infamatas relinquent. O virgo sanctissima honestatis & clausuræ magistra, fælix illa & beata virgo, quæ te imitabitur. Clausa domi manebat cum Deo luctans, tanquã alter Iacob, & tãdiù est luctata donec Deus se illi victum dedit: assiduis suspirijs cœlum die ac nocte rumpebat: terram perenni lachrymarum flumine rigabat: Deũ pro hominũ salute vehementissimis precibus rogabat. O sancta Esther quæ supremum cœli & terræ imperatorẽ in amorem tuum attra-

xisti, & vt seueram illã sententiã reuocaret effecisti & veniã mi-22
seris peccatoribus impetrasti: ô quam verè dicere tibi possumus
quod Angelus dixit Patriarchę Iacob: Si cõtra Deũ fortis fuisti,
Gen.32. quanto magis cõtra homines prævalebis? Eia peccatores, possit
illa in cordibus vestris tantũ, vt vos eius manu superatos diuinæ
obedictię dedatis. ℂ *Et ingressus Angelus ad eã dixit: Aue gratia ple-*
na, Salue virgo, aue virgo absq; vę, omni enim vę quod in omni
creatura est, tu sola cares, nullũ in te culpæ & peccati vę, sed gra-
tia plena es, & quicquid in te est gratia perfectũ est absq; vllo vę.
In te est corporis pulchritudo, & nullũ in anima maledictionis
vę: in anima gratiã habes, & nullũ in corpore malę inclinationis
væ: sacrę scripturę scictiã habes, absq; vllo æstimationis proprię
væ: Regij sanguinis in te nobilitas est, sed nullũ superbiæ væ: in
te clausura & modestia sine vllo hypocrisię væ, puella es sine vl 23
lo leuitatis væ: desponsata es, & nullũ in te est audaciæ & disso-
lutionis vę: desponsata es cũ fabro lignario, & nullũ auditum est
querelæ væ. *Aue gratia plena.* O verbum magni solatij: cùm vas
aliquod liquore plenũ est, si pondus aliquod immittitur, necessa
rio liquoris illius pars, quæ redundat vndiq; effundetur. De cœ-
Eccles.43. lesti hac Regina verba illa Ecclesiastici dici possunt, vas admi-
rabile, opus excelsi. Quicquid est à minimo vermiculo vsq; ad
sublimiorẽ seraphinẽ, Dei opus est, de quo igitur Dei opere lo-
quitur eo loco sapiens? Dico quãuis omnia Dei opera sunt, sin-
gulari tamẽ ratione opus excelsi, sic absolutè dictum de hac san
ctissima virgine intelligi posse: nihil enim præstantius præter
sanctissimam saluatoris nostri humanitatem diuina maiestas ef-
fecit, & hoc opus excelsi est vas admirabile, non solum homini-24
bus, verumetiam Angelis. Hoc vas Angelus gratia plenum in-
uenit, & ideo dixit: *Aue gratia plena*, mox verò diuina illa petra
(de qua D. Paulus petra autem erat Christus) in hoc vas immis-
sa fuit & ita statim Angelis lætitia, hominibus fauor & auxi-
lium effusum est, & qui huic vasi erit deuotione, amore, & imi-
tatione propinquior, maiorem cœlestis huius liquoris partem
habebit. *Quę cùm audisset turbata est.* Non Angeli aspectu turbata
est; non enim nouum illi erat Angelos videre, sed turbationis
causam Euangelista declarat dicens: *In sermone eius.* Nam cùm es-
set humilissima cùm ab Angelo laudari se audiret turbata est,
vt nos è contra quia nos plurimi æstimamus, ideò cùm lauda-

mur

25 mur tanquam illud nobis iure debeatur, nõ turbamur, imò nisi
laudamur turbari solemus, iniuriam nobis fieri existimãtes. D. *D. Ambro.*
Ambrosius, grauius, ait, & molestius esse humili cùm laudatur,
quàm superbo cũ vituperatur. Quanto dolore affectũ fuisse Lu-
ciferũ existimatis tunc cùm factũ illud est, quod Dominus ait: *Luc.10.*
videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem: superbissi-
mus erat & ideò explicari non potest quãtum ignominiam illã
sensit, cùm se à sublimi, & fœlici statu ad infimum, & infœlicis-
simum demissum esse vidit, quare inter optima tentationum re-
media illud est eum tanquam rem vilissimam silentio ipso & ta
citurnitate contemnere, magna enim superbo iniuria fit ei ni-
hil respondere: ita enim, se despici putat, & ita iratus discedit.
Cùm itaq; verũ illud sit quod D. Ambrosius ait: grauius esse hu
26 mili laudari, quã superbo ignominia affici, quã graue & mole-
stum sanctissimæ virgini fuisse dicemus cum ab Angelo se lau-
dari audiuit? meritò igitur ait sanctus Euangelista, *Turbata est in*
sermone eius. Qui per loca humilia & infima incedere consueuit *Simile.*
si ad sublimia ducitur, turbari solet & deterreri, at verò qui hu-
iusmodi locis assueti iam sunt vt domorum structores, nullum
solent timorem concipere, hac de causa cùm humillissima hæc
virgo in profundo humilitatis assiduè versaretur, dum se hodiè
ab angelo ad altissimum tantarum laudum culmen extolli vi-
det, turbatur: quod nobis cõtingere non solet, quia per superbię
culmina solemus ascendere, imò laudari gaudemus ignorantes
dãna quę ex humanis laudibus cõsequũtur, si cũ superbia & ina
ni gloria recipiãtur: & quã grauiter vanitates huiusmodi Deus
27 punire soleat, patet in Actibus, vbi dicitur, statuto autẽ die He- *Act.12.*
rodes vestitus veste regia sedit pro tribunali & cõcionabatur ad
eos, populus autem acclamabat, Dei voces & nõ hominis: cõfe-
stim autẽ percussit eũ Angelus dñi eò quòd non dedisset hono-
rem Deo & consumptus à vermibus expirauit. O stupendum
Dei iudicium! quis tam ferreus erit, qui repentinum hoc suppli
cium audiens non contremiscat? Et quod maximè ponderari
hoc loco debet est, quòd cùm paulò antè infœlix hic Rex Diuũ
Iacobum occidi imperasset & Diuum Petrũ carcere includi, vt
eadem morte necaret, ob tãtæ crudelitatis crimẽ statim punitus
à Deo nõ est, ob superbiã autẽ & ambitionem, qua populi plau
sus illos & laudes recepit, seueriss imo illo supplicio affectus est:

tantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantum est malum gloriam & honorem Deo debitũ vsurpare. 28
Turbata est in sermone eius & cogitabat qualis esset ista salutatio. Ingressus Diabolus ad virginem Euam dixit: Cur præcepit vobis
Gen.3. Deus vt nõ comederetis ex omni ligno paradisi? neq; tamẽ turbata est Diabolum per serpentẽ loqui audiens: si enim magadiu fuisset, timere tamẽ debuisset, verba examinare, & nõ temerè & impudenter respondere, nè forte moreremur: nã cùm Diabolus illud nè fortè tãta cũ audacia dictũ audiuit, factus est audacior. Hęc verò prudẽtissima virgo magna cũ modestia & maturitate. *Turbata est in sermone eius & cogitabat qualis esset ista salutatio.*
Isa.40. O singularẽ doctrinã! quam etiã Isaiã seruasse legimus, nã cùm diceret illi Deus, clama: respõdit, quid clamabo? Antè quã loquere tur quid illi loquendũ esset, scire voluit: tu verò impudens homo quicquid in os venit, statim temerè loqueris, quãuis turba- 29
tus sis & ita sexcentas ineptias loqueris. Sanctus etiã Propheta Dauid aiebat, turbatus sum & nõ sum loquutus. Hinc igitur fratres ab his Prophetis & potissimũ à Prophetarum dña discite ea quę occurrunt anteà maturè examinare, nè mox temeritatis pœniteat. Sustulit Angelus omnẽ dubitationis & turbationis causam nũtij sui declarans mysteriũ: quarè cũ intelligeret virgo cõcipere se integra virginitate posse, assensa est dicens: *Ecce ancilla Dñi fiat mihi secundũ verbum tuum*, & in eodẽ instanti diuinum verbũ in ea carnẽ assumpsit, vt nos carnalibus & terrenis rebus exuti ad gratiam recipiendam disponeremur, qua acquiritur gloria ad quam nos perducat idem Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadẽ Incarnatione Domini 1

Concio Secunda.

Missus est Angelus Gabriel à Deo, &c. Luc.1.

SÆPE olim Deum cũ hominibus, vt cum Abrahã, cum Iacob, cum Moyse, & alijs familiariter loquutum esse sacra testatur historia: quòd si quis quæreret quid sibi cum hominibus tanta familiaritas vellet? responderi hac similitudine posset: videmus sępè deuotũ aliquẽ adolescentẽ monasteriũ aliquod frequẽtare, sępè religiosos
simile. alloqui,

2 alloqui, & eorum familiaritate delectari: quid ex hac familiaritate conijci potest, nisi eum paucos post dies religiosum futurũ esse? & ita accidit: nam cum minus hoc cogitas, religionis illius habitu indutum vides. Similis diuinæ illius familiaritatis finis fuit, & id ea significare voluit, immò iuramento id se facturũ esse promisit, vt Sanctus Zacharias ait Iusiurandum quod iura- *Luc.1.*
uit ad Abraham patrem nostrum & Dauid: Iurauit Dominus *Psal.131.*
Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Hinc verba illa Diui Pauli intellige- *Rom.3.*
tis nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & Prophetis: Christi Redemptoris nostri aduentum, & ipsummet Christum & gratię legem quam dedit, hoc omne iustitiam eò loco vocat Apostolus, duas ob causas. Primam ab ef- *1.Cor.1.*
3 fectu quia venit vt peccatores iustificaret, & ita idem dixit: qui factus est nobis iustitia sanctificatio & redemptio, vt qui gloriatur, in domino glorietur: quarè cùm pœnitentes recipit, Deivocatur iustitia? quia iustum est vt quos vocat, recipiat, & si reijceret, iniustitia esset, quę in Deo esse non potuit: & hæc iustitia sine lege est, quia iustificantur homines sine Mosayçe legis auxilio. Secundò iustitia vocatur, quia hoc iuramento promiserat: promissa autem præstare iustitia est. Huius aduentus & legis testimonium admirabile est à Moysis lege & Prophetis, tot annis ante fuisse prædictam: & ideò addidit, manifestata est, testificata à lege & Prophetis. Certa est veritas vt D. Augustinus *D.Aug.*
ait, quòd in rebus per tẽpus ortis nulla maior gratia quàm quod Deus fieret homo & homo Deus. Tanta est gratia, vt eam nun-
4 quam homines antè quàm Deus eã polliceretur, petierint, neq; enim in humanum intellectum cadere potuit, vt Deus æternus hominem se & mortalem vellet efficere, & ideò hoc petere temerarium omnino fuisset, quod hoc exemplo intelligetis. Quæ *simile.*
enim obsecro, temeritas, quæ tam rustica & rudis audacia esset vt vicus aliquis infimi & obscuri nominis in sterili aliqua & deserta rupe positus nuntios Regi & literas mitteret, quibus rogaret vt filium suum vnigenitum regni vniuersalem hæredem eò mitteret, vt inter eos vili & rustico panno vestitus viueret & ligone vel aratro vt illi, sudaret, at maior sine vlla comparatione fuisset audacia si humanũ genus vnigenitum Dei filium petijsset vt vilissimam hanc carnis vestem indueret & tot huius vi-

tæ la-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tæ labores susciperet. Sed postea quam Deus se hoc velle hominibus reuelauit & hoc iuramento promisit, ausi homines sunt, id ab eo assiduis lachrymis & suspirijs petere. Hac de causa quod D. Augustinus ineffabilem gratiam vocat hoc D. Paulus vocat iustitiam. Neq; solum hac reuelatione & hoc iuramento Deus contentus est, sed quisnam carnem esset assumpturus declarare
Isa. 8. voluit, vt in Isaia dicitur: accessi ad prophetissam, quæ concepit & peperit filium, & dixit dominus ad me: voca nomen eius accelera, spolia, detrahe, festina, prædare: ô verba mysterij plena! quæ nam hæc prophetissa est nisi sanctissima virgo quæ plurima Spiritu sancto plena prædixit? Prædixit honorē qui ei à po-
Luc. 1. steris habēdus erat dicens: beatā me dicent omnes generationes, prædixit Iudęorū ruinam & gentilium conuersionem dicens: deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Ait autem Pro- 6
pheta, voca nomen eius accelera, spolia, &c. De Messia loquens tanquam si iam natus esset ob prophetiæ certitudinem. Sed cur dñe diuinum hunc redēptorem non nominibus vt alij, sed verbis appellari iubes? cur non ais, voca nomē eius, accelerator, spoliator, prædator, sed, accelera, spolia, prædare? Quia nimirū verbum tantum incarnari debebat non autē pater aut Spiritus sanctus, & ideò verbis, non nominibus appellari voluit, & verbis quidē pluribus, non vno, vt plures & admirabiles effectus quos operatus erat significaret: in instanti incarnatus est, in instanti morbos curabat, in instanti peccatores iustificabat, & ideò voca, inquit, nomē eius festina: mortem suam & resurrectionem accelerauit, & ideò, inquit, accelera: spoliauit, & prædatus est infernum, & ideò spolia, detrahe, prædare. O Christe cordiū prædator: operare obsecro in nobis ob infinitam tuā clementiam hos 7
admirabiles effectus, vt iam non Sathanæ, sed tibi, cui tantum debemus, pareamus.

Vt hoc promissum hominibus factū & iuramento confirmatum adimpleretur, *Missus est Angelus Gabriel à Deo*: Quo in loco notandū est, quòd potuisset Deus humanitatē nostram in purissimo virginis vtero assumere quāuis illa repugnaret: quin etiā ea ignorante, ita vt cum minus id cogitaret, se grauidam videret, sed noluit tantum in eam conferre beneficium, nisi priùs illa certior de eo facta suum præberet assensum, quod & maioris illi esset solatij & meriti causa. Abrahæ seruus ad sponsam dñi sui filio
Gene. 24.

8 lio quærendam profectus esse legitur, & ideò vt benè domino suo succederet his verbis rogasse Deum, Domine Deus fac misericordiam cum Domino meo Abraham. O singularis fidelitatis, & amoris seruus! qui Domini sui negotia Deo tanto cum affectu commendat, (quam paucos nostris his temporibus huiusmodi inueniemus,) & tādem virginem ei fecit occurrere qualis sanctum illum Patriarcham Isaac decebat, quę fuit Rebecca. eam à parentibus petijt, qui vt sponderunt vocemus puellam & quæramus ipsius voluntatem: cumque vocata venisset sciscitati sunt: vis ire cum homine isto? quæ ait, vadam, & illi eam dimiserunt imprecantes prospera ei, & dicentes: crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Videtis hic huius mysterij quod hodiè celebramus figurā? noluit enim
9 Spiritus sanctus in sponsam sibi recipere, neq; verbum diuinū in matrem sanctissimam hanc virginē, nisi ipsamet assentiatur: vt intelligant homines ea tantum seruitia recipere, quæ spontè & voluntarie fiunt: nemini Deus vim facit, & ideò dixit: si quis *Matth. 16.*
vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Hinc intelligetis quantoperè errent illi, qui per vim filias suas in vxores ijs tradunt, quos ipsę nollent, vel qui eas monasterijs includunt vt religiosæ sint, quamuis ipsæ repugnēt, quandoquidem vt virginis peteretur consensus. *Missus est Angelus Gabriel à Deo, &c. Ad Virginem desponsatam.* D. Thomas ait: hu- *D. Tho. 3. p. q. 31. art. 4.*
manam naturam omniū in hominibus & mulieribus consistere: quarè cùm Deus se hominem fecit, & è muliere desponsata & virgine carnem assumpsit, vniuersa natura nobilitata remanet. Cùm sancta illa mulier Iudith victoriam de Holopherne *Iudith. 15.*
reportasset, benedixerunt illam omnes vnà voce dicentes: tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificētia populi nostri: æquius dicere hoc de cęlesti hac imperatrice possumus quæ virginū statum virgo existēs, nuptarū statū desponsata, matrum statum mater, statum religiosarum suo voto & clausura, & vniuersum humanum genus Deum hominē factum in se ipsa concipiēs honorauit. Meritò igitur de te virgo sacrata dicere possumus tu honorificentia populi nostri. Conuenientissimum fuit vt verbum diuinum virginem matrem eligeret, quia eius incarnationis finis fuit corruptionem nostram tollere: indecens autem fuisset ad corruptionem tollēdam nasci & matrem suam

corru-

corruptam relinquere. Singulare hoc priuilegium notauit Spi- 11
Cant.7. ritus sanctus dicens: Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus li-
lijs: appositissimâ enim similitudine duas virginis & matris ex-
cellentias declarat: dum enim ventrem tritici aceruo comparat,
maternitatis fœcunditatem significat, dum lilijs vallari & muni-
Psal.110. ri ait, virginitatis florem denotat. Vbi septuaginta interpretes
D.Hier. trâstulerunt, ante Luciferum genni te. D. Hieron. & alij verte-
runt, de vulua orietur tibi ros adolescentiæ, quibus verbis elegã-
Simile. tissimè Redemptoris nostri conceptus & ortus declaratur. Nam
quemadmodum terræ vapor cæli virtute excitatus manè conge
latur in rorem, quo terra lęta & fertilis redditur: ita purissimus
beatissimæ virginis sanguis Spiritus sancti vi eleuatus fuit, & ex
eo pretiosissimum Iesu Christi corpus formatum, qui pro no-
stra salute natus est. 12

Ad virginem desponsatam: Præstrat virginem esse quam nup tã
& tamen nubere malunt: in rebus enim temporalibus non bono
tantum contenti sumus, sed optimum quærimus, in virtute ve-
rò sumus quacunq; mediocritate contenti, & in status electio-
ne, non perfectiorem eligimus: sed eum, qui minus perfectus
1.Cor.7. est. D. Paulus ait: si acceperis vxorem, non peccasti, & si nupse
rit virgo non peccauit: tribulationem tamen carnis habebunt
huiusmodi. O sancte Deus quot tribulationes, quot molestias,
quot labores vxor filij, familia, afferre solent quàm quiete viuũt
continentes? & tamen omnes anhelant ad nuptias. Fingite pluri
mos milites armis & commeatu oneratos ducem suum magno
cum labore sequi, si dux iuberet vt eorum vnus omnium onera
humeris suis solus susciperet, quantus eius esset labor? meritò de- 13
duce queri posset, qui rem omninò iniquam imperaret, vt scili-
cet, qui vix proprium pondus ferre posset aliena gestaret. Vtinã
hoc exemplo differentiam intelligeretis, quæ est inter matrimo
nij & continentiæ statum, nuptus enim ille est, qui omnium fa-
miliæ suæ onera perfert, & ita se ijs interdum oppressum sentit
vt vix tempus ad vnum saltem, Pater noster, quietè dicendum
ei superesse videatur: virgo verò onus suum sibi sola gestat, &
ideò cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu.
Sed quamuis virginitas matrimonio præstantior sit cælorum ta-
men Reginæ vtrumq; connumerauit & minori virtutè scilicet ma-
trimonio maiorem nempè virginitatem occultat: hoc nobis etiã

facien-

14 faciẽdũ esset vt quãuis externa opera virtutis speciẽ haberent,
interior tamen virtus perfectior esset, vt si verba humilia sunt,
animæ humilitas maior sit, si charitatem prætefers, maior in cor-
de lateat, & sic de singulis virtutibus: non enim æquum est vt prę
longo viduitatis ornatu & demanu calculis depẽdẽtibus animæ
scelera & abominationes occultare velis. Hoc verba illa spõsi ad
sponsam significant: murenulas aureas faciemus tibi vermicula *Cant. 1.*
tas argento: quid hoc est domine? non est mundi consuetudo au
ro argentum superimponere, sed è contra argentum auro sub
ijcitur. At non ita domi meæ, inquit Deus, faciendum est sed
sint murenulæ aureæ vermiculatæ argento, perfectior virtus im
perfectiori occultetur.

Et ingressus Angelus ad eam. Ingredi eo poterant Angeli, quo ho
15 mines non admittebantur: quæ hominum conuersationem fu-
git, ad Angelorum visitationem disponitur: nollem virgines esse
loquaces, nollem lepidas & facetas, nollem tandem aulicos mo
res redolere, vellem in eis silentium, timorem, modestiam, &
pudorem ingenuum, sed heù dolor! quibus nam verbis hoc dicã?
O tempora ò mores, virgines iam & puellæ matribus ipsis lo-
quaciores sunt & impudentiores, & si quæ modestior est rustica
existimatur: quę suos amatores non habet marito existimatur in
digna: ita vt si ad nuptiarum thalamum casto & puro corpore
perueniunt pauciss imę castum eò vsque desiderium conseruant.
In illa hora legebat fortasse sanctissima virgo prophetiam illam
Isaiæ eccè virgo cõcipiet, & pariet filium & vocabit nomẽ eius *Isai.7.*
Emanuel, & vehementissimo spiritus affectu abstractam pijs la
16 chrymis madefactã hęc secũ dicere existimatim: ò te, quæcũque
eris virgo, beatã & ò me etiã fælicem si te videre tãtũ mihi à Deo
concederetur! Et cũ hæc secũ volutaret ab Angelo salutata est: *Luc.1.*
Nã si. D. Ioannis conceptio ab hoc eodẽ Angelo Zachariæ nũtia
ta est, dũ in tẽplo sacrificiũ offerebat incensi, credendũ est sanctis
simam virginem tunc sublimi fuisse & cęlesti cõtemplatione, oc
cupatam, cum tanti mysterij omnium quotquot fuerunt ma-
xim i ei allatus est nũtius studeamus igitur omnes si diuinorũ mu
nerum participes esse volumus, eam in clausura, in oratione
& contemplatione quàm maximè possumus imitari. Vi-
treum vas nè frangatur, optimum remedium est illud theca
recondere. Cùm autem nullum sit vas vitreum adeò fragile

vt homo est, singulare remedium est clausura, quæ si christus vi- 17
debitur, cogitate plurimos ob minora fortasse delicta obscu-
rissimis carceribus vinctos detineri, alios in purgatorio, alios etiã
in inferno, qui ab hac vita paucioribus fortasse peccatis quàm
tu nunc habes, discesserunt, & tamen illis nunquam à teterri-
mis illis gehennæ carceribus exire dabitur. Dei seruus curare de-
bet quàm maximè potest vt sit tanquam arca testamenti, quæ
nunquam ab interiori & secretiori templi parte exibat, & cum
per desertum gestabatur, quam plurimis integumentis & inuo-
lucris occultabatur: ita cum te necessitas extra domum compel-
let sint. timor & pudor sensuum tuorum integumenta ne di-
strahantur. Misit Rex Salomõ & vocauit Semei dixitque ei: ædi
3. Reg. 2. fica tibi domum Hierusalem & habita ibi & non egredieris in-
de huc atque illuc, quacumque autem die egressus fueris & tran 18
sieris torrentem Cedron, scito te interficiendum. Probauit hoc
& recepit Semei, sed victus leuissima occasione egressus est:
nam vt paulò post eo in loco dicitur: strauit Semei asinum suum
iuitque ad quærendum seruos suos, qui fugerant ab eo, & ita
in præscriptam sibi pœnam incidit. Idem contingit quam pluri
mis, quorum sensus ea sequuntur, quibus ipsi delectantur, oculi
pulchritudinem, aures suaues cantus, & sic de alijs, sensum verò
infelix cor sequitur & secum asinum, idest, corpus adducit & ita
Gene. 49. spirituali morte pœnas dat. Quarè felices illi, qui cordi suo fræ-
num imponere sciunt & sensuum ianuas claudere. Dixit Pa-
triarcha Iacob filio suo Ruben: effusus es sicut aqua, nè cresças:
quod de omnibus dissolutis dici merito potest, qui sicut aqua
effunduntur, & ideò nunquam virtute proficiunt. Anima 19
autem, quæ à mundi strepitu semota intra seipsam contine-
Psal. 112. tur, quamuis antea sterilis fuerit fit diuina gratia fœcunda &
fertilis, quod spiritus sanctus significare voluit cùm dixit: qui
habitare facit sterilem in domo matrem filiorum lætantem, id
est, fœcundam reddit cordis & spiritus lætitia. Sacrorum etiam
librorum lectioni vacare vos vellem, qua anima diuino amo-
2. Timo. 4 re inflãmatur, & ideò monens Diuus Paulus discipulum suum
Timotheum quomodo se gerere deberet, ait, nemo adolescen-
tiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in ver-
bo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate: & sta-
tim subdidit, dum venio attende lectioni, quia reuera sancta
&

20 & spiritualis lectio potissimum est medium ad ea omnia con-
sequenda.

Et ingressus Angelus ad eam dixit, Aue gratia plena. Hoc verbum gratia duas habet in Latina lingua significationes, vna est, gra-
tum esse: eos enim gratiosos latinè appellant, qui fauore homi-
num & gratia pollẽt, & tandem qui grati sunt omnibus: alte-
ra est cùm gratitudinem significat, hinc dicere solemus, cùm
beneficium ab aliquo accipimus, plurimas tibi gratias ago:
has duas ob causas donum illud spirituale quod animam iu-
stificat, gratiam appellamus, quia hos duos effectus in ani-
ma operatur. Primò enim animam Deo gratam facit, quia dum
homo in peccato versatur est iræ & indignationis filius Deo
inimicus. Secundò quia hominem facit ob accepta beneficia
21 gratum: meritò igitur Maria appellatur gratia plena, quia
Deo omnium creaturarum gratissima fuit, & plures ab eo fa-
uores & munera accepit: & præterea quia gratam se illi ob
accepta beneficia omnium maximè præbuit, & ita ab Eccle-
sia laudatur verbis illis sapientiæ, ludens coram eo omni tem- Sap. 8.
pore, hoc est, semper correspondit diuinę voluntati, quia ni-
mirum omnibus beneficijs, quæ à diuina manu accepit sem-
per gratitudine respondit. Ex quo duo colligimus posse nos
magna cum fiducia eam nobis aduocatam & patronam apud
Deum constituere, quia quæ tantum illi grata est facilè no-
bis remedium & salutem ab eo impetrabit. Alterum est,
quòd cùm tanta in ea sit gratitudo, quodcunque illi seruitium quamuis vile & exiguum præstabimus, plurimi æsti-
22 mabit. Veruntamen si verbum quod in Græco originali hoc
loco ponitur interpretari volumus: ita dicendum erit [*Dios te salue acariciada, regalada del señor*] Græcum enim verbum est, charitomeni, à verbo charitome, quo maximus Dei amor significatur erga sanctissimã hanc virginem. *Dominus tecum*, hoc est, Deus in tè perpetuo manet, à te nunquam rece-
dit. Quòd si sol cùm creatura limitata sit & finita supra ter-
ram tanta cum celeritate excurrens eam tamen ita fertilem
reddit, & foris quidem fructibus ornatam, intus verò pre-
ciosissimis metallis grauidam relinquit, quænam & quan-
ta in hac purissima virgine sol ille infinitæ potentiæ Deus
operatur non celerirer excurrens, sed perpetuò in ea ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nens? O quàm verè dixit ei Angelus: *Gratia plena*, quandoquidē dominus tecum, & ideò addidit statim, *Benedicta tu in mulieribus* vbi in Hebræo est Berucah, quod donum & beneficium significat: quasi diceret, maximis à Deo inter omnes mulieres beneficijs ornata, benedictionem enim beneficium significare patet 1. Regum vbi Abigail dona quædam offerens Dauid, ait: suscipe benedictionem hanc. Et Naaman Syrus cùm à lepra curatus, quædam Eliseo daret, obsecro (inquit) vt accipias benedictionem à seruo tuo.

1. Re. 25.

4. Reg. 5.

Quæ cum audisset turbata est in sermone eius. His verbis virginalis eius pudor significatur, & maxima eius humilitas, qua Dei matrem esse admirabili quadam congruitate meruit, quæ præstantissima est humilitatis laus. Quod vt melius intelligatur notandum est, quòd in rationalium creaturarum ordine homo infima omnium est, & inter homines mulier infima, Seraphim autem omnibus sublimior est: attendite igitur humilitatis præstantiam propter quam humilissima virgo ex infimo statu ad omnium altissimum ascendit, qui est matrem Dei esse: Seraphim autem à sublimiori statu ad infimum propter superbiam descendit, qui est omnium Demonum infelicissimus: vt hinc diuersos superbiæ & humilitatis effectus intelligatis; sed quamuis humilitas sanctissimæ virgini tantam vtilitatem attulerit, Lucifero verò tanti fuerit detrimenti superbia, nihilominus tamen plures hic habet imitatores. O miseri Adæ filij! cur non animaduertitis, quod ait Dauid, quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat & humilia respicit in cælo & in terra? Quem sequimini miseri, quem sequimini? Nonnè vidistis Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem? nihil ne hæc vos superbiæ pœna deterret? spectate Mariam quæ, oblato Dei nomine honore turbatur; nos verò hominum nomine oblato honore nō modo non turbamur, sed magnam ex eo lætitiam capimus, quod malum omninò argumentum est: nam cùm pueros aut mulieres terram magna cum cupiditate comedere videmus cibos verò vtiles fastidire statim stomachum malis humoribus corruptum esse conijcimus, quando quidem re tam noxia & humanæ naturæ contraria delectatur? ita etiam cùm homines rerum terrenarum desiderio teneri videmus, honores & dignitates appetere, ambire & oblatas magno cum gaudio recipere, res verò spirituales & hu-

Psal. 112.

Luc. 16.

& humilitatis opera fastidire meritò conscientias corruptas & deprauatas esse conijci potest.

Et cogitabat qualis esset ista salutatio. O quot mala ex considerationis defectu nascuntur, nam si cū quis suauibus vos verbis alloquitur, quid inde sequi potest consideraretis, plurimæ Dei iniuriæ euitarentur. Dixit Deus Gedeoni vt eos tantum ad bellum duceret, qui manibus tantum aquam haurirent, eos verò qui se pronos demitterent, reijceret, qua in re significare voluit Deus non temerè nos debere sine vlla consideratione ad terrena abijcere: quia quemadmodum in aqua nonnulla animalia venenosa latēt, quæ necare homines solēt, nisi cauti sint & eā manibus hauriāt: ita etiam sæpe delectabili rerum specie fraudes & pericula occultari solent: & ideò qui cautelā adhibet & maturam deliberationem, hic ad victoriā in spirituali bello consequendā idoneus est.

Iudi. 7.

Et ait Angelus ei, ne timeas Maria inuenisti enim gratiam apud Deum. Timeant qui inuenerunt gratiā apud homines, quia in magno diuinam gratiam amittēdi periculo versantur, vel fortè iam amiserunt. Nam D. Paulus si adhuc, inquit, hominibus placerē Christi seruus non essem: neque solū spiritualia damna, sed temporalia etiam timere possunt, quia huiusmodi homines qui principū gratiæ innitūtur, ijs comparare soleo, qui ex sublimi aliqua arbore fructus decerpere volunt, quos vt assequi possint alienos humeros ascendunt, & ita ramos facilè apprehendunt: sed cum minus cogitant, confringitur ramus, illi verò ridiculè cadunt: cōfringitur ramus cùm Rex moritur aut princeps, quem apprehēsum, vt fructus decerpere posses, tenebas, à quo magnam sperabas vtilitatem: eo mortuo qui te humeris sustinebant propriæ etiam vtilitatis spe statim te cadere sinunt, & te lucri spe deficiente contemnunt: ex quo patet meritò illis timendum esse, qui gratiam coram hominibus inueniunt: tibi verò sanctissima virgo timendum non est. *Inuenisti enim gratiam apud Dominum, ecce concipies in vtero & paries filium & vocabis nomen eius Iesum.* Cùm hic quidem Angelus in somnis apparuit Ioseph, nominis huius causam attulit dicens: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum: cur ò Angele beate hanc causam hoc loco reticuisti? si hic esset Angelus hoc credo respōderet: legi in libro vitæ purissimæ huius virginis priuilegia, & tantæ puritatis eam esse intelligo vt coram ea peccatum neq; nominandū sit, Ioseph enim quā-

Gala. 1.

Matth. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uis iustus vir sit, anteà peccator fuit, & ita eius aures non ita peccati nomen offendit, & prætereà quia hæc sanctissima virgo sapiẽtissima est & incarnationis finem optime nouit, esse scilicet vt homo à peccato redimatur. Tandem cùm posse se salua virginitate cõcipere intellexit profunda humilitate & obediẽtia dixit: *Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuũ*, Quibus verbis fidei etiã suæ præstantiam manifestauit: promissiones quæ Dei nomine
Luc. 1. Zachariæ factæ sunt & Ezechiæ, & Gedeoni, non ita difficiles
4. Reg. 20 erant, & tamen ad exiguæ fidei solatium signa à Deo petie-
Iudi. 6. runt: Maria vero nullum petit signum ad rem hanc omnium dif
Gene. 7. ficillimam confirmandam. Cum promisit Deus Abrahæ filium cum & ipse senex & mulier sterilis esset, fideliter credidit, & ei reputatum est ad iustitiam, quam fidem exaggerãs Diuus Paulus ait, & non est infirmatus fide neque considera
Rom. 4. uit corpus suum emortuum cum fere centum esset annorum neque mortuam vuluam Saræ, in repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide dans gloriam Deo, plenissimè sciens quia quæcumque promisit Deus potens est facere: ideò & reputatum est illi ad iustitiam. Quòd si tot laudibus Abrahæ fides celebratur quibus laudibus sanctissimæ virginis fidem celebrabimus, quæ & maior est & in re difficiliori vt est æternum verbum incarnari, virginem concipere, & sine corruptione parere? Sed cũ nullis hoc verbis exaggerari possit, rem silentio prætereuntes & rei nouitatem admirantes huius & cæterorum omnium bonorum datorem Deum laudemus & fæliciſsimæ huius ancillæ serui esse curemus, cui omnia seruiunt, eam sequamur, eam imitemur vt apud Deum nostra sit aduocata & hic gratiam nobis impetret, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadẽ Incarnatione Dñi
Concio Tertia.

Missus est Angelus Gabriel à Deo Luc. 1.

Quam

VAMVIS homo perfectioris sit naturæ, quàm cæteræ res omnes visibiles & corporales, nihilominus tamen nulla creatura post creationẽ maiori perfectionis suæ necessitate remansit quam homo, qui solus nondum ad id perfectionis culmen ascenderat, quam habere poterat, quia eius perfectio non in naturali animæ & corporis esse cõsistit, non hoc solo contentus est hominẽ, scilicet, esse sed maioris perfectionis est capax, quam tunc recepit cum verbum caro factum est: tunc enim hominis humanitatem Deus impleuit cũ diuinum illi esse dedit, quod vnum ad eius perfectionem deerat.
O ineffabilis Dei charitas! qui ita se vt hominem sublimaret abiecit. Cùm de hac humiliatione agere D. Paulus vellet verba illi *Philip.* 2.
deesse videntur, & ita de altissimo Dei filio loquens ait: qui cùm
2 in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo: vtitur hic sanctus Apostolus eo loquẽdi modo quo homines vti solent, cũ alicuius nobilitatẽ aut scientiã laudare volũt: Nihil illi principi, aiũt, vir istè detrahit, vel hic sapiẽs illi doctori si se illi in nobilitate aut scientia æqualẽ dicat: ita hoc loco, dũ ait nõ rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo, perinde est ac si diceret, nihil honoris filius patri detrahit, si se illi æqualẽ dicat: quandoquidem vnum & idẽ cũ Deo est, & hic quidẽ qui æqualis est patri semetipsum exinaniuit, hoc est, nihil se quodãmodo fecit formã serui accipiens.
Omnia enim Deo cõparata sunt, vt ait Isaias. quasi nõ sint, om- *Isai.* 40.
nes (inquit) gentes quasi non sint sic sunt corã eo, & quasi nihi
3 lum & inane reputatæ sunt ei. Et hanc à creatura ad creatorem distantiam notauit etiam Diuus Paulus, his verbis: nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit: non ait *Hebr.* 2.
assumpsit vt significaret tam humanam quam Angelicam naturam à Deo infinito quodã interuallo esse remotã, quare illud apprehendere est tãquam vi, id est, potentia infinita rem adeò vilem vt est humana natura ad se quasi fugientem trahere & sibi vnire cuius vilitatem exaggerauit etiam Isaias dicens: egredietur virga de radice Iesse, vbi in Hebræo habetur de trũco Iesse vt eam *Isai.* 11.
tanquam vilem & rudem hoc nomine diminueret. Tempore autem in quo Deus admirabile hoc opus effecit bonũ, quod inde cõsequuturũ erat ostẽdit. Nã cũ Hebræos voluit Ægyptia seruitute

Exod. 12. liberare, dixit, mensis iste vobis principium mensiũ, primus erit 4
in mensibus anni. Certum autem est primum Hebræorum mensem à noua luna duxisse initium, quæ æstiuo æquinoctio propinquior esset, vel ante æquinoctium vel postea, ex quo patet illi mensem Martium plus respondere quàm vllum alium. Eo autem tempore eos liberare voluit, cùm sol nobis appropinquare & dies maiores esse incipiunt: quo gratiæ legis tempus significatum est: in eodem enim mense Dei filius incarnatus est & crucifixus, vt ex omnibus partibus veritati figura responderet, sol enim iustitiæ qui tanto interuallo in veteri lege distabat nobis hoc tempore propinquior factus hominum corda calefacere & culpæ & ignorantiæ tenebras incepit expellere, loquens autem eo in loco de agno quem Hebræi sacrificaturi erant non sine magno mysterio ait: immolabitque 5
eum vniuersa multitudo filiorum Israel, vbi omnes agnum immolare iubet, quia quamuis vnaquæque familia suum sibi agnum immolaret, omnes tamen vnum tantum agnum Iesum Christum significabant, & ideò agnum dixit non agnos. Hoc eodem die in quo verbum diuinum incarnatum est, peccauit Adã, mortuus est Abel, Abraham sacrificauit, Diuus Ioannes Baptista, decollatus fuit, D. Iacobus occisus, D. Petrus vinculis ab Angelo ereptus.

Ait igitur sanctum Euãgelium, *Missus est Angelus Gabriel à Deo.* Iuris regula est, per quascumq; causas nascitur contractus per easdem dissolui: si culpæ inuestigamus originẽ sermonem illũ fuisse inueniemus, qui inter Angelum malum & virginem Euam habitus est. Nam quemadmodum qui vult ramũ ex arbore aliqua 6
simile. euellere debiliorem non robustiorem partem apprehendit, quã ad se trahens à trunco in quo fixus erat ramus reuellit, ita etiam Sathanas cum vniuersi humani generis damnum ab Adæ culpa emanaturum esse intelligeret, ideò eum à Deo cui fixum inhærere videbat euellere decreuit, sed cum forti & virili animo eum esse animaduerteret, eũ primò aggredi ausus nõ est, sed mulierẽ tãquã debiliorẽ partẽ apprehẽdit vt hæc cadẽs virũ secũ in ima traheret vt re vera factũ est, quarè vt maledicti illi⁹ Angeli colloquiũ perditionis nostræ iter aperuit: ita etiã sanctissimi hui⁹ Angeli cũ purissima hac virgine colloquiũ redẽptionis nostræ iter patefecit & ita per eandẽ portã ingressa est vita per quã mors erat ingressa.

Hoc

7 Hoc iubet Deus, vt per eandem viam ab infœlici peccatorũ vestrorum statu egrediamini, per quam eò ingressi estis. In publi- *simile.*
cis taurorum venationibus videre est, taurum sæpè ad eam portã per quam ingressus est, redire; quia naturali instinctu docetur, eam quæ malorum suorum causa fuit, salutis etiam causam futuram. O infœlix peccator tanquam taurum tot peccatorum telis confossum, à carne & diabolo agitatum, & appetituum tuorum pugna defatigatum video, ad portam per quam ingressus es confugias, quia per quascumque causas nascitur contractus, per easdem dissoluitur: voluntatis consensus malorũ tuorum causa fuit, eiusdem igitur odium salutis erit causa, malorum familiaritas, otium, in rebus diuinis pigritia & negligentia, perditionis tuæ
8 porta fuerunt, bonorum conuersatio, virtutum exercitatio salutis & remedij tui porta erunt.

Missus, igitur, *est Angelus Gabriel à Deo.* In hoc magna Diui Gabrielis familiaritas cognoscitur, cui talis nũtius & grauissimũ hoc redemptionis negotiũ cõmissum est. O admirabilis Dei sapientia! qui redemptionẽ mundi eius ruinæ mirabiliter ex omni parte respondere facit. Primus ille Angelus Lucifer cùm præuideret (vt grauissimi Doctores affirmant) Deum hominẽ fieri aliquando debere, inuidia motus primum hominem ad peccandum inducere voluit, vt ne Deus homo fieret, impediret. Optimũ enim sibi ad hoc medium visum est, si vestem, quæ est natura humana peccati sorde fœdaret, ne eam Deus indueret, sed tamen nihil hoc Dei consilium impedire potuit: & ita quemadmodum qui primos illos parentes decepit, omnium Angelorum, qui cecide
9 runt, maximus erat: ita etiam qui de salutis nostræ negotio agit, vnus est ex maioribus qui remanserunt. Hic quidem Angelus Hebræos Ægypti seruitute liberauit, per desertum dux illis fuit, legem Dei nomine dedit, Moysi in rubo apparuit, tres pueros in Babylonis fornace seruauit incolumes, Loth è Sodomæ incendio, Danielem è lacu leonum eripuit, hic Redemptori nostro in horto oranti apparuit confortans eum, & ita virtus Dei vocatur: hic Dei secreta iustis reuelabat, & hac de causa Daniel Propheta
eum rogat, dicens: Gabriel fac intelligere istam visionem: hic *Dan. 8.*
Ioannis Baptistæ conceptionem & ortum nunciauit, hic pastoribus & Orientis Magis apparuit, hic resurrectionis gloriam & cætera omnia Redemptoris nostri mysteria declarauit, cùm cæ-

teri quærerent, quis est iste qui venit de Edom, & tandem in vlti
mo iudicij die Dei tuba erit, & qui nunc missus à Deo est, tunc
diuinum iudicem præcedet & eos, qui eum puro cordis affectu
honorant, defendet. Notandum autem est, quod hoc loco Ange
lus est nomen officij, quare missus est Angelus Gabriel, signifi-
cat Gabriel missus à Deo fuit nuntius, quia Angelus Græcè idē
Psal. 103. est quod Latinè nuntius, & ita vsurpatur in Psalmo: qui facis
Angelos tuos spiritus, id est, qui facis spiritus Angelos tuos, id
D. Bernar dus epist. 77. ad Hu go. de S. Victo. est, nuncios: ponderat autem Diuus Bernardus, cùm ait, hoc loco
Euangelista à Deo significat Angelum è supremis esse & imme
diatè à Deo missum fuisse; nam, si, vt cæteri Angeli commu-
ter mittūtur, Gabriel missus fuisset, cur opus erat addere, à Deo,
si omnes à Deo mittuntur? & Diuus Gregorius: Summum An-
Grego homilia 34. ante med. illius. gelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat.
Isai. 7. *Missus est ad Virginem.* Virgo esse debebat, ita enim Isaias promise-
rat, vbi sanctus Propheta Regi Achab dixit: Pete tibi signum à
Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum su-
pra, vbi Diuus Bernardus ait, dedisse Deum sui amoris signum,
quandoquidem se vsque in profundum inferni demisit, & post
sanctissimam suam resurrectionem in excelsum cæli ascendit.
Ephes. 4. Hinc Diuus Paulus inquit: Qui autē ascendit, quid est, nisi quia
& descendit primū in inferiores partes terræ, qui descendit ipse
est, & qui ascendit super omnes cęlos, vt adimpleret omnia: hoc
signum est, quod magnam nobis fiduciam præbere debet, scili-
cet, scire quod qui ita nos amauit, vt in infernum nostra causa de
scenderit, ad dexteram patris frater & aduocatus noster sedet.
Cùm igitur diceret Isaias Regi Achab, vt signū peteret, respon-
dit: non petam, & non tentabo Dominum: erat enim Rex ille
idololatra, & si signum peteret, quod Deus illi daret, obligare se
videbatur, vt eum Idola sua relinquendo veneraretur, quod ne
faceret se sacræ Scripturæ authoritate male intellecta tuebatur,
Deut. 6. ex Deuteronomio: Non tentabis Dominū Deum tuum. Idem
prorsus his temporibus accidit; nam si peccatori alicui dicimus,
frater cogita Deum in te magna beneficia conferre velle, pete ab
eo signa, vt tuum tibi cor vulneret & incendat, & te tuis affecti-
bus liberum ad se trahat, respondet; non petam, & non tentabo
Dominum, indignus sum huiusmodi beneficijs. Ah ist'eleste non
humilitatis causa hoc dicis, sed quia tua tibi Idola deserenda
sunt,

13 sunt, tuæ delectationes & voluptates, tuæ cupiditates, quibus
inseruis, quas ne deseras, signum à Deo petere recusas. Septua-
ginta interpretes hunc locum sic verterunt, non petam, & non
glorificabo Dominum, in quo expressiùs quod diximus, decla-
ratur. Huic homini tam deprauato, qui Idolis suis potiùs quàm
Deo honorem dare volebat, huic homini & eius populo vniuer
so ait eo loco Sanctus Propheta: Audite domus Dauid, nūquid
parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis &
Deo meo? O detestandam malitiam! Dei seruis & ipsimet Deo
molestiam afferre: sed quanam in re Prophetis molesti erant?
num quia cibum denegabant? nunquid quia debito honore non
afficiebant? num de hoc solo Deus conqueritur? Minimè, sed
præcipua molestia erat, eò quòd ea quæ Prophetæ prædicabāt,
14 non faciebant. O quot huiusmodi hodie inueniuntur, qui Dei
seruis & ipsimet Deo molesti sunt, nam quamuis eos verbis ho-
norant, ea tamen quæ prædicant, contemnunt. Verum tanta est
Dei misericordia, vt addat Propheta, propter hoc dabit Domi-
nus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet & pariet filium. O
miram Dei clementiam! qui omnium beneficiorum maximū
tunc cum homines eo maximè indigni erant, pollicetur: & ait,
propter hoc, scilicet, propter hanc ingratitudinem vt vos pudeat
& pudore saltem à malo recedatis, ô miseros peccatores! quàm
digni æterna damnatione eritis, si diuina hac misericordia abu-
timini. Ait absolutè, ecce Virgo concipiet, quo eius virginitatis
singularitas denotatur, cuius cōparatione omnis virginitas cor-
ruptio potiùs videtur: cæteris enim virginibus satis est si corpo-
15 re incorrupto sint, quæ enim virgo vnquam fuit, quæ carnis
impetus & stimulos in se ipsa non senserit? non parua gloria
est, si se ab ijs superari non sinunt. At verò Maria tota est vnde-
quaq; virgo, virgo carne, virgo mentę & spiritu, virgo cogitatio
ne, virgo affectu, virgo sermone, virgo opere, virgo sensu, virgo
quę hoc tāquā priuilegiū habuit, vt omnes qui eā aspicerēt virgi
nes aliquomodo faceret: admirabile donū, vt tāta pulchritudine
pręstās nō solū nō ad libidinē, sed ad puritatē cęteros, puocaret.
Tandem id quod de ea sentio, paucis dicam, sanctissimum eius
corpus, quanuis è vera carne constabat; ita tamē à prauis carnis
affectibus alienū erat, ac si ex auro aut crystallo confectū esset.
Virgo remanens concipiet, & pariet filium, butyrum & mel co *Isa. 7*
medet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

medet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum: hoc est, ve- 16
rus erit puer parentis voluntati, vt cæteri omnes subiectus, eius
cibus erit puerorum cibus, lac, scilicet, & mel, hæc vt cæteri co-
medet, & quæ cæteri respuunt & reprobant, reprobabit; vt sunt
amara & acerba: quod exaggerandum non esset, si puer tantum
esset; sed cum Deus sit, puerum fieri & pueriles cibos comedere,
hoc magna admiratione dignum est, & hunc legitimum horum
verborum sensum esse existimo.

Et ingressus Angelus ad eam. His verbis sanctissimæ Virginis
Simile. clausura denotatur, quæ res est omnibus necessaria, quia expe-
rientia videmus, quòd cum aurei numi libra expenduntur, si
plurimum manibus contrectati sunt, debito solent pondere ca-
rere, colore solent esse diluto, & imaginem habere detritam: at
verò qui ex arca promuntur suum habẽt pondus, & integrum ad 17
huc seruant splendorem, ita etiam cum homines in diuinæ iusti-
tię libra expendentur illi, qui huc illuc vanis & inutilibus rebus
occupati vagantur, inuenientur (vt Daniel dixit Balthasari) mi
Dan. 2. nus habentes, appensus (inquit) es in statera, & inuentus es mi-
nus habens. Et quamuis omnibus clausura necessaria sit iuuencu
lis præcipuè necessaria est, quæ teneræ sunt, & cuiuscumque rei
impressionem facile recipiunt, & hac de causa, virgo Hebraicè
vocatur alma, quasi abscondita, ita, vt ipsamet vox qualis esse de
Cant. 8 beat, moneat. Cum sponsus sponsæ delicias faceret, soror, inquit,
nostra parua & vbera non habet, quid faciemus sorori nostræ in
die qua alloquenda est? quo loco docet Spiritus sanctus marito
sororem vxoris, sororis loco esse debere, ita autem eius curam
gerere debere, vt inter ipsas delicias & voluptates eius obliuisci 18
non debeat: vbi etiam plurimum ponderandum est verbum il-
lud alloquenda cùm nuptias significare vellet, quia nimirum nu
pturę aliqua loquẽdi libertas virgini, ante nuptiarum diem non
est concedenda: tunc, scilicet, cum matrimonij illi est dandus as-
sensus. Subdit sponsus: Si murus est ædificemus super eum pro-
pugnacula argẽtea; quasi diceret, vt nubat optimum remedium
est, eam aliquo muro aut turri includere, & muro firmissima su-
peraddere propugnacula, ne cui pateat ingressus: & si ostiũ est,
compingamus illud tabulis cedrinis, hoc est, si in ea turri aut mu
ro est ostium, muniamus illud tabulis cedrinis quæ firmissimæ
sunt, & hoc omne vt diligentius seruetur ad nuptias. O nostro-

rum

19 rum temporum miseriam, in quibus adolescentulæ nõ claudun
tur, nisi cum sanctissimo missæ sacrificio interesse debent: thea-
tra verò, publica spectacula, & huiusmodi res profanæ quan-
ta cum libertate visuntur? Diligenter obtecro fratres, hæc vobis-
cum considerate, & intelligite, quòd si sponsus sponsæ suæ soro
rem tanto cum rigore asseruari iubet, maiorem omnino hac in re
curam eius fratribus & parentibus adhibendam esse.

Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena. Cur, ô An-
gele beate, eam proprio nomine non appellas, dicens: Aue Maria,
gratia plena. Vt nimirum Virginis huius præstantia tanquam
per antonomasiam intelligeretur; vt cum dicitur Sapiens, Salo-
mon intelligitur, qui in sapientia præstitit; ita cùm dicitur, gratia
plena, Maria intelligitur, quæ quidem excellentia omnium ma
20 xima est, scilicet, supra omnes creaturas gratam Deo esse. Possu-
mus etiam dicere, gratia quoque & pulchritudine corporis ple-
nam fuisse: quare Dionysius Cartusianus refert, quòd cùm Dio- *Dionysius*
nysius sanctissimam Virginẽ vidit, exclamauit, Nisi vnam tan- *Cartus. in*
tum diuinitatem esse crederem, hanc mulierem diuinam esse di- *elucida. 3.*
cerem. quare eam cæleste prodigium & sacratissimum monstrũ *c. de diui.*
appellauit. Et meritò eam ab hominum familiaritate remotam *nomi.*
viuere affirmauit, aliter enim homines in magno idololatriæ pe
riculo fuissent, tanta erat illius maiestas. Verum nolite existima
re, quòd quia Deus tot dona illi communicauit: ideò immẽsi po
tentiæ suæ thesauri exhausti sunt; sed, si nunc beneficia ab eius li
beralissima manu non accipimus, negligentia nostra est causa,
quia nõ ad ea recipienda disponimur. Loquens Deus cum popu
21 lo Hebræo, dilata, inquit, ostium, & implebo illud: quo signifi- *Psal. 80.*
cauit necessariũ esse, vt si diuinis muneribus impleri volumus,
corda nostra euacuemus, & vehementissimis dilatemus deside-
rijs. Sanctos viros quonam modo sanctos fuisse existimatis? di-
cet quis, quia Deus eos sanctos facere voluit. Verum quidẽ est,
hoc fundamentum fuisse: sed cum hoc dispositio etiam vniuscu
iusque concurrit: omnes enim Deus sanctos esse vult, vt Diuus
Paulus affirmat, dicens: Hæc est voluntas Dei, sanctificatio ve- *1. Tim. 4.*
stra. Sed si omnes sancti non sumus, hoc est ex nostræ dispositio
nis defectu. Nam si cum Deus nos vocat, eius diuinæ vocationi
vnusquisque responderet, & à peccatis recedens, veram eorum
pœnitentiam faceret, diuinorum verò beneficiorum memor in

non

se

Universidad de Deusto
Biblioteca

se præberet, statim Deꝰ noua cõgereret beneficia, & magis quo 22
tidie, ac magis in virtute proficeretis: per hanc enim viam sancti
omnes ad virtutis culmen ascenderunt. Et hoc est dilatare os, vt
4. Reg. 4. Deus illud impleat. Nonne audiuistis quod de paupere illa vi-
dua narratur, cui Eliseus persuasit, vt cum ære alieno premere-
tur, peteret mutuò ab omnibus vicinis vasa vacua, non pauca;
mox domum ingrederetur vnà cum filijs suis, & clauso ostio
oleum, quod domi habebat in omnia illa vasa effunderet. Quod
cùm fecisset mulier omnia, quæ illi vasa à filijs offerebantur im-
plebat, cumque omnia essent plena, nec plura esse vasa filij re-
spondissent, stetit (inquit textus) oleum. Res omnino admiratio-
ne digna, vt deficientibus vasis oleum quoq; defecerit: quo signi
ficatũ est, q̃ si Deꝰ gratiã suã hominibus nõ cõmunicat est, quia
vacua vasa non habent, sed immunditiæ, & vanitatis plena. 23

Quæ cũ audisset turbata est in sermone eius. Non ex Angeli aspectu
turbatam esse crediderim, quæ Angelorum conuersationi assue
Vbertinus lib. de Vita Saluatoris Chrysosto. in opere imperf. super Matt. homil. 27 tom. 2. ta erat, & ita Vbertinus verba illa Sancti Dionysij paulò antè ci
tata referens, addidit: tunc Diuum Dionysium eam infinita An
gelorum multitudine septam vidisse: quare turbata est laudari
se audiens, quia vt Diuus Chrysostomus ait: Iustus cùm lauda-
tur in facie, flagellatur in corde. *Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria in*
Iud. in Ca non. *uenisti enim gratiam apud Deum.* Timeãt qui apud homines gratiã
inuenerunt, de quibus illud Apostoli Iudæ in sua Canonica di-
ci potest, nubes esse sine aqua, quæ à ventis circunferuntur. Nu-
bes sit ex vapore à terra caloris virtute excitato; quæ ita in aere
extenditur, vt cælum cõtegat, & vix aliud præter eam videatur:
sed nunquam in eodem loco permanet, & huc illuc à ventis cir- 24
cumfertur, & tandem paulatim consumitur. O Deus incommu
tabilis, quàm verè humanarum dignitatum sublimitas in nube
repræsentatur! Videre enim est aliquos è terræ puluere humani
fauoris vi ad tantam dignitatum altitudinẽ excitatos, vt cætera
omnia occultare, & obscurare videantur: sed nũquam possunt in
eodem statu quiescere; inuidia, odio, inimicitijs, & alijs molestijs
agitati inquieti vagantur, & tandem ad terram, ex qua excitati
sunt, miseri reuertuntur. Hos igitur timere æquum est, non te, ô
Virgo sanctissima, quę, *Inuenisti gratiam apud Deũ.* Sed cùm timor
donum sit diuinum, cur ô Angele beate timorem ab ea expelle-
Eccle. 27. re vis? Est Dei timor adeò necessarius, vt dicat Ecclesiasticus: Si
non

25 non in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur do
mus tua. Tanti æstimat Deus hunc timorẽ, vt quicquid eius cau
sa facimus cum timore fieri velit. Quare Dauid ait: Seruite Dño *Psal. 2.*
in timore. Nam cùm alicui placere optatis timere soletis, an quæ
eius causa præstatis grata illi futura sint, vt Sanctus ille Iob, qui
hac de causa aiebat, Verebar omnia opera mea: & ipsemet Dauid *Iob. 9.*
magistrum se omnium profitetur, dicẽs: Venite filij audite me, *Psal. 33.*
timorem Domini docebo vos. Inter cætera argumenta, ex qui-
bus an Deus in anima habitet conijci potest, est timor, qui exte-
riores sensus, & potentias regit. Nam cùm in domo aliqua ianito
rem cautè ianuas custodire videmus indicium est dominũ domi *Simile.*
esse: at verò cùm patẽt ianuæ, & nullus adest ianitor optimè con
ijci potest abesse Dominum: ita etiam cum timor, qui animę est
26 quasi ianitor ianuas, id est, sensus & potentias diligenter custo-
dit, signum est Deum in anima habitare: at verò cùm nullus est
timor, & omnibus patet aditus rectè Dominum inde abesse con
ijci potest. Quę cum ita sint, cur ait Angelus: *Ne timeas Maria?* Re
spondeo, non sanctum ab ea timorẽ expellere voluisse, qui pre-
ciosissimum est Dei donum, sed alius est timor, qui, vt ait D. Da *D. Dama*
mascenus, vocatur agonia: & est perplexitas quædam, quæ in ar *scenus.*
duis negotijs animum mysterij, quod offertur sublimitate extol
lit, & stupidũ reddit, & de hoc timore loquitur. Addit: *Ecce conci*
pies & paries filium, &c. Hic erit magnus. Quæ hæc laus est, ô Ange
le sapiẽtissime, quando quidẽ de D. etiam Ioãne dixisti, erit ma-
gnus? Cũ Rex & comes aliquis magni titulo laudãtur, hæc inter *Simile.*
vtriusq; laudẽ differẽtia est, quod hic quidẽ, vt magnꝰ comes, ille
27 verò vt Rex magnus laudatur: magna enim inter magnũ comitẽ
& magnũ regẽ differẽtia est: ita etiã D. Ioã. vt magnus sanctꝰ ab
Angelo laudatur; Christus verò vt magnus Deus, & quãtũ ad hu
manitatem magnꝰ homo, magnus Rex, & magnus Redemptor.

Et regnabit in domo Iacob in æternum. Domus Iacob hoc loco mili
tãtem Ecclesiã significat, ex veris Israelitis congregatam, id est,
ex illis, qui fidẽ Iacob cõseruãt: quia si Israelita ille est, qui ex ge
nere Israel carne descẽdit, cur non etiam erit Israelita, qui spiritũ
& fidem Israel habet? Hoc significauit D. Paulus, dicẽs: Videte *1. Cor. 10.*
Israel secũdũ carnẽ, quasi res sit vilis, & parui pretij. Idẽ significa
uit Christꝰ Redẽptor noster, cũ de Nathanaele dixit: Ecce verus *Ioan. 1.*
Israelita, in quo dolus nõ est. Nã quemadmodũ D. Dominici, & *Simile.*
Diui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diui Franciſci filij illi potius vocari debẽt, qui eorum mores imi 28
tantur cuiuſcunque ſtatus ſint, quam illi, qui eius regulam tantũ
verbis & habitu profitentur; ita etiam veriùs Iſraelitæ illi appel
lari poſſunt, qui Iſraelis ſpiritum & fidem ſequuntur, quàm illi
q ui ab eo per carnem deſcendunt. *Et regni eius non erit finis.* Super-
fluum hoc videtur, cùm antea dictum ſit. *Regnabit in domo Iacob in*
æternum. Sed reſpondeo, æternum ad tempus eſſe referendum,
hoc eſt perpetuò eius regnũ eſſe duraturum; illud autem: *Regni*
eius non erit finis, Loci amplitudinem & extenſionem ſignificat;
quaſi diceret: Eius regnum nullis terminis definietur: quia vbiq;
terrarũ electi, & prædeſtinati futuri ſunt, vbiq; ille ſolus erit Re-
Iſai.45. dẽptor & Rex. Et ita vbi nos legimus: Ego Dñs, & nõ eſt alius,
ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt: Ego Dominus, & non eſt
Hebr.13. vltra. Et ita ait Diuus Paulus: Ieſus Chriſtus heri, & hodie ipſe 29
& in ſæcula. Quo in loco notant ſacri Doctores ſacræ Scripturæ
familiarem eſſe loquendi modum, vt, heri omne tempus præte-
ritũ, hodie verò præſens, cras futura ſæcula ſignificet; quare Chri
ſtus heri & hodie & in ſæcula ſignificat, nullus alius Chriſtus ex
pectandus eſt, quia ipſe regnabit in æternum, & regni eius non
erit finis.

Cùm audiſſet ſanctiſsima Virgo, poſſe ſe illęſa virginitate
concipere, magna cũ humilitate dixit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi*
ſecundum verbum tuum. Meritò ſe ancillam vocat, quãdoquidem
omni libertate carere voluit, & in omnibus ſe diuinæ voluntati
ſubiecit. Et quemadmodum filius ſecundum iura matris condi-
tionẽ ſequitur: ita, quia ipſa ancilla eſt, ita filius ſeruus natus eſt,
Pſal.115. de quo dicitur: Ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Quare rectè 30
ſe incarnationis tempore ancillam nominat, quia filius, quem pa
ritura erat, mundi ſeruus futurus erat. Hæc cum dixiſſet, ſtatim
in eodem temporis inſtanti diuinum verbum in eius puriſsimo
1. Reg.17 ventre incarnatum eſt. Et quemadmodum poſuit Dauid in fun-
da lapidem, vt ex ea egreſſus Gigantem proſterneret: ita etiam
petra Chriſtus in hac virginalium viſcerum funda poſitus fuit,
vt inde ad Dæmones proſternendos egrederetur. Cuius lingua
explicare poſſet, qualiſnam verbi diuini prægnans remanſerit?
Tu ipſa hoc dicas, ô Angelorum Regina, quidnam cæleſti illo li
quore irrigata ſentires? quenã ſuauitas eſſet ipſummet ſuauitatis
fontem ventre incluſum geſtare? quàm ſuaue incendium eſſet,
cæle-

31 cæleſtem illum ignem viſceribus cõtinere? quænam amoris
ſcintillæ inde exilirent? quinam radij à lucidiſsimo illo ſole carnis nube velato manarent. Dic ó virginum flos, quibuſnam viri
bus tantarum voluptatum impetum ferre potuiſti? ô arca Deifera cæleſti plena theſauro, ô admirabile vas precioſiſsimo illo
balſamo refertum, quibuſnam verbis te laudabimus? Omnia
enim à laudum tuarum dignitate ſuperantur. Per altiſsima, quę
in te hodierna die Deus operatus eſt, myſteria à te humiliter petimus, vt noſtra ſis apud Deum patrona, & gratiam nobis impetres, qua proficiſci detur ad gloriam: ad quam nos perducat Ieſus tuus filius, Amen.

1 In eadẽ Incarnatione Domini

Concio Quarta.

Miſſus eſt Angelus Gabriel, &c. Luc.1.

GLORIOSVS Apoſtolus Diuus Paulus *Gala.4.*
hæc verba ſcribit magnæ conſolationis plena: Vbi
venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum
factum ex muliere. Meritò omne illud tempus
2 præceſsit vacuũ appellari poteſt, quia Deum hominẽ fieri fuit
maiorẽ ſui communicationẽ facere, quàm fieri vnquam potuiſ-
ſet. Quemadmodum ſi quis cùm ſæpiùs diuitias ſuas diſtribuiſ-
ſet, tandem cùm ſummum ſuæ liberalitatis vellet oſtendere, arcam ipſam omnibus refertã theſauris daret: dederat enim Deus
res omnes viſibiles & corporales ad corpus alẽdum, quin etiam
Angelos etiam inuiſibiles & ſpirituales, vt nobis ſeruirent, ſed
vt amoris ſui & liberalitatis culmen oſtenderet, arcã ipſam dedit, id eſt, vnigenitum filium ſuum humanatum, in quo ſunt om *Coloſ.2.*
nes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Et hæc eſt cauſa
inter alias cur gratiæ legis tempus, plenitudo temporis appelletur. Hac etiam de cauſa Dei filius patris manus appellatur: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quemadmodum manu res distribui solent: ita etiam per filium 3
æternus Pater cælestia dona largitus est. Hæc est illa manus,
Psal.143. quam tanto cum affectu petebat Dauid, dicens: Emitte manum tuam de alto. Accidit aliquando, cùm viæ cœno sordidæ sunt, dum mulier aliqua eleganter compta & ornata incedit, vt quis eam pedibus inconsideratè fœdet, qui pudore suffusus negligentiæ suæ veniam petens: Tergat, inquit, manus quod pes fœdauit: certum enim est, quòd si eodem pede tergere vellet, nihil proficeret. Quare cùm se Dauid hominis pedibus, id est, Adæ affectionibus fœdatum videret, clamat: Miserere mei Domine, quoniam conculcauit
Psal.55. me homo. Homo inconsideratus, qui non se solum, sed me etiam & vniuersum humanum genus peccati labe fœdauit. Quare quandoquidem pedes me fœdarunt, miserere mei, & 4
Gene.1. mitte manum tuam de alto, quia pedes, qui me fœdarunt, tergere me, & mundare non possunt, nisi tua manus de cælo dilapsa aduenit, id est, vnigenitus tuus filius. Ad hoc igitur hodierna die: *Missus est Angelus Gabriel ad Virginem.* Per mulierem virginem malum in mundum ingressum est, & per aliam
Simile. virginem mulierem hodierna die bonum ingreditur. Solet pueri auiculas captandi cupidi artificium quoddam ad costæ similitudinem retibus instruere esca apposita, ita, vt demittente se ad escam auicula, decidat costa, & retibus auem includat. Hoc ipsum fuit diaboli artificium, vt homines irretiret:
Psal.56. & ita conquerebatur Dauid: Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. Quisnam laqueus fuit iste? dicam: Nonne à mulieribus sæpe dici audiuistis, cur nam 5
homo mulieri æquari debeat, cùm ille ex terræ limo, mulier verò ex costa Adæ formata sit? Et profectò rectè dicunt mulierem ex Adæ costa fuisse formatam. Hanc igitur costam diabolus verborum suorum laqueis instruxit, dicens: Nequaquam moriemini, diuinitatis spe tanquam esca apposita, dicens: Eritis sicut dij, decidit costa & auem, id est. primum hominem irretiuit. Et quot aues hodierna die hac costa, quæ est mulier decipit? Quapropter cauti estote dilectissimi, & eius familiaritatem fugite, vt vobis instructas euitetis insidias. Itaque quemadmodum malus Angelus cum muliere loquens tot malorum causa fuit; ita etiam diuina sapientia decretum est,

6 est, vt sanctus hic Angelus cum sapientissima Virgine loquens, iter ad mundi salutem aperiret.

Et missus est ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid. De solo Dauid mentionem hoc loco facit Sanctus Euangelista, vt Diuus Paulus dicens, quod antea promiserat *Rom.1.* per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem; vbi probat Diuus Paulus: Mysteriorum Iesu Christi veritatem ab antiquitate, quia ab exordio mundi promissa fuerunt. Quare idem ait: Fidem electorum, quæ in spem vitæ æternæ est, esse *Tit.1.* quam promisit, qui non mentitur Deus ante tempora sæcularia; manifestauit autem temporibus verbum suum: magnum enim est testimonium videre, vt promissionibus antea factis,
7 dona respondent. Sed quæro, quonam modo potuit Deus hoc beneficium polliceri ante tempora secularia, cùm ante sæcula nulla esset creatura, cui hoc promitti posset? Respondeo, promissionem eo loco à Diuo Paulo, diuinum illud, & firmissimum propositum appellari, quod Deus ab æterno habuit, hoc beneficium conferendi. Ex quo omnes illæ promissiones per Prophetas factæ originem habuerunt: quibus hanc veritatem reuelauit, & tantam authoritatem sua virtute tribuit, vt post sanctorum Apostolorum authoritatem nulla sit maior, vt Diuus Paulus affirmat, dicens: Posuit Deus in Ecclesia, primùm *1.Cor.12.* Apostolos; secundò, Prophetas scientia, & sanctitate illustres. Sed quæri hoc loco meritò potest, cur sanctus Euangelista nullam hîc Abrahæ mentionem fecerit: cur etiam D. Paulus non di
8 xerit: Ex semine Abrahæ, cùm præsertim ipse Dominus dixe- *Ioan.8.*
rit: Abrahã pater vester vidit diem meũ, quæ est phrasis Hebraica, quæ significat vidisse Abrahã prosperum Christi Redẽptoris nostri statum, qui cum filius Dei esset eius filium se facturus erat, & mundum sua morte redempturus? Sed respondeo nõ sine mysterio solius Dauid mentionem à duobus his sanctis fieri: quia nimirum docere nos volebant filij Dei aduentum in carne futurum esse, vt peccatoribus ignosceret: & ideò non Abrahæ, qui iustus fuit, sed Dauid peccatoris mentionem faciunt.

Ingressus igitur Angelus ad sanctissimã Virginem, cùm turbari eam altissima illa salutatione vidisset, dixit: *Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum.* Vt timor omnis humanus

Universidad de Deusto
Biblioteca

amittatur sufficiens hæc causa est inuenisse, scilicet, causam 9
apud Deum: iustus enim nulla re, quæ accidere illi in hac vita
posset deterretur: non paupertas, non vxoris, mariti aut fi-
liorum mors, aut aliquod aliud infortunium animam, quæ in
Simile. Deo suam habet spem collocatam, turbare potest. Si au-
rum, gemmæ, pecunia, & vester omnis thesaurus in vno es-
set cubiculo inclusus; in altero verò nihil præter paleas esset,
si illud tutum esset, quamuis hoc omnibus pateret, nulla vo-
bis esset molestia: ita etiam si spiritualis thesauri vestri di-
uitias in cælo positas haberetis, temporalia damna molesta
non essent, nisi virtuti nocerent. Quare Spiritus sanctus, Non
Prouer.12 contristabit, inquit, iustum quicquid acciderit ei; impij autem
replebuntur malo. Humana omnia iustus quasi paleas con-
temnit; mali autem leuissima quaque re turbantur; & ita, ne 10
amici in se odium concitent eum sexcentis mendacijs fallunt.
Quia, quemadmodum iudicium perturbatum habent, & ra-
tionem: ita etiam ijs lingua, & cæteri sensus turbantur; quia
radice turbata, mirum non est ramos quoque turbari. Quare,
Isai.29. vbi nos legimus: Et erit quasi Pythonis de terra vox tua, &
de humo eloquium tuum musitabit: septuaginta interpre-
tes transtulerunt: Et erit sicut loquentium de terra vox tua,
& vsque ad pauimentum vox tua infirmabitur: hoc est, cùm
in terra cor fixum habeas, tua omnia verba de terra sunt, &
nihil triste loquéris, nisi ob terrestrium & humanarum re-
Psal.118. rum damna. De iustis verò ait Dauid: Pax multa diligenti-
bus legem tuam, & non est illis scandalum. Hoc ipsum ea
Matth.7. Domini verba significant: Omnis qui audit verba mea & fa- 11
cit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum
suam supra petram: descendit pluuia, & flauerunt venti, &
non cecidit. Hæc firmitas ex eo oritur, quia in Deo, vt
dixi, iustus spem suam omnem collocatam habet: illud ta-
men hac in re admirationem parit, quòd peccatores, qui
tantum temporalia damna timent, vix tamen sciunt, quid-
nam sit Deum timere. O rem verè timendam, si aliquem
mundi Principem inimicum habes, timor te quiescere non
finit, Deum verò Principem potentissimum, quem adiram
tot sceleribus irritasti non times? Num ô infœlix eius manus ef-
fugere te posse existimas? scias te nõ posse. Audi quid Prophe-

ta

12 ta Amos dicat: Non erit fuga eis, & qui fugerit ex eis non salua- *Amos.9.*
bitur. Si descenderint vsque ad infernũ, inde manus mea educet
eos: & si ascenderint vsque in cælum, inde detraham eos. Etsi ab
sconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos; &
si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mãdabo ser-
penti & mordebit eos. Et si abierint in captiuitatem coram ini-
micis suis, ibi mandabo gladio & occidet eos; & ponam oculos
meos super eos in malum, & non in bonum. O quanta hæc est
exaggeratio! qua significatur, quã impossibile creaturæ sit Crea
toris manus effugere. Quamobrem timete, obsecro, dilectissimi,
non damna temporalia, sed æterna, & diuinæ iustitiæ iram vera
Pœnitentia placare curate.

Ait igitur Angelus ad Virginẽ: *Ne timeas Maria, inuenisti enim*
13 *gratiam apud Deum, ecce concipies in vtero.* (Quia in mente iam conce
pisti.) *Et paries filium, &c. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo*
fiet istud, quoniam Virum non cognosco? O singularis virtus, ô puritas
inaudita. Audit Virgo fabri lignarij sponsa, Dei omnipotentis
matrem futuram esse, & quærit: *Quomodo fiet istud, quoniam Virum*
non cognosco? Num fortè non æquum erat, vt virginitatem cum tã
sublimi dignitate commutaret, & præcipuè cum diuinæ etiã vo-
luntatis consensus concurreret? Profectò hæc omnium nostrũm
sententia fuisset, sed aliud purissimę Virgini videbatur. Ita enim
puritatem & virginitatem amabat, vt si quis ab ea petijsset, vel-
let ne potiùs virginem esse, & non Dei matrem, an verò matrẽ
Dei esse amissa virginitate, responsuram fuisse crediderim, illæ-
sam se malle virginitatem. Quæ quidem in virginitate constan-
14 tia adeò grata Deo fuit, vt si dignitas illa matrẽ, scilicet, Dei esse
virtutum meritis acquiri potuisset, hac sola virtute Virgo san-
ctissima acquisiuisset. Ex quo patet quantoperè carnales repre-
hendendi sint, qui tam vili pretio virginitatis thesaurũ vendunt.
O stulti, ô inepti! qui belluarum delectationem, rei precio sissi-
mæ anteponitis, quam cælorum Regina tãti æstimat. *Virum non*
cognosco. Idem hoc loco est, ac si dixisset: non cognosco, neque co
gnoscam. Est enim sacræ Scripturæ phrasis, ita præsentis tem-
poris verbum, aliquando vsurpare, vt futurum etiam significet;
vt cùm Pharao Hebræis dixit: Non do vobis paleas, quod eandem vim habet, ac si diceret: Nec do, nec dabo. Ita etiam commu- *Exod.9.*
ni loquendi modo, si aliquem rogamus, vt vinum bibat, respon-

deri

Universidad de Deusto
Biblioteca

deri ſolet, vinum non bibo, hoc eſt, vinum bibere non ſoleo, nẽque bibam: ita hoc loco intelligendum eſt, virum non cognoſco, hoc eſt, nunquam cognoſcam. Ex his verbis ſancti Patres, Auguſtinus, Bernardus, & Beda colligunt, Mariam non ſolum virginitatem cõſeruaſſe, verùm etiam promiſiſſe: quia cum ſemper Virginem fuiſſe fides catholica firmiter aſſeueret, ex eo manifeſtè ſequitur perfectiſsimum virginitatis ſtatum habuiſſe, & talem qualis Dei matrem decebat. Status autem firmitatem & conſtantiam ſignificat; maior autem omnium eſt voti conſtantia. Et in hoc inter cætera boni à malis differunt, quòd ſi boni malum aliquod committere aliquando ſtatuunt, illud ita faciunt, vt facilè ab eo reuocari poſsint; quia illud non toto cordis affectu faciunt: ad bonum autem quia ex toto corde faciunt votis & iuramentis ſe obligare gaudẽt, quod efficaciſsimum remedium eſt vt à malo recedere, in bono verò perſeuerare poſsimus. Cùm aliquando quinque ex antiquis illis eremi patribus conueniſſent, & familiariter vnà de rebus ſpiritualibus loquerentur (huiuſmodi enim debent eſſe Chriſtianorum colloquia, & familiaritates) illud inter eos agebatur, quidnam eorum quiſque præſtaret, vt diaboli tentationes ſuperarent. Eorum vnus dixit plurimum ſibi prodeſſe huiuſmodi conſiderationem. Aſsiduam mortis memoriam iacens, dicebat, in lectulo, in ſepulchro iacere mihi perſuadeo; cum ex ſomno excitor tempus illud cogito, cũ è mortis ſomno excitatus rationẽ in iudicio iudici reddi turus ſum, quem fallere nulla ratione potero. Alter dixit, tentationibus ſæpe non aſſentiri ſtatuo; quia pudet ab infœliciſsima, & infima creatura, qualis eſt diabolus ſuperari, qui eos tantum vincit, qui ſe vinci volunt. Alter dixit: ſemper ſe gehennæ pœnas in animo habere impreſſas, & ita à peccando deterreri. Alter ſe non peccare dixit, quia peccatorum fines & exitus amari ſolent eſſe & triſtes. Alter, à peccatis, dixit, abſtineo, quia bona omnia peccando amittuntur, & mala omnia bonis ſuccedunt. Alter tandem ſe Dauidis remedio vti dixit, qui ne peccaret: Iuraui, inquit, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Quod quidẽ remedium optimum eſt & ſingulare, cùm, ſcilicet, quis ſe vehementiſsimo aliquo affectu torqueri ſentit, promittere & iurare ſe eo die peccatum illud in ſanctiſsimæ Trinitatis honorẽ commiſſurum non eſſe, & ſequenti die idem in ſanctiſsimæ Redemptoris

Auguſti. lib. de virgini. c. 1. Bernard. ſermo. 4. in Cant. Beda ſup. Luc.

Pſal. 118.

ptoris noſtri humanitatis honorem polliceri: idem ſequenti die, in Dei matris Mariæ honorem, alio die in honorem Angeli cuſtodis: & ita facilè à peccãdo abſtinere poterimus diuino fauente auxilio, quod omnibus paratum eſt. Vtinam Deus ſanctum hoc exercitium in cordibus veſtris imprimeret, quo vobis veſtrarum tentationum daretur victoria. Nam quemadmodum, cùm fur ad ianuam furandi animo accedit priùs ſeram tentat, quam ſi firmiter hærere comperit, ſpem furandi amittit: ita etiã diabolus priùs ſeram tentat, id eſt, quod quiſque non peccandi propoſitum habeat, quod ſi firmum & conſtans inuenit tanquã puſillanimus, & timidus ab incepto fortaſsè deſiſtet. Et hac de cauſa iuſti firmiſsimũ in bono perſeuerandi propoſitum habere ſtudent: mali verò è contra in virtute tam frigidi & lenti ſunt, vt facilè ab ea deſiſtant. Ad vitia verò ita feruidi ſunt, vt ſe votis etiam & iuramentis ad ea patranda deuinciant, vt illi, qui deuouerunt ſe dicentes: Neque manducaturos, neque bibituros donec Paulum occiderent, & nefaria illa Iezabel, quæ cùm Heliã vniuerſos Prophetas Baal occidiſſe audiuiſſet, miſit nũcium ad eum, dicens: Hæc mihi faciant Dij, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animam vnius ex illis. Auertat à nobis Deus dilectiſsimi tantam in peccando obſtinationem, vt quis non ſolum malum committat, verum etiam voto ſe commiſſurum eſſe promittat. Iuſtos vos imitamini, & de rebus ſanctis veſtra ſint vota, quæ ſemel Deo promiſſa firmiter obſeruentur; quia magna Deo fit iniuria, ſi promiſſa non præſtantur. Baruch Sanctus Propheta, qui fuit Ieremiæ ſcriba, cùm literas ad populum Iſrael mitteret, qui captiui in Babylonia detinebantur, eis in memoriam reuocat differentiam, quæ eſt inter Deum Iſrael & Babyloniorum Deos, dicens: Videbitis in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos: ſi quis illis votum vouerit, & non reddiderit, neq; hoc requirẽt. Quaſi diceret, Deus Iſrael, Deus viuẽs & omnipotẽs, promiſſa quæ ſibi fiũt, exigit. Vç tibi Chriſtiane, vç tibi ſacerdos, væ tibi religioſe, niſi quod Deo, pmiſiſti ſeruabis: fœlices verò & beati qui quod polliciti ſunt, præſtãt: ijs enim Deꝰ fideliter quæ, pmiſit, præmia dabit. Quare interrogãs Iſaias: Quis poterit habitare de vobis cũ igne deuorãte? aut quis habitabit ex vobis cũ ardoribus ſempiternis? (vbi ad literam de Beatis, qui in cælo habitare

Simile.

Act. 23.

Baruch. 6.

Iſai. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debent loquitur in amoris illius sempiterni ardoribus vnà cum 21
Deo, qui ignis est deuorans & consumens) respondet, quod ibi
habitabit, qui habitat in iudicijs, & loquitur veritatẽ. Vbi septua
ginta interpretes transtulerunt: Qui ambulat in iustitia, & lo-
quitur rectam viam: vbi denotatur iustum seipsum iudicare de-
bere, & iustitiam exequi, Deo, proximo, & sibi quod debet per-
soluens. Quamobrem cùm sanctissima Virgo perpetuam voue
rit virginitatem (vt Doctores paulò ante citati affirmant) ex hoc
infertur, quòd cùm illa rei huius præstantissimæ fuerit inuen-
trix, vt est virginitatem Deo vouere, ijs etiam opem feret, qui
eam hac in re imitari volunt. Notari etiam hoc loco debet ste-
rilitatem fuisse in veteri testamento ignominiosam. Et ita dixit
Gene. 30. Rachel cùm post diuturnam sterilitatem peperisset. Abstulit
Tobi. 3. Deus opprobrium meum. Et Sara, iuuenis Tobiæ vxor orans, 22
dicebat: Obsecro Domine, vt de vinculo improperij huius ab-
1. Reg. 3. soluas me. Phenena etiam ob sterilitatem persequebatur An-
nam, Affligebat eam æmula eius in tantum, vt exprobraret,
D. Bern. quòd Dominus conclusisset vuluam eius. Hac de causa Diuus
Bernardus ait, quòd quia sanctissima Virgo Deo virginita-
tem vouens, sterilitatis ignominiam perferre voluerit; Deus
non solum affici eam noluit ignominia, sed supra omnes etiam
mulieres honorari fecit. Iussit Deus Abrahæ, vt è terra sua exi-
ret, sed aliam illi meliorem dedit: iussit, vt cognatos & affines
suos relinqueret, sed statim eum plurimarum gentium patrem
facturum se esse pollicetur, & quod plus est seipsum eius cogna
Gene. 26. tum futurum esse dicens: Benedicentur in semine tuo omnes
gentes terræ. O magna Dei liberalitas, qui tot ac tantis præmijs 23
quicquid eius causa fit, remunerat.

Sanctissimæ Virginis interrogationi respondit Angelus: *Spi-
ritus sanctus superuenet in te, & Virtus altissimi obumbrabit tibi.* Quasi
diceret, quæris, ô Virgo, quomodo hoc fieri illæsa virginitate
possit? Modus hic erit, ætas ad concipiendum idonea tibi non de
est, opus viri deest, sed Deus infinita omnipotentiæ suæ virtute
mariti vices geret: hoc enim significat: *Virtus altissimi obumbrabit
tibi.* Vbi illud, obumbrare, vmbram, id est, protectionem signifi-
cat, qua maritus suam tegit & fœcundat vxorem. Itaque Deus
omnipotẽtia sua, vt sine viri ope cõcipias, efficiet. Hinc sanctus
Zacha. 9. Propheta Zacharias cùm dixisset: Ecce Rex tuus veniet tibi
iustus,

24 iustus, & saluator, subdidit paulo post, Exibit vt fulgur iaculum
eius. Dei iaculum est vnigenitus eius filius, quòd vt hominum
corda amore vulneraret iaculatus est. Exijt autem, vt fulgur; quia
fulgur tam subtilis & tenuis naturæ est, vt gladij vaginam pene
tret, & sine vlla eius lęsione exeat: ita etiam Dei filius in sanctis-
simæ virginis vtero conceptus, ex ea sine vlla virginitatis corru-
ptione prodijt. O iaculum diuinum quod fidelium corda pe-
netras! O infælices illos, qui corda sua à te vulnerari non sinunt
æternis enim Gehennæ vulneribus inuiti configentur. Alia etiã,
horum verborum declaratio afferri solet, *Virtus altissimi obumbra-
bit tibi.* Id est tantum hoc erit à Deo in te collatum beneficium,
vt illud homines percepturi non sint. Quemadmodum quod in *Simile.*
vmbra est videri & cognosci bene non potest: ita etiam dignitas,
25 quam Deus matri suę communicauit, tanta est, vt quasi tenebris,
& vmbra offusa comprehendi non possit. Hæc enim sublimis
maternitas respectum dicit ad Deum: & hoc extremum est
infinitum & tam hominibus, quàm Angelis incomprehensibi-
le: & ideò maternitatis etiam relatio, quæ est in sanctissima vir-
gine incomprehensibilis est. Quarè, vt Deus quia comprehendi
non potest habitare in nebula, & in tenebris dicitur: Posuit te- *Psal. 17.*
nebras latibulum suum: ita etiam Maria, quia ad tantam dignita
tem ascendit, vt comprehendi non possit, ideò in vmbra & cali-
gine versari dicitur, & altissimi virtutem eam obumbrare.
Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini. Communis opinio est noctis
initio Angelum cum virgine loquutum esse & in libro Sapientię *Sap. 8.*
dicitur: Cùm quietum silentium contineret omnia, & nox in
26 suo cursu iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine, exi-
liens de cœlo à regalibus sedibus durus debellator in mediam ex
terminij terram prosiliuit. Et quo patet media nocte sanctissi-
mam virginem assensum præbuisse, & verbum diuinum concepisse, ab initio autem noctis vsque ad dimidium totum illud tem
pus in suauissima hæc colloquia insumptum fuisse: tanta & tam
singulari prudentia in suis actionibus prudentissima virgo vte-
batur. Ait, *Ecce ancilla Domini.* Quia hæc est iustorum consuetu-
do, vt se tunc, cùm plus extolluntur humilient. Dixit Saul ad *1. Reg. 18*
Dauid velle, vt suam sibi filiam vxorem duceret: humilis au-
tem Dauid respondit: Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut
cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener Regis? Et cum pru- *1. Reg. 25*

dens Abigail Dauid vxorem se esse audiret, eius seruis humi pro- 27
strata respondit: Eccè famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes
seruorum Domini mei. His etiam verbis cordis sui fiduciam vir
go ostendit. Dicere enim Angelo potuisset, Non nè vides me pa
rentes habere, cum quibus hoc cõmunicandum est? & quid spon
sus meus Ioseph dicet, cùm me grauidam sentiet: cui si Spiritus
sancti hoc opus esse dixero, cur mihi fidem præstare debet? Cùm
25. Deus iussit Samueli, vt Dauid vngeret in Regem, mortis timore
prophetа respondit, Audiet hoc Saul, & interficiet me. Et Ana-
Act. 9. nias, cum ad Saulum proficisci Deus iuberet, respondit: Domi-
ne audiui de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis. Magnani-
ma verò hæc virgo non vitæ, non ignominiæ periculo deterrita
diuinæ se prouidentiæ humiliter subiecit: solam virginitatem
illæsam conseruare voluit, cætera omnia contempsit. Et ideò 28
cum ea illæsa matrem se esse posse audiuit, respondit: *Eccè ancilla Domini.* Affirmant Doctores nonnulli, quorum sententiam pro
bo, inter cætera, quibus illa maximè meruit, hoc fuisse, nimirum
assentiri, vt Dei fieret mater. Erat enim sapientissima & in sacris
scripturis maximè versata, ex quibus tot Messiam passurum esse
tormenta didicerat, vt Isaias & alij Prophetæ prædixerãt: & per
consequens eius matrem dolorum futuram esse participẽ, quos
omnes tunc, cùm præbuit assensum acceptauit: quod tantæ vir
tutis fuit, vt nullam aliam, nisi ijsdem, quibus illa gratijs fuisset
ornata, hoc receptură fuisse crediderim. ¶ *Et discessit ab illa Angelus,* Discedis ò Angele beatissime tã inurbanè & eãtã cito relin-
quis? Hæc nè est cælestis aulæ vrbanitas? Imò quia cæli aulicus
erat, ideò ita discesit: quia nimirũcũ cœlorũ Dominus ad spon- 29
sam suã sanctissimã ingressus, esset, & in secretiori purissimorũvi
scerũ cubiculo includeretur, discesit statim, vt modestissima vir
go liberè amoribus suis frui posset. Æquũ etiã est, vt nos humanis
omnibus negotijs expediamus, vt quiete diuina mysteria & libe
re cõtẽplare possimus, vt ita gratiæ participes facti proficiscamur
ad gloriam: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius Amen.

In festo Sancti Ioseph

Concio Vnica.

Cũ esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph. Matt. 1

Cùm

1 VM ageret Sanctus Iob de peccatoris stultitia, Cun *Iob. 15.*
ctis, inquit, diebus suis impius superbit, & nume-
rus annorum incertus est tyrãnidis eius. Admira-
tur peccatoris stultitiam, qui vitam incertam ha-
bens audeat tamen superbire. Annorum autem incertitudi-
nem ponit: quia si stultitia est peccare cùm ne vnumquidem
vitæ annum habeamus certum, quantò maior stultitia erit pec-
care, cùm nè vnumquidem diem, imò neque horam certam ha-
beamus? Sed quod hoc loco animaduersione dignum est, & ad
rem nostram facit, est vitam peccatoris ab eo vocari tyranni-
dem: & hoc quidem plurimas ob causas. Nam tyrannis est quod
debemus non soluere, proximis famam, Deo amorem, & obe-
dientiam, quæ illi debetur auferre. Sed vna ex potissimis causis
2 cur tyrannus appelletur hæc est, quia in iudicijs temerarius est,
de proximis male iudicat, & quicquid videt malo adscribit, quæ
pernicioſissima tyrãnis est. Nam si Galliæ Rex in Hispaniæ reg
no iudicare vellet & Regis nostri iurisdictionem vsurpare, mag-
na profectò tyrannis esset, & iniuria Regi nostro fieret. Salomon *2. Paral. 6*
ait cum Deo loquens: Tu solus nosti corda filiorum hominum:
quare hominum cogitationes diuinæ tantùm iurisdictionis sunt:
& qui hominum cogitationes perscrutari & iudicare vult Dei
officium vsurpat, & in alieno regno magna cum Regis iniuria iu
dicat. Et ideo nos. D. Paulus admonet: Nolite ante tempus iudi- *1. Cor. 4.*
care, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondi-
ta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Communis hîc
hominum error esse solet, res in deteriorem partem accipere, &
3 fallivt plurimum solent: quemadmodũ illi de quibus ait Dauid. *Psal. 43.*
Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius: qui quã
tò in errore versarentur declarat dicens: Tu autẽ, susceptor meus
es, gloria mea, & exaltans caput meum. Hoc plurimi imitari
solent, qui cum aliquem in aduersitatibus, & tribulationibus
constitutum vident statim hoc peccatorum suorum pœnam
esse conijciunt. Sola Dei iudicia sunt recta & iusta, hominũ verò
sæpè iniqua & falsa: ita etiam sæpè decipimur, cum eos, qui bonis
temporalibus affluunt beatos existimamus, vt illi, qui beatum
dixerunt populum cui hæc sunt. Sed quamuis hoc verum sit, te-
mere iudicandum non esse, animi tamen recti & puri est pec-
catum timere, & si aliquæ coniecturæ sunt, proximos mone-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, vt sanctus ille senex Tobias, qui cum balantis hœdi vocem au-
disset timuit, nè eum vxor à fure aliquo emisset, neque debitam
Tobi. 2. diligentiam dominum requirendi adhibuisset. Quare, videte, in-
quit, ne furtivus sit, reddite eum Dominis suis, quia nõ licet no-
bis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Tanta erat sancti vi-
ri paupertas, vt hœdum ab vxore emptum esse tanquam rem
nouam admiraretur, & ideò paruo pretio à fure emptum esse con-
iiceret. Neque solum vult Deus ne temere alios iudicemus, ve-
1. Thess. 5 rùm etiam nè alijs iudicãdi occasionem præbeamus. Hoc D. Pau-
lus his verbis significat: Ab omni specie mali abstinete vos. Et
ideò non solum à malo abstinendum est sed caute etiam viuen-
dum, nè mali etiã suspicio detur. Cùm dormiret Booz in area,
Ruth. 3. media nocte venit secretò Ruth, & discooperto pallio se ad eius
pedes projecit. Nobilis vir non modo ab ea abstinuit, verùm etiã
surrexit antequàm homines se cognoscerent mutuò, hoc est, an-
tequàm illucesceret, & eam monuit dicens: Caue nequis noue-
rit quòd huc veneris, scilicet, nè aliqua daretur suspicio. Hac etiã
de causa voluit Deus, vt sanctissima virgo cum verbum diuinũ
concepit, esset desponsata: quia non solum secreta tantum virtu-
te contentus fuit, sed eam mala adulterij suspicione occultari no-
D. Amb. homi. sup. hoc Euangelium. luit. Quarè, vt D. Ambrosius ait, maluit Dominus aliquos de suo
ortu, quàm de matris pudore dubitare: nec putauit ortus sui fidẽ
matris injurijs adstruendam. Ita est Deus erga amicos suos fide-
lis, vt eorum potius æstimationem & famam, quàm propriam
conseruare velit. Si sanctissima virgo non desponsata peperisset,
adulterij nota fuisset infamis: si desponsata peperisset, vt verè pe-
perit, eius quidem fama tuta & illæsa remanebat: sed Dei filius,
Ioseph filius esse existimari poterat, vt vere existimatus est. Ma-
luit tamen Christus Redemptor noster Ioseph filium existima-
ri, & despici, quàm matrem appellari adulteram. Benedictus sit
talis Dominus, qui seruorum suorum famam, & æstimationem
tanti æstimat. Quod adeò verum est, vt nunquam in sacra scri-
ptura suadeat, vt quis eius causa honorem amittat. Dixit enim,
Matth. 10 Qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam: & alibi,
Matth. 19 Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrẽ,
aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut agros propter nomen meũ
centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Nunquam ta-
men ab eo dici inuenietis, qui honorem suum propter me perdi-
derit,

7 derit, quia nunquam homo honorem propter Iesum Christum
amisit, neque amittere potest. Sed dices, si quis me verberat ego
autem patienter me verberari sino, nonnè ignominia afficior? nõ
nè honorem me perdidisse clamant omnes, nisi vlciscor iniuriã?
Simile. Respondeo: omnes, qui hoc dicunt falli. Dicite enim, obsecro, si-
quis vinculis & cathenis manus, & pedes vinctus detineretur, &
alius eum verberaret, num dicendum esset eum, qui ità vinctus
verberatur honorem perdidisse, nisi eam vlciscatur iniuriam? mi-
nimè. Imò potius alterius ignominia est qui eum tunc cum se de-
fendere non poterat affecit iniuria. Vtinam fratres hoc exemplo
vnusquisque vestrum quãto in errore versetur intelligeret. Quid
enim Christianus est, nisi homo diuinorum præceptorum vin-
culis deuinctus? De quibus dicitur, Vincula illius alligatura salu-
Eccles. 6. 8 tis. His vinculis vinctus tenetur vt manus à malis operibus, lin-
gua à vanis & inutilibus verbis, voluntas à prauis cogitationibus
abstineant. Igitur nulla ignominia est, si quis ita vinctus se non
vlciscitur, imòis, qui iniuriam facit ille infamis remanet. O Chri-
ste supreme hominum magister, nostros, quæso, intellectus ob
infinitam tuam clementiam illumina, & hunc errorem homini-
bus eripe, qui honorem invltione positum esse existimant. Hoc
Psal. 118. ipsum petebat Dauid dicens: Amputa opprobriũ meum, quod
suspicatus sum, hoc est, hunc mihi errorem, ò domine eripe: op-
probrium enim mihi, & ignominiam esse existimo, nisi qui me
iniuria afficiunt pœnas mihi dant: tua autem præcepta nemini
ignominiæ causa sunt, imo honoris, nisi falsa hæc opinio impe-
diret. Hoc etiam spiritus sanctus confirmat per Isaiam, vbi pro
9 eo quod nos legimus: Quis suscitauit ab oriente iustum, vocauit
Isaia. 41. eum, vt sequereturse, septuaginta interpretes transtulerunt, Quis
suscitauit ab oriente iustitiam, vocauit eam ad perdendos suos?
Quasi diceret: quonam modo fieri potest, vt Deus, qui iustum
tam singularem in mundo excitauit, vt est eius vnigenitus filius
Iesus Christus, qui mundum iustitia & sanctitate impleuit, hoc
fecerit, vt suos perderet? impossibile omnino est. Quapropter di-
lectissimi huius iustitiæ præcepta sequimini, neque vllum erit
ignominiæ, & infamiæ periculum.

Ex his etiam verbis, *Cùm esset desponsata*, Alia pia consideratio
inferri potest, noluisse Deum hoc beneficium in homines con-
ferre cum sanctissimæ virginis ignominia. Quo docemur nun-

quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam vni benefaciendum esse alterius damno. Magnus enim 10
aliquorum error esse solet, qui pecunia ex vsuris & illicitis lucris
collecta pia legata in testamento relinquunt, Qui quidem He-
bræorum sacerdotibus deteriores sunt: quos cùm Iudas prodi-
Matt.27. tionis pretium restituisset, dixisse legimus: Non licet eos mit-
tere in corbonam, quia pretiũ sanguinis est. Corbona locus erat,
in quo oblationes seruabantur ad templi restaurationem &
ad alia cultui diuino necessaria. Quarè iniquum eis esse visum
est, vt pretium sanguinis in res sacras insumeretur. Tibi verò
ô Christiane fas esse videtur, cùm plurima tuis subditis de-
beas, vel iniustis, & iniquis negotiationibus, & lucris magnas
tibi diuitias congesseris, in testamento legare, vt quod pauper-
ribus ablatum est Deo offeratur. Idem hoc est, acsi quis princi-
pis alicuius filio pellem detraheret, & eam patri tanquam præ 11
clarum aliquod munus offerret, num gratum illi hoc donum
esset? Idem prorsus præstant, qui pauperibus bona detracta
Eccle.34. Deo offerunt, vt affirmat Ecclesiasticus dicens? Qui offert
Deo sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat fi-
lium in conspectu patris. Num clarius dici poterat? Magnum
fuit Dei beneficium, vnigenitum suum filium hominibus da-
re, sed hoc sine vllius detrimento fieri voluit. *Cùm esset igitur,*
desponsata Maria Ioseph, Qui faber erat lignarius. O altitudo scien
tiæ & sapientiæ Dei quam incomprehensibilia sunt iudicia
eius? quot nã excogitauit artificia, vt superbiã nostrã euerteret?
Hinc nostrorũ temporũ virgines discant, quæ ita superbæ sunt,
vt ociosis quibusdam iuuenibus quamuis pauperes sint, dum
modo nullam artem exerceant nubere malint, quam alijs qui 12
artifices sunt, sed neque paupertate laborant, neque otiosè
viuunt: ex qua superbia & vanitate tot miseriæ nascuntur, quas
passim in huiusmodi familijs videmus, quas parentes alere
non possunt. Maria vero nobilissimo & Regali genere orta
fabri lignarij paupertatem non contempsit. Mala est etiam non
nullorum regnorum consuetudo, in quibus homines artes exer
cere, vt sibi victum quærant ignominiosum esse existimant:
nam ipse quoque Ioseph regali stirpe oriundus erat, & ta-
men hac arte paupertatem suã meliori, quo poterat modo alebat.

Ait præterea sanctum euangelium, *Antequam conuenirent inuẽta*
est in vtero habens de spiritu sancto. Illud, antequam conuenirent, nõ

signifi-

13 significat postea conuenisse. Vt cũ dicimus, publicus ille pecca- *D. Hiero.*
tor mortuus est, antequam peccata sua confiteretur, non signifi- *contra Vi-*
cat, postea confessum esse, sed sine confessione mortuum fuisse: *gilãtium lib.*
ita hoc loco antequam conuenirent significat virginis sanctissi- *de perpe-*
mæ sponsum eam grauidam inuenisse, quamuis sanctissimum *tua virgi-*
eius corpus non violasset. *Ioseph autem vir eius cùm esset iustus: & nol* *nit. Mar.*
let eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hoc viri nomen sancto *D. Thom.*
Ioseph singulari ratione conuenit, vir enim dicitur à vi, quia vim *3.p.q.28.*
infert sibi aggrediendo fortia, sustinendo aduersa, abstinendo à *ar.3.ad.2*
sensualibus. Sumus enim tanquam aduerso vento contra flumi
nis impetum nauigantes, qui si remigare cessant statim in con-
trariam partem impelluntur. Hac de causa meritò vir appellatur
ille, qui nunquam aduersus seipsum pugnando defatigatur, sem
14 per in virtute crescens. Quia si natura tam solicita est, vt corpus
eo tempore, quod ad hoc illa præscripsit in debitam magnitudi-
nem excrescat, & in hoc die ac nocte occupatur vt scilicet cibum
conficiat, concoquat, & in membra distribuat cur in corporis vti
litatem vigilante natura, ratio in rebus spiritualibus dormitabit?
Hos, qui verè viri appellari debent, & sunt de sua salute soliciti
hos violentos Dominus vocauit dicẽs: Regnum cęlorum vim pa
titur, & violenti rapiunt illud. Talis erat sanctissimæ virginis *Matth.11*
sponsus, qui vir eius appellatur, non eò quòd viri cum ea opus
præstiterit, sed quod eius sponsus existens sancto eius seruitio
maximè addictus, & dicatus erat. Ait autem, *Cum esset iustus:*
Vt D. Hieronymus notat ad sanctissimæ virginis puritatem sig
nificandam eo quòd quamuis grauidã eam esse sciens dissimula- *D. Hiero.*
15 ret nihilominus tamen iustus esset. Iniquum enim viro iusto *homi. sup.*
visum est, vt adulteram accusare, quia tot de eius sanctitate, *hoc Euan-*
& puritate testimonia habebat, vt ipsomet oculorum testimo- *geliũ.*
nio, qui eam grauidam videbant, maiora essent. O virgo pu-
rissima! cur sponsum tuum cuius animum tanta molestia torque
ri vides non consolaris? cur, ô spiritus sancti secretaria rei verita-
tem non manifestas? Huiusmodi, inquit illa, negotium to-
tum Dei est, ille quod ei melius videbitur expedire præstabit.
O quàm securè iusti viuunt, qui spem suam omnem, & fiduciã
in Deo collocatam habent, & meritò cũ Dauid dicere possunt:
Deus noster refugiũ, & virtus, adiutor in tribulationibus quæ in *Psal. 45.*
uęnerunt nos nimis. Quamuis humano iudicio timendum ho-

ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

nestissimæ puellæ fuisse videtur, nèà viro suo Ioseph notaretur 16
infamia, non hoc tamen metuit, sed sui tantum sponsi molestiam
sentit: se enim ipsam conscientiæ suæ securitate consolatur, quæ
in huiusmodi angustijs magni solet esse solatij. Plus sentit iustus
aliorum dolorem, quàm proprium: se enim ipsum Deo obtulit
in sacrificium. Cùm alter ille Ioseph carcere in Ægypto vin-
ctus detineretur, propriæ afflictionis oblitus aliosvinctos conso
Gene. 40. labatur: quarè duobus illis Pharaonis eunuchis dixisse legitur:
Cur tristior est hodie solito facies vestra? Cùm enim quædam vi
dissent in somnijs tristitiam ex eo conceperant: quia homines de
prauatæ conscientiæ quacumque re terrentur. Terrebit eos so-
Leuit. 26. nitus folij sonantis, dicitur de ijs. Iustus verò Ioseph nihil sibi
conscius, vt eos somniorum interpretatione consolaretur: Num
quid (inquit) non est Dei interpretatio? Diuus etiam Paulus aie 36
2. Cor. 1. bat: Benedictus Deus pater domini nostri Iesu Christi, pater mi
sericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos
in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi cõsolari eos, qui
in omni pressura sunt. Cur igitur, ò afflictorum consolatrix, non
idem tu facis, & sponsum tuum afflictum consolaris? Quia nimi
rum res graues & magni momenti cum nobis secreto manife-
stantur quamuis nulla silentij lex imponatur, nihilominus pu-
blicare eas non debemus. Et hac de causa cùm Angelus secretò
cum ea de verbi diuini incarnatione egisset, secretum seruare
tenebatur, donec aliud sibi diuinitus reuelaretur. Hoc verba illa
Cant. 4. Canticorum significant, Mel & lac sub lingua tua? Per lac, &
mel diuinitas, & humanitas Iesu Christi Redemptoris nostri
significantur, quæ in hypostatica, & personali vnione coniun- 37
ctæ sunt: & hoc mysteriũ nõ in lingua tua, sed sub lingua, hoc est
spõsa illud nõ publicabit, sed secretũ sub lingua seruabit. O mira
humilitas! Quę nã puella imperatori alicui, aut Regi desponsata
tacere hoc posset, & non quam primum affines & amicos per li-
teras certos facere gestiret? O cœlestis imperatrix, Deo despon-
sata, Deo grauida, in Dei matrem electa, cui nam hoc manife-
Isai. 24. stasti? Nemo vnquam hocàte audiuit. Propheta Isaias plurimum
exaggerat secretum, quod iusti de illis rebus seruare debẽt, quas
Deus cum illis communicare solet. A finibus (inquit) terræ lau-
des audiuimus, gloriam iusti, & dixi: Secretum meum mihi, se-
cretum meum mihi, Reuelauit mihi Deus gloriam iusti, hoc est
laudes

19 laudes, quæ per vniuersum terrarum orbem filio suo huma-
nato tribui debent: & firmiter statui nulli hoc secretum ma-
nifestare, donec aliud Deus iubeat. Quem locum septuagin-
ta interpretes transtulerunt, Ab alis terræ portenta audiui-
mus, spes iusto, & dicet, mysterium meum mihi. Portentum vo-
cat admirabilia Dei filij humanati opera, quæ sunt spes iusto, &
dicet, mysterium meum mihi. Mysterium vocat quod nostra tã
slatio, secretum: vt significaret non solum secretum fuisse quod
illi manifestatum est, verùm etiam magnum beneficium, illud
ei manifestare fuisse. Hoc ipsum meritò sanctissima virgo dicere
potuisset: & ideò tacebat, eius rei curã diuinæ, prouidentiæ re-
linquens. Considerare etiam hoc loco possumus, si sanctissi-
mum illud matrimonium tot actantis afflictionibus & molestijs
20 plenum fuit, quid erit in alijs mundi matrimonijs? quot cu-
ræ? quot molestiæ: quot afflictiones? Ex quo nupti magnum
ad hæc omnia ferenda solatium percipere possunt. Ecclesiasti-
ci verò qui se huiusmodi curis liberos vident, gratias Deo agant,
& ea, qua frui possunt quiete illi omni studio inseruiant: quia
qui sine vxore est solicitus est, quæ Domini sunt, quomodo pla-
ceat Deo, ait Diuus Paulus: cùm anteà dixisset, volo autem vos
sine solicitudine esse. Pater quidam ex sanctis illis eremi patri- *1. Cor. 7.*
bus dicere solebat, ex statu, in quo Deus nos constituit posse
vnumquemque Dei in se amorem colligere. Quia quemadmo- *Simile.*
dum qui ex diuersis metallis numos habet, aureos quidem in se-
cretiorem crumenæ partem includit, æreos verò per omnes cru
menæ partes liberos vagare finit: ita etiã Deus eos, quos tãquam
21 aureos numos æstimat, sacris religionũ monasterijs includere, &
diuersis votorum vinculis deuincire solet, cæteros verò tan-
quam æreos, liberos & laxos in mundo sinit diuinæ tantum le-
gis præceptis obligatos. Ex hac comparatione intelligent reli-
giosi quantum Deo ob tantum & tam singulare beneficium
debeant, cui datam fidem nõ seruare nefas omnino esset. Cũ
pugnarent Hebræi, terga hostibus præ timore verterũt, Iosue ve- *Ios. 7.*
rò scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terra coram arca Do
mini, vsque ad vesperam dicens: Mi Domine Deus, quid dicam,
videns Israel hostibus suis terga vertentem? Tantum ex militũ
suorum fuga dolorem optimus ille dux capiebat: nos verò ex tur
pi fuga, qua quotidie in spirituali pugna affectibus nostris supe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rati Deo tergà vertimus, quẽ nã obsecro dolorẽ percipimus? Plo- 22
remus dilectissimi rem hanc lachrymis dignissimam, & scin-
damus, non vestimenta, vt Iosue, sed corda nostra præ nimia
tristitia.

Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus domini in somnijs apparuit ei di-
cens: &c. O ineffabilis Dei misericordia: qui iustis tunc maximè
Cant. 5. adesse solet cùm minus id illi cogitant. Meritò sponsa ait: Ego
dormio & cor meum vigilat. Quæ verba duos habent sensus.
Vnus est, domiens Deum meum somnio, eum vigilans cogito,
eum dormiens somnio, quod vehementissimi est amoris indiciũ.
Alter sensus plus ad rem nostram facit: amantium enim consue-
tudo est, eos quos amant cor suum appellare: & ita anima Dei
amore incensa meum (inquit) cor id est amatus meus spõsus me
dormiente vigilat. O iusti confidite, Deum enim habetis, qui nũ
quam vestri obliuiscitur. Sancto Iacob Angelos & Deum vi-
dere datum non est dum in parentis sui domo lætam, & prospe- 23
ram vitam ageret, sed in monte cum fratris sui Esau furorem
Gene. 28. fugeret. Et rursus, cum timore plenus rediret in patriam, ità
Gene. 32. eum dominus solatus est, vt dixerit. Vidi Dominum facie ad
faciem, & salua facta est anima mea. Ita iustum Ioseph inter
tot angustias magno hoc solatio recreauit: attendite enim dolo-
ris & molestiæ finem scire se sponsum virginis esse & custo-
dem, quæ mater Dei futura erat. Excipiamus igitur dilectis-
simi læto, & libenti animo aduersitates, quæ quidem breues
erunt, quod verò succedit solatium diuturnum. Hoc verba il-
Isai. 61. la significant Messiæ nomine dicta. Spiritus domini super me,
eò quòd vnxerit me ad annuntiandum mansuetis misit me, vt
prædicarem annum placabilẽ, Domino, & diem vltionis Deo 24
nostro. Dies est tribulationis & pœnarũ quamuis integra vnius
hominis vita, quin etiam breue potius momentũ si anno illi æter
nitatis præmij comparetur. Hoc idem exaggerat Deus dicens.
Isai. 45. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper
à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Quid igitur
nos deterrere poterit, si laborum breuitatem, præmij verò diu-
turnitatem consideramus? Nolite Hebræos illos imitari, qui
cum Gigantes quosdam terræ promissionis ingressum impe-
Num. 14 dire audirent, dicere præ timore cœperunt: Vtinam mortui esse
mus in Ægypto: constituamus nobis ducem & reuertamur in Æ
gyptum,

25 gyptum. O timidi & pusillanimi, qui diuino muniti præsidio
non tamen timorem à se abijcere didicerant. Eorum tamen ti-
mor animos nobis addere debet, qui non Moysem, sed Iesum
Christum mortis & inferni triumphatorem habemus ducem.
Leo ille Sampsonis antequam ab eo occideretur aspectu ipso de
terrebat: occisus verò mellis fauum habebat in ore, & apum *Iud. 14.*
examen. Tentationes & labores nunquam in hac vita deerunt:
sed posteà quam Christus Redemptor noster Dæmonẽ & eius
artes superauit, tentationes, quæ anteà tanquam viui leonis den-
tes erant, nunc quasi apes factæ sunt consolationum melle mu-
nitæ, quas Deus dum patienter tolerantur communicare solet:
& ideò nos verbis illis hortatur, Confidite, quia ego vici mun- *Ioan. 16.*
dum. O Christe vere, & potentissime Dux, ò fortissime infer-
26 ni debellator: benedicta sit tua illa lingua amoris plena, qua
nobis suauissima hæc verba dixisti, quibus infirmitatem no-
stram duas ob causas confirmas. Primò, quia qui aduersus ho-
stem victum iam, & profligatũ pugnat, animosè & fortiter me-
ritò pugnare potest. Secũdò, quia qui Ducis victoris signa sequi
tur, magnam victoriæ spem habere debet.

Ait præterea Angelus, *Quod enim in ea natum est.* Cùm Zacha-
riæ apparuit dixit: Pariet tibi filium, hoc est, à te genitum: hic *Luc. 1.*
verò, absolutè inquit, Pariet filium, quia nihil hic sanctus Io-
seph operatus est. Ex his etiam verbis, Mariam coniugem
tuam, & quod in ea natum est, de spiritu sancto est, duæ cau-
sæ inferuntur, propter quas gloriosus iste vir Redemptoris no-
stri pater appellatur. Prima, quia si quis in alieno horto serit ar-
27 borem, illius est & vocatur arbor, qui est horti dominus. O
sanctissima virgo, tu es hortus conclusus, & soli Deo seruatus *Cant. 4.*
ita te sponsus vocauit dicens, Hortus conclusus soror mea spon-
sa, tam corporis quàm animæ virginitatem significans. Cùm
igitur spiritus sanctus in hoc horto, cuius sanctus Ioseph do-
minus erat, cœlestem hanc arborem Iesum Christum seuerit,
meritò arbor etiam ipsius Ioseph appellatur. Secunda quia iu- *Deut. 25.*
bebat Deus quod si quis mortuus fuisset absque liberis, defun-
cti frater, fratris vxorem duceret, vt fratris sui semen suscitaret,
& primogenitum ex ea filium nomine illius appellaret. San-
ctus hic vir Ioseph actui omni sensuali & carnali mortuus erat:
de iustis enim Diuus Paulus ait, Mortui estis & vita vestra *Coloss. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Cor. 6. abscondita est cum Christo. Frater autẽ & propinquior sanctiz8
huius defuncti cognatus est spiritus sanctus: quia, vt idem Paulus ait: qui adhęret Domino vnus spiritus est, scilicet, cum eo. O magna iustorum dignitas! qui tantam cum Deo affinitatem habent. Itaque diuinus spiritus defuncti Ioseph frater generationem suam in eius purissima sponsa suscitauit, quia. *Quod incarnatum est de Spiritu Sancto est.* Meritò igitur filius Ioseph appellatur, vt lex iubebat. O titulum inter cæteros omnes hominum titulos singularem. Cæteri enim omnes, vt Apostoli, Euangelistæ, Prophetæ, Patriarchæ, omnes seruorum sunt tituli, qui Iesu Christo Redemptori nostro subiecti sunt: hoc verò patris nomen Domini nomen est, qui in ipsummet dominum Iesum Christum dominium & imperiũ habet. O beate vir! cui qui omnia sibi habet subiecta se subijcere voluit. Iussit Deus vt duos29
Exo. 25. Cherubines supra propiciatorium poneret, quod quidem Redẽptorem nostrum significabat, quia vt ait Diuus Ioannes ipse
Iosue. 10. propitiatio pro peccatis nostris. Duo autem cherubines supra
D. Hiero. Cõtra Elui diũ de Virginit. perpetua. D. Mariæ. D. Augu. Serm. 81. de tẽpore. Amb. li. 2. in lucã, & lib. de instit. Vir. Chrysost. Hom. Sup. Matth. Cyprianꝰ. Sermone de pass. Christi. Matth. 10 illud positi fuerunt, sanctus Ioseph & virgo sanctissima Cherubines puritate & cœlesti contemplatione: nullus vnquam filius adeò fuit parentum suorum voluntati obediens vt Ioseph & Mariæ Christus, Redemptor noster. Cùm sol Iosue orante stetit vt rem nouam sacra scriptura, exaggeraret dixit: obediente Deo voci hominis: Christus autem verus Deus & verus homo semper dum vixit in hac mortali vita sancto huic viro obtemperauit: plurimi namque Doctores sancti passionis suæ sanctissimæ tempore viuum adhuc fuisse affirmant: vt Diuus Hieronymus, Diuus Augustinus, Diuus Ambrosius D.30
Chrysostomus, & Diuus Cyprianus. Causa autem cur in cruce matrem suam sanctissimam dilecto discipulo commendauerit, fuit vt Diuus Ioannes qui iuuenis erat ei & sancto eius sponso vnà seruiret. Quod si in hac vita tanto eum honore affecit, quanto in cœlesti gloria affecisse credemus? Si Christus dixit: Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantũ in nomine discipuli, amen dico vobis: non perdet mercedẽ suã, quonã præmio eũ remunerabit qui tot, annos vitæ illi alimenta proprio sudore suppeditauit? si ipsemet eodem in loco dixit: qui recipit iustũ in nomine iusti mercedẽ iusti accipiet, qui iustorũ dominum tanto cũ amore recepit quanam mercede dignus

31 dignus erit? Quapropter cùm tantum sanctus hic vir in cœlo possit humiliter nos eius patrocinio dedamus, vt diuinam nobis gratiam impetret qua tandem proficiscamur ad gloriam ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius: Amen.

In festo S.S. Apost. Phili. & Iac.

Concio Prima.

Dixit Iesus discipulis suis, Non turbetur corvestrũ.
Ioan. 14.

1 HOC Euangelium pars est suauissimi illius sermonis, quo cœlestis ille concionator Iesus Christus in vltima illa cœna discipulos suos ob eius discessum tristes consolari voluit, cum enim citò discessurum se esse dixisset ad patrem & tristi hoc nuntio turbari eos vidisset, longum sermonem instituit vt mœrorem illum ex eorũ animis tolleret, qui spiritualibus exercitijs magno interdum *Hebr. 11.* solet esse impedimento. Primũ autem quod illis dixit hoc fuit, *Creditis in Deum & in me credite,* Quia verus sum Deus. Ex quibus verbis infertur fidem magnas animis nostris vires addere. Quare Diuus Paulus, Sancti, inquit, per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Vbi D. Paulus, per *Apoc. 12.*
2 totum caput probat sanctos omnes tam prospera, quam aduersa per fidem superasse: hæc enim duo Dęmonis arma sunt, quibus cum hominibus pugnare solet. Et hoc verba illa significant, Proiectus est Draco ille magnus accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante cõspectum Dei nostri die ac nocte. Per diem prospera, per noctem aduersa significantur. Quia quemadmodũ die quis quisque sit cognoscitur, nocte vero minime: ita etiã in prosperitatis die omnibus noti sumus, omnes nos æstimant & honore afficiunt: si verò aduersitatis nox aduenit tunc *Simile.* tanquam ignoti contemnimus. Accusare autem Dęmonem nos die ac nocte, est tam prosperis, quã aduersis nos tentare: & quam vis aduersitatis tentatio fortior sit, est tamen prosperitatis al-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tera periculosior. Primò quia in his minorẽ solemus cautelã adhi 3
bere. De leone narrant naturales Historici cum mustela ludere
interdum solere: & cùm nihil tam exiguum animal posse sibi no
cere credat, & incautius eam contemnat repit illa paulatim, &
cum minus id prouidus leo cogitat, eum per nares ingressa ene
cat: itaetiã prosperitates & voluptates, in quibus tutus sibi & se
curus esse homo videtur per sensus sibi aditum ad animam quæ-
runt, cui mortem infæliciſsimam inferunt. Secundo, huiusmo-
di tentationes periculosiores sunt, quia amicos in nobis ipsis ha-
Simile. bent, qui aditum libenter illis præbere solent. Si Dux aliquis
exiguis copijs magnam aliquam vrbem oppugnat, & ab eo quæ
ras causam eam esse respondebit: eò quòd vrbis præfectus, &
portarum custodes eius amici sint, æqua esse causa videtur,
& militum multitudo inutilis & superflua foret: eodem mo- 4
do quamuis prosperæ, & secundæ res non magnas habere vi-
res videantur, & exiguis copijs animæ arcem oppugnare, scien-
dum tamen est latère intus insidias & arcis custodes esse exter-
nis hostibus amicitia, & familiaritate coniunctos. Inter ocu-
los enim & pulchritudinem, inter aures, & turpia lasciuaque
verba, inter corpus, & voluptates magna amicitia est: qua
rè periculosum est nè hostes prodita fide admittant. Has ob
causas iusti tam aduersitatum, quam prosperitatum tentatio-
nes fide superare conantur, vt ait eo loco Diuus Paulus Moy-
sis exemplo apposito dicens: Fide Moyses grandis factus ne-
gauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum
populo Dei quàm temporalis peccati habere iucunditatem.
Ioan. 1. Hac etiam de causa de fide loquens Diuus Ioãnes ait. Hæc est 5
Cant. 5. victoria quæ vincit mundum fides nostra. Non gladium aut
ensem, quo ad victoriam consequendam pugnamus sed ipsam
met victoriam fidem appellat: vt significet, si quis viuam fidem
habet, certam esse victoriam. Quamobrem dilectissimi in aduer
sitatibus, quæ passim in hac vita occurrunt non turbetur cor ve
strum neque formidet, sed hoc remedium adhibete.

Creditis in Deum & in me credite. Plurimum enim ad cordis tur
bationem confert, credere vos Deum habere, & Deum esse Ie
sum Christum, qui Deus existens vna etiam homo est. Cuius
quidẽ rei rationem nõ ita facilè fortasse intelligetis, sed diligen-
ter consideranda est, & exemplo declarari potest. Nam qui Do-

minum

6 minum habet regem & ab eo amari firmiter credit, huius rei
consideratio magnam illi in aduersitatibus fiduciam præbet.
Et quemadmodum thesaurus absconditus magnam homini
lætitiam affert, si magnum illi aliquod rei familiaris damnum
contingit cum scilicet, eo thesauro posse se aduersitati suæ me-
deri recordatur: ita etiam & multo magis lætatur in aduer-
sitatibus iustus, Deum se habere cogitans Regem infinitæ
potentiæ, & amoris, thesaurum inęstimabilem, & præsidium
in huius vitæ miserijs firmissimum. Quarè, vbi nos legimus:
Ego sum dominus faciens omnia, septuaginta interpretes trans- *Isaiæ. 44.*
tulerunt: Ego sum Dominus, qui compleo omnia. Hac con
sideratione se incitabat Dauid cùm dicebat: Quare tristis es
anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo quoniam ad *Psal. 41.*
huc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus. O ver-
7 ba spei, & fiduciæ plena, ea, quæso, fratres, in animis vestris
imprimite cogitantes aduersitates omnes & tribulationes à
Deo immitti, qui infinitæ potentiæ, infinitæ bonitatis & sa-
pientiæ Deus est. Quarè cùm infinitæ potentiæ sit, posset
quidem rerum ordinem mutare: ita, vt aduersa nulla succede-
rent. Et cùm infinitæ sapientiæ sit, quod cuique conuenit
optimè nouit. Cum infinitæ bonitatis sit, & infinitè vos amet,
plurima tamen vobis infortunia succedere permittat: pro-
culdubiò hoc vobis maximè conuenire credendum est, neque
ab eius voluntate vlla in re discedendum: quòd si hoc non fiat
maxima in cordibus vestris turbatio consequetur. Videre est
quosdam, qui plurima in suis negotijs machinantur, & simi-
8 les desiderijs suis, sibi fabricantur euentus: qui si secus ac cogi-
tauerant succedunt, anguntur, turbantur, & conqueruntur: &
ita miseram degunt vitam, eò quòd propriæ sunt voluntatis
amatores. Quare si quiete viuere quis optat se suaque omnia
diuinæ voluntati cõmittat, quicquid euenit, siuè prosperum
siuè aduersum tanquam diuina prouidentia decretum læto &
libenti animo excipiens. Hoc Diuus Petrus monet, dicens, Hu- *1. Petr. 5.*
miliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visi-
tationis omnem solicitudinẽ proijcientes in eum, quoniam ipsi
cura est de vobis. Hoc etiam intelligebat Dauid cùm aiebat, *Psal. 61.*
Nonnè Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meũ.
Nunquam quietus viues, nisi dominum tuum quasi bestia per

montem & planitiem onerata, & sine vllo onere eadem sem- 9
per animi alacritate sequeris. O sanctissime Rex Dauid, quem
Psal. 72. Deus ita suæ voluntati deditum habebat, vt diceres. Vt iumentum factus sum apud te, & ero semper tecum. Quanam pœna dura illa Hebræorum ceruix à diuina iustitia punita fuit, qui toties diuinæ voluntatis imperio tanquam indomitæ belluæ tanta cum animi pertinacia repugnabant? Nam ex sexcentis hominum millibus, qui ex Ægypto, terræ sibi promissæ fruendæ, spe & desiderio egressi sunt, duos tantum hac de causa in eam ingressos fuisse sacra testatur historia. Ex his etiam verbis, quibus Dominus discipulos suos monet nè eorum corda turbentur: sed in eum qui verus est Deus constantissimè cre-
Ephes. 6. dant, patet, quàm verè Diuus Paulus fidem appellauerit scutum dicens: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo posssitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Nam quem-
Simile. admodum scutum duas præcipuas corporis partes cor, scilicet, 10 & caput defendit, ita etiam viua fides rationem & voluntatem nè, peccati turbatio ingrediatur defendit. Plurimum ad hanc
Ioan. 13. rem faciunt verba illa à glorioso Baptista prolata: Qui credit in filium Dei, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum. Magna enim fit æterno patri iniuria, si filio eius Iesu Christo fi-
Ioan. 10. des non præstatur: vt ipsemet ponderauit dicens: Quem pater sanctificauit, & misit in mundum vos dicitis, quia blasphemat: quia dixi, filius Dei sum: Quam obrem fratres creditis in Deum & in Christum credite, qui est verus Deus,

Secunda ratio quam attulit, ne eius discipuli eius absentia 11
turbarentur est. *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* Quasi diceret, plures & varij in cœlo gradus gloriæ sunt: & qui plura in hac vita mea causa tolerabit, plures gloriæ gradus consequetur: quarè maioris præmij spes ad maiora toleranda vos incitare debet. Quemadmodum de fide diximus, ea tam aduersa quam prospera superare, idem de spe dicimus. Primo enim spe humanæ voluptates & gaudia superãtur, nè cor nostrum turbare possint, vt Dauid fecisse legimus, qui aie-
Psal. 136. bat: Si oblitus fuero tui Hierusalẽ, obliuioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui: si non proposuero Hierusalẽ in principio lætitiæ meæ. Siue, vt alius in terpres

12 terpres vertit: Si non faciam ascendere Hierusalem super caput lætitiæ meæ, hoc est, si præcipuum meum gaudium non posuero in recordatione Hierusalem, illius gloriam meditando, illius æternam pacem & quietem contemplando, ad illam terrenis omnibus spretis omni affectu, studio, & cogitatione aspirando. O beatos illos, qui si humana aliqua se se offert oblectatio & voluptas, quã breuis ea futura sit, cogitãt; & animum ad cælestẽ gloriam perpetuò duraturam contemplandam excitãt; ita enim turbationem, quam terrenæ voluptates & prosperitates in corde causare solẽt, facilè superabũt. Superantur præterea spe aduersitatum perturbationes. Quare Diuus Augustinus: Mater, inquit, *D. Augu. in medit.* Hierusalem ciuitas sancta Dei, te amat cor meum: pulchritudinem tuam nimium desiderat mens mea. Et cum plura dixisset,
13 verba illa subdidit, quæ in memoria hærere perpetuò deberent, Ibi sit mens, & hic erit requies: id est, si amorem omnẽ, curam, & desiderium in cælestibus bonis collocatum habebimus, terrena omnia vilissima videbuntur. Abijce rerum humanarum amorem, & nihil te perturbare poterit: nam quia hæc plurimũ amamus, ideò in quiete viuimus. Ideò nos torquent iniuriæ, ideò nos parentum & filiorum mors angit, ideò nos rei familiaris damna perturbant. Hinc illud est quod dixit Diuus Paulus Hebræis, qui crediderant: Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio su- *Hebr. 10.* scepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam. Hi illud ipsum Diui Augustini experti sunt, ibi sit mens, & hîc erit requies: quia enim spem suam omnem in cælestibus collocatam habebant, facilè illis fuit terrena despicere. O
14 magna Christianorum confusio, homines paulò ante ad Christi fidem conuersi, ita æterna cæli bona amabant, vt cum propria bona diripi viderent, non solum nullum ex eo dolorem, verum etiã magnã lætitiã perciperent. Nos verò, quorũ iam fides senescit, qua animi molestia, qua impatientia, quo dolore aduersitates excipimus? Excitate obsecro, excitate, fratres, animos ad cælestem patriam, vbi breui, & exiguo labori præparata sunt præmia sempiterna. Cùm Diuus Paulus corporum resurrectionem *1. Cor. 15.* firmissimis rationibus comprobasset, hæc verba subdidit: Itaq; fratres, stabiles estote abundãtes in omni opere Domini, scientes quod labor vester non est inanis in Domino. Quæ cùm ita sint: *Non turbetur cor vestrum neque formidet.* Non enim erit labor vester

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.16. inanis in Domino, sed præmio & mercede plenus. Et hoc est 15
quod dixit Dauid: Satiabor cum apparuerit gloria tua, vbi alia
translatio habet: satietas lætitiarũ est cum vultu tuo. Ideò præ-
mium illud diurnum denarium appellatur, quia denarius, nume
rum omnẽ in se continet, vt hoc nomine bona omnia in æterno
illo præmio inclusa esse intelligeremus.

Ait præterea Dominus: *Si quominus dixissem vobis.* Hoc est, si
hoc verum non esset non affirmarem: sed certissimum est, quia
vado parare vobis locum, in cruce pro humani generis redem-
ptione moriens. *Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniã
& accipiã vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis.* O verba suauiss-
sima, & solatij plena! Pollicetur hic fratres, clementissimus Ie-
Deut.9. sus suorum morti se esse adfuturum. Dixit Moyses populo He-
bræo: Tu transgredieris hodie Iordanem, vt possideas nationes 16
maximas, & fortiores te, ciuitates ingẽtes, & ad cælũ vsq; mura-
tas, populũ magnũ atq; sublimẽ filios Enachim, id est Gigãtes.
Et quia iter erat periculosum, & Gigãtes terræ possessionẽ erãt
impedituri, vt populũ incitaret, addidit: scies ergo hodie, q̃ Dñs
Deus tuus ipse trãsibit ante te, ignis deuorãs, atq; consumẽs, qui
cõterat eos. Mortis trãsitus Iordanis est trãsitu periculosior, per
quẽ ad cęlestis patrię possessionẽ datur nobis aditus, vbi socij no
stri & amici viuũt, Angeli nimirũ, & sancti nationes maiores &
fortiores illis, quas Hebræi possessuri erant, ibi aliæ ciuitates his
sine vlla cõparatione maiores, mãsiones sublimes & cælestes, de
quibus loquitur hoc loco Dñs. In eo transitu dæmones nos ex-
pectant, & laqueos nobis parant, & instruunt, vt fallere nos &
Psal.55. irretire possint, vt affirmat Dauid his verbis: Auersum me om 17
nes cogitationes eorum in malum, ipsi calcaneum meum obser-
uabunt. Calcanei nomine, quæ est vltima corporis pars mors si-
gnificatur. Et quemadmodũ venator in angusto aliquo transitu
tendit retia, vt sit præda securior, ita etiam dæmones in angu-
stissimo illo mortis transitu magnas iustis insidias parare conan-
tur; quia si tunc elabuntur incolumes, nulla iam reliqua spes est.
Verũ quemadmodum Moyses populo Hebræo Dei nomine
dixit, ne Iordanis transitum timeret, Scies ergo hodie, quia Do-
minus Deus tuus ipse transibit ante te: ita nunc Saluator ipse ad
suos inquit: *Iterum veniã, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum
& vos sitis.* O singulare & diuinũ auxilium! Hoc duce quis tran-
situm

18 situm illũ quamuis periculosum extimesceret? Si consistant ad- Psal.26.
uersum me castra non timebit cor meum, aiebat Dauid, cum
antea dixisset: Dominus illuminatio mea, & salus mea, & Dñs
protector vitæ meæ. Et quãuis hoc loco cum discipulis suis præ-
cipuè loquatur (ex quo colligũt Doctores sacri Christum Redẽ-
ptorem nostrum illorũ vniuscuiusq; morti interfuisse) nihilomi
nus tamen ideò fideles omnes eum in sanctissimo Eucharistiæ
sacramento mortis tẽpore recipiunt, vt eius ope & auxilio secu-
ri ab hostium insidijs ad aliam vitam transire possint. Cum autẽ
moriturum se esse, vt ad patrem iret, antea dixisset, addidit: *Et
quo ego vado scitis, & viam scitis.* Illi verò doloris affectu impediti
quid sibi vellet, non perceperũt. Quare D. Thomas: *Dñe*, inquit,
nescimus quò vadis, & quomodo possumus viam scire? Dicit Iesus: Ego sum
19 *via, veritas, & vita: nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Quærit D. Au- D. Augu.
gustinus, cur vocans se Christus viam, vnà etiam veritatem se & lib.de Ver.
vitam vocarit. Non sine causa hoc quęrit, vt intelligatis hanc viã Domi.
non esse, vt alias vias, per quas incedere mors est. Mẽdacia quoq;
per vias seri & nasci solent; & ideò ea appellare soletis nuntia
viatica: hæc verò via, non solum via est, sed veritas, & vita. Quã-
re hæc tria coniunxit, vt læti & alacres hanc viã aggrederemur:
Quia nemo venit ad Patrem, nisi per me. Hoc est, per meam imitatio-
nẽ, vel per me, id est, per mea merita. Solebãt antiqui statuarij an
te quàm statuas vulgo ostenderẽt, eas prius diligenter inspicere, simile.
& siqua essent vitia attẽtè examinare: quod si nulla inuenirẽt in
humili aliquo & infimo loco collocare, vt inde omnes earũ perfe
ctionẽ exactè cõtẽplari possẽt. Quòd si nõnullę essent imperfe-
20 ctiones, quas facilè qui eas propè inspicerẽt, deprehẽdere possẽt;
tũc eas in sublimi aliqua colũna statuebant, vt procul inspectæ
quod in ijs esset imperfectum nõ appareret. De nostris omnibus
operib⁹ quãuis iustis dixit Isaias: Quasi pãnus mẽstruatę vniuer Isai.64.
sæ iustitię nostrę: indigna enim sunt, vt diuinę maiestati grata &
accepta sint. Quare necesse est, vt illorum artificũ vtamur indu-
stria, & in sublimi illa colũna Iesu Christo Redẽptore nostro ea
collocemus, vt suis meritis alicuius esse valoris, & meriti æterno
patri videãtur. O Christe miseriarũ nostrarũ reparator, quibus te
laudibus efferemus ob tam singulare beneficium in nos his ver-
bis collatum. *Ego sum via, veritas, & vita.* Excita Domine corda
nostra, vt ad patrem per veram tui imitationẽ magna cum cura
& dili-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& diligentia proficiſci incipiamus. Attendite autem dilectiſsi- 21
mi horum verborum ordinem: priùs enim viam, mox veritatẽ,
in fine verò vitam poſuit, vt doceret neminem vitam aſſequi
poſſe, niſi prius per veritatẽ trãſeat. Si Chriſtianos omnes quid
quærant interrogaretis, vitam ſe quærere reſponderent, quam
per veritatem inuenient, ſi eam ſerio & diligenter quærunt.
Dic, obſecro, religioſe quid quæris? quæro vitam: bene facis; ſed
quamnam viam elegiſti? Chriſti, inquies, vitam elegi, ideò ſan-
ctæ religionis habitum recepi. Optimè, ſed tranſitum verita-
tem eſſe ſcias, vt nimirum verus ſis religioſus, Ieſu Chriſti exem
plum intuere paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis: verum eius
eſſe imitatorẽ ſtude. Religioſum dixerũt aliqui dici à verbo relin
quere, & illud religioſum appellari, quòd eſt à rebus profanis
ob eius ſanctitatem ſeparatum. Monachus autem hominem ſo- 22
litarium ſignificat, & à ſæculari conuerſatione remotum; & huc
D. Hiero. in epiſt. ad Heliodo. Diuus Hieronymus alludit, cum ad Heliodorum ſcribẽs: Si es,
inquit, monachus, quid agis in vrbe? Si igitur tu ſolitarius es, ve-
rus es monachus: ſi rerum omnium humanarum affectum reli-
quiſti, verus es religioſus; & ita per veritatem tranſiens, ad vitam
quæ fine caret, peruenies. Tu verò Eccleſiaſtice quid quæris?
Quæro, inquies, vitam per viam incedens regiam, quæ eſt Ieſus
Chriſtus, eius doctrina & exemplo. Optima quidem via, ſi per
veritatem tranſis, ſi verè Ieſu Chriſti veſtigia imitaris. Summus
enim hic Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, eleemoſy
nas quidem recipiebat, ſed non, vt maioratus inſtitueret, non, vt
affines ſuos ditaret, non, vt voluptatibus, & delicijs ſe dederet,
ſed in maxima ſemper puritate, & ſanctitate vixit. Quare ſi vos 23
eum quantum in vobis eſt, imitamini, facilè, & tutè per veritatẽ
peruenietis ad vitam. O patres ſacerdotes, per reuerentiam al-
tiſsimi illius Domini, quem veſtris manibus quotidie tenetis, &
ore recipitis aduertite, obſecro, quodcunq; officium, & munus
in domo Dei, quamuis ex ſe infimum videatur, magnum tamen
eſſe, & ſublime, & ab hominibus electis præſtari æquum eſt. Di
Ioſue. 4. xit Deus: Elige duodecim viros ſingulos per ſingulas tribus, &
præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueo duodecim duriſ-
ſimos lapides. Quid refert Domine viros electos eſſe, vt lapides
de flumine tollant? Nonne ſi baiuli hoc præſtitiſſent, ſatis erat?
Hoc iuſsiſſe dico, vt ſignificaret, quodcunque officium, quãuis
vile

24 vile & infimum, dummodo eius ſeruitium ſit electos homines
requirere, vt ſeptẽ diaconi Spiritu ſancto & ſapientia pleni ele- *Act. 6.*
cti ſunt, vt miniſtrarent menſis. Quod ſi ad tam infima officia
in domo Dei exercenda homines eligere neceſſariũ erat, quan-
to magis eligere opus erit ad ſacerdotij munus, & ad ſacroſancta
Eccleſiæ ſacramenta adminiſtranda? Tu verò Iuriſperite quid
quæris? quæro, inquies, vitam ideò Salmanticæ tot annos literis
operam dedi, & per viam quæ Ieſus Chriſtus eſt incedere vellẽ.
At opus eſt te per veritatem tranſire, & eam te omnibus viribus
declarare ſequi, & à mendacij & violentiæ viribus tueri: ſed heu
dolor, quàm pauci hanc veritatem ſequuntur. Equos aliquos vi- *Simile.*
dere eſt, quorum ea eſt natura, vt ante quàm fluminis aquam bi-
25 bant, eam pedibus turbent, cum ex ſe perſpicua eſſet & lucida:
eadem ſolet eſſe aduocatorum & iuriſperitorum proprietas, qui
bus ſi litem aliquam aqua clariorem committitis, ita eam argu-
mentorum & legum ſuarum ambagibus obſcurant & turbant,
vt vix decem aut viginti annorum ſpatio clara & dilucida fieri
poſsit. A quam turbant, vt eam ſibi ſoli bibant, lucrum enim &
vtilitas illorum eſt, litigantium verò labor ſæpe inutilis. Væ vo *Luc. 11.*
bis legiſperiti, quia tuliſti clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, &
eos qui introibant, prohibuiſtis, dixit Dominus. O quot Iuriſ-
periti cauſa ſunt, vt rudes & ſimplices condemnentur. Tu verò
nobilis, quid quæris? vitam (inquies) nonne me quærere vides?
quanam in re die ac nocte occupor, niſi lætam & delicatam vi-
tam in molli lectulo, in delicatis cibis, in omni voluptatum &
deliciarum genere quærens? aliam poſt aliam voluptatem quę-
26 ro, & ita aliam vitam, quam beati viuunt, conſequuturum eſſe
ſpero. Recede, recede frater ab hac via, quæ te ad inferni vi-
tam ducet, veritatis viam cape, quæ eſt Ieſus Chriſtus, & ita ad
beatam vitam dabitur peruenire: verus eſto nobilis, & ea quæ
nobilem decent præſta, animi, ſcilicet, virtutem & fortitudinem
in prauis affectibus edomandis exercens: via enim per quam
ad interitum ruis nõ nobilis, imò nec hominis, ſed belluę potius
via eſt. Sic eam appellat etiam Ariſtoteles: vita voluptuoſa, eſt *Ariſto. 1. Ethi. c. 1.*
vita pecudum, non hominum. Et Boetius: Si voluptates beatos
efficere poſſent, nihil cauſæ eſſet quin pecudes quoque beatæ fo *Boet. 3. de conſol. pro ſa. 7.*
re dicantur. Deniq; quotquot hic adeſtis, qui Chriſtianos vos
eſſe profitemini, & æternam vitam optatis, & quæritis, veritatis
quæſo

quæso viam vt eam assequamini, eligite; id est, veros esse Chri- 27
stianos curate illorum verborum memores quæ ait D. Paulus:
Gala.5. Qui Christiani sunt carnem suam crucifixerunt cum vitijs &
1.Reg.19. concupiscentijs. Cum milites Saul quærerent Dauid in eius lectulo, non inuenerunt, sed inuentum est simulacrum. Magna profectò Christianorum confusio vt in Christi lecto, id est, sancta eius Ecclesia tot simulacra inueniantur, tot, scilicet, Christiani gratia & spiritu destituti, eo quòd per hanc veritatis viam nõ transeant, & mortua tantum fide & exteriori quadam virtutis specie contenti sint. Gentilium historiæ narrant quod cum Gentiles templa sua dedicabant veros homines idolis sacrificabant, postea verò temporis progressu hominum simulacra offerebãt. Idem aliquo modo in Dei Ecclesia factum esse dici potest: nascẽtis enim Ecclesiæ initio Deo se offerebãt veri homines Chri 28
stiani, scilicet, veri & solidi gratia & spiritu viui: nunc verò statuæ plurimi sunt & simulacra, figuram tantum & speciem sanctitatis habent, existentiam verò ferè nullam. Pudeat igitur, dilectissimi, statuas esse & simulacra, & veram tandem, & solidam virtutem serio amplectimini, & in ea constantissimè perseverate, donec ad æternam vitam peruenire detur: nam sine perseuerantiæ virtute parum incepisse proficiet. De dæmone ait Chri-
Ioan.8. stus Redemptor noster: In veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Optimè quidem incepit infœlix; sed in ea, quã incepit, veritate non perseuerauit mendacij & falsitatis amator. Nõ hæc vobis, dilectissimi, via terenda est; sed ea, de qua Dauid sic ait:
Psal.118. Legem pone mihi Domine viam mandatorum tuorum, & exquiram eam semper. Semper, inquit, quia quamuis lõgiùs quis 29
per hanc viam progressus sit, plus tamen viæ illi reliquum est: & quia ante quàm ad mortis metam perueniatur, nunquam consi-
Eccles.18. stendũ est. Quare de iusto ait Spiritus sanctus: Cùm consumma uerit homo, tunc incipiet. Per hanc viam duo hi Apostoli, quorum festiuitas hodierno die celebratur, tanta cum perseuerantia ambulauerunt, vt vita potiùs priuari voluerint, quàm ne minimum quidem punctum reuocari potuerint. Neque solum hanc ipsi viam sequuti sunt, verum etiam cæteros omnes, vt eam se-
Num.1. querentur, & verbis & exemplo docuerũt. Cùm filios Israel numerari Deus iussisset, qui viginti annos excedebant, & ad arma idonei erant, compertum est fuisse sexcenta tria millia virorum quingenti

30 quingenti quinquaginta: quæquidẽ multitudo opibus, viribus & armis potentissima exiguam omnino terrã & angustam, quæ Palæsthinæ angulus erat, acquisiuit, & eam magno cum labore: & tamen Deus potentiam suã in ea ostendisse dicitur. At quanto veriùs dici poterit, Deũ potentiã suam in suis Apostolis ostendisse, qui numero tam pauci, viribus tam infirmi, verbis tantum de vniuerso terrarum orbe triumphatũr, & res adeò difficiles, vt sunt sacrosancta fidei mysteria, ita hominibus persuaserunt, vt plurimi corpus diuersis tormentorum generibus obijcere mallent, quàm à semel susceptа veritate deficere. Ita, vt meritò Di-
uus Paulus dixerit: Infirma mundi elegit Deus, vt fortia quæq; *1.Cor.1.*
confundat. Ab eo igitur, qui tantam infirmis fortitudinem præbet, humiliter & deuotè petamus, vt eam nobis quoque præbe-
31 re velit: ita enim per veritatis viã peruenie mus tandẽ ad æternæ vitæ gloriam: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodem festo S.S. Apostolorum Philippi & Iacobi Concio Secunda.

Dixit Iesus discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Ioannis.14.

1 LOQVENS Dominus cum muliere illa Samaritana iuxta puteũ spiritualem aquã, quæ gratia est & humanarum rerum sitim extinguit, plurimum commendabat. Illa verò rudis adhuc & spiritualium rerum ignara de hac aqua terrena loqui eum existimabat, quare obstupefacta dicebat: Dñe neq; in quo haurias habes & puteꝰ altus est: vnde ergo habes aquã viuã? Mox verò dixit: Dñe da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Idem inter Christum Redemptorem nostrum, & suos discipulos in toto hoc Euangelio accidisse videtur. Nã cũ de via, id est, de morte, per quã ad æternũ Patrẽ profectuꝰ erat, loqueretur, vt homines adhuc rudes de via aliqua corporali

eum

eum loqui existimabant. In quo plurimum cęlestis Domini be 2
nignitas elucet, qui cum hominibus tam ignaris & insipidis tã-
ta cum patientia & suauitate loquebatur, quod mundi sapien-
tes scięti̇æ opinione inflati nequaquam præstitissent. Et vt hoc
clarius intelligatis verba ipsa Redemptoris animaduertite, qui-
bus eos consolabatur, dicens: *Non turbetur cor vestrum, neque formi-*
det: creditis in Deum, & in me credite. Nam cùm ipse, qui tanto vos
amore prosequor Deus sim, quidnã vobis nocere poterit? Quã-
uis autem nunc à vobis per aliquod temporis spatium discedo,
hoc non sine causa esse scitote, neque sine magna vestrum om-
nium vtilitate: quia, *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Neq;
vestrum aut iustorũ aliquis in eas admitti poterit, nisi ipse præ-
*Psal.*141. bo. Hoc significauit Dauid eius nomine dicens: Educ de custo
dia animam meam ad confitendum nomini tuo; me expectant 3
iusti donec retribuas mihi. Quamobrẽ, *Non turbetur cor vestrum,*
quia vado parare vobis locum. Hæc omnia cùm de via aliqua terrena
dici existimarent discipuli. *Dicit ei Thomas, Domine nescimus quo va-*
dis, & quomodo possumus viam scire? Et quoniam his verbis, tam
terminum viæ, quam viam ipsam quærebant, vt vtrique quæ-
stioni responderet, dixit se & viam esse, & viæ terminum: quia
cum in eo duæ sint naturæ, diuina & humana, quoad humanam
via est, quoad diuinam finis æternus, quoad humanam via est,
quoad diuinam vita: quia per eius merita, si debita dispositio prę
cedat, gratia nobis communicatur ad veram vitam consequen-
dam. Et ideò addidit: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Prima igi-
tur ratio, qua eos, ne turbarentur animare voluit, fuit: *Creditis in*
Deum, & in me credite. Quia salutis, iustificationis, & fortitudinis 4
nostræ in aduersitatibus initium in fide consistit. Quod, vt intel
Hebr. 11. ligatis, notate ex Diuo Paulo dicente: fidem esse rerum sperandarum substantiam, hoc est, totius ædificij spiritualis fundamen
Simile. tum & radicem. Ex quo infertur, quemadmodum agricolæ arborum radices magna cum cura excolunt, quia inde in arborem omnis emanat vtilitas; ita etiam cum fides sit radix, hęc plurimũ bonorum operum exercitatione alenda, & colenda est. Nam, vt
*1.Tim.*3. idem Diuus Paulus ait: Habebimus mysterium fidei in conscien tia pura, quę non solum consistit in fide, sed etiam in opere: secus
*Iacobi.*2. enim, vt ait Diuus Iacobus, dæmones credunt, & contremiscũt. Tu credis in filium Dei? bene facis; sed plus præstant dæmones, qui

5 qui non solùm credunt, sed etiam contremiscunt. Tu verò quã-
uis credas in Deum, non solùm eum non times, verum etiam de
spicis, & contemnis. Quò igitur nomine, ô infœlix, appellandus
eris, si ipsismet dæmonibus aliquo modo deterior es? Vtinam ra
tionis huius vim intelligeretis, profectò ea fide, quam profitemi
ni tales esse puderet. Fides itaque fundamentũ est. Quare quem *Simile.*
admodum qui ædificium aliquod euertere vult, à tecto opus ag-
greditur; mox ad parietes, & tandem ad fundamentum deuenit:
ita etiam diabolus, vt spirituale animæ ædificium euertat, priùs
virtutes & spiritualia dona tollere nititur, vt tandem fundamen
tum, quæ est fides tollat. Quare cautè, dilectissimi, vitæ rationẽ
attendite; morum enim & vitæ deprauatio ad impietatem, & in
fidelitatem via esse solet. Verba illa, quibus Idumęi Babylonios *Psal.*136.
6 ad vrbis Hierusalem euersionem hortabantur, scilicet, Exinani-
te, exinanite vsque ad fundamentum in ea, de dæmonibus ex-
plicari possunt mutuò se ad animę euersionẽ incitantibus, quasi
dicant: Non gratiã tantũ amittat, & merita, sed donec fundamen
tũ quæ est fides amittat, eã persequimini. Hieremias etiã de He-
bræis quibusdam, qui fidem in peccatorum suorum pœnã ami-
serant, sic ait, Qui oblitus est mei populus meus impingentes in *Hierc.*18.
vijs suis, & in semitis sæculi, vt ambularent per eas in itinere nõ
trito. Attendite vt dicat, in vijs offendisse, in quibus nati & edu
cati erant, quas semitas sæculi vocat, id est, antiquas, patrũ & ma-
iorum suorum vestigijs impressas. In ijs autem offendisse, ait, &
in itinere non trito ambulauisse, nouas sibi opiniones excogi-
tantes, vt nostris temporibus quàm plurimis contigisse vide-
7 mus, qui antiquis Ecclesiæ sanctæ semitis relictis nouas secuti
sunt diaboli fraude decepti. Maximum hoc Dei supplicium est,
vt quis tantam in se vim, & facilitatem ad fidem mendacijs, & er
roribus præstandam sentiat, ac si certissimæ essent veritates. De
hoc supplicio idem propheta Hieremias ait: Ecce peruenit gla- *Hiere.* 4.
dius vsque ad animam. Supplicia, quibus corpora puniuntur fa-
cilia sunt, quin sæpè etiam animæ vtilia: ea verò supplicia, quæ
vsque ad animam perueniunt à nobis, quæso, Deus auertat. Per-
uenire gladium vsque ad animam, Diuus Hieronymus declarat *D. Hiero.*
esse cum virtus in ea nulla relinquitur, neque solùm charitate,
verum etiam spe & fide destituitur. Quam ob causam in mori-
bus vestris emendãdis cauti obsecro estote dilectissimi, ne in se-

uerissimam hanc pœnam, quis vestrum incurrat. Magna enim 8
profectò stultitia est, hac, quam profitemur, fide, ita, vt viuimus
viuere. Nihil mirum est si quis in præcipitium aliquod decidat,
eò quod illud in tenebris constitutus videre minimè posset; sed
illud videre & sponte se eo proijcere, hoc admirationem parit.
O amentia diabolica! Verbis quotidie fatentur omnes hoc cæli
iter esse, illud verò gehennæ: omnes cælum optant & petunt, &
tamen sponte ad interitum ruunt: quidnam tantæ amentiæ addi
Psal.118. potest? O quam verè Dauid aiebat: Bonitatem, & disciplinam,
& scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi. Fidei præmiũ
hoc loco à Deo Propheta petit, quasi diceret: Domine credidi,
persolue mercedem, quæ fidei meæ valorem & æstimationem
tribuat. Idem & nobis, fratres, petendum est, vt quandoquidem
in eum iam credidimus, id nobis det quod fidem perficit. Alie- 9
no exemplo discamus, & aliorum supplicium cautiores nos fa-
Prou. 19. ciat. In Hebræo textu Prouerbiorum sic legitur: Deriſorem per
cuties, & simplex ingeniabitur: hoc est, cum bonus supplicij ali-
cuius exemplum videt statim ingenia, vt sibi caueat excogita-
re solet. Quàm igitur æquum esset, vt nunc tot supplicijs, quibus
diuina iustitia varias afficit nationes cautiores nos redderemur,
ne idem nobis aliquando contingat? Hoc igitur posito fidem to-
tius ædificij spiritualis fundamentũ esse facile intelligetis. Qua-
Rom.3. re Diuus Paulus dixit: Iustificati gratis per gratiã ipsius, per Re-
demptionem, quæ est in Christo Iesu, quẽ proposuit Deus pro-
pitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Fidem prius posuit. Pri
mùm, vt Iesu Christi sanguinem, quo à peccatis nostris loti su-
mus honoraret. Secundò, quia fides iustificationis est fundamen 10
tum & origo: nam ex fidei lumine, nisi nostra culpa, & arbitrij
nostri libertate impediatur, cætera omnia quæ ad illam necessa-
ria sunt vtcunque nascuntur. Dum docet Christum Dei filium
suo nos sanguine redemisse, & suorum meritorum nos fecisse
participes, pios omnes motus, qui ad iustificationem requi-
runtur, in anima excitat, nisi nos ipsi diuinæ huic luci repu-
gnamus. Excitat amorem, quo eum, vt Redemptorem no-
strum amemus: excitat fletum & dolorem, quo commissa pec
cata deploremus; excitat firmum & stabilem, nunquam po-
stea peccandi propositum. Et his omnibus, quasi condimen-
tis, quæ fides secum non impedita adducit, impetramus iusti-
ficationem.

11 ficationem. Nam quemadmodum nonnulli sunt cibi, qui quã- *Simile.*
uis ex se vtiles sint, debent tamen quibusdam condimentis
gustui grati effici: ita etiam fides, quamuis informis, & sine
gratia Dei donum sit, debet tamen spe, charitate, & alijs pœ-
nitentiæ virtutibus quodammodo condiri, vt & animæ vti-
lis & Deo grata sit. Hac de causa primum, quod in hoc
Euangelio Redemptor noster proponit, est: *Creditis in Deum, & in me credite.* Qui verus homo existens, verus etiam Deus
sum: & ita, vt homo, sum via, quia propter mea merita iu-
stificationem gratioſè recipitis. At verò vt Deus & idem Deus
cum Patre vita sum: qua, si per veritatem, quæ est diuinæ
legis obseruantia, transitis, in æternum perfruemini. Est præ-
terea Christus Iesus via ad Patrem, quia nobis Patris præ-
12 buit cognitionem, vt Diuus Ioannes affirmat, dicens: Pater *Ioan.17.*
manifestaui nomen tuum hominibus. Est etiam via ad Pa-
trem, quia nos docuit viam, per quam ad Patrem proficisce-
remur, quod beneficium promiserat Deus per Isaiam, dicens:
Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ au- *Isa.30.*
dient verbum post tergum monentis: hæc est via ambula-
te in ea, & non declinetis, neque ad dexteram, neque ad si-
nistram. Et hoc munere per suos ministros semper fungę-
tur Ecclesia, donec fiat quod Diuus Paulus ait: Cùm tradi- *1. Cor.15.*
derit regnum Deo & Patri, cum euacuauerit omnem princi-
patum, & potestatem, & virtutem; oportet autem illum re-
gnare, hoc est, cùm electi omnes salui erunt. Hinc intelli-
13 getis quonam deuotionis & veneratiõnis affectu concionato-
res Euangelici audiendi sint, cùm per eos ipsemet Iesus Chri-
stus verus Deus loquatur. Hinc etiam colligere possunt, quo-
nam spiritu ipsimet concionatores loqui debeant, quando-
quidem talem, ac tantam sustinent personam. Quare ea
verba Isaiæ, quæ ad literam de Christo Redemptore no-
stro dicuntur: Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt *Isa.50.*
sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo, de prædicatori-
bus etiam dici possunt: qui verbis tali, ac tanto amoris igne
incensis, & tanta sapientia plenis prædicare debent, vt de il-
lis dicere auditores possint, Deus per eos loquitur, & appa-
reat in pulpita ascendere, non, vt eruditionis & eloquentiæ
opinionem Dei verbo acquirant, sed, vt sustentent eos, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

lapsi sunt verbo. Ait præterea Isaias: Erigit manè, manè erigit 14
mihi aurem, vt audiam quasi magistrum. Cur bis idem verbum
repetit? (Nihil enim à Spiritu sancto temerè, & sine causa dici
credendum est) nimirum, vt vehementissimam concionatoris à
rebus humanis ad contemplationis sublimitatem significet elevationem. Solet enim sacra Scriptura verba iterare, vt plus rem,
de qua agit, commendet. Quare cogitare concionator debet hæc
sibi à Deo verba dici: Surge, surge ô concionator mane, & concio
nandum hodie tibi esse cogita. Recordare quonam pretio meus
filius Iesus Christus has animas emerit. Attende curam & diligẽtiam, qua vti solet agricola, quàm maturè surgit cum vineam
fodere debet, aut arbores serere, aut terrã arare & colere. Surgit
manè, vt vasculum suum aqua impleat, & ligonem & aratrum
ad opus præparet: tu verò non surges vt cor tuum ad grauissimũ 15
hoc prædicationis opus disponas, & amore & deuotione orando
impleas? O supreme & cælestis concionator Iesu Christe, per su
blimem illam charitatem, qua homines viam ad Patrem docuisti, rogamus te, vt Ecclesiæ tuæ tanti spiritus & efficaciæ prædicatores concedas, vt eorum verbis, & exemplo animæ ad te conuertæ per diuinę legis viam incedant. Itaque vna ex causis, propter quas Redemptor noster via appellatur, est ab effectu; quia
legem nobis dedit, per quam ad Patrem proficiscerem ur.

Antea verò dixerat: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Vt
nos maiori cum diligentia per hãc viam incederemus. Et vt hoc
intelligatis, notate cæli regnum domum Patris appellari: cuius
Vincentius tanta est amplitudo, vt D. Vincentius dicat, vnumquemq; beatorũ plus spatij in cælo habiturũ esse, quàm inter Orientẽ & Oc 16
cidentẽ interponitur. Cæli enim stellati tanta est magnitudo, vt
ad totũ circulum cõficiendũ, quem luna viginti & octo dierum
spatio conficit triginta & sex annorũ millibus opus esset, hoc ve
rò cælũ Empyreo cõparatum, est tanquã angustissima aliqua se
mita: tantũ autem à terra distat, vt si molaris aliqua rota inde demitteretur, per mille & quingentos annos huc peruenire minimè posse nonnulli affirment. O amplitudo admirabilis, quam
habent beati in cælesti illo domicilio. Deduc nos obsecro Domine ex terræ huius angustijs ad latos illos, & spatiosos cæli
campos. Est enim, dilectissimi, mundus hic noster adeò angustus, vt meritò angusto pauperis alicuius lectulo comparari

17 parari possit, in quo plurimi iacere solent. Hic stragulum ab alte
ro sibi eripi conqueritur, ille linteum rapi & nudum se relinqui
clamat: alter dum incautè volutatur socium expellit: & ita perpetua pugna est, & perturbatio. Eodem modo fora & auditoria,
querelis implemus, mutuò de dote, de maioratu, de legitima, de
hæreditate, & huiusmodi rebus litigantes. Reges verò, vt regna
sibi mutuò rapiant quantum laborant? quia nimirum hominum
animis & desiderijs, vniuersus terrarum orbis angustissimus est.
In amplissimo igitur illo beatorum domicilio diuersæ mansiones sunt, id est, diuersi gloriæ gradus. De his mansionibus loque
batur Dauid, dicens: Quam dilecta tabernacula tua Domine vir *Psal.83.*
tutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Hoc
est, extra seipsam mansionum illarum desiderio rapitur anima
18 mea, & sola cogitatione liquefit. Vtinam eas nobis aliquando vi
dere concedatur: tunc enim eos, qui de beatitudine illa loquuti
sunt, minus quàm re ipsa est, dixisse intelligemus. Quamuis autem diuersæ sint mansiones, & varij gloriæ gradus, vt eleganter
demonstrant Sancti Patres, Augustinus & Gregorius: nihilomi *Augusti.*
nus tamen suisquisque gradibus contentus est, & quoad desi- *de sancta*
derium omnes æquales sunt: quia nemo maiorem ea, quam habet *virginita-*
gloria, optat. Sed vt Diuus Augustinus ait: Beatus habet quic- *te. ca. 26.*
quid vult. Ex verbis illis Diui Pauli: Oculus non vidit, nec au- *& tract.*
ris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus di *67. in Ioã.*
ligentibus se: nobis autem reuelauit Deus per Spiritum sanctũ: *ante me-*
spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda Dei, ex his in- *diũ. tom. 9*
quã, verbis duo inferũtur. Primũ beatorũ lætitiæ æqualitas, quę *Gregor. li-*
19 ex eo procedit. Quia cum quisque gloriæ gradus maius sit bo- *bro. 4. mo-*
num, quam quilibet cogitare aut optare possit, sequitur vnum- *ra. c. 42.*
quemque beatorum quocumque gloriæ gradu acquiescere. Di *Augusti.*
uus Antoninus Florentiæ Archiepiscopus refert in quodam Di *13. de tri-*
ui Basilij monasterio monachum fuisse, qui à Deo assiduis preci *ni. c. 5. &*
bus petebat, vt in hac vita aliquam vel minimam cælestium vo *6.*
luptatum partem sibi prægustare liceret. Impetrauit hoc tãdem *1. Cor. 2.*
à Deo vir sanctus, & ab Angelo monitus, vt in deserti solitudi- *D. Anto.*
nem se conferret, paruit. Cùmque ibi magno deuotionis affectu
oraret, auem quandam pulcherrimam suauissimè ex arbore ad
cælestis musicæ similitudinem canentem audiuit: & rei nouitate extra seipsum arreptus vix canere incepisse illi visa est, cùm

iam silebat. Qua de causa tanta in eius animo tristitia consequuta est, vt lachrymans in monasterium reuersus sit: quo cum peruenisset nullum ex ijs quos discedens reliquerat monachum inuenit. Quare religiosorum librum consulens, centum & sexaginta annos à monasterio se abfuisse comperit. Vt cælestis musicæ suauitatem intelligatis; quæ si ita animos nostros tanta voluptate perfundit, quid faciet ipsamet Dei visio, & eiusdem dilectio in qua beatitudo consistit? Secundum, quod ex verbis illis Diui Pauli infertur, est, hanc esse causam, cur res sit tã difficilis homin. bus persuadere, ne huius vitæ bona, vera esse bona existiment, quia cùm humana ratio & naturæ lumẽ maiora bona ostendere, nec sciat, nec possit, semper in hac opinione perseuerant, hæc bona præstantissima esse & optima cogitantes. Et hinc fit, quòd oculos suos statuerunt declinare in terram, vt ait Regius Psaltes: Quia eò vsque eos ratio docet, & naturale lumen, & eo magis, quia diabolus res nobis temporales proponit, & in sensualitatis speculo, quod maiores eas repræsentat, ostendit: gloriæ autem bona non fidei speculo, sed humano appetitu nos spectare vult. Si enim cælestia, & terrena per speculum fidei contemplaremur, illa maxima hæc exigua repræsentari videremus. Hac de causa dilectissimi, hoc fidei speculum ante oculos semper vos habere vellem, vt bonis his visibilibus contemptis, inuisibilia quæreretis, magnam ea assequendi spem habere conantes: hæc enim magnam animo vim præbet, ne in aduersitatibus perturbetur, & per virtutis viam magna cum alacritate excurrat. Hoc mirificè declarat Dauid, bona enim quæ à spe emanabant, fatetur his verbis: Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam nõ sum oblitus, id est, anima mea in magno semper periculo versatur, & tamen nunquam legis tuę obliuiscì possum: neque solum meam infirmitatem supero, verum etiam dæmonis fraudes, & quas mihi peccatores eius persuasione tendunt insidias. Et ideò posuerunt, inquit, peccatores laqueum mihi, & de mandatis tuis non erraui: neque hoc solum, verum hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt. Hoc est, tantum me in legis tuæ præceptis exercui, vt ea tanquam perpetuam quandam hæreditatem habeam, quia ita sunt exercitatione suauia, vt cor meum maxima lætitia & voluptate perfundant. Sed quisnam, ô vir sanctissime, tantorum bonorum fons?

Psal. 16.

Psal. 118.

Ipsemet fontem indicat, cùm ait: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Retributionis & præmij spem fontem esse affirmat; nam de gloriæ præmio & retributione loqui ex Diui Hieronymi translatione patet, quæ sic habet, propter æternam retribqtionem. O spem suauissimam! ó spem amabilem! fœlix anima illa & beata, quam tot ac tantis bonis exornas. Verum enumerans Diuus Paulus ad Romanos Spiritus sancti dona, inter ea spem recenset, dicens: Spe gaudentes: quo significat donum esse spem, ex quo gaudium in tribulationibus nascitur. Quamobrem, si spem habere volumus, necessario petenda est à diuino hoc spiritu, qui eam deuotis suis fidelibus communicare solet. Hinc intelligetis quanto cum artificio agens Redemptor noster de cæli via, diuersas in cælo mansiones esse, id est, diuersos gloriæ gradus manifestarit, vt, scilicet, eam assequendi spe per hanc viam festinaremus, ex illis mansionibus nobiliores & potissimas assequi contendentes.

Rom. 12.

Cùm toties Dominus de patre loquutus esset, dicit ei Philippus: *Domine ostende nobis Patrem & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum.* Hoc est, si pater meus humanam carnem, vt ego assumeret, cùm vnus vnius essentiæ, vnius intellectus, & vnius volũtatis Deus simus, nihil plus corporeis oculis videretis, quã nũc videtis: quia quicquid ipse facio, quicquid dico, ipse etiã præstaret, & diceret: ita natus esset, ita vixisset, ita mortuus esset, vt ego moriturus sum. Existimate, cùm me videtis, Patrem etiã hominem factũ videre: *Quia ego in Patre, & Pater in me est.* Hoc est, vnius substantiæ, vnius intellectus, & voluntatis sumus, quãuis simus personæ distinctæ: & hoc ita esse: *Propter opera ipsa credite.* Admirabile hoc testimonium est, quo hæc veritas certissimè, & indubitate probatur. Fingite quòd Christum in cruce positum, & iam iam morientem quis vestrum videns, & quisnã esset ignorans ab eo quæreret, dicens: O homo tot tormentorum generibus lacerate, quid in hac cruce positus cogitas? Ipse verò hæc responderet: Cogito rerum, quæ paulò post subsequi debet, mutationem, & me quem nunc deceptorem, & plebis seductorem existimant, tanquam verum Deum adoraturos esse. Cogito mihi faciendum esse, vt homines tantam opinionum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& religionum diuersitatem vnica Euangelij lege recepta abij 26
ciant. Cogito persuasurum me hominibus esse illud, quod tanquam bonum approbant & sequuntur, vt sunt voluptates, vltiones, diuitiæ, & cætera huiusmodi contẽnant, quod verò vt malũ fugiunt paupertatem, scilicet, famem, cõtemptum, & alia pœnitentiæ opera in posterum amplectantur. Cogito hominibus me persuasurum esse, vt res adeò difficiles, vt sunt sanctissimæ Trinitatis mysterium, verbi diuini incarnatio, sanctissimum altaris Sacramentum, & alia Christianæ religionis mysteria constantissimè credant. Cogito duodecim me tantum hominibus rudibus & simplicibus, imperatoribus bellum esse & regibus illaturum. Et quamuis nunc mortis timore deterriti omnes me relicto aufugerint, ijs tamen tantam fortitudinem, & constantiam prębebo, vt vniuersum terrarum orbem mihi subiecturi sint. Im- 27
peratores verò & Reges fœlices se & beatos existimabunt, cùm vel minimam vestium, quibus corpora sua contexerunt, partem habebunt. Cogito crucem hãc, quæ hucusque ignominiosa fuit, post hac esse in tanto honore futuram, vt eam Reges & Pontifices capitibus suis imponant, & tanquam salutis vestræ instrumentum adorent. Cogito non modo viros fortes & prudentes, sed senes quam plurimos infirmos, teneras virgines, & pueros magna esse constantia crudelissima mortis genera pro fidei confessione subituros. Hæc omnia nulla est hominum potẽtia, quæ præstare possit, imò nec ipsi beatissimi & Angelici spiritus, sed vnus tantum Deus. Et quoniam Christum crucifixum hoc præstare potuisse videmus: sequitur hoc certissimum diuinitatis suę fuisse testimonium. Et ita quamuis per opera, quæ antea fece 28
rat, meritò dicere poterat, propter opera ipsa credite, idem etiã dici potest propter opera, quæ postea fecit. Diuus Philippus hãc veritatem ita credidit, vt postquam eam diu prædicauit, lapidari se, crucifigi, & occidi, vt eius testimonium præberet, permisit. Quare Redemptoris nostri imitatione per crucem transiuit ad gloriam; ad quam nos perducat idem Iesus Mariæ filius, Amen.

In

In festo Inuentionis S. Crucis.

Concio Prima.

Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorũ: hic venit ad Iesum nocte. Ioan. 3.

VM noctu & secretò ad Dominum Nicodemus venit, publicum se esse eius discipulum pudere ostẽdit. Qua in re plurimos hodie habet imitatores. Nonnullos enim videbitis Euangelicæ vitæ amatores, sed humano quodam timore impediri, & pudore quodam reprehensione digno. Sanctis charitatis, & humilitatis exercitijs, cum possunt occupantur, sed videri pudet. Hi nocte veniunt ad Iesum, cùm die, ideſt, publicè venire non audeant. O hominum effęminata infirmitas, quos bonos esse pudet. Iniurias optant ignoscere & ne timidi existimentur non audent. Parci & moderati in victu & in vestitu esse cupiunt, & auaritiæ opinionem formidant. Diuina sacramenta frequentare vellent, sed hypocritæ appellari nollent. Inter pręcipua artificia, quibus Diabolus ad animarum expugnationem vti solet, illud est, quo vsus est Holophernes ad ciuitatem Bethuliam expugnandam: de quo dicitur: Porrò Holophernes reperit, quòd fons qui influebat aquæductum, extra ciuitatem dirigeret: & incidi præcepit, ne aqua, qua se in vrbe sustentabant, eò ingrederetur: quare Bethuliæ ciues aquæ penuria laborantes cogitare de deditione cęperunt. A qua, quæ animę nostræ ciuitatẽ sustentat, est gratia diuina: canales verò, & aquæductus, per quos hæc aqua deriuatur sunt ecclesiæ sacramenta. Hos aquæductus conatur Dæmon incidere, & diuertere: his quidem, ne in ea credant persuadens, vt hęreticis: alijs verò ne saltem ijs vel deprauatione, vel pudore vtantur, ita enim facilè se hanc vrbem expugnaturum existimat. Quapropter cauti obsecro estote dilectissimi, ne vos Sathanas fallat. Publicos Iesu Christi discipulos & seruos esse nepudeat Diuum Paulum imitantes, qui ad Romanos, Non erubesco (inquit) euangelium: virtus, enim Dei est in salutem omni credenti. Et quemadmodum publicè

Iudith. 7.

Rom. 1.

blicè Euangelium prædicare, & profiteri non erubescebat, ita 4
1. Petr. 2. nec eius præcepta seruare. Hoc Diuus Petrus monet, dicēs: Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, abstinete vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonā, vt in eo quod detractant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deū in die visitationis. O si hæc verba in cordibus vestris imprimerentur: profectò qui deuotos vos humiles & veros Dei seruos viderent, vestrā potiùs admirarentur virtutem, quàm vituperarēt. Et dicerent: Nonne vides hominem illum, qui lasciuus, superbus, & insolens erat, quā mutatus sit? quam humilis? quam castus? Nōne vides mulierem illam, quæ antea impudica, & profana erat, quàm honesta, quàm modesta, quàm pudica sit? Benedictus & glorificatus sit Deus, 5
qui tales in animis hominum operatur effectus. Magna profectò confusio, vt malos, malos esse, & videri non pudeat, boni verò Deo seruire, & in virtute exerceri erubescant. Qui me erubuerit, ait summa veritas, & meos sermones, hunc filius hominis
Luc. 9. Psal. 21. erubescet, cùm venerit in maiestate sua. Non erat ex hoc numero sanctus ille Propheta Dauid, qui dicebat: In medio Ecclesiæ
Num. 11. laudabo te. Cùm Deus iussit Moysi, vt ex vniuersa illa multitudine septuaginta viros sibi coadiutores eligeret, Congrega, dixit, septuaginta senes, quos tu nosti quod senes sint. In quo apertè se velle ostendit, vt viri essent boni, & boni exteriori etiam exemplo existimarentur. Neque solum gloriosum nobis esse existimare debemus externa virtutum exempla præbere, verum etiam iniurias & aduersitates publicè Dei amore 6
perferre. Nullus vnquam Imperator tantum sceptro, & corona superbiuit, vt glorioſus Apostolus Diuus Paulus cathenis se vinctum esse, pro Iesu Christi confessione gloriabatur. Quare, dixit: Propter spem enim Israel cathena hac circūdatus sum.
Act. 28. Ephes. 3. & 4. Et ad Ephesios: Ego Paulus vinctus Christi Iesu, Et alibi, Obsecro vos ego vinctus in Domino. Et ad Timoth. Noli erubescere
2 Tim. 1. testimonium Domini nostri, nec me vinctum eius. Hac de causa
Apoc. 7. Diuus Ioannes refert, cū Angeli quidam terram vastare vellēt, alterum se Angelum vidisse, hæc verba dicentem: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus; quoadusque signemus seruos

7 uos Dei nōstri in frontibus eorum. Attendite mysterium: seruos Dei in frontibus signatos ait esse debere: non in sinu, sed in fronte & publicè, sanctissimum crucis signum apparere debet. Quod si ex publicis operibus inanis interdum gloria existere solet, pugnate viriliter eorum gloriam Deo deberi considerantes: qui & voluntatem excitat, vt incipiantur, & vires præbet vt perficiantur. Si vulgaris aliquis sacrista sacris indutus vestibus, & crucem manibus gestans, *simile.* eò quòd humi omnes prostratos crucem venerari videret, ideò inani gloria inflatus eum sibi honorem adscriberet, nonne meritò existimaretur ineptus? ita profectò: quia cruci, & non ipsi sacristæ honor præstatur, quod verum esse ex eo intelligetur, si crucem & ornamenta deponat. At maior pro-
8 fectò stultitia est honore, qui bonis operibus præstatur, superbire: cùm præcipuum, quod in illis est, Deo debeatur: qui si sufficientia vos priuaret & gratia, nihil omnino gloria dignum faceretis. Quare nihil est cur animus inani gloria inflemur: sed potius cum Diuo Paulo dicendum: Regi seculorum im- 1. Tim. 1.
mortali & inuisibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Venit igitur Pharisæus ad Iesum nocte, dicens: Rabbi scimus, quia à Deo venisti Magister: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Quibus verbis exiguam fidem ostendit, cùm nihil plus illi tribueret, quam homini alicui iusto & sancto. Quare reprehendi meritò à Domino poterat: & tamen eum verbis suauissimis & amore plenis excepit, occa-
9 sionem ex parua illa dispositione sumens, vt eum paulatim Euangelij doctrina illustraret. Hoc ipsum quotidie præstare solet: imperfectiones enim quam plurimas dissimulans, quodcumque bonum, vel exiguum, quod in nobis videat accipit, vt animas nostras paulatim perficiat. Hoc sponsa illa *Cant. 5.* adeò occlusa significabat. Nam cum clausa esset ianua, dilectus misit manum suam per foramen: quo significatur per minimum quodque foramen & dispositionem, quam Deus in anima inueniat, diuini sui fauoris manum immittere, vt anima hoc auxilio corroborata aditum facilius illi præbere possit. Quod cùm ita sit dilectissimi, qui ita vos

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad malum pronos videtis, & tam altas in peccatis egisse radices, 10
vt nulla salutis vestræ via vobis esse videatur, ex intimo saltem
cordis emittite interdum magno cum dolore suspiria: hæc enim
solent esse foramina, per quæ manum Deus immittit, & exigua
hac dispositione vos paulatim peccatorũ vinculis liberabit. Hoc
præterea docet nos, vt alter alterius imperfectiones patienter
perferamus, & si quid reprehensione dignum est, magna cum
manſuetudine reprehendendum esse, & non statim, vt multi so-
Gala. 6. lent, verborum, & iniuriarum strepitu fulminandum. Quod
etiam Diuus Paulus admonet his verbis, Fratres, si præoccupa-
tus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu
tenteris: hoc est, recordare vel simile quid feciſse, vel certè facere
Eccle. 8. aliquãdo posse. Et Eccle. dicit: Nõ incẽdas carbones peccatorũ ar- 11
guẽs eos: & ne incendaris flãma ignis peccatorũ illorũ. Quo in lo
co monemur, quòd qui propter proximi peccata iracundiæ flam
mis incẽditur, quos conuertere debet, ira eos quoque & indigna
tione accendens præuertit. Prætereà cùm ait Spiritus sanctus:
Non incendas carbones, opportunitatem ad peccata corrigenda
necessariò seruandam esse docet. Nam quemadmodum, cùm po
tio aliqua, si suo tempore detur vtilis est: si verò aut temporis
ratio non seruaretur, aut infirmi vires excederet morbum auge-
re, vel etiam insanabilem reddere posset: ita etiam reprehensio,
& correctio, nisi opportuno tempore fiat, aut nimis aspera sit,
Num. 14. nocet potius quàm prodest. Exploratores à Moyse ad Promis- 12
sionis terram explorandam missi, reuersi dixerunt: Terra, quã
lustrauimus, deuorat habitatores suos: ibi vidimus monstra quę
dam filiorum Enach, de genere Gigantæo, quibus comparati
quasi locustæ videbamur. Quæ cum audirent Hebręi flere &
de Moyse & Aaron conqueri cęperunt dicentes: Constituamus
nobis ducem & reuertamur in Ægyptum: Moyses verò & Aarõ
ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum
Israel. Potuissent quidem sancti viri seditiosam turbam seuere
reprehendere: sed cùm ira & furore incitatam, animaduerterent,
precibus potius excitatos ignes sedare, quàm minis accendere
voluerunt.

Respondit Iesus & dixit ei: Amen, Amen dico tibi nisi quis renatus fuerit denuò non potest videre regnum Dei: Quasi diceret, ab eo quod pe-

tis, ita abes, vt ne dum quidem ad ianuam perueneris, quæ ba- 13
ptismus est. *Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo renasci cũ sit senex? Respondit Iesus, Amen, Amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*: Hoc est, rena
sci iterũ homo debet, quia ex muliere Dei inimicus renascitur,
inferni ciuis, pluribus miserijs subiectus, quarũ maxima est pec-
catum: quare aliud nascendi genus quærendum est, quod nulla
in re priori sit simile. O Christe verè hominũ Redemptor, quod
nam nascẽdi genus inueniri poterit ad tot miseriarum remediũ?
Nascetur, inquit Dominus, ex aqua: quando quidem sordidus è
muliere nascitur, & è Spiritu sancto, qui tot malis mederi pote-
rit. Et ita: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: quia quod natum est ex carne caro est, & quod natũ*
14 *est ex spiritu, spiritus est*. Notate fratres vnam ex rebus timẽdis, quæ
in sacra Scriptura inueniuntur, illam esse, de qua Zacharias di- *Zachar. 1.*
cit: perpendiculum extenderur super Hierusalem: hoc est, regu-
lam quandam & perpendiculum constituam, quo ciues omnes
Hierusalem commensurari possint, vt eorum æqualitas & inæ-
qualitas appareat. Diuus Augustinus de verbis Domini, ait: In- *Augusti.*
ter cætera quæ magis mortales decipere solent, illud esse, quòd
vt errores suos excusent eorum, qui boni sunt virtute metiri se
nolunt, sed eorum, qui se ipsis deteriores sunt moribus, ita vt sa-
tis illis sit, si non tam mali sint. Auarus se maiori alterius auaritia
metitur: superbus & luxuriosus, alterius superbiam & luxuriam
cum sua confert, non vt se corrigat, sed vt alterum se existimet
deteriorem. Cùm Deus dixit: Iustificata est Sodoma in conspe-
15 ctu Samariæ, num fortè non ideò Sodomã puniuit, quia ea erat
Samaria deterior? Minimè. At ita etiam non ideò tu impunitus
abibis, quamuis non ita sis deprauatus, vt alter: ergo eo tantum
perpendiculo nos metiri debemus, quod Deus nobis dedit eius,
scilicet, filio vnigenito. Et hoc perpendiculũ significatur his ver-
bis: Perpendiculum extendetur super Hierusalem, quasi antea
nullum in mundo perpendiculum inueniretur, ad quod homi-
num actiones, & mores dirigi possent. Et ita per Isaiam aiebat:
Interpretes tui præuaricati sunt in me: vbi septuaginta interpre- *Isa. 43.*
tes transtulerunt: Principes vestri iniquè egerunt in me. Ex quo
duo colliguntur. Primum eos, qui in Republica interpretes, &
præceptores sunt, existimari & honorari debere, vt Principes.

Secundò,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò, eos quos Deus in tãta dignitate collocauerat ingratos 16
fuisse, & eum magnis iniurijs affecisse, & ideò de his potissimũ
conqueritur, & præterea ob plurima damna, quæ huiusmodi ho
mines vitiorum suorũ exemplo afferre solent. Nam si regula illa
& perpendiculum, ad quod cæterorum mores dirigi debent, ad
malum deflectitur, quis non videt, quãta inde in Republica de-
prauatio consequatur? Hoc significauit Dominus per eundem
Isa.30. Prophetam his verbis: Erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio
cadẽs, & requisita in muro excelso: vbi septuaginta interpretes
transtulerunt: Erit vobis iniquitas hęc sicut interruptio muri al-
tissimi, qui longam traxit ruinam: difficile instaurari potest, &
pristinũ decorem recipiet. Huiusmodi damna Principes, & qui
præsunt omnes afferre solent, cùm peccant: plurimos enim secũ
trahunt: & ideò hæc ruina & lapsus difficile restauratur. O regu 17
la cælestis, ô perpendiculum à cælo in terras demissum: tu, scili-
Rom.8. cet, Christe Redẽptor noster, de quo D. Paulus dixit: Quos prę-
destinauit, conformes fieri imaginis filij sui? Quod si hoc perpẽ-
diculo opera nostra examinata non erunt, ea Pater æternus tan-
quam ædificium inæquale & detortum euertet. O rem omninò
timendam, si cogitaremus opera nostra hoc perpendiculo pro-
banda esse, & examinanda. O bone Iesu, ô Angelorum gloria,
mea vita cum tua collata quàm deprauata apparebit, quàm sor-
dida, puritas & mundities, quàm iracunda mansuetudo, quàm su
perba humilitas, quàm viles, & infimæ meæ omnes virtutes vi-
debuntur. Sed non sine causa æternus pater vitam nostram vitæ
autoris vita expendi vult; quia nostra etiam gloria eius gloriæ
similis esse debet, & configurata, vt ait Diuus Paulus his verbis: 18
Philip.3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christũ,
qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpo-
ri claritatis suæ. Quod si dicitis, quomodo rem adeò difficilem
nobis imperat, cum abyssus miseriæ & imbecillitatis simus, &
Deus gloriæ, & potentiæ abyssus? vt etiã Diuus Paulus ad Ephe
Ephes.5. sios, clarioribus verbis, quam Zacharias: Imitatores, inquit, Dei
estote sicut filij charissimi; quis ad tantæ puritatis imitationem
se poterit excitare? Dico per se quidem hominem non posse, sed
diuini spiritus virtute, qui ad hoc datus hominibus fuit, vt vi-
tam diuinam eius possent virtute viuere, & non hominum, sed
Dei potius opera præstarent, Dei spiritum habentes. Res enim

19 non esset impossibilis loqui aliquem vt Platonem, & disputa-
re, vt Aristotelem, si ipsummet Platonis spiritum haberet; ita
etiam impossibile nõ est hominem suo modo Dei virtutem &
vitam imitari, si Dei spiritum habeat. Non est nouum alias res
aliarum naturam participare cùm vnà copulantur; & ita cibos in
sipidos sale condiri, melle suaues, aromatibus bene olentes fieri
videmus: ita etiam non est impossibile hominẽm diuinum fieri,
si diuini spiritus particeps fiat. Vtrumq; Redemptor noster his
verbis significat: Quod natum est ex carne, caro est; & quod na-
tum est de spiritu, spiritus est. Vbi apertè declarauit, carnem se
solam plus quam carnem esse non posse, spiritum autem fieri di
uini spiritus præsentia & fauore posse. Quare ne mireris, quia
ego dixi tibi, oportet vos nasci denuò, vt diuini spiritus virtu-
20 tem recipiatis.

Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Quid hoc Domine? res
tam sublimes & occultas loqueris, & statim intelligi vis? Quam-
uis enim magister sit, non ideò tamen scire omnia potest. Nul-
lus ignorantiæ coargui potest, eò quod id, quod sciri non potest,
ignoret, vel certè ad eius munus & officium nõ pertinet. Sed cũ
eum Redẽptor noster reprehendat verè hic inferre possumus ea,
neq; impossibile fuisse intelligere, neq; excusabile ignorare. Lo-
quebatur de Baptismi regeneratione, cuius mysterij figurę quã
plurimæ & testimonia in veteri testamẽto præcesserãt, quæ Do
ctores & magistri scire debebãt; & ideò meritò eius ignorãtia re
prehẽditur. Quare cùm ei Dñs initio dixit: Nisi quis renatus fue
21 rit denuò nõ potest videre regnũ Dei, Nicodemus autem respõ
dit; Quomodo potest homo renasci cũ sit senex? tunc eũ non re-
prehẽdit, neq; ei magistri nomẽ exprobrauit, sed viã illi aperuit;
vt si sacrã Scripturã intelligeret paulatim in regenerationis illi9
cognitionẽ venire posset. Sed cũ in sua hęrere eum ignorantia vi
deret, & quomodo possunt hęc fieri quæreret, tunc eũ reprehen
dit, quasi diceret, ita hoc declaraui vt si aliquãdo hoc intellexis-
ses, vt magistri munus, quo fungeris postulat, vtiq; in memoriã
redijsset. Quomodo illud Ezechielis intelligis: Effundam super *Ezech.36*
vos aquã mundã, & mũdabimini ab omnibus inquinamẽtis ve-
stris, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouũ ponam in me-
dio vestri: vbi reuera Deus de his ipsis mysterijs loquutus est.

Plus

Plus dico, quòd, *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo.* O pijssime Iesu, quænã verba hæc sunt tam tristia? Si nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, ergo væ nobis, quorum nemo eo ascendet. Huic dubitationi ita Diuus Augustinus super hunc locũ respondit: Si quis de alio quo monte nudus descendit, & vestitus ascendit, idem est qui ascendit, & descendit: quare cum iusti omnes Redemptoris nostri vestes & ornamenta vocentur, cum ad cælum ascendunt, in omnibus illis ipsemet Dei filius eo ascendere dicitur, qui inde descendit. Loquens æternus Pater cum sancta Ecclesia, ait: Viuo ego, dicit Dominus, quia his omnibus velut ornamento vestieris & circundabis tibi eos quasi sponsa. Cum autem Ecclesia Christi corpus sit, ergo omnes iusti eius vestes & ornamẽta sunt, quæ singulare est iustorum priuilegium. His enim verbis significatur, quòd quemadmodum sponsa pretiosas suas vestes & ornamenta plurimi facit, Principes etiam & Reges vestes se dignas habere gloriãtur: ita etiam sancta Ecclesia, & quod plus est Regum Rex Iesus Christus Dei filius plurimi æstimat, iustos suas esse vestes & ornamenta. Quapropter quanta nobis cura adhibẽda esset, ne nos rerum humanarum sordibus fœdaremus? quandoquidem tãti Regis vestes sumus, qui vt nos à peccatorum maculis lauaret, tot, ac tanta passus est, vt hoc loco significat, dicens: *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Quod vt intelligatur notandũ est, quod eò quod filij Israel contra Dominum, & Moysem murmurarunt, dicentes: Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? misit Dominus in populum ignitos serpentes, qui eum morsibus enecabant. Nam quemadmodum Ægyptij ob hoc quod Hebræorum pueros aquis demersos occidebant, eos etiam maris rubri aquis obrutos mori voluit; ita hos serpentum morsibus mori permisit, qui Moysis vitam & famam inuidiæ, & murmurationis morsibus lacerarunt, vt à serpentibus torquerentur, qui vt serpentes mordebant. Nam Ecclesiasticus dicit: Sicut mordent serpentes in silentio, sic qui fratri suo occultè detrahit. Si hoc nunc supplicio Deus murmuratores puniret, tanta est illorũ multitudo, vt omnia essent serpentibus referta. Hebræi illi vulneratos se videtes veniam & misericordiam implorare cœperunt. Cùmq; clementissimus

Augusti. sup. Ioan. Vide Diuũ Thom. 3. parte. q. 57. art. 2. ad. 2.

Isa. 49.

Num. 21.

Eccle. 10.

tissimus vir Moyses pro illis oraret, respondit Dominus: Fac serpentem æneum pro signo, qui percussus aspexerit eum viuet. Cui hoc mirum non videbitur? quis quãuis ignarus, & rudis mysterium hic latêre non credet? Sed à te prius ô Domine quæram, cur hoc iubeas? Nonne facilius tibi fuisset serpentes tollere, ne mordere possent? Quod si serpentibus murmuratores deterreri volebas, vt corrigerentur, quid hoc remedium significat? Æneus serpens in ligno positus, vnde curandi virtutem habet? Non à metallo, non à serpentis figura: quid igitur serpentem aspicere proderit? O admirabilem Dei potentiam, ô sapientiam ineffabilem. Qui mysteria sua occultare vult, ita ea occultat, vt occultando reuelet. Quia cum eius infinita sapientia sit, & nihil temerè & sine causa imperet, cum aliquid imperat quod ad rem minimè facere videtur, & sine causa imperari; (cum hoc in Deum cadere nulla ratione possit) tunc magna ibi occultari docet mysteria. Serpentis itaque imagine peccator, non verus, sed apparens significatur; vt verus peccator vero & viuo serpẽte significatur. Quis autem huiusmodi fuit, nisi Iesus Christus Redemptor noster? quem (vt ait Diuus Paulus:) Misit Deus in similitudinem carnis peccati. Hic autẽ est, qui nos à peccati morsu sanat. Qui percussus aspexerit eum, viuet; ait eo loco Dominus: quæ prophetia potius est, quàm figura, quæ sanctissimæ crucis virtutem prædixit. Quid autem sit diuinum hunc serpentem aspicere, ipsemet declarat, dicens: Vt omnis qui credit in ipsum, nõ pereat; sed habeat vitam æternam. Credere autem esse debet, vt Diuus Paulus ait ad Romanos; Iustus ex fide viuit. Quod Diuus Bernardus declarat his verbis: Iustus ex fide viuit vtique, si viuat, & ipsa fides, aliter quomodo vitam dabit si mortua est? Fides in sacræ Scripturæ vsu, & in Christianorum etiam exercitio viua est & formata, quæ charitate viuit, & præstantissimis operibus occupatur. Et quemadmodũ mea mihi anima dat esse: ita, vt si ambulo, si video, si audio, si tango, hæ omnes operationes animæ tribuendæ sint: ita cum fides cum charitate cõiungitur, & virtutũ operationes exercet, omnia illa opera charitati potissimum, vt animæ motus omnes debẽtur. Et de hac fide ait Apostolus: Iustus ex fide viuit: quia quod mortuum est, vitam dare nulla ratione potest. Quare si viuere, ait, iustum de hac fide viua loquitur certum est, non de ea, quæ sine charitate mortua est. In eundem

Rom. 8.

Rom. 1. D. Bernã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augusti. tract. 29. in Ioã. & sermo. 61. de verbis Domi. & serm. 1. in vigilia Pẽtecostes.

sensum, inquit Diuus Augustinus, quod non est habendum pro eodem credere Deo, & credere Deum, & credere in Deum: nam credere in Deum, est credendo diligere, & credendo amare, & in eo spem nostram & amorẽ collocare. Eia igitur fratres, quandoquidem Iesus Christus in cruce pro vestra salute exaltatus est, & omnes venenosis affectuum nostrorũ morsibus vulnerati sumus, cũ viua fide & ardentissimo amore aspiciamus. Eadem etiam Christi Redemptoris nostri exaltatio significata est in Leuitico. Vbi iubebat Deus, vt cum sibi messium sacrificiũ

Leuit. 23.

facturi essent, manipulum ex ijs conficerent, & cum eleuarent: ita enim iram suam eos esse placaturos. Ex omnibus messibus vnum tantum fasciculum postulabat; quia ex vniuerso hominũ genere, solus Iesus Christus eum placaturus erat. Ipse est fasciculus, in quo diuinitas cum anima & corpore insolubili vinculo vnita est, qui in cruce eleuatus æterni Patris irã placauit, vt peccata nobis ignosceret, & gratiam nobis, si nos ad eam recipiendã disponeremus, daret, qua perueniremus ad gloriam: ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodem Festo Inuentionis S. Crucis Concio Secunda.

Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine Princeps Iudæorũ: hic venit ad Iesum nocte. Ioan. 3.

Ioan. 3.

PRIVM huius Pharisęi desiderium, quo Christum Redemptorem nostrum conuenit, ab eo quærens, quid sibi faciendum esset, vt vitam consequeretur æternam, magna sibi fidei nostræ mysteria reuelari meruit. Est enim Deus misericordię Pater, & ad eum nos in nostris necessitatibus accurrere gaudet: quod tanti æstimat, vt Isaias conqueratur, dicens: Et os meum non interrogastis habentes fiduciam in vmbra Ægypti. Et quia Rex Ochozias Dæmonem in quadam necessitate consuluit, eum per Pro-

Isa. 30.

4. Reg. 1.

phetam Heliam monuit, his verbis: Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendũ Beelzebub Deũ Acharon? Quamobrem hæc dicit Dominus: De lectulo, super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Discamus igitur fratres à Nicodemo cæli viam à Deo in oratione petere: & intelligite eum etiam

2 etiam consulere, cum sanctissimam eius legem consulimus, vt eam sequamur Ducem, quemadmodum faciebat Dauid, qui aiebat: Consilium meum iustificationes tuæ. Et quemadmodũ Nicodemus iste noctu venit, vt Dominum cõsuleret, ita nos etiam ad hæc spiritualia consilia opportunum tempus quærere debemus, & liberum, vt est nocturnum; quia in die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. Neque hoc so-

Psal. 118.

Psal. 41.

lum contenti esse debemus, sed etiam viros sanctos, & prudentes consulere: quia per eos tanquam per os Deus loquitur & operatur. Nam sicut per os cibi in corpus immittũtur; ita etiam iusti & sapientes instrumentum sunt, quo peccatores conuertuntur, & diuino vniũtur amore. Cùm verò alij consultores nõ

3 aderunt, res vtilis est proprios seruos, si prudentes sunt, & virtute præditi consulere. Cùm Saul asinas frustra quærendo defatigatus patris domũ reuerti decreuisset, puer quidã, qui cũ eo erat dixit: Ecce vir Dei est in ciuitate hac, omne quod loquitur sine ambiguitate venit: nunc ergo eamus illuc, si fortè indicet nobis de via nostra, per quã venimus. Parụit Saul pueri sui consilio, & cũ sanctũ illũ virũ cõsuluisset, certior de eo quod quęrebat fact⁹ est, & vnctus ab eo est in Regẽ. De Naamã, qui Regis Syriæ militię princeps erat, legitur captiuę cuiusdã Hebręę, quã domi habebat, consilio Prophetã Eliseũ cõueniisse: à quo cùm Iordanis aquis lauari iussus esset, iratus recedebat. Cùmq; vertisset se, & abiret indignãs, accesserũt ad eũ serui sui, & loquuti sunt ei: Pater & si rẽ grandẽ dixisset tibi Propheta, certè facere debueras, quãto magis, quia nũc dixit tibi, lauare & mũdaberis. Quorũ cõ-

1. Reg. 9.

4. Reg. 5.

4 silio cũ paruisset lepra mũdat⁹ est, & veri Dei illustrat⁹ est fide. Quisnã omnia se scire dicet, & nullius egere cõsilio? quãdoquidẽ D. Hieron. illud Pauli declarans, vt innotescat principatibus & potestatib⁹ in cælestibus per Ecclesiã multiformis sapiẽtia Dei, quã fecit in Christo Iesu, statuit ipsosmet Angelos, qui Dei per fruũtur aspectu, vsq; ad Apostolorũ prædicationẽ plurima Christi Redemptoris nostri ignorasse mysteria. Quot igitur & quanta homines ignorabunt, nisi in quærendo & consulendo humiles sunt? Magister erat Nicodemus, & tamen quod ignorat, interrogat. In quo maximè reprehendendi sunt nõnulli, quorum tanta superbia est, vt quod illis vtile & necessarium est, ignorare malint, quàm se interrogando ignaros fateri.

D. Hieron. sup. Epist. ad Ephes. cap. 3.

Erat homo. Ait de hoc Pharisæo Sanctus Euangelista: & meritò eum hominem vocat, quandoquidem, vt homo rationis & consilij capax, quod sibi maximè conueniebat, tanta cum diligentia conquisiuit. O quam pauci hodie huic similes inueniuntur: ita, vt meritò cum Sancto Hieremia plorare possimus, & dicere: Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: *Hiere. 8.* Quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in prælium, quasi bestiæ omnes quodam, quasi furore & impetu ad interitum ruunt. O vos infœlices, resipiscite aliquãdo, & ad salutis vestræ fontẽ, qui Deus est, conuersi reuertimini. Ait igitur Nicodemꝰ: *Rabbi scimus, quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Signa & miracula, quæ à Dño Pharisæus præstari viderat, vt eum conueniret & consuleret, impulerunt. O quot ac quanta, Deus operatus est & operatur, quæ nos ad eius amorem impellere, & incitare deberent. Protogenes egregius pictor Apellem ex vna tantum linea cognouisse dicitur: cum lineæ subtilitatem admiratus, non nisi Apellis opus esse posse, conijceret; & eius operis præstantia motus eum diligenter quæsiuit, vt eius & aspectu, & amicitia frueretur: nos verò si Deum ex operũ præstantia cognoscimus; cur non eius desiderio tenemur? Cur non ad eum quærendum mouemur? *D. Augu.* Diuus Augustinus super Psalmos, duo ait nos in Dei cognitionem & amorem deducere, scilicet, scripturã, & creaturam. *Nicephor. lib. 11. Eccle. histor. c. 43.* Nicephorus libro vndecimo refert, Diuum Antonium interrogatum, quo nam modo sine libris in deserto viuere posset, respondisse: naturam ipsam rerum creatarum sibi librum esse, in quo Dei oracula & excellentias cùm opus erat, legebat. Verum quemadmodum illi, qui specillis vtuntur, non ideò illis vtuntur, vt ibi visu immorentur, sed vt vlterius progrediãtur, & per ea alia videre possint obiecta; ita nos quoq; creaturarũ contemplatione vti debemus, nõ vt in illis immoremur, sed vt per eas ad diuinæ omnipotentiæ, bonitatis, & sapientiæ contemplationem, & amorem progrediamur. Præterea, vt homines fidei luce illustrati admirabilia opera considerantes, quæ hic ipse Deus homo factus operatus est, ita ea admirari debemus, ac si ea proprijs oculis spectaremus: fides enim ipsomet visu certior est. Quod si vel vnum tantum miraculum, quod homines videant eos stupidos, & attonitos reddit, ita vt hac de causa miraculum

8 miraculum appelletur, quia animos rapit, & magna quadam admiratione suspendit, vt Diuo Petro cõtigisse dicitur: Stupor circundederat eum, &c. *Luc. 5.* Quanta igitur nos admiratione rapi deberemus, qui tot ac tanta miracula nõ oculis quidem videmus, sed fide credimus, quæ (vt dixi) oculis certior est.

Respondit Iesus, & dixit ei: Amen, Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit, &c. Agit hoc loco Dominus de noua hominis regeneratione, qua homo aliud esse (scilicet Christiani) recipit: noua enim per Baptismum creatura fit, quæ oculis quidem nõ apparet, sed intus latet, noua, scilicet, lux, nouæ cogitationes, noua desideria,
9 nouus spiritus, qui est ipsius animæ anima, vt anima est corporis anima. O ineffabilis Dei bonitas, vt hominum desideria benefaciendo præcurrit: nihil enim horum Pharisæus interrogaue rat; neque quid sibi faciendum esset, dixerat, vt Deum videre, & in regnum cælorum ingredi posset: sed ipsemet Dominus rem tanti momenti. & quam tantoperé optabat, proposuit. Tanto enim se suamque gloriam communicandi tenetur desiderio, vt nos præueniat, & ante quam de salute nostra nos ipsi agamus, quid nobis, vt eam assequamur agendum sit, doceat. Quanta igitur cum causa Sanctus Isaias humani generis nomine magnam hanc misericordiam à Deo petebat, dicens: Rorate cæli *Isa. 45.* desuper & nubes pluant iustum: aperiatur terra & germinet Saluatorem, & iustitia oriatur simul. Vbi septuaginta interpretes transtulerunt: Lætetur cælum desuper, & nubes spargant iustitiam, germinet terra, & oriatur misericordia, & iustitiam germinet simul. Hoc omne Dei filij aduentu adimpletum est: nam cæ
10 lestis omnis curia hominum salute gauisa est. Et quemadmodũ pluuia terra fertilis redditur & fœcunda; ita animas misericordia & iustitia, quæ tanquã pluuia eas irrigarunt, fertiles & fœcũdas fecerunt, cùm, scilicet, eas Dei filius docuit, illuminauit & iustificauit. Sed ô clementissime hominum Redemptor, quomodo hoc sermone cum Nicodemo habito sermones nostros, & colloquia, quæ potius Gentilium & barbarorum, quàm Christiano rum sunt, tacitè reprehendis? Nam cum vna conuenimus, quibusnam de rebus agimus, nisi aut de proximorum moribus & vita, de lasciuis rebus & obscœnis, de caducis, & temporalibus bonis? Hinc, hinc, obsecro fratres, discite qualia debent esse colloquia de cælestibus, scilicet, rebus & diuinis, quæ sit cæli via:

quid nobis faciendũ sit vt Deum aliquãdo videre possimus. Verũ cum ea Nicodemus non intelligeret, ait Dominus: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei: quia quod natum est ex carne caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est.* Nam quemadmodum, quod ex leone generatur, leonis animos & ferocitatem habet: & quod ex equo generatur equus est: ità quod ex Dei spiritu generatur spiritualis fit, & diuinas nanciscitur inclinationes, vt Diuus Petrus affirmat his verbis: Vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugientes eius, quę in mundo est concupiscentiæ corruptionem. De his intelligendum est illud D. Ioānis Qui ex Deo est verba Dei audit: quia diuinæ gratiæ virtute eorum vnusquisque promptior ad virtutis exercitia remanet. *Et quod natum est ex carne caro est*: Hinc. D. Paulus, Animalis, inquit, homo nõ percipit ea, quæ spiritus Dei sunt: stultitia enim est illi: spiritualis autẽ iudicat omnia, Quod faciliùs hoc exemplo intelliges: *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat: Sic est omnis, qui natus est ex spiritu.* Diuus Chrysost. & Græci omnes interpretes aiũt hæc verba, Spiritus vbi vult spirat, non spiritum sanctum, sed auram, & ventum significare, cui spiritus sanctus cõparatur. Nam quemadmodum ventus magno impetu quocunque vult, fertur nullis humanis legibus obstrictus, & quamuis oculis videri non possit, eius tamen vis & effectus percipitur cum arbores euellit, turres & ędificia euertit: sonus etiã auditur & strepitus: ita etiã quamuis spiritus sanctus oculis nõ appareat apparent tamen effectus. Eo enim cupiditates in animis nostris insitæ euelluntur, vanæ & superbæ cogitationum turres prosternuntur, & præterea eius sonus & vox suauissima tanquam auræ sibilus in interiori animæ parte aliquando auditur. O admirabilis similitudo, qua spiritus sancti vis optimè declaratur! Quot enim & quantos in animis nostris operatur effectus, quamuis corporeis oculis non appareat. Qui anteà libidini deditus erat & rerum humanarum amator diuino hoc spiritu flante, mutatum se prorsus cognoscit: quod antea amabat, nunc odio prosequitur, & carnis affectus sibi subiectos habet. Qui vestium, externi cultus, & ornatus superbia intumescebat, diuini huius spiritus aura tactus ea omnia tanquam res vilissimas, & nullius momenti contemnit. Plurimos tandem videbitis qui cum non

2. Petr. 1.
Ioan. 8.
1. Cor. 2.
D. Chryso.
D. Tho. 1. p. q. 36. artic. 1.

vni tãtum vitio, sed pluribus dediti essent, ludis, venationibus, conuiuijs, luxuriæ, superbiæ, & alijs, cœlestis huius spiritus virtute in alios prorsus esse mutatos: ita vt verè illud Diuini vatis dicere possint: Hæc mutatio dexteræ excelsi.

Cùm tamen nondum ista Nicodemus perciperet subdidit Dominus. *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia credetis?* O Christe vere terrenarum rerum contemptor, quid hoc est? quando terrenas res homines docuisti: quos semper ad earum contemptum & cœlestium rerum amorem inflãmasti? Nunquam profectò, sed terrena hoc loco moralis philosophiæ præcepta appellat: quia ea homo naturalis rationis lumine assequitur. Quarè horum verborum sensus hic est: cùm ea vobis præcepta tradebam, quæ rationi adeò conuenientia sunt, & naturali lumine ea assequi potestis, nulla mihi fides præstabatur. Nam cùm de auaritia & bonorum temporalium cupiditate agerem, Pharisæi, qui erant auari, me & meam doctrinam irridebant: quomodo ergo si cælestia, quæ humanam rationem excedunt, dixero vobis, credetis? Huiusmodi erant, de quibus tunc cùm Nicodemo agebat, scilicet, de hominis regeneratione, per spiritus sancti infusionem, quæ difficillima sunt, & ab ijs, qui ea minus tractant, faciliùs percipiuntur. Quare in Apocalypsi dicitur: Vincenti dabo manna absconditũ, & nomen nouũ, quod nemo scit, nisi qui accipit. Vbi nomen nouum, nouam vitam, & nouum esse significat: quod esse quanti valoris, quantæ puritatis, dignitatis, & fœlicitatis sit, nemo scit nisi qui accipit, quin etiam neque hic perfectè in hac vita sciet. *Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo.* Hæc dictio, &, cum ijs quæ præcesserant sequentia coniungit, scilicet, cum his: *Sic est omnis qui natus est ex spiritu*, Quia ad id, quod vt Pharisæo responderet omi serat redit, cum enim pharisæus ea interrogatione interpellauerat, *Quomodo possunt hæc fieri?* Exquo vera huius loci declaratio hæc esse videtur. Nam ad alicuius nobilitatem declarandã dicere solemꝰ: ille ex Austrię familia, vel ex Gotorũ sanguine descẽdit. Ita ait hoc loco Dominus vnumquemq; iustorũ è cœlo descẽdere, & Dei filiũ esse. Cui declarationi optimè ea cõueniũt: *Nemo ascẽdit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo*, hoc est, *Quinatus est ex spiritu, filius hominis qui est in cœlo*, Idest, ille, qui quamuis homo est, ex

Psal. 76.
Apoc. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

carne & ossibus compositus, spiritu tamen versatur in cælis, vt 17
Philip.3. Diuus Paulus qui ait: Nostra cõuersatio in cælis est. Hic igitur, qui nunc in cælo spiritu & conuersatione versatur, eo post mortem, vt Deo in æternum perfruatur, ascendet; non autem ille, qui nunquam ad cælestia consideratione excitatur, sed humi tanquam bestia repit, terrena spectat, & optat. O verba omnibus metuenda! Quomodo enim, ô peccator, hæc audiens, non perhorrescis, qui nunquam de cælo te cogitare optimè nosti? Cùm Romam, Hispalim, aut ad aliam aliquam vrbem profecturus es, semper ea hæret in animo, de ea passim loqueris, & quid in ea facturus sis, cogitas. Quod si eo profecturus non es, nunquam ferè eius recordaris. O quam certum est signum te ad cæli gloriam profecturum non esse, quia, scilicet, nulla ferè tibi est de ea cura, nulla cogitatio. Ex his etiam verbis infertur, si quis contempla- 18
tioni deditus sit, signum hoc esse non obscurum, eum ex Spiritu sancto natum esse. Est autem hoc adeò necessarium, vt sine eo
Simile. Deus amari magna cum difficultate possit. Quia, quemadmodum duo equi, qui currui iuncti sunt, se se in passibus æquant, ita vt alter alterum præire, nec subsequi possit: ita voluntas nostra mouere se minimè potest in amoris cursu, nisi simul etiam eam intellectus consideratione & contemplatione concomitetur, aut saltem antea hanc viam illi præmonstrauerit. Et ideò, vt Pharaonis voluntas erat, vt filij Israel, vel semper in Ægypto viuerent, vel saltem non longè recederent; è contra Dei voluntas est, vt vel ei semper adhæreamus, actuali amore & consideratione, vel saltem, vt non longè à sancto hoc exercitio recedamus, vt
Ezech.1. reditus facilior sit. Animalia illa Ezechielis, ibant, & reuertebã- 19
tur in similitudinem fulguris coruscantis; quia nimirum iusti magna celeritate à piæ actionis studio & cura ad diuinæ contemplationis exercitium reuertuntur.

Et quoniam omnes hos diuinos effectus, quos Spiritus sanctus in hominibus operatur, Christus Redemptor noster sua sanctissima morte meruit: ideò cum de ijs loquutus esset, statim de ea agit, dicens: *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.* Res admiratione digna est id, quod perfidi Hebræi, vt Iesum Christum de hominum memoria tollerent, præstiterunt: hoc Deus tanquam medio vsus est, vt eum exaltaret & sublimaret. Hieremiæ vndecimo maligni illi dixisse

20 xisse referuntur: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus *Hiere.11.*
eum de terra viuentium, & nomen eius nõ memoretur amplius. Christi panis, est doctrina, qua homines cibauit, & aluit. Mittamus, inquiunt, lignum crucis in eius doctrinam, eum crucifigamus, vt eius doctrina vna cum memoria pereat. Sed contrarium omnino contigit, quia patientia, qua mortem suam tolerauit, eã, quam prædicauerat doctrinam, confirmauit; scilicet, qui non ac- *Matt.10.*
cipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus: neque eius nomen morte obliuioni traditum est, imò maiori cum gloria & honore exaltatum. Et ita, vbi nos legimus: In die illa radix *Isai.11.*
Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius glorioſum, septuaginta interpretes transtulerunt, Erit in die illa radix Iesse, & qui con-
21 surget, vt Princeps sit gentium, in ipsum gentes sperabunt, & erit requies eius honor: vbi in Hebræo pro honore legitur, gloria, & erit requies eius gloria. Quasi diceret, & erit mors eius glorioſa, quia impletum est illud, quod ipsemet Saluator deprecatus est, dicens: Pater glorifica me gloria, quam habui *Ioan.17.*
priusquam mundus fieret, id est, per mortem meam ostende me verum Deum esse. Possunt etiam hæc Hieremiæ verba alio modo intelligi, scilicet, vt panis nomine sanctissimum eius corpus intelligamus, vt ipsemet dixit: Ego sum panis viuus. Mittamus, *Ioan.6.*
inquiunt, crucis lignum in eius corpus, & ita peribit nomẽ eius: quia qui eum crucifixum videbunt, peccatorem esse existimabunt. Non dixerunt, mittamus eius corpus in lignum, quod magis proprium erat, quia Spiritus sanctus, ita eos loqui voluit, vt
22 quidam Doctor affirmat, ad significandum mysterium quod hic factum est. Quod vt intelligatur, notate sacratissimum Redemptoris nostri corpus virtutem habuisse, quod à diuinitatis vnione manabat; at verò crux eam à corpore sanctissimo sibi affixo receptura erat: & quia arbor vt fructum afferat, prius humi plantari debet, hinc est, quòd crucis arbor prius in sacrosancto Iesu Christi corpore poni debebat, quàm virtutem ab eo reciperet. Mittamus igitur, inquiunt, lignum in corpore, & non corpus in lignum, vt dici solet: mittamus, aut plantemus arborem in terra, & non è contra, terram in arbore, vt, scilicet, hæc crux, & hæc mors à persona infinita illius qui patitur infinitum valorem, & virtutem recipiat. Glorioſissima hæc Saluatoris mors

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes martyrum mortes peperit, omnes confessorum, & san- 23
ctorum omnium mortificationes & virtutes: hinc etiam omnia
nostra opera virtutem & valorem receperunt. Exiguus riuulus
nunquam per se ad mare perueniret, sed antea arescceret: quod si
in magnum aliquod flumen ingreditur, conseruatur, & simul in
mare influit: ita etiam nunquam opera nostra in cælum perue-
nirent, nisi in maximum illud Redemptoris nostri flumen in-
Coloss. 2. grederentur. Hoc crucis beneficium mirè Diuus Paulus exag-
gerat, dicens: Et vos cùm mortui essetis in delictis in præpu-
tio carnis vestræ, id est, in gentilitate, & idololatria vestra,
conuiuificauit, scilicet, Deus Pater, cum illo, scilicet, Chri-
sto filio suo, donans vobis omnia delicta, delens quod erat con-
trarium nobis, scilicet, peccatum, & ipsum tulit de medio af-
figens illud cruci. Hoc est, peccatum, quod erat chirographum 24
& obligatio, qua homo tenebatur ad pœnam æternam, & erat
medium diuidens inter Deum & homines, illud deleuit in cru-
ce, hoc est, in virtute mortis Christi. Quo significatur Redem-
ptorem nostrum quod sibi faciendum erat fecisse, vt hominum
peccata delerentur, si illi tanto & tam singulari beneficio vti vo-
luerint. Hoc Propheta Dauid in spiritu præuidens, gratias Deo
Psal. 9. assiduè agebat, dicens: Confitebor tibi Domine in toto corde
meo, narrabo omnia mirabilia tua, lætabor & exultabo in te,
psallam nomini tuo altissime. Cur sancte vir tot laudandi, & gra
tias agendi verba iteras? Ipsemet paulò post causam affert, di-
cens: Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam: sedisti
super thronum qui iudicas iustitiam. Hoc est, tot ac tantas tibi
gratias ago, ô hominum Redemptor, qui tam iustus es, vt in ho- 25
minum iustitia, quod iudicari & condemnari possit, inuenias.
In regali tuo throno sedisti iudex, & quantum ex te est, finem
meæ causæ imposuisti. O verba referta mysterijs; quisnam thro
nus iste est, nisi sacrosancta hæc Crux? O thronum glorioſissi-
mum, ô thronum beatum, in quo tu, ô Angelorum gloria spinis
coronatus, sanguine fœdatus inter latrones sedisti. Ibi fecisti cau
sam meam, & non tuam; quia nullum ibi negotium tibi agen-
dum erat, quod ad te pertineret: sed pro meis & totius humani
generis peccatis sanguinis tui pretium, quo ad sufficientiam per
soluisti: propria enim peccata, neque habebas, neque habere po-
teras. De hoc ipso throno, & redemptionis nostræ instrumento

dicitur:

26 dicitur: Apparebit signum filij hominis in cælo: maiori autem *Matt. 24.*
fulgore coruscans apparebit, quam omnes planetæ ad bonorum
solatium, & confusionem malorum. Et meritò cum cæli clauis
sit, clauis autem in ianua posita remanere sæpè soleat; ea etiam
ibi collocanda est, vt eam iusti perpetuò videre possint. Decet
etiam glorioſissimum Redemptoris nostri triumphum, vt san- *1. Reg. 17*
ctissima Crux tanquam ensis, quo tenebrarum principem su- *D. Thom.*
perauit in sublimi, & illustri loco ad æternam huius victoriæ *3. p. q 25.*
memoriam collocetur. In cuius rei figuram gladius, quo Dauid *artic. 4.*
Gigantem superauit in sacro loco collocatus fuit. Et ita diuinus *& 5.*
Imperator & Dux Iesus Christus crucem suam eadem à nobis, *Greg. Ni-*
qua ipse adoratur adoratione honorari voluit: quia omnis honor *sen. in Vi-*
qui illi præstatur, ipsimet Dño, qui in ea passus est, tribuitur: *ta Macri-*
27 quare sublimiori & digniori adorationis genere eam venera- *næ.*
mur quam sanctissimam Virginem. Hanc enim cælestem Re- *Paulinus*
ginam ea adoratione quæ hyperdulia à Theologis vocatur, ve- *epist. 11.*
neramur; quæ dulia maior est, qua sanctos reueremur: crucem *ad Seuerũ.*
verò latria, quæ soli Deo debetur, adoramus. Et sic tanti æstima *Greg. lib.*
batur apud veteres Christianos minima particula Crucis, in qua *7. epistola*
Christus perpendit (sicut egregiè tradũt multi sancti Doctores) *126.*
vt eam omnibus mũdi thesauris pretiosiorem habuerint. Quod *Beda de*
si cruci tantus honor præstatur, eò quod Redemptoris nostri *natura re-*
membris decorata fuit: cur igitur labores & tormenta non ala- *rũ & tẽ-*
cri, & libenti animo amplectemur; quæ non solùm sanctissimũ *porũ ratio.*
Christi corpus tetigerunt, verũ eius etiam animam penetrarũt, *Greg. Tu-*
& vulnerarũt? Magnus profectò ijs etiã honor debetur, dilectis- *ron. in Vi-*
28 simi; excipi magna cum animi cõstantia, & tolerari debent, vt ca *ta Christi.*
piti nostro Iesu Christo, quoad fieri potest, assimilemur; & *Chrysosto.*
ita meritis & gratia ornati cælesti gloria tandem *in homilia*
perfruamur: ad quam nos perducat *quod Chri-*
idem Iesus Mariæ fi- *stus sit*
lius, Amen. *Deus.*

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

In eodem Festo Inuentionis Sanctæ Crucis
Concio Tertia.

Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine Princeps Iudæorũ: hic venit ad Iesum nocte. Ioan. 3.

VOLVIT Spiritus sanctus tot de hoc homine particularia à Sancto Euangelista hoc loco apponi, vt significaret rarò accidere, vt huiusmodi homines ex Reipublicæ optimatibus ad Deum conuertantur. Et ita Diuus Paulus: Videte, inquit, vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundũ carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes; & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus; & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret. Quo significauit, non solùm elegisse Deum viles, & infimos homines, vt conuersionis peccatorum instrumenta essent, vt in ijs potẽtia sua clariùs eluceret: verum etiam vt sapientes, fortia, & ea quæ sunt confunderet, eos scilicet, qui quamuis maiora à Deo beneficia acceperint; difficilius tamen, quàm rudes, & pauperes conuertuntur, & diuitijs, sapientia & potentia abutuntur, vt duriores sint. Hoc etiam de nobilibus & potentibus mundi dixit Dauid: In labore hominum non sunt, & cum hominibus nõ flagellabuntur. Ideò tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua, prodijt quasi ex adipe iniquitas eorũ: hoc est, quia non laborant, vt pauperes; ideò superbia inflantur, & ex eorum prosperitate, quasi ex adipe prodit iniquitas, quia eo quòd diuites sunt, ideò libidini dediti, ideò iracundi, ideò superbi. O peruersitas diabolica, vt eò horum malitia, & depravatio deueniat, vt Dei beneficijs tanquam telis quibusdam, & sagittis ipsummet benefactorem suum vulnerent. Quantum seuerissimũ, quod eis hac de causa debetur, supplicium timendum illis est. Superbos & delicatos homines Babylonis his minis Isaias deterret:

1. *Cor.* 1.

Psal. 72.

terret: Descende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltra non vocaberis mollis & tenera. Tolle molam, & mole farinam. Mulieris mollis & delicatæ nomine Babylonis homines alloquitur. Aliquando (inquit Dominus) de solio tuo descendes, & tanquã serua molam versabis; vtre vera illis, de quibus eo loco Dominus loquebatur, accidit. Quod si eos, qui Gentiles erant tanto puniuit supplicio, quonam & quanto Christianos afficiet, quorum similis vita est, imò etiam fortasse deterior? Efficax profectò ratio nisi homines ratione carerent, nec peccãdi ebrietate delirarent. Considera, considera ô insane, quamuis diuitijs polleas, & dignitate præstes, nihilominus tamen morte omnia esse immutanda. Hęc est mutatio illa, de qua Iob ait: Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Tunc enim pauperis labor patiẽter toleratus, in æternam quietem mutabitur: breuis verò peccatoris quies, & voluptas in æterna supplicia. Tunc qui in hac vita tam molliter & delicatè viuis, qui in superbiæ tuę solio inflatus sedes, tunc, inquam, tanquam vilissimus seruus vinctus æterna illa Gehennæ rota versaberis. Antiqua consuetudo est, & in omni ætate vsitata, vt mundi diuites, & potentes vitijs etiã & malitia cæteris præstent. Et ita, vbi nos legimus: Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam, ad populum horribilem: septuaginta interpretes transtulerunt: Ad gentẽ excelsam, & peregrinum populum & pessimum: quasi gens excelsa sit, gens cõuulsa, scilicet, à Deo, & dilacerata in moribus, & tãdem populus horribilis & pessimus. O sancte Deus! quomodo qui in excelso loco positi sunt, cùm in tanto periculo versari se videant, non contremiscunt.

Isa. 57.

Iob. 14.

Isa. 18.

Ait præterea sanctum Euangelium, hunc Iudæorum Principem venisse ad Iesum nocte. Sunt inter homines nonnulli, qui noctu bonis operibus occupantur, sed hi pauci sunt. Iustitię ministri noctu vagantur, & ita fieri necesse est, vt Reipublicæ malis medeantur. Nicodemus iste domo sua noctu egressus est, vt Iesum quæreret: nũc verò qui noctu per vrbem errant, communiter diabolum quærunt. Sacra illa Passionis nocte dormiebant Apostoli omnes: solus Iudas præceptoris sui mortem, vigilans machinabatur: ita etiam nunc quamplurimi noctu machinãtur, vt iterum Redemptorem suum occidant, & tradant. Nam Diuus

uus Paulus de ijs, qui post conuersionem ad peccatum redeunt ait: Rursum crucifigẽtes sibi metipsis filium Dei. Et verè ita est, quia mortis suæ causam quę peccatum fuit, peccando renouant. & quantum in illis est infinitam eius misericordiam, vt mortem iterum pro illis subire velit obligare quodammodo videntur, nisi pro omnibus peccatis, non solum præteritis, sed futuris priori morte persoluisset: quia, vt ait idem Apostolus ad Hebræos, vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. In leuitico vespertilio, qui noctu tantum volat pro immundo habetur: ita etiam hoc hominum genus, qui nocte à Deo ad quietem & somnum creata est, ad sua scelera occultanda abutuntur, immundi coram Deo habebuntur.

Hebr. 6. 7

Hebr. 10.

Leuit. 11.

Venit igitur Nicodemus nocte: quia fortasse Dei discipulum haberi pudebat, vt plurimi his temporibus publicè in virtutibus exerceri nolunt, ne hypocritæ existimentur. Sed vtinam noctu saltem Iesum Christum conueniremus: assiduitate enim metũ nobis paulatim tolleret, & pudorem, ità, vt postea publice eius noscsse seruos profiteremur. Ad hoc Romanos D. Paulus hortabatur dicens: Induimini Dominũ Iesum Christũ: quod est nõ solùm eum in corde par amorem & gratiam habere, verùm etiam exteriùs & palam ostendere: ita vt, qui te videt Iesum Christũ videat. Et quia hoc solius hominis opus non est, non ait, induite vos, sed, induimini dominum Iesum Christum, ideſt, obsecro vos, vt Iesu Christo indui vos sinatis: nam quod præcipuum est ipse præstabit. Itaque non tantum bonos nos esse vult Deus, sed videri etiam. Quare ipse dixit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Et cum Patriarcha Abraham, vt Sodomæ ignoscere vellet, rogabat, respondit: Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis dimittam omni loco propter eos. Vbi plurimum ponderanda sunt verba illa, in medio ciuitatis: quasi non tantum iustos eos esse vellet, verum etiam, vt tales cognosci & haberi & publicè eos iustos esse: hoc enim significat in medio ciuitatis. Sed quemadmodum publica virtus diuinæ est maiestati gratissima, ita etiam publica peccata maximè odit ob damnum, quod inde consequi solet. Hoc egregiè exaggerauit Regius psaltes dicens: Veniat mors super illos, & descẽdant in infernum viuentes: quia nequitia in tabernaculis eorũ, in me-

Matth. 5.

Gene. 18. 9

Psal. 54.

dio eorum. Hoc est, hoc publici peccatores merentur, vt quando quidem eorum peccata sunt publica (hoc enim significat nequitia in medio eorum) vt eos tanquam Dathan & Abyron viuos terra deuoret, vt publicum quoque sit supplicium. Quod si hoc non fit, sed ad pœnitentiam expectantur, infinitæ hoc Dei misericordiæ acceptum referri debet.

Quamuis hoc virtutis pudore & exigua fide ad Dominum Nicodemus accederet, non ideò tamen ab eo reiectus est, sed amanter exceptus: nam paulatim eum illustrauit, cœli viam & portam magna cum affabilitate demonstrans, quamuis subobscuris verbis, vt eius animum attentione suspensum teneret, & vt non omnia se scire intelligeret. Et hac de causa ait: *Nisi quis renatus fuerit denuò &c.* Et paulò inferius se magis explicans, quomodo renascendum esset, docet, sacri scilicet, baptismi aqua & spiritus sancti virtute. O admirabile Dei beneficiũ, cœlestẽ nobis baptismi fontem dedisse, in quo vetus Adam demersus nouus in Christo spiritus sancti gratia renat' resurget. Ex sanctissimo illo sanguine in cruce nostra causa effuso fons iste manauit, & hoc Isaias his verbis petebat: Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes, à facie tua montes defluerẽt. Mẽbra enim Redemptoris nostri cœli appellari conuenientissimè possunt: cæli enim à cælando dicuntur, ea autẽ verbi diuinitatẽ cælabãt. Quarè, Vtinam (inquit prophetа) factus homo descenderes, & cœlos, ideſt, tua mẽbra flagellis, clauis, lancea, spinis, & cruce dirumperes, & te adtantam ignominiã demitteres, vt nos ad cœli gloriam diuina gratia nobis passionis tuæ virtute cõmunicatã ascenderemus. Hoc etiã plurimũ D. Paulus exaggerat ad Ephesios. dicens: Christus dilexit ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, vt sit sancta & immaculata. Et cum de aliis mis his mysterijs loquutus esset, & admirabilibus spiritus sancti effectibus, quos in hominum animis inuisibiliter operatur, subdidit, dicens: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis, qui est in cælo.* Quasi diceret, solus ipse, & non alius de cœlestibus rebus loqui potest, quia nullus alius eo ascendit, ita vt à se visa vobis narrare possit. Ego verò de cœlo homo factus descen-

Isa. 64.

Ephe. 5.

descendi, & in cælo adhuc sum quoad diuinitatem: quare de cæ- 13
lestibus loqui possum, tanquam qui ea optimè noui & vidi. Et
quoniam de cælo descendit, vt eò nos per sanctissimam suã mor
tem deduceret, ideò statim de ea agit, dicens: *Et sicut Moyses exaltauit, &c.* O Deus incommutabilis, & quàm incomprehensibilia
Gene.3. sunt iudicia eius. Serpente vsus est diabolus tanquam instrumẽto, vt hominem falleret: Serpente etiam illo in deserto à Moyse
ad Hebræorum salutem excitato, mundi salus & remedium (vt
ait hic Dominus) præfiguratum est. Quis vnquam cogitasset ser
pentem, qui diaboli fuit instrumentum filij Dei figuram esse?
Hoc factum est, vt intelligatur Deum mutare homines posse, vt
qui nunc dæmonis instrumenta sunt, mox sint virtutis, & sancti
tatis exemplũ, & qui antea venenosi quasi serpentes erant, mox
absque veneno tanquam æneus serpens in ligno crucifixi sint. 14

Plurimum autem notandum est, quod cum Dominus de sua
Ioan.8. morte loquitur, exaltationem eam appellare solet. Cum exalta
tus, inquit, fuerit filius hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum.
Et hoc loco ait: *Oportet filium hominis exaltari.* O Christe supreme
cælorum Imperator, & beatorum gloria; cur crucem tuã, in qua
tot iniurias, tot ignominias, & tormenta passus es, exaltationem
appellas? vt nimirum communem iam & receptam hominũ sen
tentiam euerteret, qui eum, qui diuitijs sanitate, & cæteris cor
poris, & fortunæ bonis abundare vident, beatum vocare soleat.
Psal.143. Et beatum dixerunt populum, cui hęc sunt, miserum verò, & in
fœlicem eum appellant, cui aduersa succedunt. Si quis verbera
tus & vulneratus patienter iniuriam tolerat, infamis existimatur. Si quis non modo sibi illatas ferre non potest, sed alijs etiam 15
insolenter infert: hic fortis, hic animosus habetur. Vt hanc igitur opinionem tolleret, crucem, vbi tot affectus est iniurijs, exal
tationem vocat, vt intelligatis iniurias quæ Dei amore toleran
tur exaltationem esse, nõ abiectionem. Quare vbi nos legimus:
Isa.45. In Domino iustificabitur omne semẽ Israel: septuaginta inter
pretes transtulerũt; In Deo glorificabitur. Vbi nos Spiritus san
ctus docet ea tantum, quibus homines iustificantur, aut spiritua
li aliqua gratia ornantur, veram gloriam & honorem existimari debere. Cùm autem tribulationes patienter toleratæ, via sint
ad hoc consequendum, æquum est, vt eas exaltationem appelle
mus, & gloriam. ¶ Vocat præterea crucem suam exaltationem;
quia

16 quia in ea tanquam in sublimi aliquo loco infinita Dei bonitas,
& misericordia hominibus demonstrata est. Cæli enarrant glo- *Psal.18.*
riam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum, ait
Dauid. Magni sunt diuinæ gloriæ præcones, cæli voces edunt,
quæ per vniuersum terrarum orbem exaudiuntur: sed plus etiã,
& altius, quam cæli, sol, luna, & stellæ Dei gloriam sacrum hoc
crucis vexillum extollit. Nam ea omnia vno tantũ verbo Deus
creauit: in cruce verò rerum omnium autor hominũ amore mor
tuus est. Quis nam tam surdis auribus erit, vt has voces, quibus
crux Redemptorem nostrum exaltat, non audiat? Quis tam in-
gratus, qui tam singulari beneficio attractus non festinet? Si quis *Simile.*
filium suum Turcarum captiuum haberet, quem illi grauissimis
deuinctum cathenis, teterrimo carcere inclusum detinerent, ip-
17 se verò pater omnibus suis bonis venditis à patria, vt eum redi-
meret, discederet: sed vix Turcarum regnum ingressus, & malè
à Barbaris acceptus magnis afficeretur iniurijs, nihilominus ta-
men amor vinceret omnia, & ad filij captiui carcerem deueniẽs
in hæc verba prorumperet, Fili quot, & quanta, vt huc venirem
passus sum; quot vulnera, quot verbera, quot iniurias, sed omnia
læto & libenti animo toleraui; vt te his vinculis exemptum in
patriam reducerem; iam redemptionis pretium solutum est, ve-
ni fili mi, mea lux, mea vita, bonorum meorum omnium hæres,
mater te plorans expectat; iam lætos tibi parat amplexus; veni,
quid moraris? hæc verò cùm diceret pater, ita filius respon-
deret: domum pater reuertere, nihili enim omnia ista, quæ dicis,
æstimo? quid mea si verberibus es, & iniurijs affectus? quid mea
18 si mater plorat? labores tuos contemno, matris lachrymas despi-
cio, tua bona recuso, libertatem nolo, Turcis seruire malo, carce-
rem & cathenas patriæ & libertati antepono, quanta obsecro
hæc filij ingratitudo videretur? Quis non has voces inhumanita
te plenas detestaretur? Ita ne, ô fili, filij nomine indigne aman-
tissimo patri respondes? has gratias pro labore tua causa susce-
pto refers? ita paterno respondes amori? Verùm mirum ne hoc
vobis videtur? Nolite hoc quod nunquam contigisse credo ad-
mirari: hoc quod quotidie contingit admiremur. Filius enim ca-
ptiuus peccator est, qui tot deuinctus cathenis in diaboli pote-
state est, quot peccata commisit. Et ita Diuus Paulus ait, vt per- *2. Tim.2.*
suaderet peccatoribus, resipiscere à laqueis diaboli, à quo captiui

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenentur. Eos verò diabolus captiuos facit, vt captiuari solent, 19
[*Los negros de Guinea.*] Quibus res quasdam pueriles ostendunt, scilicet, [*Vnos bonetes colorados, Vnos filuitos, Vnos cintos dorados*] & alia huiusmodi, quibus allectos nauibus per fraudem imponũt; mox verò vela explicantes à littore recedunt & captiuos secum adducunt. O cæci filij Adæ, quidnam stultitiæ vestræ similius afferri potest, quos diabolus seculi huius vanitatibus deceptos in seruitutem redigit? Diuinus vates populi sui captiuitatem deplorabat, dicens: *Psal. 43.* Vendidisti populum tuum sine pretio, quasi admirans quonammodo eum Deus captiuum fieri permisisset, sed statim respondet, dicens: Et non fuit multitudo in commutationibus eorum. Id est, nullo pretio Domine vendidisti populum tuum, tam vilis & abiectus factus est in conspectu tuo, & meritò: nam se prius ipse contempserat, & sæpius tanquam rem nullius pretij vendiderat. Attendite exaggerationem. Non fuit, inquit, multitudo, hoc est, non fuit numerus in commutationibus eorum, quia non fuit numerus. Tanquam si publicè se in foro venales exposuissent, ita se vnicuique vitio nullo pretio vendebant, ambitioni, auaritiæ, luxuriæ, iræ, omnibus tandem vitijs se tanquam seruos tradebant: & ideò non fuit multitudo in commutationibus eorum. Quare si se adeò viles, & abiectos existimabant, vt se nullo pretio venderent, meritò viles etiam à Deo habiti sunt: & ita vendidit populum suum sine pretio. Idem nos etiam facimus; nam minimo quoque lucro, & vtilitate proposita, minima quaque voluptate à vitijs nos & affectibus rapi sinimus. Es itaq;, ô peccator, diaboli captiuus, & in hoc infœlicissimo seruitutis statu versaris. Sed Pater ille clementissimus Iesus Christus, vt te redimeret à beatissima illa cæli patria in terrã hãc miseriæ plenã descẽdit; & vix in eã ingressus male à fame, frigore, paupertate, & cæteris huiꝰ vitæ miserijs acceptꝰ est. Insurgũt nõ multò post, Sathanæ ministri: rapiũt, verberant, maledicunt, cruci tandẽ affigũt: in qua pretiosissimũ suũ sanguinẽ venis sacri corporis vndiq; patẽtibus emanantẽ tanquã pretiũ redẽptionis persoluit. Cogita autẽ, ô peccator, cùm sacerdos sanctissimã hostiã in sacrosancto missæ mysterio supra caput eleuatam oculis tuis ostendit, cogita, inquam, te ipsummet Iesum Christum Patrem tuum cruci durissimis clauis affixũ proprio sanguine madefactum videre. Quamuis enim gloriosus ibi realiter adsit, verè tamen

tamen eius crux, passio, & mors. ita tunc ibi repræsentatur, ac cùm in Caluariæ monte accidit. Has autem pijssimas ab eo voces audire existima: Amor in te meus huc me dilecta mea adduxit: pro te hos omnes labores suscepi: iam redemptionis tuæ pretium solui. Exi iam exi ex infœliciſsima hac seruitute in patriã, libertate recepta reuertere. Lachrymans te mater Ecclesia expectat; reditu tuo omnis aula cælestis lætabitur, quia gaudiũ est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente. Amici te tui Angeli expectant, fratres tui sancti exoptant. Abijce iam cathenas & vincula: en mea viscera, en vulnera, quibus te tãquam naui in securum illum cælestis gloriæ portum suauissima Spiritus sancti aura spirante deducam. Cogita æterno igne punienda esse peccata: vtere salutari hoc crucis remedio, dum tempus, & op-
23 portunitas datur. His patris tui vocibus, quid, ô infœlix, respondes, quid ais? num patri rem tam æquam & tibi vtilem denegabis? Sed heu dolor, hæc à te audire mihi videor: quid mea de tuo, ô pater, aduentu? quid mea de cruce, de spinis, de clauis, de sanguine, de morte? quid mea de matris meæ Ecclesiæ lachrymis? quid mea de regni tui hæreditate? quid mea de Angelorum & sanctorũ gaudio, & desiderio? Sathanæ malo esse captiuus: libertatẽ, & quæ promittis, omnia recuso. O ingratitudinẽ inauditã. Sed, quid dico ingratitudinẽ? Parũ hoc est, neq; vllum nomẽ ad rei granitatẽ exaggerandã idoneũ inueniri potest. Ore & lingua neminẽ esse qui hæc dicat, fatebor. Plurimos verò corde & operibꝰ dicere negãdũ nõ est: quãdoquidẽ ne ab infœlici, in quo versantur, statu discedãt, Deo parere recusant, & misericordiã, qua
24 eos inuitat, impudẽtissimè renuũt. Nollẽ dilectissimi vos ex hoc numero esse: sed si qui Sathanę captiui sunt, liberatoris sui voces audiãt, seruitutis suæ infœlicitatẽ considerent: hęc enim ipsa eos arguit, & increpat, vt Propheta Hiere. peccatoribus quibusdã dixit: *Hiere. 2.* Nũc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidã? & quid tibi cũ via Assyriorũ, vt bibas aquã fluminis? Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te cito. Et vide ęa malũ, & amarũ est reliquisse te Dñm Deũ tuũ, & nõ esse timorẽ eius apud te. Tuamet peccata, ô peccator, clamãt, & onꝰ se esse grauissimũ fatẽt: nã si tãtillũ voluptatis & delectatiõis habẽt, doloris & molestię cœno ita miscetur, vt amara potiꝰ, quàm suauia dici possint. Tu verò obstinatus quid tibi vis in via Ægypti? O surde, qui has

voces non audis: ô cæce, qui hæc mala non vides. Illuminet te Deus, vt rei veritatem intelligas, vt infœlici hac Sathanæ seruitute liberatus dulcissima hîc gratiæ, & postea gloriæ libertate fruaris: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodem Festo Inuentionis Sanctæ Crucis

Concio Quarta.

Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine Princeps Iudæorum, hic venit ad Iesum nocte. Ioã. 3. 1

Prou. 17. *Eccle.* 19. SPIRITVS Sancti sententia est: In facie prudentis lucet sapientia. Et Ecclesiast. Ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Quibus verbis nos docet viri iusti esse, interna, & exteriori sanctitate præditum esse; & ita viuere, vt vultu ipso & aspectu virtutem præseferat. De sancto Ioseph legitur, cùm Ducis illius Putiphar seruus esset, ita tamen vixisse, vt ipsemet Dominus qui idololatra erat, Dei tamen amicum eum esse cognosceret. *Gene.* 39. Et ita ait sacratus Textus: Habitauit in domo Domini sui, qui optimè nouerat Dominum esse cum eo. De Sancto Loth ait Diuus Petrus: Aspectu & auditu iustus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. 2 *Act.* 6. De Diuo Stephano dicitur: Intuentes eum omnes, qui sedebant in concilio viderunt faciem eius, tanquam faciem Angeli. Ad hunc virtutis & sanctitatis gradum nondum Pharisæus iste peruenerat; quandoquidem Iesu Christi discipulum videri erubescebat: & ideò venit ad eum nocte. Cùm de plurimorum *Ioan.* 12. Hebræorum conuersione Diuus Ioannes ageret, ex Principibus, inquit, multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos nõ confitebantur, vt de Synagoga non eijcerentur: dilexerũt enim gloriam hominum, magis quam gloriam Dei. Auertat Deus huiusmodi pusillanimitatem, vt hominum timore Deo parere nos pudeat,

3 pudeat, quamuis & rei familiaris, & vitæ periculum subeundũ sit. Neque tamen hac de causa hoc fecisse Nicodemum crediderim: eo enim tempore nondum decretum erat, vt qui eius se discipulum esse profiteretur è Synagoga eijceretur.

Sed secretò & noctu venit ad Iesum fortasse, ne affines, & amicos suos offenderet; qui Dominum odio prosequebantur, eò quod vitiorum suorum reprehensor esset acerrimus. Itaque Redemptoris discipulus esse volebat, vt amicos sibi suos conseruaret. Quod quidem nostris his temporibus vsitatissimum est: plurimi enim sunt, qui Deo seruire vellent, & tamen mundi amicitiam non deserere. Nemo potest, dilectissimi, duobus *Matt.* 6. dominis seruire. Iam scitis ex præcipuis hostibus, quos habemus esse mundum: hic vobis deserendus est, si Deo placere 4 vultis. Et qui publica exercetis officia, cauete obsecro, ne affines, & amici vos à muneris sui integritate detorqueant. Nam si rem iniquam petunt Deo nos magis debere, quàm illis respondendum est: & si nos verè amant, cur condemnationem meam iniquis rogationibus optare, & curare videntur? Quod si dicant alij, hoc ipsum, quod petimus, præstiterunt, ridiculum hoc argumentum est: perhumanè tamen respondere potestis, & comiter hoc modo, vultis ne intelligere optare me desiderio vestro morem gerere? Consulamus doctos, & sanctos viros, & si hoc conscientiæ puritate fieri potest, libentissimè præstabo, sin minus moriar potius, quàm Deo debitam fidem violare. Quod si hac animi fortitudine præditos vos non esse intelligitis, deponite officium & dignitatem: animæ enim 5 æterna salus bonis temporalibus anteponenda est. Inter cætera, quæ in sacra Scriptura sæpissimè repetuntur, est vis vehementissima, qua Dei spiritus iustorum animas ad mira, & supra humanas vires præstanda impellit. Et ideò vocat eum Isaias *Isai.* 4. spiritum iudicij, & spiritum ardoris; iudicij, id est, prudentiæ, qua bonam à malo dijudicat. Ardoris, quia animam incendit, corroborat, & penetrat; ita, vt omni infirmitate depo- sita, dicat cum regio Psalte: Omnia ossa mea dicent, Domine, *Psal.* 34. quis similis tibi? Ita me tuus diuinus spiritus penetrat; eius vires, & vim ita sentio, vt minimæ tam corporis, quàm animæ potentiæ ineffabilem tuam potentiam clament. Hoc Christus Redemptor noster significauit, dicens: Putatis, quia pacem veni *Luc.* 12. dare

dare in terram? non dico vobis, sed separationem. Erunt enim 6
ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres:
diuidetur pater in filium, & filius in patrē suum, mater in filiam,
& filia in matrem. Id est, quamuis vos à vestris vxoribus &
filijs non separem, plus tamē meus amor in anima potest, quàm
vxoris lachrymæ, & filiorum amor: hæc enim omnia homines
& mulieres deserent, vt me sequantur. O verba timenda, qui-
bus quàm frigidè & lente Deum amemus, declaratur: quando-
quidem quacunque te exigua, & puerili deterremur, & homi-
nibus magis morem gerere volumus, quàm Deum publicè
profiteri.

In hac infœlicitate Pharisæus iste versabatur, qui ne amicis
suis & affinibus, vt dixi, displiceret, venit ad Iesum nocte. Sed
tanta est Dei clementia, vt nulla huius imperfectionis habita ra 7
tione eum sacrosanctis fidei mysterijs erudire cœperit. Primum
autem fuit sancti baptismi mysteriū, de quo agit his verbis: *Nisi*
D. Augu. in Ioan. *quis renatus fuerit, &c.* Quo in loco Diuus Augustinus ait, quod
quemadmodum paterna hæreditate is tantum fruitur, qui ex
eius vxore, cuius hæreditas est, natus est: ita etiam nemo cæleſti
hæreditate perfruetur, nisi prius ex Ecclesiæ visceribus, quæ Ie-
su Christi sponsa est, nascatur. Hinc intelligetis quam graue sit
earum mulierum peccatum, quæ elegantiæ causa vestes habent,
ita angustas & aptas, vt infantes, quos vtero gestant, sæpissimè
suffocent, & compressos elidant: & ita sacri Baptismi beneficio
priuantur. Plus etiam peccant, quæ eos ex industria enecant, vt
Concil. Hiber. c. 2. scelus suum nouo scelere occultent. Has ideò Hiberdense conci
lium sanctissimæ Eucharistiæ sacramento per septem annorum 8
spatium priuat. Et quoniam Baptismi Sacramentum, vt omnia
gratiæ legis sacramenta à Redemptoris nostri Passione & mor-
te virtutem habent, cùm de Baptismo loquutus esset mox de sua
passione loquitur, dicens: *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deser*
to, ita exaltari oportet filium hominis. Vt inde lauacrum illud emana-
Ad Tit. 3 ret, de quo Diuus Paulus ait, fecisse nos Deum saluos per laua-
crum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effu
dit in nos abundè per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt
iustificati gratia ipsius hæredes simus, secundum spem vitæ æter
næ. Et addit statim: Fidelis sermo est, beneficij magnitudinem si
Simile. gnificans. Accidit aliquē morbo Gallico laborare, vel alio quo-
uis

9 uis morbo contagioso, omnia autem remedia inutilia esse, do-
nec se ligni aqua curet, quam vulgo [*Agua del palo*] appellant.
Idem humano generi contigit. Nam cùm contagioso culpę mor
bo laboraret, quamuis antiqua Moysis lex plurima ei remedia
dederit; plurima, scilicet, sacrificia & ceremonias, quæ in ea prę-
cipiebantur, nunquam tamen sanitatem recuperare potuit: ita,
vt cæli gloriam ingredi, & Dei frui posset aspectu, donec ligni
sanctissimæ Crucis aqua curatus est. Nā cùm in ligno crucis Re-
demptor noster affixus esset, aquam tantæ virtutis effudit, id
est, tantam virtutem & gratiam, vt omnem culpæ morbum la-
uare & sanare possit; si tamen qui hoc morbo laborant, ea vt par
est, lauentur. Et ideò ait, oportet filium hominis exaltari, vt, sci-
licet, diuinum hunc haberemus lauacrum, & fontem perennem;
10 ex quo morbi nostri medicina manaret. Cùm Reges aurum, ar- *simile.*
gentum, & pretiosa domus ornamenta vulgi oculis ostendi iu-
bent, quamuis aspectus ipse gratus est, omnia tamen illa apud
Regem remanent: cæteris verò nullam afferūt vtilitatem. Si ma
gna præbent conuiuia regni sui Principibus, si vestes donāt ser-
uis suis, si erga familiares suos liberales sunt, ciuitatis & regni
pauperes nullam ex hac liberalitate vtilitatē percipiunt. Quam
obrem illud vulgo, & plebi gratum & vtile esse solet, cum scili-
cet, iubet Rex fontem in foro publicè collocari; ex quo præstan
tissimum vinum quisque haurire possit. Omnipotens cæli, &
terræ Rex in mundi creatione pretiosa hæc elementorum orna
menta explicauit, & omnibus spectanda apposuit: in quibus tot
creaturarum genera miro cum artificio depicta, omnium oculos
11 in se rapere, & in admirationem trahere videntur. Mensam etiā
pulcherrimis vasis ornatam apposuit, cælum, scilicet, sole, luna,
& stellis decoratum, vestes etiam diuersas seruis suis Angelis de
dit, id est, varios gratiæ, & gloriæ gradus. Lautum omnibus suis
familiaribus & domesticis conuiuium præbuit, beatis, scilicet,
omnibus spiritibus, diuinæ suæ essentiæ visione & fruitione eos
pascens, qui cælicibus est suauissimus. Verùm quamnam vtili-
tatem ex his omnibus rebus miseri peccatores percipiebāt, quia
ea omnia apud Dominum suum remanebant, cùm homo mo-
riens nihil secum adduceret? Si erga seruos, & familiares suos li-
beralis fuit, Angelorum, & beatorum fuit vtilitas: nos enim pau
peres, nudi & inopes, aspectu tantum harum rerum fruebamur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Itaque maioris solatij, & gaudij causa fuit, cum Deus præstitit 12
Zach. 13. quod per Prophetam Zachariam promiserat dicens: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Fons iste Iesus Christus est in cruce positus, tot vulneribus confossus, ex quibus sanctissimus eius sanguis ad animarum remedium emanauit. Ad hunc fontem dilectissimi accurrite, & tam singulare beneficiũ frustra vobis datum esse nolite permittere.

Oportebat etiam filium hominis exaltari, vt non solum Dei misericordia, verùm etiam iustitia manifestaretur, quæ nulla in re tantopere apparuit, vt in proprio filio tanta pœnarum grauitate puniendo. Nam quot quot supplicia Deus tam de Angelis, quam de hominibus iustitiam suam manifestando desumpsit, omnia de puris tantum creaturis desumpta sunt: at verò pro- 13
prium filium ob aliena castigasse peccata, hoc mirè eius iustitiam extollit, & timorem magnum incutit: quia vt ipse Dei fi-
Luc. 13 lius dixit: si in viridi ligno hoc faciunt, quid in arido fiet? O quantopere errant qui postea quam peccauerunt cælestem gloriam assequuturos se esse existimant, quamuis nullum laborẽ,
Gala. 3. nullam afflictionem ferant. Christus redemit nos, ait Diuus Paulus de maledicto legis factus pro nobis maledictum, pro quo-
Aug. lib. 14. *Contra Faustum. c.* 3. *&* 4. *tom.* 6. rum verborum intelligentia notandum est ex Diuo Augusti. contra Faustum, peccatum maledictum esse: & per consequens mors & pœnalitas, quæ ex peccato proueniunt dicentur maledictum. Et ita quisquis supplicio aliquo, aut pœna à Deo punitur, dici potest maledictus à Deo, quia quemadmodum
D. Tho. 3. *p.q.* 46. *ar.* 4. *ad.* 3. Deus tunc benedicere dicitur, cùm alicui benefacit, ita maledi- 14
cere alicui dicetur, cùm illi malefacit. Quare cum Deus filium suum propter scelus populi tot pœnis affecerit, ideò à D. Paulo maledictum factus fuisse dicitur: hoc est, plurimis pœnarum malis oneratum fuisse. vt per maledictum pœnalitatis, maledictio
Rom. 8. culpæ tolleretur. Et ad Romanos idem Apostolus ait, de pecca-
Lact. Fir. libr. de ira Dei. ca. 13. to damnauit peccatum. Quem admodum ex viperę veneno (vt refert Lactantius) medicina fit, qua ipsius met viperæ morsus curantur: ita Dominus ex pœnis peccati, ipsius peccati remedium
1. Reg. 17. fecit, vt Dauid Goliath ipsius met gladio necauit: & Iudith Ho-
Iudith. 13. lophernis caput ense, quem ipsemet gestabat, secauit. Ad Ephe-
Ephe. 2. sios ait: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum: per crucẽ interfi-

15 terficiens inimicitias in semetipso. Plurimũ ponderandum hoc loco est, non dixisse Apostolum inimicos suos interfecisse, sed inimicitias. Quia Redẽptor noster non interfecit peccatores, qui Dei inimici sunt: imo vitam illis dedit po ijs in cruce moriẽs: sed interfecit inimicitias, quia nos cum patre reconciliauit. Secus nõ nulli faciunt, qui inimicos interficiunt, & viuas conseruant inimicitias. Alij in confessione inimicitias tepido quodam animicis sesuis reconciliandis proposito vulnerãt: sed non interficiũt: & ità quacunque opportunitate suas iniurias vlciscuntur, acsi nunquam ignoscendi proposítum habuissent. Christus verò Redemptor noster non vulnerauit, sed interfecit inimicitias: quia quæ semel eius meritis ignoscuntur peccata, nunquam re-
uiuiscunt, neque redeunt, nisi tanquam circunstantia ag-
16 grauans. Quòd si dicitis omnibus his locis apertè dicere Apostolum Redemptoris nostri morte à peccato nos esse redemptos, igitur nihil esse nobis laborãdum. Verum si hoc esset, *Act.* 14. nunquam idem Apostolus dixisset, per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, neque Diuus Petrus, Chri- *1. Pet.* 2. stus passus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius: neque Diuus Ioannes, qui dicit se in Christo manere, debet sicut ipse ambulauit, & ipse ambulare. Quin etiam inter *1. Ian.* 2. cęteras causas præcipuas, propter quas oportebat filium hominis exaltari hæc fuit, vt patientiam nobis in laboribus doceret, *D. Augu. tract.* 119. & alias virtutes quam plurimas. Quare Diuus Augustinus, Li- *in Ioan. pa* gnum, inquit, vbi fixa fuerunt membra patientis, etiam cathe- *rum à prin* dra fuit Magistri docentis. Ibi enim nos patientiam docuit, pa- *cip. to.* 9.
17 trem pro persequutoribus suis rogans: ibi nos charitatem docuit, pro ijs ipsis moriens, qui vita illum priuabant: ibi humilitatem docuit, tanquam latro inter latrones positus. Quid nam hominum superbiã confundere plus potest, quã videre ipsum met Christum vsque ad crucis mortem humiliatum? Quis nam superbus esse audebit Dei sublimitatem, ita suo amore demissam contemplans, & si hic Dei finis fuit superbiam nostram cruce euertere, vt quid adhuc superbis terra & cinis? Cum sit verbum diuinum patri æquale, formam tamen serui accepit: tu verò homo vilissimus vermis existens formam Dei accipere vis & tãquã Deũ honorari? Regnare adhuc inte superbiã nõ pudet? Quid nã De⁹ vt eã euerteret præstare potuisset? O cœlũ, ò terraó

Universidad de Deusto
Biblioteca

insensibiles creaturæ, filiorum Adæ cęcitatem obstupescite, qui ex diuinis beneficijs exiguam vtilitatem capiũt. Sanctus Isaias ait: Desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum virum dolorum, & sciẽtem infirmitatem. Ita eum desiderauimus, vt nostra postulabat necessitas, vt nimirum nos humilitatem doceret. Venit qualem desiderabamus, & tamen eadem durat malitia, ac si nunquã virtutis nobis præbuisset exemplũ. Itaq; obsecro vos dilectissimi, per pijssima illa Iesu Christi crucifixi viscera, vt eum tanquam magistrũ & doctorẽ in crucis cathedra posi tum contemplemini, & tanquam discipuli discendi cupidi bis saltem in die mane, & vesperi eius lectiones audiatis. Quomodo enim in Theologia, in Philosophia, aut in quauis alia scientia peritus esse poterit, qui nunquam eius lectiones audit, neque ijs diligenter studet? ita etiam quis in Euangelica Philosophia peritus erit, si nunquam de ea cogitat? In Isaia vbi nos legimus: Quiportamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua, vsq; ad senectam, ego ipse, & vsque ad canos ego portabo, septuaginta interpretes transtulerunt: Qui portamini de vtero meo eruditimini à paruulo vsque ad senectutem: quibus verbis declaratur desiderium quo Deus tenetur, vt ab ipsa pueritia vsque ad senectutem eius doctrinę magna cum cura, & studio operam demus. O quã assiduus huius doctoris auditor erat Diuus Paulus qui dicebat: Non iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Fidei, spei, & charitatis, quæ sciebas mysteria, nonne ô sanctissime Apostole, scientia erat præstantissima? cur igitur nihil te scire ais, nisi Christum crucifixum? Hoc nimirum significare voluit quicquid humilitatis, obedientiæ, fidei, charitatis, & cæterarum omnium virtutum scio, omne in Iesu Christo crucifixo includitur, ideò non iudicaui me aliquid scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Tanto sanctissimus Apostolus crucis ardebat amore, vt ad Galatas dicat: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Intelligens enim quanto cum labore homines gloriam in humanis rebus quærerent, Absit, inquit, mihi in huiusmodi rebus gloriari in voluptatibus, in dignitatibus, in diuitijs; sed tantum in Iesu Christi cruce gloriabor. Suam quoque crucem huius seculi filij habent, & in illa gloriãtur: sed crux est Sathanæ, vita, scilicet, profana, & deprauata.

Isa. 53. 18

19 *Isa. 46.*

1. Cor. 2. 20

Gala. 6.

In

21 In hac cruce tribus sunt clauis confixi, qui quidem tria illa sunt, de quibus Diuus Ioannes ait: Omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. *Ioan. 1. Ca no. 2.* Primus clauus est concupiscentia carnis, molliter, scilicet, & delicatè viuere optimis cibis, pretiosis vestibus vti, & tãdem curam omnem in voluptate ponere. Secundus clauus est, concupiscentia oculortum, quæ hominem incitat ad pauperum sanguinem fugendum. O infœlix, qui quicquid vides, concupiscis, & id tan dẽ quod fraudulenter rapuisti, hîc manebit, tu verò æternis Gehennæ tormentis pendebis improbe pœnas. Cum in aqua piscis versatur vorat escam, neque hamum latere percipit: at verò cum piscatur ex aqua eum extrahit, tunc fraudem & dolum animaduertit. Heu filij Adam, credite obsecro in lucris istis illicitis la-
22 tere hamum, & mortem; sed voluptate, quæ ex ijs percipitur, dolus non animaduertitur, qui tunc cum vos Deus ex huius mundi aqua extrahet, apparebit: sed sero, quia tunc nihil proderit. Tertius clauus est superbia vitæ. O quot mala homines cõmittunt hac superbia moti: hæc iniurias vlciscitur: hæc omnes contemnit & despicit: hęc diuitijs & honoribus inflata in omnes iniurioſa est. Nemo explicare potest dolores & tormenta, quæ in hac vita patiuntur, qui his clauis confixi sunt. Et ita vbi nos legimus in Isaia: Audite viri illusores, septuaginta interpretes transtulerunt: Audite viri tribulati. Viri illusores sunt peccatores, *Isa. 28.* qui suis moribus & vita Dei legem irridենt: & isti vocantur tribulati ob afflictionem, quæ peccatum concomitari solet. Bonorum crux est vita recta, & integra: in hac manus & pedes confi-
23 xos habent. Animæ manus sunt intellectus & voluntas; intellectum fidei clauo fixum habẽt, quia ex libertate intellectus, qui Ecclesiæ sanctæ parere recusat, errores nascuntur. Voluntatem amoris clauo confixam habent, vt nõ quidquid vult, sed Deum tantum amet, & cætera omnia ita amet, vt ad ipsius Dei referantur amorem. Pedes sunt duo illi præcipui affectus, irascibilis, scilicet, & concupiscibilis: hos timore fixos habent, ne appetãt, nisi quod eos cum Deo coniungit, neque fugiãt nisi quod eos à Deo separat. Fœlices illi, qui ita crucifixi sunt: quamuis enim crucis nomen habeat, dulcis tamen est & suauis. Experientia, & vsu comprobatum est, si vas aliquod ex cera noua, & pura in mare proijciatur optimè vndique clausum, aquam, quæ per poros ingreditur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

greditur, quamuis ex se amarissima sit, dulcem tamen fieri. Chri- 24
sti Redemptoris nostri corpus vas est è cera purissima: quia quē-
admodum cera ex ape & floribus fit, ita sanctissimum eius cor-
pus Spiritus sancti virtute tanquam apis in beatæ Virginis vte-
ro, tanquam in flore generatum fuit. Vas istud nouum sine vlla
peccati vetustate, & malitiæ omnino clausum, poros habet quā
plurimos, pretiosissima, scilicet, vulnera, quæ nostra causa excē-
pit: & tribulationes omnes, quæ sunt aquæ amarissimæ per hos
poros, & vulnera deuota & pia meditatione penetrantes suauis-
Hebr. 11. simæ fiunt. Et ita ait Diuus Paulus: Recogitate eum, qui talem
sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem,
vt non fatigemini animis vestris deficientes. Et ita ait vnusquis-
que iustorum cum Diuo Paulo: Mihi autem absit gloriari, nisi
in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus 25
crucifixus est, & ego mundo. Ponderate obsecro vltima hæc ver
ba. Pro quorum explicatione notandum est, plurimos esse, qui
neque mundo crucifixi sunt, neque ipsis mundus: eos enim mū-
dus honorat & amat, & ipsi mundum, vt sunt adolescentes vi-
tijs dediti. Alij sunt his deteriores, qui quidem mundo crucifixi
sunt, mundus verò ipsis crucifixus non est, quia mundus eos ni-
hili æstimat, ipsi verò mundum sequuntur & amant. Huiusmo-
di sunt senes aliqui amatores, lusores, & ambitiosi: qui quamuis
mundus repudij libellum ad eos miserit, eum tamen nolunt de-
serere. Alij sunt, quibus mundus crucifixus est, sed illi non sunt
crucifixi mundo: illi enim mundum fugiunt, eos verò mundus
quærit, & ex ipsismet monasterijs & desertis ad honores & di-
gnitates extrahuntur. Et hi quidē boni sunt, sed non securi om- 26
D. Berna. nino viuunt: quia, vt ait Diuus Bernardus: Periculosum est in-
ter spinas versari & non pungi. Alij tandem sunt, vt Diuus Paulus: qui crucifixi sunt mundo, & mundus illis crucifixus est: mundus enim eos odit, & ipsi mundum: & hi securius viuunt. Ex his esse vos dilectissimi vellem, vt ita crucifixi diuinæ gratiæ auxilio perfrui possimus gloria: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In

IN ASCENSIONE DOMINI CONcio Prima.

Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum. Marc. vltimo.

AGENS glorioſus Apoſtolus Diuus Pau
lus de admirabili Redemptoris noſtri Aſcen
ſione, quæ hodierna die celebratur, ait: Qui *Epheſ.* 4.
deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper om-
nes cælos, vt adimpleret omnia. Quibus ver
bis quæ ſit via, quæ in cælū nos ducere poſ-
ſit, oſtenditur: hæc autem eſt prius deſcende
re & eius imitatione humiliari. Sapiens ille Salomon altiſſimas *Prou.* 30.
quaſdam quæſtiones propoſuit, & inſolutas reliquit, ſcilicet,
Quis aſcendit in cælum, atque deſcendit? quis continuit ſpiritū
in manibus ſuis? quis colligauit aquas quaſi in veſtimento? quis
ſuſcitauit omnes terminos terræ. O difficillimas quæſtiones,
quiſnam illis reſpondere poſſet, niſi ipſemet Dei filius in mun-
dum veniens, lucem mentibus noſtris attuliſſet? A ſecunda du-
3 cemus initiū: primam verò in vltimum locum differemus. Quis
continuit ſpiritum manibus ſuis? Spiritus aliquando cogitatio-
nem ſignificat, quæ inquietiſſima eſſe ſolet; & ita de ea dici po-
teſt. Quis poteſt continere eam in manibus ſuis? Solet enim huc
illuc vagari, & difficillimè vni tantum rei addicta detinetur. Au-
dis concionantem attentus, & cum minus hoc cogitas, diſtrahi-
tur animus, & paulatim laxatur imaginatio: & dum concionator
tria aut quatuor verba loquitur, tu vniuerſum terrarum orbem,
ter aut quater imaginatione peragraſti. Oras attentiſsimè, & re-
pentè in varias & diuerſas cogitationes animū diuiſum eſſe ani
maduertis: ita, vt tanta ſit perturbatio, tanta cogitationum va-
rietas & ſtrepitus, vt teipſum vix intelligas. Puro, & nitido ſpi-
ritu

ritu orare cœpisti: & te nolēte exit spiritus immundus vana, sci 4
licet, & immūda cogitatio, quæ te perturbat: & ideò meritò quæ
ri potest, quis continuit spiritum in manibus suis? hoc est quis est
suarum cogitationum Dominus? magnum enim hoc Dei bene-
ficium est & donum. Hinc intelligetis, quid significet commu
nis ille loquendi modus, quo vti vulgo soletis. Nam cum quis in
extremis laborat, si quis quærit, quo nam modo se habeat respō
dere soletis, [*Está en las manos de Dios*]. Quid nū antea in manibus
diaboli versabatur? quid hoc sibi vult? Quia scilicet, cum sanus
erat spiritu & animo varijs erat cogitationibus distractus: nunc
autem morti proximus, omnes suas cogitationes & spiritum
suum omnem in Dei manibus collocatum habet. Et quamuis
optime hoc dici possit, nihilominus tamen non hoc quærere
Salomonem dico cum ait, Quis continuit spiritum in manibus 5
suis? Sed revera in hac quæstione diuinarum personarum æqua
litatem indicat: quia spiritum diuinum, qui pater est, continere
non potest, idest, comprehēdere, nisi spiritus diuinus, qui est spi
ritus sanctus, & è cōtra. Et quanuis sancti comprehensores vocā
tur non ideò hoc eis nomen tribuitur eo quod Deum compre-
hendant, sed quia consequuti iam sunt & possident quod nun-
quā amissuri sunt, scilicet, perpetuam illam & sempiternam glo
1. *Time.* 6 riam. Hoc illud est quod D. Paulus ait de Christo Redemptore
nostro loquens, Qui solus habet immortalitatem & lucem habi
tat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre
potest. Quæ quidem verba magnę molestiæ causa nobis essent,
nisi ea intelligeremus, vt decet. Primùm Deum solum ait esse
immortalem: quod si verum est, ergo anima mortalis est & vna 6
cum corpore moritur. Et ita si in hac vita tantum in Christo
spem collocatam habemus, nos Christiani omnibus hominibus
1. *Cor.* 15. miserabiliores sumus, vt idem D. Paulus ait. At non ita est: sed
verò animæ immortales sunt, & de iustis dicitur, Spes illorum
immortalitate plena est. Neque solum animæ immortales sunt:
1. *Cor.* 15. sed etiam corpora ipsa resurgent immortalia: quare idem Apo-
stolus inquit, Cùm mortale hoc induerit immortalitatem, tunc
fiet sermo, qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Quid
igitur sibi vult cùm ait hoc loco solum Deum immortalitatem
habere? Quia nimirum solus Deus ex se & ex propria natura im
mortalis est, solus ipse esse habet necessarium: creaturarum enim

esse

esse contingēs est, & annihilari potest. Vel solus Deus est im- 7
mortalis, quia in eo nihil moritur, neque mori potest: eandem
enim sapientiam, eandem bonitatem, eandem charitatem,
quam ab æterno habet in æternum habebit. Nam in Ange-
lis quidem, & in anima hominis sapientia, bonitas & charitas
accidentia sunt, quæ adesse, & abesse absque subiecti cor-
ruptione possunt: at verò in Deo hæ omnes perfectiones cum
ipsamet essentia identificantur: ita vt quemadmodum essen-
tia est immortalis, ita & ipsæ immortales sint, quam immor-
talitatem, vt dixi neque Angeli neque animæ nostræ habent.
Durum prætereà illud videri potest, quod subdit dicens, Nul-
lus hominum vidit neque videre potest: quia si Deum nemo
videre potest inanis est spes nostra. Verum plurimum nos con- 8
solatur quod Diuus Ioannes ait, Scimus quod cum apparuerit 1. *Ioan.* 3.
similes ei erimus, & videbimus eum, sicuti est. Nam Diuus
Paulus videri posse negat, scilicet, vt comprehendatur, quod
idē est cum eo quod Redemptor noster dixit, Nemo nouit filiū *Matth.* 11
nisi pater, nec patrem quis nouit, nisi filius? Iusserit Deus Moy-
si, vt in tabernaculo duos Cherubines collocaret, qui extensis *Exod.* 19.
alis propiciatorium tegerent. Singulare hoc fuit mysterium:
nam propiciatorium Deum repræsentabat, Cherubines ve-
rò duas naturas intellectuales, scilicet, angelicam & huma-
nam, alæ autem cognitionem, quam de Deo habent significa-
cant. Mysterium autem est quod quo magis alas extendunt
eò magis propiciatorium velant, idest, quo magis intellectua-
les creaturæ cognitionis suæ alas, vt Deum cognoscant exten- 9
dunt tanto magis absconditur: quia quo magis Deus intelligi-
tur eò magis incomprehensibilis esse cognoscitur: quia vt ait
Dauid. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Ille *Psal.* 63.
plus Deum intelligit, qui intelligi Deum omnino non posse in
telligit, & ita optimè explicatum est quonam modo intelligen-
dū sit, Deum nemò videre potest. Altera quæstio est, quis colli-
gauit aquas quasi in vestimēto? Altissima profecto quæstio, quis
nā vestibus aquas omnes colligere potuerit. De verbo diuino ait
D. Paul. q̄ fuit habitu inuētus vt homo? In hoc habitu & vestie in *Philip.* 2.
sanctissima, scilicet, humanitate omnes aquas, idest, omnia pecca-
ta collegit, vt proijs solueret: & ita eiꝰ nomine dixit Dauid Saluū
me fac Deus, quoniā intrauerūt aquę vsq; ad animā meā. Si aquę *Psal.* 68.

pecca

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccata sunt, quonammodo agni immaculati animam innocen 10
tissimam intrare potuerunt? Eodem, scilicet, modo, quo vulgo
vti solemus. Nam cum aliquid audimus narrari de aliquo quem
amamus, triste & molestum dicere solemus, [*Llegame al alma:*]
Ita etiam Dei filius ait, hominum peccata, quibus æternum Pa-
trem offenderant intrare animam suam, hoc est, magnum ex ijs
dolorem concipere, eò quod plurimum patrem suum amet &
homines, quos in tot ac tantos errores incidisse dolet. Has igitur
aquas, scilicet, peccata nostra ipse solus colligere in vestimento
potuit, vt pro ijs satisfaceret. Quarta quæstio est, Quis suscitauit
omnes terminos terræ? Terminus est finis, & est secundum Ari-
stotelem optimum rei. Optimum harum rerum vniuersitatis,
quæ in mundo sunt est homo, qui est finis, & terminus, propter
quem omnia creata sunt. Itaque termini terræ sunt homines, qui 11
omnes culpa ceciderant, & eorum præcipui, qui æquius termini
terræ vocari poterant, scilicet, Adam & cæteri omnes Patriar-
chæ & Prophetæ in eam inferni partem, quæ limbus vocatur,
propter culpam ceciderunt. Solus autem Dei filius eos suscitare
potuit, & cæteros omnes, quantum in eo est à culpę lapsu. Huic
quæstioni optimè verba illa conueniunt, quæ dicuntur de diui- *Psal.* 109.
no hoc Saluatore, scilicet, De torrente in via bibit, propterea ex-
altauit caput: hoc est, in via vitæ suæ bibit de torrente passionis,
propterea exaltauit caput totius generis humani, scilicet, Adam
à culpæ lapsu. Altera quæstio à Salomone proposita, prima in
ordine est, Quis ascendit in cælum, aut descendit? Huic autem
quæstioni respondet Diuus Paulus verbis initio propositis, di-
cens: Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos. 12
Ex his omnibus quæstionibus hoc argumentum efficacissimũ
colligi potest. Si ille, qui æternum Patrem comprehendit, qui
redimere homines potuit, & eos à culpę lapsu suscitare, animas
autem sanctorum à Dæmonis potestate eripere, quamuis tantã
haberet potentiam, vt cælum ascenderet, prius tamen tanta vo-
luit humilitate descendere, quonammodo miseri homines eo se
superbia elatos ascensuros esse existimant? Errant, errant qui se
eius imitatione humiliari nolunt. Et quoniam propriorũ pecca
torum cognitio via est ad humilitatem, & reprehensio plurimũ
ad hanc cognitionem confert, ideò Redemptor noster ante quã
in cælum ascenderet, discipulos suos seuerè reprehendit, vt in mi

seriæ

seriæ suæ cognitionem venirent. Diuus Lucas in Actibus Apo- 13 *D. Luc.*
stolorum ait, quòd post resurrectionem suam per dies quadra-
ginta apparuit eis, loquens de regno Dei, id est, de statu Eccle-
siæ militantis, quonammodo regenda & gubernanda esset. Res pro-
fectò animaduersione digna, quod cum per tres tantum dies in
morbo illo infidelitatis fuissent, voluit Dominus eos per qua-
draginta dies curare, vt intelligeretur, quanta cum difficultate
spirituales morbi curarentur, & quantopere decipiantur, qui
eos tanquam leues contemnunt. Si quis per triduum tantum fe-
bri laborat, vix mense conualescit, & ne in morbum rursus inci-
dat, diligentissimè cauet. Si quis verò per plurimos menses in
peccato perseuerat (vtinam menses essent, & non aliquando an-
ni,) si vel vna tantum hora in conscientiæ examinationem, &
confessionem insumatur, nihil iam reliquum esse videtur: quia 14
nimirum non intelligit infœlix, quàm corrupta natura, & debi
litata remaneat: neque cogitat pœnarum multitudinem & ma-
gnitudinem, quæ illi in purgatorio seruantur, eò quod pœniten
tia tanti, vt æquum est, valoris non fuerit. Aliter fecisse legimus
Dauid, qui aiebat: Lauabo per singulas noctes lectum meum, &
lachrymis meis stratum meum rigabo. Nam vel vnum tantum
mortale peccatum in omni vita commissum, quotidie tamẽ ma-
gno esset cum dolore deplorandum: at quanto magis, tot, ac tan-
ta, quæ passim committuntur? Huc accedit, quod de venia certi
esse non possumus: & quamuis hoc nobis Deus reuelasset, nihi-
lominus tamẽ sufficiens est doloris, & lachrymarum causa Deũ
à quo tot accepimus beneficia, ita offendisse.

15. Cùm itaque Dominus sæpius discipulis suis apparuisset, tan-
dem iam cælos ascensurus hodierna die apparuit, dum illi accũ-
berent; vt intelligamus in cibo temperantiam & pietatem ma-
gnam esse dispositionem, vt Deum socium & conuiuam habea-
mus. Ante quam comedam, inquit Iob, suspiro, & quasi inun- *Iob.* 3.
dantes aquæ, sic rugitus meus. O beatum illum, qui comedens
sanctum hunc virum imitatur secum ipse dicens: Quot sunt, qui
Deo maiori cum diligentia seruiunt, & tamen nec pane quidem
se nutrire possunt, ego verò tot cibis abundo, qui terræ hiatu vi-
uus absorberi ob mea peccata mererer. Hac consideratione cor-
de suspirans, & plorans Deo pro tanto beneficio gratias agit, &
vitam se in posterum emẽdare constituit. Ex hac etiam conside

 ratione

ratione ciborum moderatio sequitur, vt ad pauperum eleemosy- 16
nas superfint: hoc enim corpus facile ad ea, quæ volumus trahi
tur. Si fœni manipulum in leporis pellem inijcis nihil iam
Simile. capere posse videtur, & tamen si secundum, tertium. & quar-
tum manipulum infarcis recipiet: ita etiam humanum corpus
vno tantum cibo contentum esse videtur, & tamen si plures in
farcis recipiet: sed quidquid illi supra necessitatem das non mo-
do nullius est vtilitatis, verum etiam & corpori & animo maxi
1. *Cor.* 10. mi detrimenti. In epistola ad Corin. monet nos Diuus Paulus
his verbis, Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis,
omnia in gloriam Dei facite. Vbi plurimum ponderatione dig
num est, quòd cum iuberet sanctus Apostolus, vt omnia in glo
riam Dei fierent, cibi & potus potissimum mentionem fecit,
quia ex his rebus plurimæ solent Dei offensiones nasci, nisi par 17
ce & moderatè fiant & è contra, si hæc moderatio & temperan-
tia adhibeatur, & hic tantum sit finis propositus, vt Deo seruire
possimus, maxima inde bona consequuntur.

Et exprobrauit incredulitatē eorū. O Christe mūdi Redēptor qui
agnus soles esse māsuetissimus, cur te nūc in discessu tā seuerum
ostēdis? Euangelij prædicationē ijs commissam relinquis, & ta-
men eos tam aspera reprehensione offendis? Hac in re Euange-
lij sui veritatem maximè confirmauit, eò quod corruptis testi-
bus non indigeat. Nam fidei veritatem vitæ suæ & mortis in-
nocentia, & miraculorum potentia, ita corroborauerat, vt opus
non esset ijs, qui eam prædicare debebant assentari, imò eos
ob incredulitatem seueriſsimè reprehendit, nunc vero qui fi-
lios habent & seruos, reprehendere eorum vitia non audent, 18
eò quod illis deteriores sint, & vitiorum exempla præbeant:
& ita ne se foris infamia & ignominia afficiant seruis suis as-
sentantur, & si quæ reprehensione digna animaduertunt disi-
mulant. Maximè profectò necessaria est conscientiæ puritas,
2. *Reg.* 11. vt quis reprehendere possit. In libris Regum legitur, quod cum
dux ille Ioab Regem | suum Dauid iratum facilè posse intelli-
geret, & eum tanquam inexpertum ducem reprehenderet,
eò quod in vrbis cuiusdam Ammonitarum obsidione plurimos milites mortis periculo exposuisset, nuntio, qui hæc Regi relaturus erat, iussit, vt si Regem videret iratum, tunc diceret, etiam seruus tuus Vrias Etheus occubuit. Paruit nuntius,

& cum

19 & cum iratum Regem videret, & ducis temeritatem reprehen-
deret, statim Vriæ mortem nunciauit: quamcum Rex audiuit
& eius se fuisse causam sibi conscius esset reprehendere ausus
non est, sed nuntio statim dixit, Hæc dices Ioab, Non te fran-
gat ista res, varius enim euentus est belli. Videtis igitur, vt
praua conscientia impediat quominus ij, qui præsunt suos
reprehendere possint, ex quo maxima in rebus publicis de
prauatio consequitur cum quisque peccandi habeat impu-
nitatem.

Reprehendit igitur Dominus discipulos suos, & mox dixit:
eis, *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, &c.* Post reprehensionē eos tam sublimi dignitate solatur. Quę
quidem Dei solet esse consuetudo, prius affligere, mox consola-
20 ri, mundus verò è contra, prius cōsolatur & postea affligit, & ita
virtutum principia aspera sunt, finis verò suauis. Hoc D. Paulus
significauit dicens? Induimini Dominum Iesum Christū. Nam *Rom.* 13.
quemadmodum vestes initio quidem angustæ videntur ante-
quam vsu laxiores fiant: ita etiam cum primum Iesum Christū
vera pœnitentia, & virtutum exercitatione induimus initio qui
dem torquemur, & affligimur. Durum videtur ieiunium, dif-
ficilis clausura, humilitas, & obedientia, sed patienter, ò Dei ser-
ue pauliſsper sustine, paulatim enim progressu temporis ve-
stis ista, quam nunc ferre non potes suauissima erit. Vitium è
contra initio suauitate allectat, sed mox amara succedunt. Et
ita dicitur, Est via, quæ videtur homini iusta, nouissima au- *Prou.* 14.
tem eius descendunt ad mortem. Hac de causa iusti spiritu san-
21 cto ducti virtutis, & vitij caudam apprehendere solent, hoc
est, vtriusque finem respicere. Quare cum vitij finis amarus
sit virtutis autem suauis, ille mali odium, hic autem boni *Isai.* 49.
amorem causat. Et ita vbi nos legimus in Isaia cum de iustis
loquitur, Miserator eorum regit eos, & ad fontes aquarum po-
tabit eos, & ponam omnes montes meos in viam & semi-
tæ meæ exaltabuntur, septuaginta interpretes transtulerunt,
Per fontes aquarum deducet illos, & ponam omnem mon-
tem in viam: & omnem semitam in pascua eis. Quibus ver-
bis tam primæ, quàm secundæ translationis significantur
internæ animi voluptates: & consolationes, quas fidelibus
suis Deus communicat, qui asperos montes, & angustas

semitas, per quæ vitæ spiritualis difficultates intelligi debent, in suauissima & amœnissima pascua commutat. Mali verò non caudã, sed caput vitij, & virtutis accipiunt: ex quo virtutis odiũ, cuius initium amarum est, vitij verò amor consequitur, cuius initium delectabile. Sed heu quantoperè erasse se aliquando intelligent; quia vt in eodem prouerbiorum capitu. dicitur: Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Quæ cum ita sint, dilectissimi, iustorum industriam imitamini, & quẽ tandem finem humanæ voluptates habituræ sint, diligenter attendite.

Et Dominus quidem Iesus postquam loquutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. Plurimum notandum est, quod quamuis in sacro sancto Euangelio sæpius ab Euangelistis sanctissimum nomen Iesus nominatum est, nunquã tamen cum eo hoc verbum, Dominus, appositum est, sed simpliciter, Iesus, venit Iesus; Respondit Iesus, &c. Hoc verò loco cùm ageret D. Marcus de glorioſissima eius Ascensione, ait: Et Dominus quidem Iesus. Qua quidem in re Christiani tacitè reprehenduntur; qui cum sanctissimi huius capitis membra se esse profiteantur, titulis tamen illustrissimis nominari volunt, & passim domini appellari, quin etiam supra Domini nomen, aliud Domini nomẽ apponi, vt [*El señor Don Pedro, el señor Don Iuan, &c.*] Quæquidem magna est vanitas, & potissimum in monialibus, quæ se tanquã sponsas humilissimo Iesu dicauerunt. Cùm aurifex in aureo vase loca quædam vacua, & inania relinquit, signum est gemmas ibi esse includendas: setus autem, si nulla sint vacua, signum est gemmis ornandum non esse. Vna quæque religiosa aureum est vas, quod religionis fornace conflatur? quare cum monasterium ingreditur æquum est, vt si antea vocabatur [*Doña Margarita, quite aquel Don*] & vacuum ibi relinquat, vt tunc cum in morte perficiendum hoc vas erit, gemma in vacuo illo possit includi, sanctæ, scilicet, nomen, & ab omnibus appellari possit [*Sancta Margarita.*] Quod si monasterium ingressa dominæ nomen retinet vanitatem & superbiam, signum est vas istud gemmis ornandũ non esse, quandoquidem nulla in eo vacua relinquuntur, vt, scilicet, sanctæ nomen apponatur. Non enim bene hæc duo nomina conueniunt [*sancta Doña Margarita*] Hoc est sanctitatis, & vanitatis tituli non bene conueniunt. Quare vanos hos titulos tollite,

simile.

lite, sorores charissimæ, & multò magis cordis superbiam, & iactantiam: nolite in hac vita dominæ vocari, sed seruæ: nam tunc cum cælos ascendere dabitur vnà cum cæleſti sponso verum dominium consequemini.

Postquam loquutus est eis, assumptus est in cælum. Res animaduersione digna hoc loco occurrit, eò quòd cum Euangelistæ de Redẽptoris nostri morte scribunt, iniurias illi illatas & ignominias lõgissima oratione prosequuntur: at verò Ascensionẽ eius gloriosissimã duo quidẽ silentio prętermittũt; alij verò duo breuissimè narrant. Diuus quidem Lucas his verbis: Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Diuus verò Marcus breuiùs etiam perstrinxit, dicẽs: Postquam loquutus est eis, assumptus est in cælum. At verò hæc omnia Spiritui sancto, quo spirante scribebant, tribuẽda esse dubitandum non est: qui quidem in laboribus & iniurijs narrandis breues eos esse noluit, vt significaret pro hominibus pati Redemptori nostro glorioſissimum fuisse triumphum. Et quoniam tanta cum ignominia pati vtilitas nostra fuit, tanta verò cum gloria ascendere eius maiestas, & dignitas; ideò voluit, vt quod tantoperè ad nos pertinebat longissima oratione referretur, vt ad maiorem amorem & gratitudinem nos inuitaret: & præterea, quia per eius mortem & passionem corporis sui sacratissimi glorificationem meruit, vt ait Diuus Paulus ad Philip. Humiliauit semetipsum vsq; ad mortem: propter quod & Deus exaltauit illum. In his meritis longiores Euangelistæ fuerunt, honorem verò & gloriam breuiter perstrinxerunt, vt significarent de operibus meritorijs præcipuè agendum, & loquendum nobis esse: si hæc enim adsunt certa erit gloria, quæ talis & tanta erit, vt verbis explicari non possit. Quod si de iustorum gloria dicitur: Neque oculus vidit, neq; auris audiuit quæ præparauit Deus diligentibus se: quid dicendum erit de iustorum iusti Iesu Christi gloria, per quem cæteri omnes iusti iustitiam recipiunt?

Philip. 2.

Et sedet à dextris Dei. O mutatio admirabilis: attendite dolorum & iniuriarũ finem humilissimi Iesu: quis eum vidit in præsepio iacentem, in Ægypto profugum, in deserto ieiunantem, per vias defatigatum, & tandem cruci inter latrones affixum; ita vt hæc in spiritu præuidens Propheta Isa. dixerit: Quis credidit auditui nostro? Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut ra-

Isa. 53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dix de terra sitienti. Elegantissima est metaphora. Erit, inquit, 28
tanta eius paupertas & solitudo, vt virgulto comparari possit;
quod in arida & sterili terra natum, nulla foliorum coma ornatur, nullo virore, nulla pulchritudine, aridum, sterile, & triste.
At quàm diuersus erit aspectus, dum in tanta gloria ad dexterã
Dei Patris sedens aspicitur? Discite, discite fratres mundi contẽptus, & iniurias contemnere, & patienter tolerare; nam quo magis vos mundus contemnet, eò pluris vos æstimabit Deus: & è
Simile. contra, quò pluris vos mũdus æstimabit, tũc magis ne vos Deus
contemnat, cauete. Si quis plures numos numerare vult, ad numerorum notas æreos interdum numos, vel etiam lapillos adhibere solet. Dum ratiocinatio durat, non materia; sed locus tantũ
spectatur, in quo lapillus, vel æreus numus à ratiocinatore ponitur: nam hoc quidem in loco centum notæ sunt, & signa, in alio 29
mille, in alio centum millium. Quare accidit sæpè, vt lapillus alio quo in loco centum, vel mille nota sit; aureus verò numus vnius tantum numi valorem habeat. At verò pefecta iam ratiocinatione aurei numi asseruantur in arca, lapilli verò huc illuc proijciũtur: & sæpè dum domus mundatur, in sterquilinium exportantur. Mundus hic fratres charissimi, huic ratiocinatori similis est: nam dum in huius vitæ mensa versamur, non vniuscuiusque valorem spectat, an aureus numus sit, id est, charitatem habeat, &
virtutem, an lapis peccato & malitia durus, loci tantum rationẽ habeat, in quo collocatus est, dignitatis, scilicet, & officij. Et
ita accidit, vt aliquando peccator magni alicuius numeri nota
sit: quia nimirum in Comitis, Ducis, aut Principis loco positus
est: iusti verò, qui aureus est numus, eò quòd in infimo loco sit, 30
nulla ratio habeatur: sed cum seculi huius ratiocinationi finis imponetur lapides in fœdissimũ inferni sterquiliniũ proijcientur:
aurei verò numi in cæli thesauris perpetuò asseruandi collocabuntur. Quapropter, qui in hac vita viles vos omnibus esse videmini, æquo & libenti animo huius ratiocinationis finem expectate: tunc enim gratia abundantes ex hac misera, & infœlici
vita ad cælestem gloriam consequendam euolabitis; qua perfrui in æternum dabitur vnà cum hoc cælesti Redemptore Iesu
Mariæ filio, Amen.

In

In eadem Ascensione Domini
Concio Secunda

Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum.
Marc. vltimo.

DVM minatur Deus per Isaiam Regi Sennache *Isa.37.*
rib, mysticè minatus est diabolo. Ponam, in-
2 quit, circulum in naribus tuis, & reducam te in
via, per quam venisti. Communis hic esse solet
loquendi modus. Nam cum quis importunum
aliquem à se reijcere vult, dicere vulgo solet [*Andad en hora mala, bolued por el camino por donde venistes.*] Et quanuis
his verbis impatientia nostra declaretur, cùm tamen ea à Deo dicuntur, infinita eius misericordia & iustitia declaratur. Ne sic superbias, ô Sathana, eò quòd mundum tibi obtemperare videas:
reducam enim te in via, per quam venisti, ponam circulum in naribus tuis. Quisnam circulus est iste? vita, scilicet, sanctissimi Redemptoris nostri. Circinus, vulgo [*Compas*] duos habet pedes, qui *Simile.*
mutuò coniunguntur, & si alter fixus hæreat, alter extenditur,
& quo magis extenditur, maior circulus efficitur: qui quidem
cum pes ad idem punctum à quo linea ducta est redit, perfectus
3 est. Conuenientissimè hæc omnia Redemptori nostro conueniunt, qui suo exemplo, & doctrina hominum corda commensurauit, & ordinauit: & infœlix est ille, qui circini huius mensuram, & ordinem transgreditur. Duos hic circinus habet pedes, diuinitatem, scilicet, & humanitatem in hypostatica, & personali
vnione vnitas. Diuinitatis pes immutabilis est, & inuariabilis:
eius enim nomine Propheta Hiere. ait: Cælũ & terram ego im- *Hiere.23.*
pleo: quare cum vbique sit, quo ibit? Alter humanitatis pes extensus est in hac vita per itinera, per prædicationes, per labores,
& dolores. Circulum autem, qui sanctissima eius vita fuit, con-
fecit ad idem punctum reuersus à quo exierat, & ita Ioan. Exi- *Ioan.16.*
ui, inquit, à patre, & veni in mundum; iterum relinquo mũdum,

I 4 & vado

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vado ad Patrem. Quæ verba de sanctissima eius humanitate 4
intelligi possunt, quæ à Deo exiuit; quia ab eo accepit esse quod
habet, & diuinitate plena in hunc mundum venit, id est, cœpit
esse in mundo, iterum ad Patrem redijt in admirabili eius Asce-
sione. Hunc igitur circulum mysticè intelligit Deus cùm ait: Po
nam circulum in naribus tuis. Quod si dicas, num Dæmon habet
nares? Respondeo, nares esse instrumentum, quo res olfacimus:
per eas enim aer ingreditur odoris subiectum: & ita metaphoricè
diaboli nares sunt eius astutiæ & sagacitates; his enim homi-
Simile. num inclinationes odoratur, vt eos decipere possit. Canis vena-
ticus sepem millies circuit feræ odorans vestigia, & tandem eã
inuentam insectatur & occidit. Diabolus est tanquam canis ve-
naticus, & hominum inclinationes sagacissimè odoratur: om-
nes vias tentat, vt vniuscuiusque naturam inuestiget, mox verò 5
vt hoc cognouit tunc vrget & feram insequitur. Nam si auarum
me esse cognouit sexcenta proponit, quæ ad auaritiam me inci-
tare possunt: ambitioso & luxurioso, ambitionis & luxuriæ ir-
ritamenta obijcit. Has igitur astutias, & sagacitates dæmonis na-
res esse dico, quibus posuit Deus circulum: qui quidem vt dixi,
est sanctissima filij sui vita, vt has Dæmonis astutias compre-
henderet: huius enim vitæ merita & doctrina quam docuit plu-
rimum hominibus prosunt, ne se his artibus falli sinant. Ait præ-
terea, Et frænum in labijs tuis. Habes equum, qui regi non po-
test, & ideò eum non audes ascendere, nisi frænum imponas du-
rissimum, vt eo in quamcunq; partem equum torquere possis:
ita Dæmonem, qui bellua erat indomita, & omnes prosterne-
bat, Deus impositio fræno domauit. Frænum autem fuit precio 6
sissima Iesu Christi mors, qua dæmonis potentia ita debilitata
Gregor. in Moralib. est, vt dicat de eo Diuus Gregorius: Debilis est hostis, qui non
vincit, nisi volentem. Sed notare debetis, quòd equus dum fræ-
Simile. num in ore habet, quamuis res duras, vt est hordeum, comedere
non potest; non tamen impeditur, quominus bibere possit: &
ita, si pœnitentia durus & rigidus es, Sathanæ cibus esse non po-
teris: quia frænum impedimento est, quò minus res mandere
possit tantæ resistentiæ, vt est homo virtuosus: quod si, vt aqua
effusi estis delicijs, scilicet, & voluptatibus dediti, facillimè vos
potare poterit, & frænum nullo erit impedimento. Et reducam
te in via, per quam veniſti. Via, per quam diabolus mundi pos-
sessionem

7 sessionem acquisiuit, fuit arboris fructus & mulier: per eandem
viam, eandem possessionem amisit, per arborem, scilicet, san-
ctissimæ Crucis, & fructum preciosissimũ, qui in hac arbore pe-
pendit, & per mulierem, scilicet, sanctissimã Virginem, quæ no
bis admirabilem hũc fructum dedit. Quod si dicitis; quid igitur
nobis timendum est, si diabolus est à mundi possessione depul-
sus? dico depulsum fuisse, vt Principem; & ita Redemptor no-
ster dixit: Nunc Princeps mundi huius eijcietur foras, quia prin *Ioan. 12.*
cipatus, & imperium quod habebat, ablatum illi fuit: verùm re-
mansit adhuc in mundo, vt Sathanas, id est, vt tentator.

Ex quo pia quædam querela nasci videtur. Possent enim fi-
delium animæ dicere: O Christe sponse dulcissime, cur cum dia
bolus in mundo, vt Sathanas & tentator remanserit, & tot fauto
8 res habeat, & ministros, tot, scilicet, tyrannos, tantam infide-
lium & hæreticorum multitudinem, cur nos discedens in tanto
periculo deseris? Hicne amor est, quo Ecclesiam tuam amas, cu-
ius causa tot labores suscepisti? Cur, ô cælestis seminator, triticũ
inter tot errorum zizaniam relinquis? cur teneras plantas inter
tot tyrannorum spinas: cur ô pijssime pastor, agnos deseris inter
lupos? Nonne vides quòd inuadent gregem tuum lupi rapaces?
Sed respondet, corporali tãtum aspectu recedere voluisse ad ma
iorem credentiũ vtilitatem, vt esset fides præstantior. Nam quã-
uis, si inter nos versaretur diuinitas in humanitate abscõdita, cre-
denda esset, fides tamẽ tanti meriti non esset, neq; in ea tantope-
rè Dei gloria manifestaretur. Dicite enim obsecro, quanã in re
plus Iesu Christi gratia elucet? nũ, si præsens ad se homines at-
9 traheret, an verò dũ absens hoc præstat, vt in eũ tanta cũ constan
tia credãt, & vitam potius quã fidem amittere velint? Certũ est,
in hoc magis elucere. Nã si præsens esset vim aliquo modo præ-
sentia sua facere videretur, vt illũ coacti quodãmodo sequeren-
tur: neq; benedictione illa digni essemus, quã ipsemet Dñs de-
dit, dicens: Beati, qui non viderũt, & crediderũt: & præterea cæ- *Ioan. 21.*
lũ plurimũ dignitatis & authoritatis amitteret. Quomodo enim
tãta fuisset martyrũ multitudo, si Dñs glorioſus in hoc mũdo, &
visibilis omnibus remansisset? Plus dicã; ascendit in cælũ, vt no-
bis propinquior esset: ascendit humanitas, & recessit, vt propin-
quior diuinitas fieret. Hinc D. Leo Papa in sermone Ascẽsionis *Leo.*
Dñi: Ineffabili, inquit, modo cœpit esse diuinitate præsentior,

qui factus est humanitate longinquior; quia absente forma, in 10
qua minor est patre illam, in qua æqualis est, liberius contemplamur. Quia nimirum pulchritudinem illam corporis, & gloriam tantopere admiraremur, & amaremus, vt quasi ebrij facti insolita, & noua voluptate nunquam ad diuinitatis contemplationem ascenderemus: absente verò corpore diuinitatem præcipuè contemplamur. Quare discipulis suis dixit, Expedit vobis, vt ego vadam, scilicet, vt carnalis hic amor quo me amatis in spiritualem commutetur amorem. Hac de
2. Cor. 5. re Diuus Paulus gloriabatur his verbis, Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua: hoc est, totus iam carnalis amor in spiritualem conuersus est. Nolite enim existimare, quod quamuis à sponsæ suæ ecclesiæ aspectu recessit, 11
Isai. 49. ideó eius oblitus sit. Nam, vt suum exaggeraret amorem hac Deus comparatione vtitur, Nunquid obliuisci poterit mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. O verba amabilissima: quis nam tam ferreus erit, qui ea audiens commoueri se ad amorem non sentiat? Non obliuiscetur tui diuinus hic sponsus, ô anima Christiana, qui in manibus te inscriptam, & impressam habet: vulnera sunt literæ, claui calami fuerunt, sanguis vero atramentum: tui autem muri, præsidium, scilicet, quo te tuetur & protegit coram oculis suis semper, quia semper oculos in te defixos habet, vt
Simile. cum opus est accurrat. Quamuis aquila, vt cibum filijs & ali- 12
menta quærat ascendit nunquam tamen oculos à nido dimouet, spectans nequis pullis suis noceat. De te, ô Christe vere fidelium amator, dicitur, Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas. Hæc igitur aquila hodierna die ad tantam altitudinem volauit, vt supra cœlos omnes ascenderit. Quod quidem vnum ex ijs fuisse dici potest, quæ difficilia sibi videri Salomon dixit, dum
Prou. 30. ait, Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia: vel vt Pagninus transtulit, viam viri in virgine: vel vt septuaginta interpretes, viam viri

viri in adolescentula. Quæ quidem verba nonnulli de quatuor præcipuis Redemptionis nostræ mysterijs explicant. Quasi diceret Salomon, intelligere se non posse admirabile incarnationis mysterium, quo nam modo verus homo factus ille ex matris virginitate natus est. Et ideò ait, Penitus ignoro viam viri in adolescentula. Difficilia etiam illi videbantur passionis Redemptoris nostri mysteria: quo nam modo tanquam nauis tot virtutibus gratijs, & miraculis onusta per tot tribulationum, & tormentorum fluctus nullum impatientiæ, nullum culpę vestigium relinquens transiuit: & hoc significat via nauis in medio mari. Difficile etiam sanctissimæ resurrectionis mysterium videbatur: quo nam modo serpens ille cælestis, qui triginta trium annorum spatio per huius vitæ miserias, quasi serpens repserat, è petra sepul-
14 chri, cùm clausa & signata esset, egressus sit: & hoc est via colubri super petram. Et tandem ascensionis etiam mysteriũ obscurum illi & difficile videbatur: volatus ille sublimis, quo aquila diuina ascendit super Cherubim, & volauit super pennas ventorum: & ideò ait, via aquilæ in cœlo. Quod quidem mysterium particulari quadam ratione quandam in seipso admirationem habere videtur: & hac de causa, cùm cætera mysteria sancta ab ecclesia vocentur, hoc admirabile appellatur. Nam postquam dixit, per mysterium sanctæ incarnationis tuæ, per sanctam resurrectionem tuam, mox subdit, per admirabilem ascensionem tuam. Volat igitur cœlestis hæc aquila, & cœlos ascendit, vt spiritum sanctum qui animarum est cibus Christianis, qui sunt eius quasi pulli in hoc ecclesiæ nido immitteret. Nihilo
15 minus tamen indè nos spectat, vt cùm opus sit, opem ferat, & *Hebr. 9.*
nos ab hostium nostrorum tueatur iniurijs: &, vt ait Diuus Paulus introiuit in ipsum cœlum, vt appareat vultui Dei pro nobis. Ait igitur sanctum Euangelium, quòd ante gloriosissimam hanc ascensionem, recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatẽ eorum. Ex hoc colligitur, quanti momenti sit reprehensio, quandoquidem hoc tempore, & huiusmodi opportunitate voluit Dominus suos reprehendere, non leuiter, sed seuerè & aspere eorum incredulitatem exprobrans. Ita enim cùm necessitas postulat faciendum est: imo etiam verbis sæpè etiam addenda est pœna, si pœnæ sumendæ authoritatem habeamus. In libris
1. Reg. 2.
Regum

1. Reg. 2. Regum legitur, quòd cum sacerdos Heli filiorũ suorum scelera 16
audiret, his verbis reprehendit: Quare facitis res huiusce modi,
quas ego audio res pessimas ab omni populo? Nolite filij; non
enim est bona fama, quã ego audio, vt trãsgredi faciatis populũ
Dñi: Si peccauerit vir in virũ, placari ei potest Deus, si autem in
Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et cum eos ita reprehẽ-
disset, vlterius in. 3. c. ait Deus: Suscitabo aduersum Heli omnia,
quæ loquutus sum super domum eius, eò quòd nouerat indignè
agere filios suos, & nõ corripuerit eos. O rẽ patribus extimescen
dam. Reprehenderat antea sacerdos filios suos; & tamẽ eò quod
eos nõ corripuisset terribiles has Dei minas audiuit: quia filiorũ
crimina, non tantum reprehensione, sed pœna etiã digna erant.
Quid igitur dicendũ erit de ijs, qui non solùm neq; verbis proxi
mi sui peccata reprehendũt, neq; cum opus est puniunt, imò po 17
simile. tius illi assentãtur? Medicorũ est regula, omne dulce esse oppila
tiuũ, quia stomach⁹ ita eo delectatur, vt in se ipso retineat, neq;
in alia mẽbra distribuat, ex quo oppilatio cõsequitur: amarum è
contra statim reijcit antequam cõcoquatur: & ita cõmuniter me
dicinæ, quibus corporis nostri superfluitates expellũtur, amaræ
sunt. Assentatio cibus est dulcis, & magna cum delectatione reci
pitur, & recepta detinetur: & ideò plurimum affert damnum,
quia culpæ magnitudinis cognitionem tollit, & per consequens
B. Gregor. homil. 2. super Ezechielem. eius etiam correctionem. Ideò Beatus Gregorius ait, de illa lo-
quens: Nihil est, quod tam facilè corrumpat mentes hominum:
veritas verò, & reprehensio amara est, & ideò vtilis. Hoc signi-
ficare Deus voluisse videtur, cùm ad sacrificium sal, non mel ad-
hiberi iusit. Quapropter obsecro vos dilectissimi, vt quisque 18
vestrum ab hoc assentationis vitio abhorreat; sed magno cum
amore mutuò vitia reprehendantur. Concionatores verò, qui pu
blicè in concionibus populũ reprehendũt, Diuũ Petrum imitẽ-
Act. 3. tur, qui cum Hebræos in cõcione seuerè reprehẽdisset his verbis:
Deus patrum nostrorũ glorificauit filiũ suũ Iesum, quẽ vos qui-
dem tradidistis, & negastis ante faciẽ Pilati iudicãte illo, dimitti:
vos autem sanctum & iustum negastis & petistis virum homici-
dam donari vobis, autorem verò vitæ interfecistis, post hanc
reprehensionem ad clementiam & suauitatem redit, dicens:
Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & Prin-
cipes vestri: Deus autem, qui prænuntiauit per os omnium
Prophe-

19 Prophetarum pati Christum suum, sic impleuit. Pœnitemini
igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Et vt eos ad
pœnitentiam attraheret, ait: Vos estis filij Prophetarum, vobis
primum Deus suscitans filium suum misit eum benedicentem
vobis, vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua. Quemnã hæc
verba ad pœnitentiam non attrahent? Cuinam veniæ spem &
fiduciam non præbebunt? Huiusmodi artificio vti in concioni-
bus patres debetis, & peccatores reprehensione deterritos man-
suetudinis suauitate allicere. Hoc hodierna die Redemptor no-
ster docuit, qui post quam discipulos suos reprehendit vnà sta-
tim accubuit, & conuescens præcepit eis, ne ab Hierosolymis di *Act. 1.*
scederent, sed expectarent promissionem patris. O Dei clemen
tiam, ô mansuetudinem ineffabilem! Attendite, vt exemplo nos
20 doceat, quid post reprehensionem, & correctionem faciendum
sit, ne odium & indignatio supersit. Sed heu dolor, quàm diuer-
si sunt hominũ mores, quàm verè illud Isaiæ dicere possumus:
Vbi est literatus? siue vt Beatus Hieronymus transtulit: Vbi est *Isa. 33.*
legis verba ponderãs? vbi doctor paruulorum? Quem locum se-
ptuaginta interpretes transtulerunt: Vbi sunt Grammatici? vbi
consiliatores? vbi est qui numerat eos, qui nutriunt? Hoc est: vix
inuenies hominem, qui verborum vim sciat, quibus admonen-
dus est, & reprehendendus proximus. Vix inuenies inter eos,
qui præsunt, qui curam habeat, quotnam sint qui carnaliter vi-
uunt, & quorum finis est se nutrire, vt eos reprehendat.

Recumbentibus igitur illis, apparuit Iesus. Si temperanter, & mode-
ratè, vt Apostoli mãducamus, sperare dilectissimi possumus, vt
21 nos etiam Dominus diuinis suis fauoribus & gratijs visitet. Cor
pus & anima esse inter se mihi videntur, vt princeps, & subditus.
Accidit enim aliquando, vt subditus quotannis offerat domino *simile.*
suo munera quanuis iure nihil debeat: quòd si hoc aliquando
non præstet ob inueteratam consuetudinem indignatur domi-
nus, & solita munera vel ab inuito exigit. Huiusmodi est cor-
pus; cui si quotidie cibos præbes, quàm plurimos, & delicatos, si
aliquando illi denegantur, insurgit, & quasi sibi debitos poscit.
Hinc mare, & terra lustratur, vt corporis desiderijs diuersis vo-
luptatum, & deliciarum generibus morem geramus. Hoc sapiẽs
admiratur, dicens: Labor hominis in ore eius, sed anima eius nõ *Eccle. 6.*
implebitur bonis. O rem miserabilem! omnis omnium labor in
cibis

cibis exquirendis collocatur: & quo plus vorat corpus eo est ani-
ma inanior; quia non implebitur anima bonis corporis, imò à
corpore pleno & pingui torquetur. Quam ob causam ait Dauid:
Psal. 136. Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem,
quam retribuisti nobis. Filia Babylonis, hoc est, confusio, mysti-
cè dici potest caro. Quãta bone Deus, confusio in ea est. Os qui
dem, & gustus ciborum & murmurationum quot habet appeti-
tus? aures quantam ad fabulas, & res vanas audiendas inclinatio-
nẽ? Oculi quo pulchritudinis desiderio tenentur? vnusquisque
sensus suas habet inclinationes. Fœlix igitur, & beatus ille, qui
ita se habet aduersus deprauatas carnis cupiditates, vt se habet ca
ro aduersus spiritum, & eam iejunijs & alijs pœnitentiæ operi-
bus affligit, & torquet; ita vt cum Dauid dicere possit iuxta in-
Psal. 108. terpretationem septuaginta interpretum: Caro mea immutata
est propter oleum. Quem locum sic interpretatur Diuus Hiero
nymus: Caro mea immutata est absque oleo: id est, mea caro in-
firma ieiunio facta est: quia nomine olei pinguedo, aut humor
succulentus intelligitur. Qui ita corpus suum affliget & modera
tus in cibo erit Apostolorum imitatione, hic vt antea dixi, dispo
nitur; vt Christũ Redemptorem nostrum habere conuiuã possit.

Et postquam locutus est eis, assumptus est in cælum. Sublata iã mensa
cum discessum suum illis antea manifestasset, credendũ est san-
ctos Apostolos humi prostratos veniam errorum suorum humi
liter postulasse: & quemadmodum in vltima illa cœna eorũ pe-
des lauerat, ita etiã in hac cœna illi ad eius pedes deuoluti eos suis
lachrymis lauisse crediderim. Vos etiam animę deuotæ, accedi-
te, & idem in huius mysterij memoriã humili, & sancta contem-
platione efficite; & quando quidem tunc corporibus adesse non
licuit, adeste mẽte & consideratione. Contemplamini, vt vna cũ
ijs ad montem Oliuetum ascenderit, vt vltimos ibi daret ample
xus. Et quemadmodũ, quod plus amatur in vltimum locum ser
uari solet: ita etiam matrem suam sanctissimam post cęteros om
nes ad amplexus vocauit: quæ lachrymis fortasse, vt vnà secum
sibi proficisci liceret orabat, rem esse duram, dicens in hoc infœ
licissimo exilio solam deseri. Cuius precibus hæc Dominum re-
spõdisse, dicere possumus: Non ignoras, mater dulcissima, labo-
res, quos pro Ecclesia toleraui, & quanti referat, vt in ea per ali-
quod temporis spatium ad credentium solatium remaneas: &

quoniam

quoniam nondum ascẽdere debes cor mihi saltem tuum da: hoc
enim mecum vnà ascendet, quia vbi est thesaurus tuus, ibi opor-
tet, quòd sit cor tuum. Si igitur tuus ipse thesaurus sum, æquum
est, vt me cor tuum sequatur. Et dum hæc diceret eleuatis mani-
bus benedixit eis. Manus eleuauit, vt earum puritatem, & inno *Luc.* 24.
centiam omnibus ostenderet. Summus enim pontifex fuit sine
vlla simoniæ labe: Rex regum, & tamen populos tributis & ve-
ctigalibus non oneranit: mercator fuit, & non exegit vsuras. *Mox
benedixit eis.* Quemadmodum in creatione cum omnibus creatu-
ris benedixit, generandi, & multiplicandi virtutẽ dedit, ita hoc
loco cum benedixit Apostolis virtutem illis dat spirituales fi-
lios generandi, & fidelium multitudinem multiplicandi.

Et videntibus illis eleuatus est. Non enim ascendit in instan-
ti, sed paulatim se eorum oculis subtrahebat, ad sanctissimæ ma-
tris suæ solatium (vt venerabilis Beda notat) & vniuersæ suæ fa- *Beda.*
miliæ: neque tamen plurimum in aere se detinuit, ne illorum
animas auelleret. Quia, quemadmodum magnes supra horolo- *Simile.*
gium solare positus attrahendi virtute, ita ferrum quod sub vi-
tro latet ad seipsum raperet, vt confracto vitro, sibi exitum quæ-
reret: ita si diu Redemptor noster suspensus in aere immora-
tus fuisset spectantium animas tanta ad se virtute attraxisset, vt
corpora ipsa amoris vi confracta, & exanimata reliquissent. Et
nubes suscepit eum. Hanc nubem lucidam fuisse dicunt splen-
dorem & lumen, quod ab ipsomet Domino emanabat. Vos
quoque dilectissimi nubes vobis potestis efficere, quæ vos in
cælum tollant, si ex cordibus vestris virtutum splendor emicet,
quæ vos ad æternam beatitudinem nubis instar euehent. Et
cum intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astite-
runt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Gali-
læi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus, qui assumptus
est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum
euntem in cælum. Misit Dominus hos Angelos, quia omnes
gloriosissimi ascensus contemplatione arrepti ita hærebant,
vt sui propè obliti diu in ea suauitate immoti perstitissent,
quare per Angelos vt discederent, monuit; & interim de
iudicio etiam eos certiores fieri voluit, vt homines Christia-
nam fidem, maiori, qua possent celeritate docerent: quando
quidem in huiusmodi iudicio rationem vitæ suæ reddi-

turi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simile. turi erant. Ascensus solis & descensus in terræ fructibus, diuersos operatur effectus. Nam dum ascendit, scilicet, vsque ad mensem Iunij fructus maturantur & crescunt: cum verò descendit tempus est fruendi iam maturis fructibus. Ita etiam diuinus hic Sol in cælum ascēdit, vt noster ibi esset patronus, & dum ibi pro nobis apud Patrem intercedit tempus est, vt nostrorum operum fructus formentur, & crescant; ad hoc enim plurimum infinita eius merita conferunt. Quod si nunc steriles sumus, & solis huius iustitiæ descensum expectamus, cùm omnium iudex descendet, quare tunc fruendi tantum tempus erit maturis iam fructibus? Sed heu, & millies heu, si qui nullum eo vsque fructum attulerint, æternis enim supplicijs sterilitatis suæ pœnas dabunt. Et quamuis Euangelistæ glorioſissimum Redemptoris triumphum, quo cælos ingressus est silentio præterire videantur, ex his tamen verbis: Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntē in cælum, colligi potest. Et ipsemet Dominus dixerat: Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Quare, si quemadmodum ascendit, venturus est, ergo ascendit in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo. Cum Salomon singulare illud templi opus septem annorum spatio perfecisset, dedicationis diem magna cum totius regni lætitia & opulentissimis sacrificijs celebrauit, in quo centum & viginti millia ouium, & duo millia boū occisa sunt. Quod si templi huius terreni dedicatio tanta cum lætitia celebrata est; quantanam celebrari æquum erat diem illum, in quo post redemptionis opus perfectum, corpus Redemptoris nostri sanctissimum in cælo collocatum est, tanta animarum multitudine comitante? Cum Dauid superatis Amalechitis opimis spolijs onustus victor est à bello reuersus, magno captiuorū numero præeunte, milites, qui eum in bello sequuti erant, militari plausu clamabant: Hæc est præda Dauid. Redeunti hodierna die potentissimo duci Iesu Christo, tot amoris sui captiuos, & spolia tam opima secum adducenti, quanta cum lætitia cælestes illos milites applausisse credim⁹? quoties has inter se voces: Hęc est præda, hæc est præda Domini Iesu? O cælestis cordium raptor, rape nos Domine, & trahe post te, vt & nobis aliquando ad hanc cæli gloriam detur ascendere: ad quam nos perducat idē Iesus Mariæ filius, Amen.

Matth.25

3. Reg. 8.

1. Reg. 30.

In eadem Ascensione Domini
Concio Tertia.

Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum. Marc. vltimo.

CVm plus de corpore, minus verò de anima sancti discipuli cogitare videbantur, tunc apparuit illis Iesus. Nec tamen mirum videri debet, eos hoc tempore visitasse: nam quanuis recumberent, recumbebant vt iusti: quandoquidem te quoque ò peccator diuersis inspirationibus visitat, dum eum actualiter offendis. O ineffabilis Dei bonitas, quæ hac in re vnà cum admirabili patientia, & amore elucet. Si seruus aliquis literas scriberet, in quibus domino suo mortem machinaretur, dominus autem cādela ei luceret, & quæ de se ibi scribuntur legeret, quanta esset serui illius audacia, si animaduertens quod scribit à domino legi, nihilominus tamen non desisteret à scribendo? quanta verò domini misericordia & patientia, qui hoc intelligens serui sui in gratitudinem patienter ferret? Idem propè accidit inter Deum & peccatorem. Dum enim Deus te conseruat, & illuminat tu coram eo in mente & cogitatione scribis, quonam modo eum possis, quantum in te est, grauiter peccando occidere. Videt hoc Dominus, nec solum patienter fert, sed sæpe etiam te diuinis inspirationibus, & pijs vocibus ad pœnitentiam vocat; & dum in lecto peccatis oneratus dormis; vigilat Deus, Deus ille quem toties offendisti, vigilat inquam, & te sopitum custodit, mortem & dęmones à lecto repellens, qui te ad Gehennæ supplicia, quàm primùm rapere vellent. Profecto, nisi lapides essemus, hęc sola consideratio ad pium amoris affectum nos mouere deberet. Hac de re grauiter Deus conquerebatur per Isaiam, Hebræos seuerissimis deterrens supplicijs, & omnes Hebræorum imitatores. Numerabo, (inquit,) vos in gladio, & omnes in cæde corruetis, pro eo quod vocaui, & non respondistis, loquutus sum & non audistis,

Simile.

Isa. 65.

stis, & faciebatis malum in oculis meis. O impudentiam horribi 4
lem; dum actualiter peccas vocat te Deus conscientiæ stimu-
lis pungens, & hoc certò scis, & credis, & tamen eius voces &
oculos contemnens à peccando timore saltem deterritus non
cessas. Et quoniam hæc maxima sunt diuinæ maiestatis iniu-
ria easdem querelas & minas repetit capitu. sequenti dicens:
Quæ timebant adducam eis, quia vocaui & non erat qui res-
ponderet, loquutus sum, & non audierunt, feceruntque ma-
lum in oculis meis. Statim verò à præscitis orationem ad ele-
ctos conuertens, Audite, inquit, verbum Domini qui tremi-
tis ad verbum eius; quasi diceret: Quandoquidem minæ istæ
præscitis inutiles sunt, vobis saltem prosint, quibus viscera
ad hæc recipienda sunt præparata. Voluit Dominus discipu-
lorum interesse conuiuio, & sua diuina præsentia illud ho- 5
norare; quia edulium temperatum erat, solum ad corpora-
lem sustentationem desumptum non autem, vt appetitui mo
rem gererent: vt hoc nos doceret exemplo, quantum diuinæ
maiestati sit gratum hæc sobrietas, quamque spiritui vtilis sit.
Simile. Non vos latet fratres, quanto cum vitæ periculo domus ve-
tustæ minantes ruinam inhabitentur. De quo periculo Chri-
stus Redemptor noster apud Sanctum Matthæum egit lo-
quens de illo stulto viro, qui ædificauit domum suam super
arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & irrue-
runt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna.
Iob.4. At verò homo prudens hæc formidans trabibus reparat ædi-
ficium ne cadat. Cum ageret Sanctus Iob quomodo in Ange
lis suis reperit Deus prauitatem ait; Quanto magis hi, qui habi- 6
tant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum consu-
mentur? Hinc Diuus Paulus vix aliud periculum, quam istud
2.Cor.11. pertimescebat. Vnde Corinthijs sua infortunia nuntiãs admira
bili spiritu dixit: in laboribus plurimis, in carceribus abundan-
tiùs, in plagis supra modum. Ter virgis cæsus sum, semel lapi-
datus sum, ter naufragium feci. Periculis fluminum, periculis la
tronum &c. Quæ omnia postquam enumerauit inquit: Siglo
riari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Et sequen-
ti capite ait, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt in
habitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in in-
firmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecu-
tioni

7 tionibus. Et sua pericula Romanis annuntians ait: Infœlix ho *Rom.7.*
mo quis me liberabit de corpore mortis huius? Quid hoc vir
sancte, tam magnanimum te prædicas, vt inter latrones securus
dormire te iactes maris terræque pericula calcas, & teipsum
horres, teipsum pertimescis, te miserum ingemiscis, quod à tuo
corpore sis obsessus? Vere in hoc planè ostenditur quanto plus
seipsum homo, quàm hostes externos expauescere debet. Ideo
cum in Litanijs dicimus; Ab insidijs diaboli libera nos Domi-
ne, videtur etiam iure dici posse: à nobismetipsis libera nos
Domine. Multi dæmonia vicerunt, quales illi, quos Domi- *Matth.7.*
nus dicturos prædixit: Nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus? Alij gigantes vicerunt, vt Dauid. Alij Philistæos vt Sam
son, qui omnes à seipsis victi fuerunt, & inter debiles & ruinosos
8 parietes sui corporis corruerunt. Nam de omni, qui mortaliter
offendit dici potest corruisse parietes, & oppressisse eum, & in
super occidisse. Etiam in peccatis spiritualibus cõtingit, quia per
sensus corporeos intrat id, quo peccatum committitur. Ne ergo
parietes hi corruant vna ex præcipuis trabibus, quibus adiuuari
possunt, abstinentia, sobrietasque sunt. Quin etiam ad sanctè,
iusteque viuendum necessaria est sobrietas, & vt prospera va-
letudine fruamur: nam contrarium tollit salutem, & vitam bre-
uiat. Ideo Spiritus sanctus per Ecclesiasticum dicit: Omnis po *Eccles.10.*
tentatus breuis vita: quod, vt in plurimum à ciborum varietate
qua vescuntur prouenit.

Ait ergo Sanctum Euangelium: *Recumbentibus vndecim discipu-*
lis. Duodecim quidẽ elegerat Dñs, sed vnus deerat Iudas. Infœ-
9 lix ille, qui laqueo se suspendit. Orẽ auditu dictuq; horribilem,
quod quẽ Deus in Apostolũ elegerat ex sua malitia diabolus sit
factus? Sic enim Dñs ait: Nõne ego vos duodecim elegi, & ex vo
bis vnus diabolus est? O humanam, miseramq; vitam, quæ ma-
re es mille periculis plenum, nec aliquis saltem portus securus in
te est: non triremis non scapha, non nauis securam in te sedem in
ueniunt; nec coniugatus, clericus, religiosus, nec etiam Apo-
stolus in te securus viuit. Apostolus siquidem Iudas erat, & ab
apostolatu cecidit: magnus propheta erat Dauid, sapientissi-
mus Salomon, & ceciderunt: ideo Apostolus monet: Qui *1.Cor.10.*
stat videat ne cadat. O serui Dei, ne vos securos esse putetis
dicentes, Ecclesiastici sumus; religiosam vitam professi sumus;

in cœnobio viuimus. Nam cum diabolus in Christi collegium 10
intrare ausus sit, etiam in conuentum intrare vestrum non formi
dabit: qui sicut ex Apostolo ipso consentiente diabolum fecit,
cauete ne vos seducat, qui Apostoli non estis, & vix quicquam
aliud, timete, habitum exteriorem relinquat, quæ magna mise
ria esset. Quo dolore, quanta amaritudine Sanctus Iacob tunicã
Gene.37. filij sui Ioseph, sibi oblatam aspiciebat dicens, Tunica filij mei
est, ferapessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. O Deus
infinitæ misericordiæ! non me latet, Domine, quod si cor tuum
tristitię capax esset immensa tristitia afficereris, videns aliquem
monachali veste indutum & hunc feram pessimam deuorasse.
Et quid in religioso plus quam monachalis vestis reperitur, cu-
ius ambitio vorauit humilitatem, cupiditas paupertatem spiri-
tus deglutiuit; sensualitas munditiam castimoniamque abstulit. 12
Ideò qui hactenus remissi fuistis respicite modo, & nouo quo-
dam spiritu cum Dauid proclamate: portio mea domine dixi
Psalm.118. custodire legem tuam. O glorioſum religiosis verbum. Suas qui
que secuti homines diuitias amplectantur, suis fruantur prędijs,
& possessionibus, tantum hæc sit portio mea diu noctuque inui
gilare quomodo melius Deo seruiam, quaque via ex vnguibus
Num.18. diaboli me eripiam. Cum Deus Moysi modum assignauit, quo
vellet à filijs Israel sibi seruiri ait: Filijs Leui dedi omnes decimas
Israelis in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in ta
bernaculo fœderis &c. Solis filijs Leui in tabernaculo mihi ser-
uientibus. O viri religiosi, hæc vobis dicuntur, quibus vniuer-
sus mundus suis diuitijs & laboribus inseruit, & Deo ita placet,
vt vos totos diuino obsequio addicti sitis; ingens malum dira in 11
gratitudo esset, ni sic à vobis fieret.

Et exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiã cordis. Inter ea quę
magna increpatione digna sunt vnum est, cordis durities & pec
catoris obstinatio. Hæc est quæ in malis nos detinet, & in
qua dæmon sibi nos assimilare satagit: ipse namq; in malo indu
Eccles.3. ratus remansit. Cor durum malè habebit in nouissimo, Spiritus
Simile. sanctus ait. Dicite rogo, si lapidem modo haberem in manu, &
extendens manum sinerem cadere, quo lapis iret iste? In altum
ascenderet? minimè. Plane deorsum descendere debet. Infœlix,
cuius anima tot diebus in peccato indurata manet, cum veniet
mors, quo versus cadet, cum instar lapidis grauis è manu caden-
tis,

13 tis sic anima tua exeat è corpore? Nunquid cœlum ascendet?
ne credas. Magna amentia est existimare lapidẽ durũ, & grauẽ
deorsum nõ ferri debere: & maior est amentia existimare animã
tuam peccatis grauatam in infernum non fore descensurã. O te
infœlicẽ, quem tanto tẽpore in peccato permanentem, nec con-
ciones sacræ emolliunt, nec inspirationes satis mouent, nec labo
res deterrent: & cũ socios tuos, & vicinos obire videas, qui simul
tecum peccauerunt, ità quietus & lætus viuis, tanquam si salutis
tuæ certitudinem haberes. Vis aliud signum adhuc, obstinatio-
nis tuæ perspicuum videre? Ecce, quia ista quæ dico quæ iustos
trepidare faciunt nec te mouent, nec aliquẽ in corde tuo operan
tur effectum ac si lapis esses. Quamuis sæpe digitus contingat *simile.*
lapidem, nullum signum, nullum vestigium in eo relinquit, in-
14 ter rationes, propter quas Spiritus Sanctus digitus vocatur vna
est, quia digito tangimus, & tactus cordis inspirationesque Spi-
ritui Sancto attribuuntur, tanquam opera pietatis, & clemẽtię:
huius vero diuini digiti tactus, quod nullum vestigiũ relinquat,
aut signum efficiat in cor tuum, saxeum quidem est. Quid ergo
de te miser sperari potest, nisi quod tanquã lapis, dum Deus erit
in infernum arsurus descendes? Postquam sacra scriptura de du-
ritie Pharaonis multa verba fecit, posteà de suis subditis, qui si- *Exod.15.*
miles illi erant loquitur dicens, Descenderunt in profundum
quasi lapis. Quid nam lapides, quàm descendere habebant? Simi
liter tu descendes, nisi remediũ citò adhibueris. Et est notabile,
quia vbi nos legimus in Isaia, Audite me duro corde, septuagin- *Isai.46.*
ta trãstulerũt: Audite me qui perdidistis cor, & mentem; ex quo
15 deducitur duritiem cordis prouenire eò quòd cor amissum sit &
in creaturarum affectione sic tenaciter inhæsit, vt vix ab eis di-
moueri possit. Et vbi nos legimus eodem capite: Redite præua-
ricatores ad cor, septuaginta transtulerunt, Agite pœnitentiam
qui erratis. Hoc est vnicum & singulare remedium, ex animo
pœnitere à Deo enixe postulando, vt cor lapideum à te remo-
ueat, & tenerum blandumque concedat, sicut vere pœnitenti-
bus per Ezechielem promisit dicens: Auferam à vobis cor lapi- *Ezech.11.*
deum, & dabo vobis cor carneum.

Et dixit eis euntes in mũdum vniuersum. Dñe quo discipulos tuos
mittis? nunquid venari in montibus cum venaticis canibus? nũ-
quid, vt opes sibi comparent, voluptates inquirant, aut corpori-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus vt indulgeant? O quantus dolor est considerare, in quibus nonnulli ex vnctis Domini modò se exercent. Non mitto eos, dicit Dominus, ad ista, quæ non se compatiuntur cum Ecclesiasti cæ perfectionis statu: quod eis præcipio est, ite, prædicate: Ex quo fit manifestum præcipuum munus prælatorũ esse animas
D. Amb. 1. off. c. 1. instruere, sicut D. Ambrosius pertractat. Vnde moris est, cũ episcopus cõsecratur, vt consecrans humeris à tergo superimponat Missale dicens: Vade, & prædica ouibus tibi commissis. Hinc S. Apostoli in episcopos electi dixerunt. Act. 6. Non est æquũ nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Ad quod elegerunt septem viros plenos Spiritu sancto & sapientia, ipsíque dixerunt: Nos verò orationi & ministerio verbi Dei instantes eri
Simile. mus. Experimẽto cõperimus in illis regionibus, apud quas messes & oliueta aquis irriguis nascũtur, quamuis illis aquis aliqualiter fructificent, manere tamen imminuta: veruntamen si abũ danter aqua è cœlo pluat, qua saturetur terra sata etiam vberrimum fructum afferunt, quia irrigatio illa naturalis est, & quauis artificiali vtilior? Sic possumus dicere etiam si doctrina, & cõciones eorũ, qui non sunt prælati animabus sint vtiles multò magis prælatorum doctrinam esse, qui vitę exẽplo, & verbis efficacia, & spiritu plenis ouibus suis prædicant. Horum namq́, doctrina instar aquæ naturalis è cœlo dimanãs est, aliorũ verò doctrina,
Exod. 32. quasi quodam artificio ducta videtur. Moram faciente Moyse descendendi de monte congregatus populus aduersus Aaron dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant. Ex hoc loco fit manifestum, quàm necessariũ sit verbũ Dei, quandoquidẽ Hebręi cũ per quadraginta tantum dierum spatium relicti fuissent absque concione pastoris sui, statim in idololatriã inciderunt. Quid de illis erit, qui per totius anni curriculum concioni non assistunt, sed fugiunt ab ea quasi pestis esset? Ecce in quem errorem isti sunt prolapsi, qui dicebant: Fac nobis deos, qui nos præcedant. Cum Deus omnium factor esset, Deum factum petebant, nec vno dumtaxat contenti plures sibi fieri postulabant. O diram cæcitatem, quia proprijs oculis igneam columnam, & nubem, quibus illos Deus ducebat cernentes, his omnibus ità stupidi remanebant, vt alios deos poscerent, qui eos præcederent. O domini Ecclesiastici per Dei charitatem oculos vestros aperite: damna, quæ subditis vestris prouenient perpendite, nisi omnem

nem curã adhibebitis, vt necessitati eorũ feratis opem. Attendite, vt conqueritur Dominus per Ezechielem. Dispersæ sunt (inquit) oues meæ eo quod non est pastor, & factæ sunt in deuorationẽ omnium bestiarũ agri, & non erat qui requireret. Heu quã ta super hæc lugendi ratio suppetit. O Deus infinitæ maiestatis, per tuam immensam te deprecor clementiam, in re tanti ponderis, vt vere digna loquar mihi spiritum tribuas. Ægrè dolendum est, fratres, tot cernere publicos peccatores, quorum animas publice rapit dæmon, & non esse qui requirat [*No ay vno si quiera que diga Demonio daca essas almas, suelta essos peccadores*]. Obea tissime Paule, quanta vi spiritus, qua vigilantia tuum munus exercebas: vnde Romanis dicere solitus eras: Accepimus gratiam, & opostolatum. Vbi illa dictio, Et, declaratiua est, quasi dicat: Accepimus gratiam, idest, apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus. Nõ inquã accepimus, vt nobis indulgeamus, neq; vt iniquis morẽ geramus eorũ peccata palliãtes, sed virili animo agamus, vt omnes Deo seruiant studentes. Sic eos, facere oportet, qui talibus onerari muneribus passi sunt
Ezech. 34.

Prædicate Euangelium omni creaturæ. O miram Dei potentiam. Perpendite fratres, quibus mundi debellationem committit, pauperculis, inquam, idiotis. Ezechieli Dominus ait: Fili hominis speculatorẽ dedi te filijs Israel. Si dicẽte me ad impiũ, Morte morieris, nõ annũtiaueris ei, sanguinẽ eius de manu tua requirã. Et infra: Ecce data sunt super te vincula, & ligabũt te in eis, & linguã tuã adhęrere faciã palato tuo, & eris mutus. Quũ autẽ locutus fuero aperiam os tuũ. Res mira, q̃ præcipiẽs illi Domin⁹ prędicare ligat manus pedesq́; eius, & linguã palato adhærere facit: vt deno
Ezech. 3.
taret, scilicet, sapiẽtiã & eloquẽtiãper linguã significata, potẽtiã perman⁹, pedibus diligentiã hęc oĩa à diuina pẽdère prouidẽtia. Vnde quanuis sancti Apostoli ex se minus idonei erant ad tantum munus exercendum, Dominus, qui illos elegit, sine lingua, manibus, & sine pedibus, sufficientiam eis tribuit necessariam.
Et postquã locutus est eis, assumptus est in cœlum. Admirabile est quod ascensum tam mirificũ tamque dulcẽ digressumcũ tanta breuitate pertranseat Euãgelista. Sed quidẽ nõ deerat, quod scribi posset in hãc rẽ. Quin imo copiosus sermo texi poterat de his, quę in hoc discessu inter filiũ Dei, & sanctissimã eius matrẽ acta sunt, & de copiosissimis lachrymis, & suspirijs, quib⁹ hæc sanctissima

Universidad de Deusto
Biblioteca

virgo, & illa pia familia vltimum vale audierunt. Sed hæc san-22
ctus Euangelista consultò sub silentio præterijt, denotans hęc al
tissima mysteria magis mente euolui, & corde præmeditari pos
Luc.24. se, quàm lingua enarrari, aut calamo scribi. Beatus Lucas inquit:
Eduxit eos foras in Bethaniam. Itaque postquam cum illis epu
latus est, eduxit illos in montem oliuarum. Et inde in cœlum
ascendit; vt doceret nos, quod si in misericordia exercitati fuerimus, iure nos præparare possumus, vt sequamur eum euntẽ in
Simile. cœlum. Quoniam si te Toletum proficiscente ibi te aliquis ami
cus inuitaret, & hospitio te reciperet, magna ingratitudo & vili
tas reputaretur, si ille in ciuitatem veniret tuam, & non illũ inui
tares, & similiter in tuam domum exciperes. Numquid huius-
modi vilitas in illo Dño ingenuæ nobilitatis inueniri potest? O
Christe vere familiaris noster, quã secure sperare possum⁹, quod 23
si te in pauperibus tuis recipimus in vrbe mundi huius à te reci
piendos esse, quando in tuam ciuitatem perueniemus. Admi-
3.Reg.6. rabile est, quod cùm tẽplum illud Salomonis tam mirifico artifi
cio esset fabricatũ (nam, vt refert sacer textus, Omnes parietes
templi per circuitũ varijs cælaturis, sed & pauimentũ domus te-
xit auro intrinsecus & extrinsecus) nihilominus (vt ibi dicitur)
in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuarum, quæ ar-
bor nodosa & fœda est. Quare ergo operi tam eximio non appo
suit portas ex alio ligno pulchriori, & magis precioso? Myste-
rium huius fuit docere nos misericordiam, & pietatem, quæ per
oliuam significantur ianuas esse, per quas cœlum intramus. Nã
Matth.5. dixit Dominus, Beati misericordes quoniam ipsi misericordiã
consequentur. Et notabile est quod super hoc Diui Hierony-24
mi Scholiastes in epitaphio Paulæ scripsit, scilicet, quod etiam
temporibus Diui Hieronymi postrema Domini vestigia signa
ta & impressa apparebant sicut Diuus Hieronymus in suis scri-
ptis affirmat. Et hoc non sine magno miraculo. Quoniam cum
fideles quotidie, venerabilem terram loci illius radant, & pro
magna reliquia portent, adhuc vestigia integra, & formata ma-
nent. Aliud refert Diuus Hieronymus miraculum. Quia cum
in illo loco Ecclesia ædificaretur nusquam tectum operire po-
tuerunt è vestigio loci illius, quo Dominus ascendit: vt per-
petuum maneret testimonium illac Dominum ascendisse in
cœlum. Quibus & tam stupendis miraculis æquum fuit, vt
tam

25 tam ineffabilis filij Dei in cœlum ascensio illustraretur. Hoc
vnum fratres mihi persuasum habeo, si pedes affectionũ vestra-
rum in monte Olineti verè collocatis, nempe si perseueranter
in misericordia vos exerceatis, sine impedimento vllo via cœli
vobis patebit. Deinde notare oportet, quod sicut pro nobis, &
pro vtilitate nostra Deus mortuus est, ità resurrexit, & in cœlũ
ascendit pro salute nostra. Hoc est quod deprecabatur Sanctus
Dauid dicens, Exurge Domine in præcepto, quod mandasti, & Psalm.7.
Synagoga populorum circumdabit te, & propter hanc in al-
tum regredere. Super quod Diuus Basilius ait: Mysterium re-
surrectionis orat Dauid. Præceptum, quod mandauit Christus
filius Dei, præceptum est charitatis, quod tam peculiari modo
nobis commendauit dicens, Mandatum nouum do vobis, vt di-
26 ligatis inuicem. Ait modo Dauid: Propter hunc amorem, quem
docuisti nos Domine, Te deprecor, vt exurgas. Nam quid no-
bis prodesses mortuus, nisi resurrexisses? Et tua domine resur-
rectione Synagoga populorum circundabit te: nam innumera
biles populorum nationes ad tuam fidem conuertentur. Et pro
pter hanc, scilicet, congregationem populorum, quæ modo ap-
pellatur Ecclesia, in altum regredere, vt sis aduocatus noster: &
etiam, quia te ascendente simul corda nostra tecum ascendent,
& rapientur, qui thesaurus noster es. Hoc etiam enixe postula-
bat sponsa dicens: Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnulo Cant.8.
que ceruorum super montes aromatum. Et est valde notan-
dum, quod in quinto capite petierat sponsa à dilecto suo in-
27 quiens, veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fru- Cant.5.
ctus pomorum suorum. Et in cap. sexto iam descendisse fatetur:
dilectus (inquit) meus descẽdit in hortum suum, vt lilia colligat.
Et modo illi dicit: Fuge dilecte mi. In quibus locis manifeste
ostenduntur sponsæ Ecclesiæ desideria, orationes, & suspiria,
quibus sponsi sui aduentum in hunc mundum postulauit. Et
quomodo venit? vt homo fieret, & lilia colligeret, scilicet, innu-
merabilem multitudinem martyrum virginum, & confessorũ,
& aliorum plurimorum sanctorum, quos ex horto Ecclesiæ suæ
collegit, & quotidie colligit. In hoc vero, quod illi spõsa dicit, vt
fugiat, & ascendat super montes aromatum, ideſt, super Angelo
rum Hierarchias, significatur illud, quod ait Dominus: expedit Ioan.16.
vobis, vt ego vadam. Sed aduertite quid dicat, Fuge & assimila-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re capreæ hinnuloque ceruorum, qui fugiens retrò faciem ver- 28
tit. Taliter petit, vt fugiat dilectus dummodo faciem non auer
tat à nobis: sed quod à dextris Dei patris vbi sedet nos aspiciat.
Vnde hic admirabilis Domini ascensus ad duo nos inuitat. Al-
terum est, vt firmam spē habeamus, quod si huius diuini capitis
mēbra viua sumus tandē cum ipso copulabimur, & conglorifi-
cabimur. Hoc præcinit Dauid dicens, Quam dilecta taberna-
cula tua domiñe virtutum; concupiscit, & deficit anima mea in
atria domini. Concupiscit desiderio, sed deficit merito: veruntа-
men spem non amitto quin imo viuam teneo. Et quare vir san
cte? Etenim passer inuenit sibi domum & turtur nidum, vbi re- 29
ponat pullos suos. Quis nam est passer, nisi ille solitarius, &
singularis Iesus? & quæ est turtur, nisi sancta Ecclesia gemebun-
da, & castitatis exemplar, quæ in hac lachrymarum valle habi-
tat? Nidus cœlum est, & receptaculum filiorum huius sanctæ
turturis: quem nidum inuenit postquam in cœlum ascendit.
Heb. 4. Hinc nos hortatur Diuus Paulus: Habentes ergo Pontificem
magnum, qui penetrauit cœlos Iesum filium Dei adeamus cum
fiducia ad thronū gratiæ eius, vt misericordiam consequamur,
& gratiam inueniamus in auxilio opportuno: idest, Pontifi-
cem & aduocatum habemus cuicunque negotio, quod nobis
se obtulerit. Alterum, ad quod nos inuitat est, quod siquidem
thesaurum nostrum habemus in cœlo, studeamus corda nostra à
terra leuare, & ibi collocare, in hoc enim veri quique huius cœ-
lestis sponsi amatores dignoscuntur. Filij Israel erāt in Ægypto
simul cum Ægyptijs, alij tanquam incolæ, alij vero tanquam pe- 30
regrini. Vni, scilicet, Ægyptij sua sorte contenti ibi permanere
cupientes, alij, scilicet, Hebræi afflicti & inde exire exoptantes.
Vbi Ægyptij ibi tenebræ erant, & vbi Israelitæ claritas erat. En
vobis discrimen inter filios Dei, & filios dæmonis. Omnes vi-
uunt in hoc mundo: sed mali in tenebris culpæ sunt tanquam
terræ incolæ, optantes hic viuere semper iusti vero luce, & amo
re pleni, & suimet cognitione, viuunt tanquam peregrini, & ca-
ptiui assidue desiderantes à tam misera Ægypti seruitute libera-
ri, diuites tamen gratia, & suo cœlesti capiti associari cupientes
in gloria: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In

In eadem Ascensione Domini

Concio Quarta.

Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis. Mar. vltimo.

1 QVod præcinit olim Regius Dauid adimpletum vi- *Psalm. 17.*
demus: nempe, Intonuit de cœlo Dominus, & altis-
simus dedit vocem suam, grādo & carbones ignis.
2 Misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multi
plicauit, & conturbauit eos, & apparuerunt fon-
tes aquarum; & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum ab
increpatione tua Domine. Verbum Dei è cœlo suæ huma-
nitatis intonuit; dedit vocem suam tanquam grandinem, tan-
quam carbones ignis, tanquam sagittas, tanquam fulgura, &
tonitrua: hoc est: locutus est verba aspera, duritiam discipu-
lorum suorum increpans. Vnde sacer textus inquit: Expro-
brauit incredulitatem illorum. Et apparuerunt fontes aqua-
rum; quoniam illi sancti viri lachrymarum fontem effude-
runt, culpam suam agnoscentes? Et ibi manifestatum est qua-
les illi erant, quos tanquam fundamenta orbis terrarum Deus
elegerat: quam patientes se ostenderunt, quandoquidem incre-
3 pationem tam asperam æquo animo tolerauerunt. Hoc sig-
num est prædestinationis, scilicet, patienter reprehensionem
ferre. Vnde Ecclesiasticus, Quam bonum est correptum manife *Eccles. 20.*
stare pœnitentiam; sic enim effugies voluntarium peccatum. Et
Sanctus Ioannes Climacus in huius confirmationem ait: Tunc
certus eris Spiritum Sāctum inuisibiliter in anima tua habitare,
si à patre tuo spirituali increpatus cùm fueris, maiori dilectione
es affectus. Vult in hoc dicere sanctus vir: hoc signum esse val-
de manifestū Spiritū Sanctū in illo habitare: è contra verò mag
næ depranationis est signū indignanter ferre correctionē. Et ità *Eccles. 21.*
idem Ecclesiasticus ait: Qui odit correctionē vestigium est pec-
catoris: & qui timet Deum conuertetur ad cor suum, scilicet, per

corre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simile. correctionem. Si quis in medio maris iactaretur fluctibus, & alter è naui funẽ mitteret, vt apprehendens illum periclitans saluaretur, si miserum hunc ira percitũ videres contra illum, qui misit funem nonne mentecaptum hunc iudicares? Quantò maior amentia illius dicenda est, qui charitatiuè à prælato, patre, siue magistro correptus molestè fert? periculosius enim est in peccato esse, quàm in medij maris fluctibus periclitari. Tu verò miser in tanto periculo qui versaris ad Gehennam ęterni ignis damnatus, ità, vt si in hoc misero statu cederes in æternum perires; & cum proximus tuus è naui studiosæ vitæ mittat tibi correctionis funem, vt resipiscas, & salueris contra illum irasceris tanto beneficio affectus? O amens tuimet hostis, aperi oculos tuos, & cognosce bonum, & vtilitatem, quam hi tibi impendunt, & dum tempus & occasio suppetunt vtere eis. Notandum est præterea non exprobrasse illis, cùm primũ illis omnibus apparuit, sed modo: in quo docet tempus & occasionem debere obseruari, ne forte reprehensio noceat. Cũ aliquis acuta febri laborat, in eius feruore non datur illi manducare, quoniam esset irritare ignem & magis accendere febrim. Similiter, cùm quis nausea laborat, non datur illi potio, quia prouocaret ad vomitum. Expectate (inquit medicus) donec recedat febris aut mitigetur ardor, & tunc date illi cibum. Expectate donec stomachus sedetur, & cùm primùm quieuerit date illi potionẽ. Sic fratres, vt proximũ corrigatis tempus & occasio vobis est obseruanda. Ne accedatis cum iræ febre laborat, non quando freneſi alicuius passionis est alienatus: quoniam amplius indignabitur, & sanctum à se consilium expellet. Expectate donec furor ille pertranseat, & tunc accedite & arguite illum.

Simile. 4

5

6

Et duritiam cordis. Quãuis apud sacrum eloquiũ cordis duritia plurimùm reprehẽdatur, & exprobretur; vnde pro singulari beneficio per Ezechielem promisit Deus dicens: Auferam à vobis cor lapideum, tamen quidam Doctor grauissimus pariter & præsul dicit: aliud sibi cor deterius lapideo videri, & hoc aqueum esse. Quid? nummodo cor aqueum inuenitur? Maxime, (hic ait doctor) cor aqueum est ab effectu. Si, verbi gratia, lineas ducis in aqua, facile cedit, non resistit, facile scinditur: at statim, vt illud, quo diuiditur pertransit clauditur aqua, sicut prius erat nullo prorsus vestigio remanente. Sic homines aqueos videas

Ezech.

Simile.

7 videas mollia corda habentes; si illos arguas facile cedunt: caput inclinant, singulis verbis respondent [*Reneys razon, que soy gran pecador.*] Si audiunt concionem lachrymantur, & corda illorũ, quadam natiua teneritudine mollificantur: sed finita concione statim clauduntur tanquam aqua, & in eis nullum omnino correctionis vestigium reperias. Quod si millies reprehendantur idẽ semper faciunt. Et hoc ille doctor peius esse dicebat, quàm si induratum haberent; quia si sic haberent, tandem crebris reprehẽsionibus frangi posset. Veluti turris, quantumuis fortis, si bellicis machinis sæpe oppugnetur paulatim corruet; & si lapidem vel vnico ictu ferias partem saltem aliquam franges, aut signum aliquod relinques: quod si culcitram lana refertam ferias nullum omnino in ea vestigium remanet: similiter peccatori contingit,

Simile.

8 cuius cor induratum est, tot huiusmodi reprehensionibus impeti & oppugnari potest, vt tandem frangatur & verè pœniteat: non item ille, qui lentum habet cor, & laneum, quem antequam obiurgare incipias se accusat. Quid tibi restat ei dicendum? quibus rationibus illum conuincere potes, quandoquidem omnes rationes, quibus illum mollire posses, iam nouit, sibiq; proponit, se peccatorem arguit; vnde fit vt os tuum obstruat, ne quid amplius dicere possis & tandem remanet sicut ante acsi nihil dictum ei fuisset. Hæc dixi, vt peccatores, quibus natiua quædam cordis teneritudo inest, & nihilominus nunquam corriguntur, vereantur maximum sibi periculum imminere, & quantocunque poterint studio inuigilent ne forte illos mors in tanta miseria proiectos inueniat.

9 Postquam Dominus increpauit discipulos tandem conuescens consolatus est eos. Si in vltima cœna cum mortis memoria tantum illum angebat, sic cum illo admirabili & suauissimo sermone discipulos est consolatus, quæ vox, quæ lingua sufficiet verba illa tã dulcia referre, quibus in hoc sancto hodiernæ diei edulio illis prædicaret & exhortaretur antequam in cælum ascẽderet? Quod sanctum Euangelium refert Dominum illis dixisse est. *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* O ineffabilis Dei bonitas, quæ in hoc singulari beneficio elucet. Magnum Dei donum fuit lex, quam Hebræis Dominus dedit; sed homines hoc tanto beneficio tam inique vsi sunt, vt dicat Diuus Paulus: Lex subintrauit, vt abundaret delictum. Qui

Rom. 5.

bus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus verbis ostendit legis medicamento adeo non fuisse concu- 10
piscentiæ, & peccati incendum extinctum, vt etiam fuerit cumulatum. Vnde rursus ait: Cum venisset mandatum peccatum reuixit. Mirares. Mandatum ideo datum est vt peccatum extingueret: quod tamen adeò non extinguit, vt etiam viuacius, & potentius redderet. Vnde subdit: Et inuentum est mandatum, quod erat ad vitam mihi esse ad mortem. Cur ita tandem? Primum, quia prohibitio legis cupiditatem irritauit, & auxit. Ideo
Prou. 9. illa meretrix ad inconcessas voluptates inuitans inquit: A quæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Deinde multarum rerum prohibitione, quæ secluſa lege peccata non erant nouæ delinquendi occasiones infirmis mentibus additæ fuerunt. Tum præterea peccatorum grauitas lata lege aucta est. His igitur rationibus diuinus Apostolus ita legem de primit, vt 11
1. Cori. 15. quod mirabile est, eam stimulum peccati, & mysterium mor-
2. Cor. 3. tis atque damnationis ibidem appellet. Quod ideo facit, vt Dei gratiam, & redemptionis & passionis dominicæ beneficium, & necessitatem extollat, & morbi nostri magnitudinem ostendat, quòd tantis à Deo remedijs adhibitis non modo non sublatus, sed etiam fuerit auctus. Et addit, vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum: hoc est, vt appareat quanta sit illius naturæ corruptionis, & concupiscentiæ vis, quæ medicamenta vertit in venena, dum carnis appetitio mandati prohibitione irritata operata est in omnem concupiscentiam. At verò sanctum Euangelium, quod vnigenitus Dei filius & humanatus præcipit, vt per vniuersum mundum prædicetur 12
Act. 20. Diuus Paulus appellat Euangelium gratiæ Dei, & ad Romanos de ipso dicit: Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, quia plenum est quam plurimis diuinis fauoribus, & ineffabilibus sacramentis scatet: quæ singularia sunt medicamenta & remedia miserijs humanis. Quod si Hebræi fuerunt reprehensione digni, eò quòd illa lege non bene vsi sunt, quæ tam grauis erat, & tam parum consolationis, & fauoris animabus contra suas passiones, & affectiones conferebat, quantò magis nos reprehensibiles erimus, & maioribus digni supplicijs, si hoc tãto beneficio nõ bene vtimur? O Deus infinitæ maiestatis, per tuã te Dñe deprecamur clemẽtiã, nos illumines ne tãtũ bonum ob ingratitudinem nostram in malum nostrum vertatur.

Euntes

13 *Euntes in vniuersum mundum.* Siquidẽ pro omnibus mortuus sum, nuntiate Euangelium hoc omnibus. [*Pues mori por todos, dad estas buenas nueuas à todos*] Iudęis, & Gentibus. Adimpleatur quod de me Isaias prophetauit. Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus *Isai. 49.* mea vsque ad extremum terræ. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus, qui salutem animarum suam propriam appellat, quia tantũ eam retribuendo lætatur, ac si ipse sibi reciperet. Quẽ locum septuaginta interpretes sic transtulerunt: Ecce posui te in testamentũ generis, in lucem gẽtium. In testamentũ generis, ideſt, vt dares testamentũ, & legẽ vniuerso generi humano. S. Lucas ait, q̃ dum conuescens dominus promitteret se missurũ eis spiritũ sanctũ: qui conuenerant interrogabant eũ dicentes: Domine si in tẽpore hoc restitues regnũ Israel? Dixitq; eis: Non est vestrũ nosse tẽpora vel momenta, quæ pater posuit in 14 sua potestate. O singularis doctrina, quã nobis hic diuinus magister cõmendat: ne simus, scilicet, mysteriorũ diuinorũ scrutatores, nec curiosè inuestigare velimus illa, quæ ad nos minimè attinent. Magna quorundã amentia est, qui totũ ferè tẽpus rebus parum vtilibus operã dantes studẽt. Quot magna ingenia depraua ta videas tot vanis studijs addicta: vnde fit, vt necessario tempus eis desit ad bene operandũ, & rebus necessarijs incũbẽdum: quã do quidẽ omne tẽpus in rebus tam inutilibus conterũt. Obsecro te Christiane, sis cœli possessor, & nõ scrutator. Motus cœlorũ nouisti, & cordis tui mot⁹ ignoras? Noctu diuq́; de stellarũ influẽ tijs differis, & passionũ tuarũ & affectionum influentias nescis? Quanto tibi vtilior, & adeptu facilior scięntia tui ipsius esset, quã 15 cœlorũ scientia. Quanto citius, & vitiorũ ortus, & quã amaros fines habeant inuestigare posses, & inuenire quàm syderũ cœlestiũ ortus, & occasus inquirere. Sapientius faceres multo, si ex aspectu motuum tuæ deprauatæ vitæ, & corruptorũ motuũ tuæ venturæ dãnationis indicia cõiectares? quã ex vano syderũ aspectu tuæ aduersæ aut secũdæ fortunæ iudicia prænuntiare. Omitte frater, omitte, quę futura supersunt. Aspice in prẽsens, ex quo salus tua depẽdet. Noli iudicia, quæ æternus Pater in sua posuit potestate scrutari: noli humanę fragilitatis fines excedere. Noli *Rom. 12.* te, inquit. D. Paul. sapere plusquam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: non enim homines astris conditi sunt, sed astra hominibus. Te Deus liberum creauit & posuit in manu con

Eccles. 15. nu cõsilij tui, vt ait Ecclesiasticus: seruum autem cõstellationũ 16
tu te facis? Hæc non est scientia, sed insciti a: nec huiusmodi stu-
dijs alijs prodes quinimo obes valde. Vnde per Isaiam ironicè
Spiritus sanctus ait; Stent & saluent te augures cœli, qui contem
plabantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarẽt
ventura tibi. Vbi septuaginta transtulerunt: Stent, & saluum te
faciant astrologi cœli.

Et postquam locutus est eis Assumptus est in cœlum. Quam breui epi
logo triumphum tam nobilem & glorioſum comprehendit: ad
Psalm. 67. cuius laudes vniuersum mũdum regius Dauid inuitabat dicens:
Regna terræ cãtate Deo, psallite Domino, psallite Deo, qui ascẽ
dit super cœlum cœli ad orientem. Et notabile est cernere quo-
ties repetit Sanctus Propheta hoc verbum, psallite domino, &
alia his similia in hoc psalmo: in quo ad literam de ineffabili hac 17
ascensione fit sermo? Antea enim dixerat: Cantate Deo, psalmũ
dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum, do-
minus &c. Vbi de morte loquitur in verbo, Occasum, hoc est:
[*De la cayda y baxa que dio en tantas miserias, se leuanto a tanta gloria y
honra,*] O triumphator nobilissime super occasum te viderunt
homines, & excelsum te nunc cõtemplantur beati Angeli. Iter
facite ei; scilicet, in puritate cordis per obedientiam: nam hoc mo
do illum, quo est sequi possumus. Et ideo inferius addit: Deus
in loco sancto suo, vt denotaret circũstantiam cœli empyrei in
omnibus beatis quoddam singulare gaudium causare accidenta
le, scilicet. Alia circũstantia est: Deus qui inhabitare facit, vnius
moris in domo: vbi differentiam assignat, qualiter rex ille poten
tissimus Christus regnat in Ecclesia triumphanti, & in hac mili 18
tanti. Hic enim plures in peccatis cadere permittit, & varijs desi
derijs duci, & quod vni vnum, alij aliud sentiant; quod etiam in-
Gala. 2. ter iustos cõtingit, vt patet ex Diuo Paulo, qui de se ipso inquit:
Cum venisset Petrus Antiochiam in faciem ei restiti, quia repre
hẽsibilis erat. At verò in cœlesti Ecclesia omnes eadem sentiũt.
Qui habitare facit vnius moris in domo, id est, in nihilo à diuina
1. Cor. 15. voluntate deuiantes. Vnde Diuus Paulus: Cũ tradiderit regnũ
Deo & patri, oportet ipsum regnare; omnia enim subiecit sub
pedibus eius. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ip
se filius subiectus erit illi, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus om
nia in omnibus. Vbi Diuus Paulus planè ostendit vniformita-
tem ani-

19 tem animarum inter beatos, & Deum. Et quid subsecutum fue-
rit ex hoc admirabili ascensu vlterius declarat, dicẽs: Deus cùm
egredereris in cõspectu populi tui, id quod Diuus Lucas hic ait:
Videntibus illis eleuatus est. Cum pertrãsieris in deserto, id est,
cum dixisti: Ite in mundum vniuersum, & prædicate Euange-
lium omni creaturæ: quo significare voluisti ad gentilitatẽ tran-
sire te velle, totius boni desertum. Tunc terra mota est, id est, ho
mines terreni moti sunt ad fidem, & conuersi. Et enim cœli distil-
lauerunt, id est, Spiritus sanctus aduenit, per quem multi homi-
num conuersi sunt. Pluuiam voluntariam appellat Spiritus san
cti aduentum; quia non fuit datus nobis propter merita nostra.
Hinc Diuus Petrus in actibus dixit: Hũc Iesum suscitauit Deus *Act. 2.*
cuius nos omnes testes sumus. Dextera igitur Dei exaltatus, &
20 promissione Spiritus sancti à Patre accepta effudit hoc donum,
quod vos vidistis, & audistis: vbi donum, gratis datum dicit. Et
quoniam hic manifestata fuerunt ineffabilia huius diuini Redẽ-
ptoris merita addit: Rex virtutum, id est, Pater, qui est Rex vir-
tutum Christi. Dilecti, dilecti. Ex cuius verbi geminata inculca-
tione singularem amorem, quo illum diligit, ostendit. Huic er-
go tam dilecto, Pater æternus donauit speciositatem tam ma-
gnam illam gloriæ, diuidendi spolia, quæ ex inferno tulit, tri-
buens vnicuique suam sedẽ & locum. Mos est curialibus, vt om- *Simile.*
nes equites, & principes Regem comitentur in regium palatiũ:
quò cùm peruenerint omnes hinc inde discedunt singuli in do-
mos suas. Non sic in hac cælesti comitiua factum est: sed hic cæ-
lestis Rex singulos comitabatur, quousque in sua sede & habita
21 culo eos relinqueret. Ad chorum primum enim Angelorũ per-
ueniens, ibi puerorum multitudinẽ copiosam reliquit, qui susce
pto remedio contra originale peccatum discesserunt è vita. Ad
chorum Archangelorum perueniens, reliquit cum eis illos, qui
gratia Dei præuenti appetitibus suis dominati sunt. Ad tertium
chorum, qui est Principatuũ perueniens, ibi bonos coniugatos
reliquit, qui bene familiã remque gesserunt, & pacificam vitam
agentes sibi inuicem seruauerunt fidem. Ad quartum chorum
perueniens, qui est Potestatum, reliquit ibi bonos iudices, recto
res, & gubernatores Reipublicæ, & ciuitatum. Ad quintum cho
rum, qui est Virtutum perueniens, reliquit ibi eos, quos tyranni
in hac vita persecuti sunt, vsque ad sanguinis effusionem, & qui

æquo animo labores pro Dei amore perpessi sunt. Ad sextũ cho- 22
rum, qui est Dominationum perueniens, ibi Reges, Principes, &
Patriarchas reliquit, qui rectè munera sua exercuerunt. In sep-
timo choro, qui est Thronorũ, hic sanctos sacerdotes, qui Dei se-
des fuerunt, reliquit. Ad octauũ chorũ, qui est Cherubim perue
niens ibi sapientes, & doctores reliquit, qui in hac vita verbo &
exẽplo homines docuerunt. In nono, qui Seraphim dicitur, hic
omnes charitate perfectos reliquit, quib⁹ omnis in suis proprijs
sedibus relictis vltra Dñs ascẽdit. Ascendit super Cherubim, &
volauit, vt ad æterni Patris dexterã sederet. Et hæc est speciosi-
tas diuisionis spoliorũ: de quibus hic loquitur Dauid. Et inferius
exactius declarat mirabilẽ huius ascensionis gloriosæ modũ di-
cens: Currus Dei decẽ millibus multiplex, millia lætantiũ. Con
fiderate, dilectissimi, illos tam Angelorũ, quàm sanctorũ innu- 23
meros exercitus Dñm in hoc ascẽsu comitantes: quos hic Dauid
per denariũ enumerat, vt multitudinem eorũ denotaret: denari⁹
siquidem numerus omniũ supremus est: nã statim, vt perueni-
mus ad decẽ statim ab vno & duo resumimus? nã vndecim, decẽ
& vnũ sunt, &c. Considerate etiã singulos illorum beatorũ mi-
cantes sicut sol. Nã sicut scriptũ est, fulgebũt iusti sicut sol. O-
nes verò iustorũ exercitus simul, tanquã veri Dei & hominis Ie
su Christi currus erant, qui tanquã triũphator Dux ineffabili ni
tore super illos vehebatur. Quid ergo esset talẽ ac tantũ triũpha-
torem, & currum cernere? Quantus splendor ac pulchritudo ex
tot solibus redũdaret? O terq; quaterq; beati, qui huic admirabi-
li comitatu interesse meruerũt. Quo nã pretio, dicite fratres, qui-
cunq; illorum beatorũ, quæ pertulit nõ pertulisse nollet, & quæ 24
præstitit nõ præstitisse, propter quæ tanti boni particeps factus
est? O dilectissimi, si hæc passim toto animo euolueremus, vtiq;
in eorum amorem raperemur, & ad perpetuum obsequium tan-
ti ac boni Dei incitaremur, qui sic seruitia sibi exhibita remune
rare nouit. Sed heu dolor, quia transacto iam festo, aliud aduenit
festum; & his solennitatibus, nec horam quidem impendimus
in meditatione mysteriorum, quæ in illis sancta proponit Eccle
sia: ideoq; viuimus cum tãta frigiditate, & animi remissione. Ne
ita fiat dilectissimi, obsecro. Solet lampas, quæ in Ecclesia est, vt
lucernæ, & cerei ascendantur à summo ad imum demitti: postea
verò sursum leuatur, vt priùs erat. Regius Dauid sic deprecari so-

Simile.

litus

25 litus erat. Domine inclina cælos tuos & descẽde. Iuxta quę ver- *Psal.* 146
ba magnæ vrgent difficultates. Prima est, Deum descendere:
nam teste Philosopho, illa quæ optimo modo se habent, non in- *Aristote.*
digẽt motu. Cum ergo Deus sit infinitè bonus, & habeat se opti *2. de Calo.*
mo modo non indiget motu, neque potest moueri, quia immu-
tabilis est: neque quo descendat habet, neque quo ascendat; quia
omnia replet. Cum ergo Dauid alias sapientissimus sit, quomo
do illum descendere petit? Secunda difficultas est, quia cęlos de-
scendere postulat: si ergo descendent, quidnam illos capere po-
terit? Nam teste Ptolomæo in Centilogio, quælibet stella ma-
ior est tota terra: quid erit cælum? Credite mihi Astrologiæ ma-
gis peritum Dauidem Ptolomęo esse, nec ignorabat cælos si de-
scendissent capere eos terram non posse, sed fatendum est hic de
26 cælis materialibus non fuisse locutum. Qualiter ergo hæc debẽt
intelligi? dicam vobis. Cum ab Hispanis Francorum Rex fuit ca
ptus vulgò ferebatur [*Gran baxa ha dado Francia, y quando se saqueo Ro
ma dezian, gran baxa ha dado Roma.*] Quid hoc? nunquid Gallia de-
scendit? Montes ijdem, saltus ijdem, sicut antea remanserunt: si-
militer Roma cum suis ædificijs, muris, & turribus remansit.
[*Querian dezir en esto, que Francia, y Roma auian dado gran baxa en la
estima y reputacion.*] A suo enim pristino statu & cum honoris ia-
ctura defecerant, & eorum quasi inclinata dominia erant. Hoc
est, quod postulabat Dauid, vt manens Deus tam excelsus, su-
blimis & infinitus sicut antea erat, inclinaret cælos, id est, suas
excellentias, & perfectiones, suam bonitatem, sapientiam, &
misericordiam in hominum reputatione, & factus homo in tan-
27 tam ignominiam, & pusillitatem pro nobis descenderet, siqui-
dem cum iniquis reputatus est. Hic ergo descẽsus huius cælestis
lampadis fuit, vt animarum nostrarum lucernas extinctas accen
deret. Vnde idem Dominus ait: Ignem veni mittere in terrã, & *Luc.* 12.
quid volo nisi vt accendatur? Propterea operatus est, passus est,
& docuit quodcunque Sacra scriptura refert. Postquam verò
cuncta, quæ necessaria erant, vt hoc diuino igne accenderemur
perfecit, iterum in altum tollitur lampas, scilicet, ad dexteram
Dei Patris in cælum. Quidnam dilectissimi, si postquam vni-
genitus Dei filius hæc omnia iam perfecerit, omnemque ad-
hibuerit diligentiam, vt lampades cordis nostri accendantur,
penè extincti & emortui remanserimus, sicut antea eramus?

Videns Deus homines, ita erga res terreas affectos esse, ait: Vo- 28
lo terra fieri, vt siquidem homines res terreas ita affectant, & diligunt me terram factum diligant. Postquam ergo vidit homines affectare illam terram, hoc est, humanitatem, quam sibi vniuit; ascendit in cælum. Ideò dilectissimi, sursum corda, sursum corda. Terram amatis? terra in cælum ascendit, verbo Dei vnita: vt per hanc nos attracti præcipuè illum diligamus, tanquã summum bonum, & originem, à quo gratia dimanat, cum qua adipiscitur gloria: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

IN DIE SANCTO Pentecostes Concio Prima.

Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Ioã. 14.

ADMIRABILIS Saluatoris nostri Ascensionis veneranda solennitas Ecclesiæ triumphanti lęta, & iucunda fuit; huius similiter diei sancta festiuitas Ecclesiæ triumphãti non minus grata & iucunda extitit. Quòd si in illa die ob illam sanctissimæ humanitatis reparatoris nostri exaltationem sic beati exultauerunt: nobis, qui in terris sumus, maior ratio gaudij adest, propter aduentum Spiritus sancti in hunc mundum: 2
vtilior siquidem Spiritus sancti in Ecclesiam militantem aduentus fuit, quàm Iesu Christi filij Dei in Ecclesiam triumphantem ascensus. Nã & si illa gloriosa humanitas in Ecclesiam triũphantem non ascenderet, nihil, quod ad suum statum, & essentialem gloriam attinet, Angelis deerat; quanuis accidentale gaudium illis accumulauit. Veruntamen si Spiritus sanctus super Apostolos cum illa superuenientis gratiæ plenitudine non descendisset, fides & charitas, quæ Ecclesiæ huius statui maximè
simile. necessaria sunt, periclitarentur. Ad tormenta bellica priusquàm ignis applicetur, etiam pueri intrepide accedũt, & plaustra hinc inde rotant: at verò quando ignis apponitur omnes fugiunt, nullus

lus accedere audet, prętquam [*El artillero*] qui ignem admouet. Ad sanctos Apostolos, qui vera tormenta bellica Dei fuerũt, antequàm Spiritus sanctus tanquã [*Verdadero artillero*] ignẽ sui amoris & virtutis illorum cordibus applicaret, nullus nõ ad ipsos accedere præsumebat, & hinc inde rotare. Perpẽdite vti puella sic D. Petrum euertit, vt vnicũ suum magistrũ negaret: at postquã Spiritus sancti gratia plenus fuit, primo ictu animarum tria millia solo æquauit, vnica & singulari cõcione à sua infidelitate eiecit, & suaui iugo fidei Christi submisit: vt patet in Actibus Apostolorũ, vbi dicitur: In illa & eadẽ hora (scilicet, qua Spiritus sanctus cũ illa admirabili gratiæ plenitudine superuenit) stans Petrus cũ vndecim, eleuauit vocem suã coram populi multitudine, habuitq; egregiam, de qua nonnulla ibi recitãtur. Et tandẽ con- *Act.* 2.
4 cludit D. Lucas, alijs etiã verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens: Saluamini à generatione ista praua. Qui ergo receperũt sermonẽ eius baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia. Ecce quantum beneficiũ hoc fuerit mundo conducibile. Et quãuis sacratissima hęc solennitas propria Apostolorũ videatur, super quos diuinus ille spiritus descendit, nihilominus nostra etiã dicetur, cùm super illos hoc cęleste donũ ita descenderit, vt in mũdo remãserit, vt infideliũ cordibus donec seculũ hoc perdurabit resideat. Et hoc est, quod in symbolo canitur, & quotidie confitemur, dicẽtes: Credo sanctã Ecclesiã, & sanctorũ communionẽ: quibus verbis in mundo hãc sanctam Catholicorũ communionẽ esse confitemur, inter quos sunt multi iusti, qui huius diuini spiritus donũ participãt. Moy
5 se holocaustũ in deserto offerente, ignis de cælo super illud descendit: quẽ in posterũ Hebræi conseruauerũt, vsq; in Babyloniæ captiuitatis tẽpus, super imponẽtes, & applicãtes ligna, qui posteaquã extinctus fuit, mirificè reuixit, vt in libris Macha. di- 2. *Mach.* 1
citur. Et ille ignis, in quo holocausta cremabantur, huius diuini ignis, qui corda sanctorũ Apostolorũ accẽdit, typus erat. Et sicut olim nullũ sacrificiorũ, quod igne illo nõ cõbureretur, Deo acceptũ erat: ita modo, si huius diuini ignis desit virt⁹, nullũ Deo obsequiũ gratũ sit. Et sicut ille ignis perdurauit, dũ lex antiqua adiuixit: similiter hic diuinus ignis nobiscũ permanebit in hoc mũdo, dũ lex gratiæ manebit, videlicet, vsq; ad vniuersale iudiciũ. Et quãuis modò Spiritus sanctus visibiliter nõ apparet, sicut in

die Pentecostes; non ob id suus inuisibilis descensus inutilis dicēdus est, quin potiùs vtilis valde. Eædē vuæ, quæ in autūno colliguntur folijs & pāpinis vestitæ, solēt in hyeme vēdi sine frondibus & pāpinis; & ob id non minus vtiles, & grati saporis sunt. Ita in primitiua Ecclesia, sicut in vere & autumno, pomū illud ē cælo cū folijs, & pāpinis afferebatur, videlicet, in signis visibilibus, quibus Spiritus sanctus dabatur. Nunc verò idē diuinus spiritus absq; signis exterioribus in fidelium corda descendit; & tamen vtilissimus, & iucundissimus illis, quibus se communicat. 6

simile.

Et quoniam hodierno die amoris festum celebram⁹, Spiritus nanq; sanctus, vt D. Gregorius in homil. Pent. ait: amor est; ideò hoc nobis hodie proponitur Euangeliū, in quo de amore agitur: vbi diuina & absoluta bonitas Christus Redemptor noster ait: *Si quis diligit me, sermonem meū seruabit.* Amor res est, cū qua rationalis creatura suo Creatori potest correspōdere, & debitum soluere, quāuis non æquialenter, saltim quadā similitudine. Si Deus homini remittit, nequit similiter homo Deo remittere, quia nō habet quid illi remittat: si Deus erga hominē misericors est, nequit homo Dei misereri, quia Deus miser non est: at verò si De⁹ hominē amat, etiā homo Deū amare potest. Nec mirum videbitur, q̄ Pygmæus, seu nanus minùs quā Gigas currat, inter quos tanta est differentia: nec proinde dicetur nō currere nanus, imò currit, etsi passibus inæqualibus. Minus mirari oportet, q̄ creatura nō ita diligat sicut creator, inter quos infinita est distātia: nihilominus, si amor creatoris, amor dicitur, etiam amor creaturæ amor dicetur. Et hoc singulare beneficiū fuit, quod Deus humanæ naturę cōtulit, scilicet, q̄ posset illū diligere. Et quāuis in rebus tēporalibus, quarū possessio vana est, imò illas nō possidere conducit, nos fecit inæquales: quosdā enim Deus diuites fecit, alios verò pauperes & egenos; quosdā formosos, alios deformes; quosdam proceros, alios paruos: tamen in re necessaria omnes æquales fecit, scilicet, in potestate diligendi illum: quam facultatē omnes cùm habeamus, verbū ignominiosum valdè nobis est, quod Dominus proponit, dicēs: Si quis diligit me. O Deus bonitatis immensæ, pulchritudinis infinitæ, quid hoc Domine in dubiū vocas? Videris cū metu loqui, quasi q̄ nullus sit forte, quo te diligat. Si te nō diligunt, quē diligent? O quam meritò loquitur Dns hoc modo de amore creaturarum erga illū, quia semper inquum

Gregor. homil. 30. in Euāge. circa princi.

D. Thom. 1. p. q. 37. art. 1.

7

simile.

8

9 quū ei amoris pretiū persoluerūt. De tēporibus illis ait Dauid: Dns de cælo prospexit super filios hominū, vt videat si est intelligens aut requirēs Deum, & vidit, q̄ omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonū, nō est vsq; ad vnum. Et existimo ferè idē modò agi, aut paulò minus. Mēsura amoris est memoria. Quē multū diligimus, semper ob oculos habem⁹; semper illius recordamur. Et siquidem vix, aut nunquā Dei recordamur, hæc obliuio signū est pusilli amoris, quo illū diligimus. Per Hiere. conqueritur Dns, dicens: Nunquid obliuiscetur virgo ornamēti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? Populus verò meus oblitus est mei diebus innumeris. O magna & terribilis confusio filiorū Adā. O quāta exaggeratione de sui obliuione hic cōqueritur Dns dicēs, quod nihil sit in mūdo, etiā nullius momenti, cu
10 ius non sit memoria, præter se. Quādo oblita est virgo ornamēti sui? quòd si aliquādo nō se ornat, sicut desiderat; die altera se perpolitè componit: at populus meus nō die vna tantū, non hebdomada vna, nō mense vno, sed diebus innumeris oblitus est mei. Quodnam igitur efficacius argumētum nostri pusilli amoris inueniri potest? Insuper ad cognoscendū quantus sit amor, quo aliquam rē diligimus, in hoc planè dignoscetur, si carētia illius tristitiā affert. Pulsus amoris, est dolor, qui sensibilior amore est. In-
cūbis rei familiari nimis, & amas diuitias ardenter? cum eas amittis, fit planum. Certe compertum est, quàm modicè Sanctus ille Iob diuitias amabat, quas cum amisisset, & nūtius vnus, alter, & plures, vt iacturas & infortunia illi nuntiarent, superuenirent, quousq; tamen de morte filiorum nuntiatum fuit, ille nunquā
11 tristatus est. Tuncenim surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, vt inquit sacer textus. O nostri pusilli amoris erga Deum signum manifestum, cùm illum amittere tam parum dolemus. Ipsa die qua miser homo mortaliter peccat, ridet, manducat, dormit, lasciuit, tanto gustu ac delectatione, acsi amittere Deum esset corrigiam calciamenti perdere. Et dicere videtur illud Eccles. Peccaui, & quid mihi accidit triste? O miser homo in quantā insensibilitatē tua te peccata prouexerūt. Hinc videre licet, quàm meritò dixit Dns: *Si quis diligit me.* At verò inferiùs de amoris defectu loquens, nō dixit conditionaliter: Si quis non diligit me, quoniam apud homines semper huius maximum defectum inuenit.

simile.

Psal. 13.

Hiere. 2.

Iob. 1.

Eccle. 5.

Ait ergo Dominus: *Si quis diligit me, sermonē meū seruabit.* In qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus verbis nos docet necessariũ esse, quòd manifestetur amor, 18
& bonis operibus comitetur. Nam bona opera sine amore non
Psal.65. sufficiunt, vnde cecinit Dauid: Holocausta medullata offeram
tibi, id est, holocausta amoris vacua, & deuotionis expertia tibi
non offeram, sed medullata, hoc est, amoris plena, affectus & bo-
Simile. næ voluntatis. Medulla nanq; boni operis amor est. Et sicut ex
ossibus corrosis, & sine medullis, aut ex nucibus cassis, & crustis
auellanarũ magno principi oblatum munus minus gratũ esset:
ita opera, quæ Deo sine amore offeruntur, minus grata, neq; ac
1.Cor.3. cepta sunt. Hoc est, quod Apostolus asseuerabat: Si distribuero,
inquit, in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradi-
dero corpus meum, ita, vt ardeat, charitatem autem non habue-
ro, nihil mihi prodest. Similiter dilectio sine operibus non suffi-
cit, si operandi facultas adsit: quo suos seculi amantes amores 19
Simile. agunt, eodem modo debemus nos cum Deo agere. Si quis enim
nobilis puellam ardenter amat, nihil est, quod ipsa amanti præ-
cipiat, quin opere præstet: mittit ad illum seruum. Et, dic, inquit,
equiti illi, quòd noui illũ cũ tali vel tali inimicitias gerere, si me
amat supplex oro, ne illi noceat, quin protinus pareat & reconci
lietur ei. Nec solùm contẽtus est illius obedire mãdatis, sed iden-
tidem considerat, in quo illi complacere possit. Si enim gratum
hoc illi fore intelligit, circuit domũ, perambulat vicũ tota die si-
ne mora, sine lassitudine & defatigatione instar horologij. Si mu
nuscula petit, quo gaudio afficitur? qua cũ lętitia ea mittit? & si-
mul etiam cor? Ludicra certamina parat, arundinibus ludit, can-
tilenis noctu applaudit, musica aures demulcet. Hæc, & alia his
similia facit, vt ostendat quàm ardenter illam amet. O filij homi- 4
17 cilia. num, si creaturarum amor in Dei amorem transiret, quantum lu
cri vobis fieret: & si ea, quę pro vilissimi vermiculi amore facitis,
pro illius infinitæ maiestatis amore faceretis. Agite dilectissimi,
oculos vestros aperite: aggredimini obseruare in diuino amore
easdẽ leges, quas in seculi amore obseruatis, nec iota vnum, nec
apicẽ à Dei beneplacito trãsgrediamini. Nunciat vobis per vnũ
Matth.5. mandatorũ suorũ: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui
oderunt vos, caput inclinate dicentes: grauiter offensus sum: at
verò quia Deꝰ præcipit patiẽter ferã, æquanimiter tolerabo; nec
tantũ hoc, sed id omne quod sibi placere nostis, sicut in suis præ-
ceptis mãdauit. Idq; eadẽ affectione & prõptitudine facite, qua

facere

15 facere cernitis illũ, qui amore seculi captus est. Mittite ad illum
munera, quæ à vobis petit, per manus pauperũ, & cũ illis cor ve-
strũ. Circuite portã, lustrate domũ eius, quæ est sancta eius Ec-
clesia. Maxima cum deuotione, suaui orationis feruidę modulo
psallite illi. Hastas pro sui amoris obsequio fortiter frãgite, Dæ-
monis tẽtationibus & insultibus resistẽtes iacula repellite, victo
riãq; ex his omnib⁹ reportare pro gloria tãti Dei satagite. ¶Hic
valdè notãdũ est, qꝑ loquens Dñs de sua diuina lege, quã ille, qui
illũ diligit, debet obseruare, sermonẽ illã appellat, dicẽs: *Si quis di
ligit me, sermonẽ meũ seruabit.* Cũ verò de illo, qui nõ diligit loquitur, ait: *Qui nõ diligit me, sermones meos nõ seruat.* Nõ dicit sermonem
in singulari. In quibus verbis inter ipsum, qui non diligit, & qui
diligit, vnũ discrimẽ ex præcipuis assignat. Nã ei, qui diligit to-
16ta lex, vnũ verbũ videtur, & vnũ tantum præceptũ: quia hæc est
proprietas amoris facere omnia suauia. Vnde sacra Scriptura, de
Moyse & Aarõ maximis Dei familiaribus verba faciẽs, ait: Cu-
stodiebãt testimonia eius, & pręceptum, quod dedit illis. Et Re-
gius Dauid de seipso ait: Quomodo dilexi legẽ tuã Dñe; tota die *Psal.98.*
meditatio mea est: super inimicos meos prudentẽ me feciśti mã
dato tuo. Sexcenta, & tredecim præcepta secundũ Galatinũ, aut *Galat.lib.*
secundũ Guil. & Burg. tot quot dies in anno, vnum præceptũ, & *11. de ar-*
vnũ verbũ appellat: mira res. Sancti etiã Prophetæ, quæcunq; à *can. catho*
Deo eis præcipiebãtur, vnicũ verbũ dicebãt, vt in principio sua- *li. fid. c.4*
rũ visionũ patet, cũ dicitur: Factũ est verbũ Dñi ad Ionã. Verbũ *Guillel. Pa*
Dñi, quod factũ est ad Michęã, & sic de alijs. In his docet nos Spi *ris. lib. de*
ritus sanctus, quẽadmodũ diuinus amor facit omnia suauia, & fa *fide & le*
17 cilia. *gibus.*
Dñm diligũt; qui quãuis multa præcipiat, & in se nimis aspera, *Turg. lib.*
difficiliaq; appareãt; fauet tamẽ, & auxiliũ præstat, ita, vt facilli- *1. Scruti-*
mo quisq; negotio illa possit operari. Cũ Leuitæ arcã fœderis su *nij. d. 8. ca*
per humeros asportarẽt, quæ propter ligna Setim & cælaturã au *pit. 9.*
ri solidi extrinsecus, & intrinsecus, ex quibus fabricata erat, ad- *Ion. 1.*
modũ erat grauis, sed auxiliũ præstitit eis Deus, vt leuiter aspor *Mich. 1.*
tarẽt illã. Vnde sacer textus subdit: Cũq; adiuuissẽt Deus Leui- *1. Par. 15.*
tas, qui portabãt arcã fœderis Dñi, immolabantur septẽ tauri, &
septẽ arietes. Vbi Lyra notat Hebræos dicere, qꝑ diuina virtute
arca portabat seipsam, id est, qꝑ sic portabatur, vt Leuitæ nullum
põdus sustinere sibi viderẽtur: pro quo miraculo, immolatio illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

septem taurorum, & totidem arietum fiebat. Eundem omni- 18
no Deum, quem illi auxiliatorẽ habebant, habemus & nos. Hũc
si verè diligimus, quanuis quæ præcipit, vt super humeros porte
mus grauia videantur, leuissima apparebunt, & maxima cũ læti
tia & suauitate feremus. Quodnam onus, obsecro, dicite mihi,
Beatus Laurẽtius sentiebat, dum in craticula super positus vrere
tur ad impijssimũ tyrannũ dicens: Assatũ est, versa & manduca?
Quod nam Beati Apostoli onus sentiebant, de quibus dicitur,
Act. 5. ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij? Huc vsque san-
Psal. 83. ctus Dauid peruenerat, cum dicebat: Cormeũ, & caro mea exul-
tauerunt in Deũ viuũ. Deum viuũ appellat, quia hanc viuacita-
tem diuinã in homine operatur, exqua prouenit gaudiũ internũ
corporis, & animæ. Et subdit statim ratio: ẽ sui gaudij dicẽs, Ete
nim passer inuenit sibi domũ, & turtur nidũ. Passer volitans est 19
cor: hic passer domum & requiẽ tunc inuenit, cũefficaciter amor
intrat ipsum. Et turtur, vt ait glossa hic, est caro domita, & subie
cta, quæ omnia sua studia in rebus, quæ amori deseruiunt, collo-
cat. Econtra verò ei, qui Deũ non diligit, omne graue videtur, &
vnum præceptũ plura existimat. Propterea inquit: qui non dili
git me sermones meos non seruat. Hi similes Euæ videtur quæ
Gene. 3. respondens quæstioni, quã serpens illi proposuit, ait: De fructu
ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne come
deremus, & ne tangeremus illud. Nõ vtiq; dixerat hoc Deus, sed
tantũne comederent de fructu illo, cui visum est duas res præcepis
se, duoq; præcepta imposuisse. Mos est inter peccatores valde
vsitatus conqueri, ꝙ multa eis præcipiãtur, eaq; maximè difficí
lia. Stellæ cœli quanuis perlucidæ sint, sæpe tamẽ contingit, vt 20
mane consurgens videas, eo ꝙ aer vaporibus obnubilatus & de-
turbatus sit, sanguineo colore tinctas. Cuius reinouitate obstupe
Simile. factus interrogas: Quid hoc prodigij, stellas video sanguine su-
perfusas. Nõ sunt verę, vapores interpositi faciunt, vt sic sangui-
neæ appareant. O peccator: ieiuniũ stella est perfulgida: Elee-
mosyna stella est pulcherrima, condonare iniuriã astrũ est cœle
Apo. 12. ste: his coronat Deus iustorũ animas. Et sic ait B. Ioannes, signũ
magnũ apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & in capite eius co
rona duodecim stellarũ. Nũquid stellæ deseruiunt loco coronæ?
Vtiq; nã animę suis meritis coronãtur, & virtutibus. At malis af
fectib⁹, honoris ambitu, cupiditatib⁹ indecẽtib⁹, quæ ex sensuali

appe-

21 appetitu consurgunt, adeo intellectus & ratio conturbatur: vt
hæc tã eximiæ, & perlucidæ stellæ ei sanguineæ videãtur, idest,
illud, quod iustis est in honore, & pro gloria & requie summa re
putant, peccatoribus dolor videtur, ignominia & labor. Cũ ex- *Num. 13.*
ploratores, quos Moyses misit venirẽt in Hebrõ ciuitatẽ, ex his,
qui probi erant, illuc venerunt, vt Deũ in illa ciuitate adorarẽt,
vbi sepulchra sanctorũ patrũ Abrahã, Isaac, & Iacob sita erãt. Im
probi verò tantũ venerunt Deo permittente, vt viderẽt Gigãtes
& timore corriperentur. Et ita vna & eadẽ ciuitas, quæ maximũ
solatiũ bonis fuit, terror fuit malis: adeò, vt postea populo nuntiã
tes dicerent: Ibi vidimus monstra quædã filiorũ Enach de gene-
re gigãtęo, quibus cõparati quasi locustę videbamur. Hoc ipsum
re vera hodie cõtingit, nẽpe ex vna & eadẽ peregrinatiõe, & pro
22 cessione, inde iustus deuotionẽ simul, & meritũ depromit, & ini-
quus cõdẽnationẽ. Eadẽ vitt⁹, quę bonos cõsolatur malos deterret.

Et notate prẽmiũ, quod hic liberalissimus dominus ei, qui dili
git, & suis obtẽperat præceptis, hic assignat? *Et Pater meus diliget*
eũ, & ad eũ veniemus, Tota scilicet, beatissima Trinitas. *Et mansionẽ*
apud eũ faciemus. At si Deus venit, Angeli vbi manebunt? Et si
Deus venit, simul & cœlestis curia cũ ipso, qualis anima illa re-
manebit? Vtiq; alterũ empyreũ cœlũ anima illa videbitur. O
glorificatus sit talis Deus. O domine, tua lingua sit benedicta: be
nedictũ sit os tuũ, quo tã sanctũ verbum pronuntiasti, & tã glo-
riosum tãque ineffabile bonũ promisisti. Quãtò potiora dilectis-
23 simi dona, & promissa sunt, quæ magnus hic Deus Christianæ
fecit Ecclesiæ, quã illa, quæ populo Hebræorũ contulit! Quòdã
dixit populo illi: Nõ adorabis Deos Amorrhęorũ, & Chananęo
rũ, vt benedicã panibus tuis, & aquis tuis, & auferã infirmitatẽ de *Exo. 23.*
medio tui. Nõ erit infęcunda, nec sterilis in terra tua, numerũdie
rũ tuorũ implebo. In quibus verbis primò notandũ occurrit, quę
nã fuit, aut esse potuit ratio, ob quã Hebręi illi ita ad idololatriã
propensi erãt, vt passim in sacra scriptura de hoc tam execrando
vitio illos redarguat, & ab hac iniquitatis via reducere studeat
& hæc est ratio: quia, cùm omnes boni esse optemus [*Sin dexar*
de ser lo que somos] Hoc est, vt nostræ libidinis affectus exe-
qui simul liceret, & bonos esse, aliud conuenientius excogi-
tari non poterat, quam ex peccatis, & inordinatis affectibus
actus religionis facere, & sacrificiorũ titulo, quæ Deo libantur

ea nun

ea nũcupari. Propterea populus ille idololatriæ vitio nimis incũ- 24
bebat, quia diabolus idololatris persuasit dijs placere in exequẽ
dis suis obscœnis affectibus. Secũdò, quod notãdũ occurrit, est:
omne id quod illis Dñs pollicebatur, ne essent idololatræ tẽpo-
rale esse, quia carnales erãt, instar puerorũ qui plus æstimãt po-
Simile. mũ, quã gẽmas & aurũ. Et sicut pater filiũ iã adultum nõ placat
pomis, nisi ingẽtem primogenituã tribuat: sic Deus erga popu
lũ Christianũ aliter se habet, quã erga populũ Hebrẽorũ, qui ve
luti pueri nænias & puerilia diligebãt. Per panẽ & aquã, hîc sa-
cra Scriptura omnes cibos tẽporales intelligit. Vbi nõ dicit: Da-
bo panẽ, sed: Benedicã panibus: vt sciamus, quia panis non satu-
Prouer.10. rat, nisi cũ benedictiõe Dei de qua dicitur: Benedictio Dñi diui
tes facit. Deinde dicit: Numerũ dierũ tuorũ implebo: id est, vita
tua nõ breuiabitur peste, bello, aut fame: sed laudabilẽ senectu- 25
tẽ cõsequeris. Hinc sacra Scriptura de sanctis patribus ait: ꝙ mo
riebãtur pleni dierũ, & in senectute bona. At verò patribus nou-
æ legis nõ terrena, nõ dierũ longitudinẽ promittit: siquidẽ mar
tyria, & eorũ passiones ad maiorẽ sui gloriã & trophæũ vitã eis
ademerunt. ¶ Quod nobis ergo promittit, est: *Ad eũ veniemus, &*
mansionẽ apud eũ faciem⁹. Mirabile quidẽ est, quia loquẽte Dño de
illo, qui amat, statim ponit illius amoris prẽmiũ: at verò cum lo-
quitur de illo, qui nõ amat, non posuit peccati pœnam. Quid est
hoc, ô Angelorũ gloria, tã parũ malũ est te nõ amari, vt nullam
huic peccato pœnã statuas? Quin imò fratres tã grande malũ est
hoc summũ bonũ nõ diligere, vt dato ꝙ gehẽna ignis non esset,
suauitate & dulcedine istius diuini amoris duntaxat carere, sit
grauissimum supplicium. Vnde Dominus de populo Israel ait: 26
Oseæ.1. Voca nomen eius, non populus meus, quia ego non ero vester.
Hæc est terribilis, & maxima pœna, nẽpe in suis peccatis illos
Deus relinquere. Propter hoc malũ Isaias Propheta dolebat, di-
Isa.64. cẽs: Abscõdisti faciẽ tuã à nobis, & allisisti nos in manu iniquita
tis nostræ. O admirabilis verbi exaggeratio: siquidẽ, ab aliquib⁹
peccatorib⁹ propter iniquitates suas, peculiaria auxilia sua Deũ
auferre, dicit hic sanctus Propheta esse quasi allidere illos lapidi
bus, & confringere. Absit fratres pro diuina pietate tam crude-
lis & impia manus, qualis est iniquitas nostra. Quod si dicatis:
Age pater, peccatores ex sua propria volũtate in peccato cõmo-
rari volũt, nec Deũ diligere, quomodo suppliciũ id dicit? Dico,
quòd

27 quòd punit illos Deus permittens, vt in peccato permanere ve-
lint. Vnde in illo Isaiæ, vbi legimus: Nisi credideritis nõ perma- *Isa.7.*
nebitis: in Hebræo habetur, Amathathi: hoc est, si non credide-
ritis, non credetis. In hoc, ô peccator, te Deus punit. Non vis cre
dere? ne credas; & nolle credere, graue supplicium est pro peccа-
tis præteritis inflictum. Vnde Dominus Salomoni ait: Si auer-
sione auersi fueritis, auferam Israel de superficie terræ, quam de-
di eis; & templum quod sanctificaui nomini meo proijciã à con- *3. Reg. 9.*
spectu meo. Auferre Dominum ab illis terram, vtiq; pœna pec-
cati videtur: sed hoc, quod minaris templum ab eis auferendum,
hoc est, quod illi & volunt, & optant: nam vt dijs alienis libent,
templum nolunt. Hoc est rigidum nimis flagellum. Flagellabo
illos cum iniquitate, quam diligunt, & non diligant: vt tam sin-
28 gulare beneficium, & refugium, quale est templum, in quo me
affuturum in necessitatibus inuocatum promisi, ab eis auferа-
tur. Et sicut datur pro pœna nolentibus templum, quòd nolint
credere nolentibus, ne credant: similiter diligere nolentibus ne
diligant supplicium grauissimum est. Agite ergo dilectissimi,
& cum hoc ita se habeat, diligenter studeamus, ne incidamus in
hæc supplicia: sed tanquam rationabiles, & lumine fidei illustra
ti, totis viribus cordis nostri ad summum bonum hoc diligendũ
incitemur. Nam sic dispositi suscipiemus illum in hac vita per
gratiam, & in futura per gloriam: ad quam nos perducat Iesus
Mariæ filius, Amen.

In eodem die S. Pentecostes
Concio Secunda.

Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Ioã.14

VERBA Ista magis ignominiosa sunt, quàm re
liqua omnia, quæ in toto sacro Euangelio conti-
nẽtur, quod de dilectione conditionaliter, & tam
in singulari Dominus loquatur. O pulcherrime, li
beralissime, rectissime, sapientissime animarum
sponse, vt quid interrogas Domine dubitanter, dicens: Si quis di
ligit

Universidad de Deusto
Biblioteca

simile. ligit me? Si te non diligunt, quem diligent? Mirabile est, quo im 2
petu capitalis fluuius currat quousque intret in mare. Quanuis
enim retinacula, lapidibus consita circunponantur, nè fluat,
quacunque prorumpit quærens locum, vt labatur & ad finem,
quo tendit perueniat: neque aliquod humanum artificium ex-
cogitari potest quo detineatur, & à suo cõtinuo cursu cesset. At
vero maiorem inclinationem animæ ad beatitudinem habent,
quam flumina ad currendum in mare: & tamen quæcunq; nẽnia
est magnũ impedimentum, quod eas detinet ne currant ad Deũ,
qui est mare infinitę dulcedinis, in quo summa beatitudo consi-
Cant. 5. stit. Hoc significat responsum, quod dedit spõsa dilecto, cũ illã
vocabat ad ostium, dicens: Expoliaui me tunica mea, quomodo
induar illa? Laui pedes meos quomodo inquinabo illos? O ingẽ
tẽ miseriam, quia cum te peccator, inuitet Deus, cui tantũ debes, 3
vt illũ diligas, excusationes affers. Quasnã? Res tã parui momẽti
opponẽs, videlicet quod inquinabis pedes. Vt dęmoni ostiũ ape
rias te mille periculis, & difficultatibus exponis, rei familiaris cũ
iactura, honoris cum periculo, vitæ cũ dispendio: & ad aperien-
dum Deo pigrescis, vt tunicã induas. Ecce quam pueriles res no-
bis impedimento sunt. Quis capitalem fluuium multo tẽpore re
tentum videns non obstupescet? Obstupescẽdum magis nobis
est, videre homines in rebus adeo puerilibus, quales sunt
res huius seculi, detẽtos. Singulare beneficiũ nobis cõtulit Deus
rẽ tam facilẽ qualis est amor à nobis poscens. Ad amandũ enim
nullus est pauper, nullus debilis, nullus insçius: tantũ enim po-
test diligere Deum insipiens, quantũ sapiens, pauper ac dives.
Nobis Deus nubes ascendere, tranare maria, mundũ circuire, vt
illi gratum faceremus non iussit: sed rem tam facilem, qualẽ no- 4
Isai. 43. bis præcepit, eã facere nolimus, magna confusio nostra est. Quã
ergo excusationem in illo tremendo iudicij magni die afferre po
terimus? Hoc per Isaiã Dominus effert dicens: Non me inuoca-
sti Iacob, nec laborasti in me Israel? Nõ obtulisti mihi arietẽ ho
locausti tui, & victimis tuis non glorificasti me: nõ te seruire feci
in oblatione, nec laborẽ tibi præbui in thure: id est: Non diffici-
lia, aut cara, nec sumptuosa tibi prçcepi, sed facillima: verũ tamẽ
me seruire fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi laborem in ini
quitatibus tuis. O efficacissimum argumentũ. Propter peccata
tua, inquit, laboraui vsq; ad mortẽ: propter quod debueras non
solum

5 solum me diligere: verũ etiã si difficillima præcepissem obedire:
sed totum hoc nõ est sufficiẽs, vt me diligas te mouere. O dirã in
gratitudinẽ, æternis supplicijs puniendã? Obsecro fratres, dicite
mihi: quid sentiret Agricola, qui in toto anno per noctans labo-
rauit, pigneratus vt emat triticũ ad seminandũ, & postquã suda-
uerit multũ colendo agrũ, & in semine laborãs, quo tẽpore labo
rũ suorũ fructũ percipere sperat, loco tritici tribulos, & spinas
germinasse inuenit? Quanta afflictione dolore, & amaritudine
afficeretur vidẽs, q̃ omnes sui labores & vigiliæ inanes exierũt,
rẽ & operã perdens? O Christe vitę reparator, qui in Bethlehemi
tico stabulo hyemali tẽpore iacuisti, ex quo tot tantosq; labores
cœpisti pati, nec requiẽ vllam per triginta triũ anorũ spatiũ ha-
buisti, adeo, vt sanguineũ humorẽ in horto Gethsemani sudares:
6 quid æterne Deus agis? Ignẽ semino. Ignem veni mittere in ter *Luc. 12.*
ram, & quid volo niſi vt accendatur? Vbi. D. Hieron. legit: Ignẽ
veni mittere in terrã, quãvolo, vtardeat. Nam, Ti, ideſt, quid, vel
quam significat vehementiam, vt apud Matthęũ: Quã angusta *Matth. 6*
est porta, quæ ducit ad vitam. Et subdidit statim dicens: Baptis-
mo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficia-
tur. In quibus verbis ostendit, quanti stetit illi facere hanc semen
tem, & desideriũ, quo angebatur, vsque dum perficeret illam. At
post hos omnes labores, & diligentias, vt tandẽ ex cordibus no-
stris, in quibus tam singularibus beneficijs amoris ignem semi-
nauit, spinas, & tribulos colligat, qualia sunt peccata nostra, ma-
gna miseria est. Et hęc sufficiens erat occasio, ob quam, si diuinus
hic sator, nunc dolere, & tristari posset, in summo gradu dole-
7 ret, & tristaretur. Dixit Dominus Moysi; Tu & Aaron frater *Num. 20.*
tuus loquimini ad petrã, & illa dabit aquas. Quid nam hoc Do-
mine, à petra iubes aquam peti? Vtique: & illa dabit aquas in
abundantia, vt confundantur homines: & intelligant, quod om
nes creaturæ, etiam quæ nõ habent intellectũ, nec sensum, quod
ab eis postulatur, quanuis ex senõ habeant, suo creatori tribuũt.
Solus homo est inter has res visibiles, rebellis, pertinax, solus
qui suo Creatori denegat, quod ab eo postulat, amorem, scilicet.
Ex quo manifeste ostẽditur cor petra durius habere: siquidẽ dũ
op⁹ fuit, & De⁹ prçcepit aquã illa dedit, ab homine verò obe.⁹ ma
gnã duritiẽ, nec lachrymã quidem exhaurias. Attẽdite, quia sine
Dei amore nũquã faciẽ Dei videbitis. Forte multi sunt in cęloqui
cle-

eleemosynam non dederunt, & plurimi qui non ieiunauerunt, 8
& alij quamplurimi, qui sanguinem suum non fuderunt, nec
labores pro amore Dei passi sunt: veruntamẽ adultorum nullus
ibi est, qui Deum non amauerit: quoniam si non dilexissent, cæ
lum nunquam intrassent. Christus Redemptor noster hãc homi
num tam communẽ frigiditatem agnoscens, ait: *Si quis diligit me.*

Et quid debeat facere, qui illum diligit, subdit, dicens: *Sermo-*
nem meum seruabit. Hoc est, obedire mihi debet, quoniam ipse est
singularis veriq́ue amoris effectus. Vnde verba illa sponsi intel-
Cant.8. ligentur, videlicet: Fortis est, vt mors dilectio. In qua sententia
duo continentur. Primum est, quòd dilectio fortis est, & hoc est
1. *Cor.13.* manifestum. Vnde Beatus Apostolus inquit: Charitas omnia
Augusti. suffert, omnia sustinet: & Beatus Augustinus: Omnia sæua &
sermo.10. grauia facilia & propè nihil facit amor. Et sic mos erat Lacedæ- 9
post Epi- monibus in suis bellis, antequam aggrederentur hostes amori sa
phaniam. crificare: quia putabant in pugnantium amore omnis penè vi-
ctoriæ successum pendère. Secundum est, quod ibi dicitur, scili-
cet: Fortis est, vt mors dilectio: & hoc difficilius apparet, quoniã
ibi sponsus loquitur de diuino amore. Prius enim dixerat: Pone
me vt signaculum super cor tuum, id est: sim ego, ô sponsa, tan-
quam scopus, in quem omnium tuarum cogitationum, deside-
riorum, verborum, & operum sagittæ dirigantur. Vel aliter: Po
ne me, &c. Id est, sim ego cordis tui sigillum. Solet aliquid sigil-
lari alicuius sigillo ad denotandum, quòd illa res tantum illius
propria est, qui ponit sigillum suum: & ita vult Deus tui cordis
sigillum esse, ne alterius quam suimet cor tuum sit, nec alius ei
particeps sit nisi ipse solus. Et pone me, vt signaculum super bra- 10
chium tuum, vt nemo sit particeps operum tuorum præter me;
quasi dicat: Dilige me ex toto corde tuo, & ex omnibus viribus
tuis, quæ per brachium intelliguntur. Et subdit rationem quare
hanc dilectionem petit, dicens: Quia fortis est, vt mors dilectio.
Hinc tota difficultas horum verborum oritur. Quoniam, si de
amore carnali & obscœno loqueretur, videtur morti congrue cõ
paratum, qui facit homines tristes incedere, sine colore, & deco-
re, insuper occidit animas, & in profundum inferni ducit. At ve-
rò, quòd amor diuinus morti cõparetur, hoc mirabile est. Quid,
ô Salomon sapientissime, in diuino inuenisti amore, quòd illũ
morti compares? Nam ni fallor, qui hunc diuinum amorem de-

pingere

11 pingere vellet sic debebat effingere; in curru triumphali residen
tem, quoniam hic est, qui triumphat, & victoriam de omnibus
reportat; in manu sceptrum; in capite auream coronam gestãtẽ,
tanquam regem: ipse est enim, qui corda & regit & gubernat, &
cui omnes nostri affectus, vt obediant æquum est. Et cum alis
velocissimis: quia ipse est, qui facit animas velociter pertransire
per omnia, nec quiescere donec perueniat ad suũ dilectum, qui
Deus est. Effingendus erat præterea, non puer nudus, velut Pro
pertius, Marcellus, & Faustus amorem profanum depinxerunt,
nec cæcus, sed speciosus valde, recte compositus, oculis pulcher-
rimis, quoniam hic diuinus amor est animæ pulchritudo, qua
cum supremæ Dei celsitudini placet: & ipse est qui componit,
ornat, & illustrat intellectum, vt quid facere ei oporteat, videat
12 & cognoscat. Et effingendus erat lætus valde, & iucundus, paci
ficus, & ætatis proiectæ; quoniam ipse lætitia vera, & iucundi-
tas cordis est, & ne inueteretur anima in peccato efficit. Igitur
quid morti cum re tam eximia & excellenti? Fingite in illo parie *Simile.*
te duas imagines depictas esse, amoris alteram qualiter vobis hic
depinxi, mortis alteram sicut à pictoribus pingi solet, nudatam,
scilicet, ossibus, carne exutis, visceribus & intestinis propatulis,
oculis euulsis, naribus & auriculis abscisis. Si has modò imagi-
nes inuicem conferamus, quid magis distans esse potest? quid
huic & illi imagini inter se? Dissonum insciumq́ue videtur dice
re; hæc imago amoris mortis imagini assimilatur. Quomodo er-
go dicit: Fortis est, vt mors dilectio? O admirabile arcanum. Re-
cte sanctus Iob ait: Trahitur sapiẽtia de occultis. Si hæc in super *Iob.28.*
13 ficie attendantur, verè nullam conuenientiam inter has res esse
videtur, sed maximum discrimen. At verò, si vna quæq́ue earũ
rectè consideretur, & intrinsecus perspiciatur, maximam esse
conuenientiam inueniemus, vt inter eas comparatio fiat Mortẽ
etenim, vt experimento compertũ est, nullus vincere hactenus
potuit: vniuersa nanque natura si aduersus illam insurgeret vi-
ctoriam de illa reportare minimè posset. Nec solum à nemine
vinci potest, verum, quod maius est, ipsa vincit omnes. Nec tan-
tum sua magna fortitudo in hoc elucet, omnia vincens; sed etiã
omnia consumit, & dissoluit: visum, auditum & omnes similiter
sensus corporeos. In hac ergo fortitudine morti assimilatur
amor, qui efficit, vt anima, in qua residet, vincat mundum, dæ-

monem, & carnem; & licet sensus corporei viui sint, mortificati 14
appareant, tanquam si mortui essent; insuper, quod ipsa anima
carnis oppressa imperio perfecta cum obedientia sese diuinæ vo
luntati submittat: vnde Beatus pater noster Franciscus dicere so
litus erat, quod perfectus obediens instar cadaueris debet esse.
Cadauer enim nihilo resistit, quod in illo fiat, nec quicquam sen
tit: & ità dilectionem fortem esse sicut mors, est in anima perfe-
ctam obedientiam operari.

Ideò dicit dominus: *Siquis diligit me sermonem meum seruabit.* Ita
sancti patris antiqui dilexerunt illum. Ille Abraham Patriarcha
singulari affectione omnino deditus, omnino subiectus erat diui
Heb. 11. næ voluntati. De quo Diuus Paulus inquit, quod quando Deus
illi præcepit, vt de terra sua egrederetur, exijt nesciens quò iret:
Quo tendis Patriarcha sanctissime? Nescio prorsus; Deus præci- 15
pit: quò diuinæ voluntati placuerit, sinè aliqua contradictio-
Gene. 12. ne illucabibo. Vnde sic legitur in sacra scriptura, Septuagin-
ta quinque annorum erat Abrahã cùm exiret de Haran. Et cum
tam grandæuus esset non se excusauit ab illo tam difficili & gra-
ui præcepto. Deinde cum illi Deus rem tam arduam præcipe-
ret, qualis erat filium suum immolare, nec verbum quidem res-
pondisse legitur, vt patet in sacro textu: sed de nocte consur-
Gene. 22. gens strauit asinum suum. Vbi glossa ordinaria præponderat
Glossa. dicens: Noluit Deus, quod statim Isaac filium suum sacrificaret,
sed quod prius duceret illum in montem valde semotum, itine-
ris trium dierum; quia dicit ibi: Die autem tertio eleuatis oculis
vidit locum procul. Et hoc Deus præordinauit, vt in illo tam lõ
go itinere magis ac magis sancti Patriarchę obedientia perficere 16
tur: qui quidem dormiebat, & epulabatur diebus illis cum filio
suo Isaac, sciens illum mox à se ipso sacrificandum, vt magis do-
lor augeretur, & meritum magis accresceret. Vbi etiam ostendi
tur sancti viri ingenua fortitudo, qui illam tam magnam trist-
tiam illis tribus diebus ità nouit dissimulare, quod nec Isaac fi-
lius suus, nec serui, qui illum comitabantur in vultu dignoscere
rem potuerũt. Etiam perfectus Moysi amor in sua perfecta obe
dientia patuit. Cui cũ præciperet Deus, vlciscere prius Israel de
Num. 31. Madianitis, & sic colligeris ad populũ tuũ, ideſt, postquam perfe
ceris iudiciũ hoc, statim morieris, non animaduertit sanctus vir,
quod illi amplius vitæ non cõcedebatur, quàm vsq; dũ vindictã
illam

17 illam faceret, sed solũ aduertit, quid illi fieri mandabatur, vt sine
mora exequeretur. Vnde dicitur ibi, Statimq; Moyses, Armate,
inquit, ex vobis viros ad pugnã, qui possint vltionẽ Dñi expe-
tere de Madianitis. Attẽde Moyses sancte, quod finito bello, vi-
ta quoq; tua statim finietur. Nihil mea, obedire magis Deo opor
tet, & plus mihi lucri cõparo prõpte obediẽdo, quã iacturę mihi
cõtinget vita priuari. Ita debet esse, quod seruus Dei omne com
modũ debet post ponere, vt protinus exequatur quod à Deo illi
præcipitur. Quid vobis fratres videtur de amore, & fidelitate ho
rum tam piorum virorum? Quare non confundimur, cùm videa
mus nos ab eis tam lõge distare? O Deus bonitatis infinitæ; illu
mina Domine cordis nostri oculos, vt nostros cognoscamus de-
fectus & toto animo humiliemur sub tuo diuino beneplacito.
18 Et est valde notandũ, quod dicturus Dñs illũ, qui diligit debe
re suã legẽ obseruare, sic ait: *Sermonem meum seruabit.* Vt facilitatẽ
illius demonstraret, quia in vno verbo cõtinetur; sicut D. Paulus *Roma.* 13.
significauit dicens; Qui diligit proximum legẽ impleuit. Nã, nõ
adulterabis, nõ occides, nõ furaberis, non falsum testimoniũ di-
ces, nõ cõcupisces. & si quod est aliud mandatũ in hoc verbo in-
stauratur, Diliges proximum tuũ sicut teipsum. Dilectio proxi
mi malũ nõ operatur: plenitudo ergo legis est dilectio. Et cũ lex
Dei tã suauis, & facilis sit, & quod diabolus seruis suis pręcipit, &
suadet nimis difficile, & onerosum, ea est hominũ peruersitas,
quod magis dæmoni obtemperare volunt, quàm Deo. Orẽ stu-
pendã, & assiduis cordis lachrymis deplorandam. Vnde Domi- *Hier.* 16.
nus pro pœna anteactorũ delictorum per Hieremiam peccatori
19 bus dicit: Seruietis dijs, qui non dabũt vobis requiem die nec no-
cte. Hi sunt dæmones, quibus tanquam dijs obediũt. Hoc olim
Dominus insinuauit, quando diabolo in serpentis specie maledi
cens ait: Super pectus tuum gradieris, & terram comedes omni- *Gene.* 3.
bus diebus vitæ tuæ: vbi gradi dæmonem supra pectus est, suũ
cibũ opprimere. Et siquidẽ cibus suus terra est, & homini Deus
dixit: Terra es & in terram ibis, & tunc propriùs homo terra
est, quando inordinate res terreas affectat, tunc enim trãsformat
se in illam, ergo omnis peccator cibus est diaboli. Et gradi dęmo
nem supra pectus suum in terra, est oppressos habere suos, adeò
conculcatos, vt ne per vnius quidem temporis momentum, vix
respirare possint: quia semper repit, & super illos se volutat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et hoc, inquit, omnibus diebus vitæ suæ faciet. Quod intelligi- 20
tur vsque ad finale iudicium: tunc enim aliqualiter ei vita finietur, quando desinet tentare homines, & nocere. Hæc est enim malorum vita, obesse, scilicet: quod nisi malefaciant, videtur sibi viuere non posse. Hoc ità Deus permisit, vt cum homines se oppressos, & defatigatos cernunt, saltim hac via tam miseram serui tutem omittant, & reuertantur ad ipsum. Quemadmodũ Deus protoparentes nostros, in aliqua speciosa & placabili figura à Dæmone tentari non permisit, sed in forma serpentis turpi, & odibili, & sic loqueretur vt obstupescerent, execrarentur illum, & tanquam suspectum haberent & formidarent, (propter quod illorum culpa maior fuit, nam si in Angeli lucis figuram se trãsformasset excusationem aliquam viderentur habere:) ita eidem dæmoni fuit permissum ab idololatris sanguinem humanum, 21
qui sedes animæ est, postulare, vt idola execrarentur, tanquã naturæ humanæ vastatores. His tamen, etsi adeò difficilia præciperent, sacrificabant. Ex quo manifestè ostenditur, quàm propẽ si homines sunt sathanicæ voluntati obtemperare. O cœlum, ô terra, in tam ingenti mortalium peruersitate obstupescite. O fratres saltim vestri miseremini, obsecro, atq̃, à tã crudeli captiuitate redimite; & Dominus vos, & fauore, & indulgentia inuitat, quin etiam, si illum diligitis pater suus diligit vos.

Ait enim: *Et Pater meus diligit eum.* Nunquid Deus modò ali-
Augusti. 5. de Trinit. quẽ diligere incipiet? Diuus Augustinus ait: Absit dicere Deũ aliquem diligere, quasi noua dilectione, quæ anteà in ipso non
1. Ioan. 4. erat. Quomodo ergo hic dicit: Pater meus diligit eum, quasi anteà non dilexerit? Prætereà Diuus Ioannes inquit: In hoc est cha- 22
ritas Dei, non quasi nos dilexerimus, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suũ propitiationẽ pro peccatis nostris. Si ergo Deus prior dilexit nos, quomodo hic dicit, quod si dilexerimus eũ diligit nos? Ad hoc respõdetur, Deũ ab æterno suos electos dilexisse, ad quam dilectionem habendam nullum ille respectum habuit, ad hoc, vt illũ diligeremus nec ne: sicut pater naturaliter filium diligit, etiam si ab eo nullum obsequium recepit: & de hoc æterno amore Beatus Ioannes in sua canonica loquitur. At verò postquam pater diligit filium, si filius bene morigeratus, & obediens euadit ex hoc se præparat, vt multa bona pater illi conferat. Similiter ille, quem Deus ab æterno dilexit, per

23 per suam obedientiam & charitatem se disponit ad hoc, vt multa bona Deus ei cõmunicet. Et hanc Christus Redemptor noster hîc dilectionem vocat dicens: Pater meus diliget eum. Hoc est: Pater meus, quã plurimis beneficijs illum afficiet. Vnde D. Bo- *B. Bonau.*
nauentura ait, quod amor Dei potiùs est effectus, quam affectus.
Hæc loquutus sum vobis, apud vos manẽs, Paracletus autẽ Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. In nomine meo. Ideſt, ad gloriam meam, & mei ipsius manifestationem. Ab hac *Simile.*
ciuitate ad Indos quidam dux forte discesit; literas huc inde mittit, quomodo illuc peruenit, & prospera, qua vtitur valetudine, & quanta cum opulentia viuit, significans. Plurimùm hanc veritatem confirmat, si dux hic dona pretiosa mittat & tã eximia, vt nullibi reperiantur, nisi apud Indos. Christus verus
24 dux verus animarum sponsus, ab Indis gloriæ ad Ecclesiam suam, epistolam mittit, quæ Sanctum Euangelium est, in qua certiorem facit illam, quemadmodum assumptus est in cœlum, & sedet à dextris virtutis Dei. Plurimum hanc fidei veritatem stabilit, dona ineffabilia misisse, & tam singularia, vt nullibi, quã ibi inueniantur. Hæc sunt dona, quę per aduentum Spiritus sancti sancta Ecclesia recepit, de quibus Regius Dauid prædixit: *Psalm. 67.*
Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Et Diuus Paulus hæc verba referens ait: Ascendens in *Ephe. 4.*
altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Captiuitatẽ appellat illos sanctos Patres, quia captiuati fuerãt. *Simile.*
Quẽadmodum si dux catholicus triremem infidelium ceperit, in qua multi Christiani concaptiui erant, dici solet, Tulit omnes
25 captiuos secum. Nunquid qui captiui erant ante liberi non fiũt? Vtiq;, sed, quia anteà captiui fuerant captiuos appellamus illos. Similiter illi sancti patres soluti, & liberi erant, at verò, quia anteà captiui extiterant captiuos vocat illos. Dedit dona hominibus: quæ dona pluuiam voluntariam hic vocat dicens, Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata est, tu verò perfecisti eam. Pluuia dona vocantur ob
vnum singulare mysterium, quod in pluuia latet. Mirum quidem est, nubem aqua onustam cernere, & hanc aquam per minutissimas guttulas à se expellat, & hinc inde dispertiat. Hoc humanam effugit rationem. At mirabilius multò videbitur, quod Spiritus sanctus tot donis cũ sit refert? guttatim, minutimq; illa

hominib⁹ dispertiat: cuius ratio est quia imparatos nos inuenit: 26
quod si parati essemus magis ac magis impertiret. Voluntaria
hæc pluuia dicitur ob illam voluntatem bonam, & ineffabilem,
qua sua dona communicat Deus. Vnde Sanctus Isaias de modo,
quo Spiritus sanctus Christo Redẽptori nostro se cõmunicauit,
Isai.11. loquens ait: Et requiescetu sper eum spiritus Domini. Nunquid
Spiritus sanctus ante lassatus erat, quia requiesceret? Dico sum-
mam, & incomparabilem voluntatem communicandi se nimis
Spiritui sancto inesse: & hæc (si sic dici fas est) sua defatigatio
erat: cuius requies fuit tantam ac talem inuenisse dispositionem,
qualẽ in anima sanctissima Christi Redẽptoris nostri inuenit,
vt nimis se communicaret illi. Hac pluuia voluntaria inquit hæ
reditatem Domini infirmatam esse, de qua infirmitate sponsa
Cant.5. dicit. Amore langueo: quia vniuersa illa sancta familia quodam 27
Simile. tenero amore affecta, & perfecta remansit. Opera fictilia quan-
uis singulari artificio elaborata fabrefactaque sint, adhuc ad suæ
perfectionis complementum in fornacem mittantur opus est,
vt ibi decocta splendorem firmitatemque recipiant. Ità sancti
Apostoli, in quibus Dominus tanto labore documẽta posuerat,
eosq; virtutibus ornauerat, opus fuit, vt tandem in illo igne, qui
est Spiritus sanctus splendorẽ reciperent, & fortificarentur. Et
quia hoc omne factũ est, vt Christum verũ esse Deum mundus
cognosceret, & proinde diligerent, & parerent ei; ideo inquit,
In nomine meo, hoc est, ad gloriam meam manifestandam.

Præterea subdit. *Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.* Idest: intrinsecus clarificabit, & illumina-
bit mentes vestras, vt quæ dixi, & dicturus sum vobis intelliga- 28
Simile. tis. Figuræ, quæ sunt in vitro depictæ, & colores eius, si sol non
irradiet lituræ, & repecij videntur: at vero, si sol irradiet, colores
& pulchritudo eius apparet. Ita discipuli, in quorum cordibus al
tissima mysteria depinxerat Dominus, quia erant obtenebrati,
nullus satis illa dignoscebat: ideo venit Spiritus sanctus illos illu
minare, vt sic figuræ, & colores discernerentur, & sic viri sancti
intelligerent mysteria, doctrinas & earum sensum, pulchritudi-
nem, & profunditatem eaque homines docerent. Sanctus Lucas
in Actibus Apostolorum hunc Spiritus sancti mirabilem descẽ
Acto.2. sum enarrans ait. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tanquã
ignis. Seditque supra singulos eorũ. Quid hoc Domine, linguas
mittit

29 mittit in mundum? Satis linguarum in mundo est. Non habet
homo plusquam vnam linguam, & hanc diuinis legibus ligatã,
& ore tanquam carcere inclusam & sic tot facit strages, & plures
quam leo furens: quid si duas habeat? Leo carcere incluſus do-
mitus manet: at linguam duplici carcere inclusam mullus doma
re potest. Et ita Beatus Iacobus ait: Omnis natura bestiarum, & *Iac.3.*
volucrum, & serpentium domantur, & domita sunt à natura hu-
mana, linguam autem nullus hominum domare potest: inquie-
tum enim malum plena veneno mortifero. Ideoq; Spiritus san-
ctus in linguis igneis apparuit, vt labem linguarum nostrarũ tol
leret, easq; reformaret. Non hic specificat sanctus Euangelista,
an super capita Apostolorũ, vel super humeros, ora vè Spiritus
sanctus resederit, dum in linguis igneis descẽdit: sed tantũ dicit:
30 Sedit supra singulos eorũ. Sed ex rei fine planum videtur super
linguas eorũ resedisse, producẽs ex ore cuiusq; linguã igneã sine
eorũ læsione, aut adustione. Itaq; supra ipsum naturale instru-
mentũ ad loquẽdum (saluo meliori iudicio) posuit Spiritus san-
ctus supernaturale: sicut sancto Hieremiæ fecit. Vnde ipse de se *Hier.2.*
ait: Misit Dominus manum suam, & tetigit os meum. Hoc mo-
do Spiritus sanctus posuit linguas super ora Apostolorum, vt lo
querentur diuina mysteria, hominesque operari docerent. *Et re-
pleti sunt omnes Spiritu sancto.* Idest: non remãsit angulus, nec sinus
aliquis tam intellectus, quàm voluntatis, memoriæ, irascibilis,
& concupiscibilis, quin refertus maneret, & ad illud munus exer
cendum idoneus. Et hoc Diuus Paulus, voluit dicens: Qui fecit *2.Cor.3.*
nos idoneos ministros noui testamenti. Quo diuino ministerio
31 si rectè vtemur dabit nobis suam gratiam, cum qua adipiscitur
gloria: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius Amen.

In eodem die S. Pentecostes

Concio Tertia.

Siquis diligit me, sermonem meum seruabit.
Ioannis.14.

NT Intelligatur cur Dominus hæc verba dixit, notare oportet, paulo ante discipulis illum dixisse: *Ego rogabo patrem & aliũ Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, quem mundus non potest accipere: quia non videt eum neq; scit eum, vos autẽ cognoscetis eũ; quia apud vos manebit, & in vobis erit.* In his sacratissimis verbis magna sunt recondita mysteria. Primum, quod ex eis colligitur, est Apostolorũ cõfirmatio, ibi: Vt maneat vobiscũ in æternũ. Et siquidẽ Spiritus Sãctus cũ eis in æternũ mansit, ex quo illa superna gratię plenitudine illis fuit cõmunicatus, igitur in gratia cõfirmati remãserunt. Secundũ quod ex eis colligitur est: Spiritũ sanctũ etiã à filio procedere: quia dicitur ibi: Spiritũ veritatis. Cui⁹ veritatis? filij, qui dixit: Ego sum veritas. Et hoc D. Pauli testimonio cõfirmatur, qui ait: Misit Dñs spiritũ filij sui in corda nostra clamãtẽ, Abba pater. Et ita vbicũq; de missione Spiritus sancti, siue à patre siue à filio mentio fit, Patris & filij sit cõmemoratio, vt cũ dicitur: Quẽ mittet Pater, additur in nomine meo: & iterũ: Quẽ ego mittã vobis à patre, & hîc: Rogabo patrẽ, & dabit vobis spiritũ veritatis: & hoc ad denotandũ processionẽ Spiritus Sãcti à patre, & filio esse, quia missio hęc, processionẽ præsupponit. Vnde si pater humanã naturã assumeret nõ diceretur mitti, quia ab alio nõ procedit. Fili⁹ verò missus dicitur, quia à patre procedit: & etiã Spiritus Sãct⁹ mitti dicitur, quia procedit à patre & filio. Deinde ait: Quẽ mũd⁹ nõ potest accipere: quia nõ videt eũ nec scit eũ. Quasi dicat: Quia nescit eũ, ideo nõ accipit illũ: quia quod nescimus non æstimamus, quod nõ æstimamus non concupiscimus: quod nõ cõcupiscimus nõ inquirimus, vt habeamus: & quod nõ inquirimus cura, & solicitudine nõ inuenimus. Ergò necessũ est illũ cognoscamus, vt habeamus. Et quomodo cognoscemus? sicut cognouerũt Apostoli, quibus infra Dñs ait: *Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.* Idest, ex sua diuina mãsione, & operatione in vobis cognoscetis eũ. Nec esse potest in hac vita cognitio alia magis efficax, certior, aut vtilior Spirit⁹ Sãcti, quã hæc. Sicut nullus est, qui virtutẽ mellis, aut ignis melius cognoscat, ac ille, qui experitur: ita solus ille virtutẽ & efficientiã diuini spiritus probe nouit, qui frequenter vim virtutis eius expertus est. Hæc cognitio ad recipiendũ sanctũ spiritũ viã aperit magis, quàm illa cognitio, quæ per lectionem, contemplationẽ, vel

1

2

3

4 vel sermonem habetur. Sed dicet quis: Si spiritum sanctum recipere non possum, nisi experimento cognoscam illum: & hoc modo illum cognoscere non possum, nisi illum habeã intra me: ergo antequam Spiritum Sũctum accipiã, intra me illum debeo habere. Et quomodo tenere possum, nisi accipiam? Hanc quæstionem Diuus Augustinus super illa Domini verba agens, proponit: Si diligitis me mandata mea seruate: & ego rogabo patrẽ, & alium Paracletum dabit vobis. Vbi ait: Quomodo in hoc loco Dominus dicit, Spiritum sanctum his esse dandum, qui Christum diligant, & mandata eius custodiant, cùm sine Spiritu sancto, neque Christum diligere, neq; mandata eius seruare possimus? Quomodo ergò diligemus, aut eum accipiemus, quem nisi habeamus diligere non valemus? aut quomodo mandata eius
5 seruabimus, vt eum accipiamus, quẽ nisi acceperimus mandata eius custodire non possumus? Restat ergo, Spiritũ sanctũ habere qui diligit, & habendo mereri, vt plus habeat, & plus habẽdo plus diligat. Itaq; iam habebant Spiritũ sanctum discipuli, quẽ Dominus promittebat, nec tamen eũ habebant sicut Dominus promittebat. Hæc Beatus Augustinus. Hoc ergo modo Spiritũ sanctũ intra nos habere necessũ est: vt cognoscamus illũ: & cognoscendo illũ vberiorẽ gratiã eius recipiamus. Ex quo intelligetis, quod propriè loquẽdo, Spiritus sanctus nec abire dicitur, nec reuerti: quia vbiq; est, Sicut anima est tota in toto & tota in qua libet parte corporis: ideo non dicitur à capite ad pedes, à manu ad stomachũ abire: sed est in omnibus illis locis: sic Spiritus san-
6 ctus est vbiq;. At sacra scriptura eum vadere, aut venire dicit, vt nostro loquendi stylo se cõformet. Venire dicitur, cũ in anima peculiarẽ effectũ operatur: & missurum se dicit illis qui eum iã habebãt: quia mirificos alios effectus in eis erat operaturus. Vnde sic debet intelligi, quod quanuis verũ sit, Spiritũ sanctũ vbiq; esse, iustis tamẽ inest, per quendã peculiarẽ illapsum. Veluti anima, quæ vna cùm sit, indiuisibilis, & tota in toto, totaque in qua libet parte corporis, nihilominus in vno mẽbro magis operatur, quàm in alio: in digito enim operatur vitam, & motũ ei tribuẽs: in oculo vitam, motum, & illuminationem: in capite vero amplius operatur: quia super vitam & motum, auditum visum & reliquos sensus tribuit: similiter Deus omnibus rebus inest eas sustentans, & gubernãs. At verò iustis inest clarificãs adornãsq;

Ioan. 14.

D. August. tract. in Ioannem tom. 9.

Simile.

illos, suis donis cœlestibus: & quo magis cum illis donis dispo- 7
nuntur, eò amplius, ad illos venire dicitur: quia magis eis se com
Simile. municat. Quantò enim vapor magis à terra extollitur per virtu-
tem solis, tanto magis ab ipso sole clarificatur, & condecoratur.
Similiter iustorum animæ, quantò plus affectus desideriaq; sua
à terra eleuant, tantò magis disponuntur ad maiora dona reci-
piendum, splendoresq; cœlestes. Quod amplius infra Dominus
manifestauit dicēs: *Qui diligit me diligetur à Patre meo: & ego diligā
eum, & manifestabo ei me ipsum.* Et cum dixisset Dominus hæc om
nia, sanctus Iudas Thaddæus interrogauit: Domine, quid factū
est, quia manifestaturus es nobis te ipsum, & non mundo? id est:
quæ sunt merita nostra vt huiusmodi beneficijs nos afficias,
& alijs mundi hominibus nos præferas? Corde humilis quò
maiora dona à Deo recipit, eò magis indignum se eorum iu- 8
dicat. Sic Beatæ Elisabeth cùm sanctissima virgo Domina no-
Luc. 1. stra eam visitauit dixit: Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Do-
mini mei ad me? Et etiam hic sanctus Apostolus, vt erat humi
lis corde, admiratus quòd illi suisque sorijs tam singulare do-
num conferretur hæc dixit. Vel forte proposuit hanc quæstio-
nem profunditatis iudiciorum Dei obstupefactus, videns Isaiā
Isai. 40. dixisse, Reuelabitur gloria Domini, siue, vt septuaginta transtu
lerunt: Apparebit gloria Domini, & videbit omnis caro salutare
Ioan. 12. Dei: Et etiam Christum Dominum dixisse: Si exaltatus fuero
à terra omnia traham ad me ipsum. Ex quibus colligitur Deum
omnibus in generali se manifestaturum esse. Vnde meritò iste
sanctus Apostolus modò demiratur dixisse Dominum illis tan
tùm, & non mundo manifestandum: & ita ait: Quid factum est, 9
quia manifestaturus es teipsum nobis? ac si diceret: Quamobrem
Domine te alijs plusquam alijs manifestas? Quare sanctū Euan
gelium alibi prędicatur, & alibi secta Lutheri, & alibi Alchora-
nus Mahomæ? Quare in vno Regno iter, quo in cœlum ascendi
tur prędicatur, & in alio via inferni lata docetur? His diuinus Ma
gister hic respondet dicens: *Si quis diligit me sermonem meum seruа-
bit, & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud
eum faciemus.* Asi diceret: Ratio, ob quam maioribus beneficijs,
maioribus fauoribus præ cæteris vos afficiam est, quia me ama-
tis, & legem meam custoditis. Et ratio ob quam his & similibus
beneficijs alios non dono, est quia nec me diligunt: nec manda
ta mea

10 ta mea cūstodiunt. Priusquam Deus homines deserat ab ipsis
deseretur. Vnde dominus ait: Manete in me, & ego in vobis: hoc
est, si à me non discedetis, nec ego à vobis discedam. Cum enim
frangitur amicitia inter nos, & Deum, non ipse est primus, qui
dirimere eam incipit, sed nos proprijs peccatis. Hinc Isaias ait: *Isai. 59.*
Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deū vestrū; & pecca
ta vestra absconderunt faciē eius à vobis. Itaq; ex his verbis domi
ni planè colligitur, in omnibus dispositionem requiri ad hoc, vt
sua diuina celsitudo nobis sua dona cōmunicet. Quin etiam ean
dē met dispositionē suo auxilio fieri constat. Ipse enim est, qui
voluntatē mouet & excitat, cū illaq; concurrit, vt se præparet & *Philip. 2.*
disponat. Vnde, B. Apostolus ait. Deus est enim, qui operatur
in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. Agitè ergo di
11 lectissimi hunc tā magnū Deū diligere incipiamus: siquidē tale
auxiliū habemus. Diligamus, in quā, illū, cui tantū debemus: ad *Dan. 3.*
hoc enim omnes nos inuitant creaturæ. Illi namq; tres pueri in *Psal. &*
camino ignis dicebant: Benedicite omnia opera Domini Domi
no: & Regi? Dauid: Cęli enarrāt gloriā Dei. Dicetis fortasse, quo
modo creaturæ insensibiles Deū benedicere & glorificare pos-
sunt? Hoc in quā debet intelligi ab effectu; quoniā hæ creaturę,
quanuis insensibiles sint tot habent excellētias, & perfectiones,
vt homines stimulent, & moueāt, vt simul cū illis suū laudent cō
ditorē, qui vnico verbo cuncta sic perfecta, pulchraq; creauit. Et
hæ creaturæ, quæ sua magnitudine, suaque pulchritudine nos
mouēt, vt Deū cōditorē laudemus, similiter vt illū diligamus nos *D. Augu. in*
inuitāt. Hinc D. Aug. dicebat: Cœlū, terra, & omnia, quæ in eis *Medita.*
12 sunt, omnia mihi dicūt, vt diligā te. Quasi diceret: Omnes crea-
turæ linguæ quæ dā sunt, quæ clamant ad me dicētes: Deū dili-
ge, Deū dilige, Deū dilige. Et quidē quod plus vociferatur vt
Deū diligat, cor, suū esse, potest homo affirmare. Os conuulsum
& à proprio loco separatum ingenti dolore ęgrotum afficit, nec *Simile.*
quiescere illum sinit, donec in proprium locum redeat: similiter
cor, si à Deo sit semotum, tantam in peccatore inquietem, & af
flictionem efficit, vt non sinat illum quiescere, donec in proprio
loco, qui Deus est collocetur. Ergò, ò surdi, cur tot tamque
efficaces voces non auditis, quibus corda vestra vos incitant, vt
in Deo illa collocetis. Timete fratres, ne fortè corda vestra lassen
tur vociferari, & peccatorū assiduitate ob dormiāt nec sentiātom

nino

nino afflictiones has: quin imo peccatis oblectentur, qui terribi- 13
Esa.28. lis lapsus est, & iter inferni. Ecce quid per Isaiam Dominus com
minatur, Et nunc nolite illudere, ne fortè constringãtur vincula
vestra. Vbi septuaginta interp. transtulerunt: Et vos nolite læta
ri, nec confortẽtur vincula vestra. In quibus ostẽditur, quod pec
catores suis lætari peccatis & nõ se affligere est occasio diu in il-
lis perseuerãdi, & tandẽ moriãtur, & in infernũ mittantur. Et ad
eum veniemus. O singulare Dei promissum. Attẽdite dilectissi
mi, quantã celsitudinẽ ille, qui diligit, & Dei præceptis obedit,
pertingat: qui habitaculũ sanctissimę Trinitatis effectus manet,
& deificatus per diuinæ gratię perticipationẽ. Quando mundũ
Deus creauit antequã hominem conderet, omne genus naturarũ
singulis quibusq; creaturis disperſit. Vitam corpoream plan-
tis, arboribus, lapidibus dedit. Animalem verò vitã dedit animã 14
tibus, bestijs, auibus, piscibus: spiritualẽ Angelis impertiuit. Ho
mini verò quid supereſt, quid Dñe datutus es? Dabo, inquit Do
Eccles.15. minus, ei libertatẽ, vt quodcunque sibi placuerit fiat. Et hoc est
illud Ecclesiastici elogium: Deus ab initio constituit hominem,
& reliquit illum in manu consilij sui. Et paulo inferius: Appo-
suit tibi aquam & ignem, ad quodcunque volueris porrige ma-
num tuam. Ante hominem vita & mors, bonũ & malum: quod
placuerit ei, dabitur illi. Si voluerit terreis frui bonis & sustẽtari,
sicut arbor sustentatur, erit arbori similis ad ignem tantum vti-
lis. Si sensualibus delectationibus se velit cõmittere, erit tanquã
brutũ. Quod si contemplationi rerũ spiritualiũ supernarũ ope
ram dederit, Angelus vtcunque dicetur. Vnde apud sacram scri
pturam similibus nominibus homines appellantur. Nã arbores 15
Esai.2. apud Isaiam peccatores dicuntur. Dies Domini exercituũ super
omnes cedros Libani sublimes, & super omnes quercus Basan.
Vbi cedros sublimes superbos vocat: quærcus verò, quæ in ter-
ræ viscoribus hærẽt auaros appellat. Bestias, carnales dicit apud
Here.5. Hieremiam: Equi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt:
vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat. Etiam Angelos
vocat eos, qui Angelicis operibus se occupant. Vnde Malachias
Mal.2. ait: Labia sacerdotis custodiũt scientiã, & legem requirẽt ex ore
eius: quia Angelus dñi exercituum est. Et alibi: Ecce ego mitto
C.3. Angelũ meũ, qui præparabit viam ante faciem meam. Nec tan
tum hoc diuinæ maiestati placuit tribuere homini libertatem:
vt cum

16 vt cum vellet Angelus diceretur, & fieret aliqualiter: sed, quod
maius est & modò ait, si illum diliget, si ei obtemperabit deifi-
caturum illum, ad eum veniens, & deificãs illum. Quia, vt Apo- *1.Cor.6.*
stolus inquit. Qui adhęret Deo vnus spiritus est, scilicet, cum eo.
O Benedictus talis Deus sit. Talis liberalitas sit glorificata: cui
ita placuit tam vili & abiecto vermiculo, qualis homo est,
se coniungere. Et subdit præterea dicens: *Et mansionem apud eum*
faciemus. In quo ostenditur [*Quan de assiento*] In suis Deus inhabi-
tat: & quod, quantum in se est, ita ad illos venit, vt nunquam ab
eis recedat, nisi illum à se repellant. Vnde Diuus Paulus nobis *Colo.3.*
charitatem commendans, vt illam habere studeamus, rationem
reddit dicens: Super omnia charitatem habete, quod vinculum
est perfectionis. Est phrasis Hebraica; quia superlatiuis caret, lo
17co superlatiui genitiuum ponere; vt illud psalmi; Virga dire- *Psalm. 44.*
ctionis virga regni tui. Directionis, hoc est, directissima; & hic:
vinculum perfectionis, ideſt, perfectissimũ. O quam ligati sunt
cum Deo iusti; siquidem vita mulctari, dilacerarique patientur
antequam separentur à Deo. Hinc Diuus Paulus nomine sui, &
ipsorum ait, Quis nos separabit à charitate Christi? Et infra: cer- *Roma.8.*
tus sum enim, quia nec mors, neque vita, neque creatura alia &c.
poterit nos separare à charitate Dei. O quam magna confusio
nobis est hæc audire: quandoquidem non tantum metus amit-
tendi vitam, sed quantumuis minima occasio, seu voluptas, vt
grauiter contra Deum peccemus efficit: quod signum est vincu
lum illud perfectissimum, quod sic animas fortiter cum Deo li-
gat, non habere. Et quoniam dixerat antea: *Siquis diligit me sermo*
18 *nem meum seruabit*, Ait modo: *Et sermonem, quem audistis, nõ est meus,*
sed eius, qui misit me patris. Quasi diceret; Ne putetis legem Euange
lij mei, aliquod hominum figmentum esse, qui proprio ducun-
tur arbitrio: sed rem magni cõsilij esse existimate; rem, inquam,
à patre meo ordinatam, & à tota etiam beatissima Trinitate con-
stitutam. Hoc enim Dominus dicit quatenus homo, & patrem
appellat sanctissimam Trinitatem. Quod ita fatur, vt cognoscã-
mus, quanta obligatione constringimur ad huius sanctissimæ le
gis obseruantiam. Et subdit: *Hæc loquutus sum vobis apud vos manẽs.*
Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille
vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Ideſt,
quamuis, ô discipuli, hæc, quæ locutus sum vobis, & quæ dictu-

rus

Universidad de Deusto Biblioteca

rus sum modo non intelligatis ita plenè & dilucide: sicut opor- 19
tet, spiritus sanctus mentes vestras clarificabit, & illuminabit,
Simile. vt perfecte illa cognoscatis. Quæcunque in papyro cum mali citrei succo scribuntur quamuis maxime conducibilia sint, nec legi nec intelligi possunt: at si scriptura illa ad ignem applicetur statim literæ apparent & scriptura recte legitur: Sic diuina mysteria, quæ cœlestis ille magister in cordibus discipulorum non citrei mali succo, sed sua ineffabili charitate scripsit, quamuis maximè conducibilia, maximè necessaria erant, ipsimet discipuli nec intelligere, nec legere poterant: quoniam rudis, & hebetis ingenij erant, quousque spiritus sanctus super illos in specie ignis descendit: qui mox animas illorum pertingens ita illos clarificauit, vt diuina mysteria, quæ suus cœlestis magister illos docuerat, intellexerint. Et hæc est ratio in- 20
ter alias, quare spiritus sanctus in forma ignis apparuit. Hunc
Act. 2. diuinum descensum S. Lucas sic refert dicens: Dum compleren tur dies Pentecostes erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Venit spiritus sanctus, quando simul congregati erant, ad de notandum, quòd non descendit super illos, qui ira inimicitia, &
Aug. se. 2. simultatibus diuisi sunt. Vnde. D. Augustinus. ad fratres in ere mo de pace in quit: Sicut spiritus humanus nunquam viuificat membra, nisi fuerint vnita: sic nec spiritus sanctus nos viuificat nisi in pace vniti fuerimus? Et factus est repente de cœlo so-
Simile. nus. Cùm aliqui musicam nocte agere volunt, prius magnus sit strepitus, vt qui dormiunt euigilent, & post hæc musica sub sequitur: ita sonus factus est ad excitandum corda discipulorum, vt suauitatem & melodiam spiritus sancti audirent. *Et re* 21
pleuit totam domum vbi erant sedentes. In nostro communi modo loquendi, sedentes, idem significat, quod quieti, & tranquilli: & est quasi dicat: Non hinc inde inquieti percurrebant. Et ideo Dominus cœlos ascendens eis præceperat: Sedete hic, dicens, inciuitate, donec induamini virtute ex alto. Noluit dicere, quod sederent secundum corporis dispositionem, sed vt quiescerent animo & interius sedarentur. Hæc enim magna præparatio
Plinius est ad hoc, vt spiritus sanctus descendat. Plinius ait, apes inquieta loca fugere & quieta ad mella fabricãda quærere. Hoc etiam spiritus sanctus in cordibus, in quibus operatus est, requirit.
Isai. 66. Vnde per Isaiam inquit, Super quem requiescet spiritus meus nisi

22 nisi super humilem & quietum? Et hoc secundum translationem septuaginta interp. Et Aristot. ait. Anima sedendo, & quiescendo fit sapiens. *Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis.* Dispertitæ, diuersæque linguæ apparuerunt eis, ad insinuandum diuersa remedia, quæ Euangelici verbi diuini præcones auditoribus debent applicare: superbis humilitatem præcipientes, gulosis abstinentiam, auaris liberalitatem, & pietatẽ &c. quia nõ esset chirurgus bonus, qui vno pharmaco diuersa vulnera curare vellet. Et erant ignitæ adinsinuandum, vt ex charitate & diuini ardoris amore, quem in cordibus verbi diuini præcones habere debent, linguas ignitas habeant, vt efficacia verba, & spiritu plena loquantur. O quam efficaces, & igneæ linguæ hodie in illis sanctissimis viris remanserunt: quantum cum eis
23 fructum in fidelium cordibus operati sunt. O si modo Ecclesia Dei instar illarum multis linguis abundaret: vtique in corporũ reformatione appareret. Frigidæ linguæ verba ignita loqui non possunt: & quoniam multorum concionatorum corda igne diuini spiritus non sunt adusta, inde fit, vt auditorum corda minime inflãmentur. Etiam Dispertitæ linguæ secundum aliquos significant linguas non confusas, sed discreras. Hinc fit, quod spiritus sancti idioma, & sermo, quem docet, discretus compositusque est. *Seditque supra singulos eorum.* Vt denotaret, quòd super illos descendebat [*de assiento*] vt illos in sua gratia confirmaret. Etiam sedit: quia sessionem, quietam, & consolationem eis dedit: ideoque Paracletus dicitur, ideſt, consolator. Omnes homines consolationem quærunt propriam, &
24 in omnibus, quæ agunt inuenire eam vellent: non solum in his quæ ad corpus, verùm etiam ad spiritum attinent. Adeo enim amoris proprij iaculo vulnerati sumus, vt in omnibus, quæ tractamus, consolationem inuenire velimus: in missa, in oratione, in concione, quæ si desit facilè à cæptis desistimus. Hinc est quod illum concionatorem libenter audimus, qui misericordiam prædicat, non item iudicium, Gehennã ignis, & minas Dei. Et quod magis dolendũ est quod illud quod instituit Deus ad animæ nostræ amaritudinẽ & dolorẽ pro satisfactione scelerũ nostrorũ, in hoc etiã solatiũ quærimus, nimirũ in sacramẽto pœnitẽtiæ, & in cõfessione: quod sacramẽtũ cũ potio & medicamẽtũ sit cõtra delectationẽ, quã peccata nobis attulerũt, ibi dulcedinẽ

Arist. 7. Phy. tex. 16. 20.

& sa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& saporem quærimus. Quod si prudẽs cõfessor amaricantiũ, ver 25
borum quibus nos reprehẽdit, reubarbũ miscet, pœnitentiam
peccatorum grauitati congruam imponens conquerimur dicen
tes, quod angit nos & quod scrupulosus rigidusque est. O cæci-
tatem execrandã, ô te miserum. Nunquid ex sacramento, quod
ad amaritudinem institutum est, vis statim consolationem dedu
simile. cere? Si crimen læsæ maiestatis commisisses, propter quod debe
res mori; dato omnia bona tua publicarentur, non iniustitiam,
aut rigiditatem nimiam existimares, sed magnam misericordiã
tecum fieri putares, si vita non mulctareris cum alias morte dig-
nus esses: & cum tot crimina contra Deum admiseris, & pro sin-
gulis Gehennæ igni dignus sis, si iuberis centũ aureos erogare,
corpus ieiunijs, & disciplinis affligere pœnitentiarium rigidum
insciumque appellas? Quare talia cogitare, nedum ore proferre 26
non confunderis? Et quæris pœnitẽtiarium pium, vel, vt melius
dicam, remissum, qui tibi pœnitentiam imponat, duos, scilicet,
ieiunij dies, & sint ex his, quos ieiunat Ecclesia. Nõ est solatium
hoc Spiritus sancti, sed spiritus proprij amoris. Agedum frater;
siquidem tantum Deum & tam grauiter offendisti; afflige te, &
maxima cum humilitate accipe pœnitentiam, quanuis rigidior
æquo videatur, eamque æquo animo adimple in vitæ puritate
perseuerans, & videbis internam Spiritus sancti cõsolationem:
quam tibi communicabit, sedens in anima tua per gratiam.

FERIA SECVNda in Pentecoste Concio Prima.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Ioannis. 3.

Leui. 6. IN Leuitico præceperat Deus; dicens: Ignis in altari
semper ardeat: quoniam volebat, vt igne illo altaris,
qui cœlestis erat, omne sacrificium combureretur.
Spiritus autem & veritas illius vmbræ est, quod vult
Deus

2 Deus, vt corda nostra sacrificiũ verum, amoris igne combusta,
illi offeramus. Et prunæ, in quibus debent comburi, sunt hæc di
uina verba, ex illo sacratissimo altari, qui Christ⁹ est desumpta,
in quo amoris ignis semper exarsit. Singula horum verba san-
ctissima, calculi quidam igniti, & efficaces sunt, ad quodcunq;
humanum cor inflammandum, quantumuis frigidum existat:
& omnia simul paterna Dei viscera erga nos manifestant. Et vt
vim illorum intelligatis, nosse opus est, quo fine illa Dominus
dixerit. Propositum ergo fuit, quòd loquens cum Nicodemo de
sua sacratissima morte, dicens: sicut Moyses exaltauit serpẽtem
in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis, subdidit: Sic enim
Deus dilexit mũdum, vt filium suum vnigenitum daret: hoc est,
quia hucusque amor Dei peruenit. Vbi diuinus Magister affir-
3 mat ex infinito Patris amore processisse hoc, scilicet, vt nobis fi-
lium suum vnigenitum daret. Vnumquodq; horum verborum
valde mysteriosum est. Vbi ponderãdum est vobis, quis est qui
diligit, quis est quẽ diligit, & quomodo diligit. Qui diligit Deus
est: tanto precioſior amor est, quantum ille, qui diligit est maior.
Si Princeps vos diligit, plus æstimatis, quàm si à plebeio dilige-
remini: quod si Rex vos diligat plus multò æstimatur: quantò
ergo plus æstimari debet ab illo magno Deo diligi, maiestatis &
bonitatis infinitæ? Et quem diligit? mũdum. O ineffabilem Dei
clementiam; & cuinam suum amorem communicat. Quòd An
gelos diligat non mirum: sunt etenim, sicut dicit Dauid: Mini- *Psal. 102.*
stri eius, qui faciunt voluntatem eius. Quod iustos diligat, nihil
mirum, quandoquidem ab ipsis diligitur, sicut sponsa ait: Recti *Cant. 1.*
4 diligunt te. Quòd si dixisset illum, creaturas irrationales dilige-
re, & insensibiles etiam, non esset mirum; siquidem omnes diui
no subiacent nutui, vt cecinit Dauid, dicens: Quoniam omnia *Psal. 118.*
seruiunt tibi. Sed quòd diligat mundum, proditorem, rebellem,
suis non obtemperantem præceptis, ac suæ diuinæ voluntati re
sistentem, de quo Diuus Ioannes: Et mundus eum non cogno- *Ioan. 1.*
uit, iustorum persequutorem: hoc est, quod maximam admira-
tionem parit, si quis profundè id considerare voluerit: quòd dile
xit Deus peccatores, & modum quæsiuit, vt traheret illos in suo
rum peccatorum cognitionem, & sic iustificaret eos. Et quomo-
do diligit? sic. Et quomodo sic? Expende nobis illud Euangelista
sancte. Iã dixi, ampliùs dici nõ potest, sic. Sunt aliqua, de quibus

magis dicitur tacendo, quàm si sermone explicare illa velimus. 5
Simile. Velut russicus, qui Reginam cum ingenti apparatu, pompa, & comitatu intuitus est, quem si alij sui ruris interrogent, qualiter Regina incedebat, hæret, & sic attonitus loqui nescit, & vnico verbo comprehendit, dicens: Tanquam Regina ibat. Hac loquẽ di norma Sanctus Ioannes vsus est, dicens: Vidimus gloriã eius. *Ioan.1.* Quam gloriam? nescio prorsus illam specificare. Gloriam quasi vnigenti à Patre, [*Gloria como hijo de quien es, como gloria de vnigenito hijo de Dios.*] Ita in hoc loco dicendo, sic: infinitum Dei amorẽ explicuit. Phrasis est sacræ Scripturæ mysterij fœcunditatem hoc verbo comprehendere. Sic magnam diuini Saluatoris fatigationem supra puteum sedentis explicat Diuus Ioannes, dicens: Sedebat sic. Sacratissimæ Angelorum Reginæ dolorem quando *Ioan.4.* filium suum amisit in comitatu explicat Diuus Lucas, dicens: 6
Luc.2. Fili quid fecisti nobis sic. Et Diuus Marcus modum, quo mundi *Marc.* Redemptor expirauit, exaggerat inquiens: Videns Centurio, q̃ sic clamans expirasset. Similiter hîc magnam emphasim & pondus, sic, habet. *Sic Deus dilexit mundum.* Sic tam vere, tam fideliter, tam sine termino, & modo, sic, tantoperè demonstrans. Ex omni parte amor hic est infinitus, quia in se infinitus est, & donum similiter, quod per ipsum nobis impertiuit infinitum, & finis, propter quem nobis ipsum donauit, infinitus, scilicet, vt nobis vitam gloriosam infinitæ durationis impenderet. Quicquid ergo cum hac dilectione nobis impertiret maximæ æstimationis, & pretij esset, ex eo quòd à tam magnifica manu, & amore eximio procederet. At æternus Pater non solum contentus est cælũ creasse, vt esset cubiculum nostrum, mundum condidisse vtilita 7
ti nostræ, Angelos ad nostrum ministerium dedisse: sed vt infinitum suũ amorem erga nos ostẽderet, vnicum filium suum nobis dedit. O benedictus glorificatusq̃ sit talis Deus. Laudent te Domine omnes cælestes Hierarchiæ pro nobis vermiculis, qui rudes sumus, vt pro tanto beneficio gratias tibi debitas exhibeamus. Dato quòd à plures tibi essent filij, & vnum illorũ nobis dedisses, adhuc linguæ seraphicæ, nedũ humanę possent tantum beneficiũ efferre. At verò filius vnicus cùm tibi esset, ex tua substantia genitus, & tam tuus, vt sit idem tecũ, & hunc dare nobis voluisse, hoc est, quod magnã admirationẽ parit, mentẽq̃ alienat. Quod si nobis illũ dedisset & hoc solũ, vt oculis illũ cerneremus,

8 mus, nimis quidẽ esset: hoc enim dũtaxat cõtẽtus erat Dauid cũ imprecaretur, dicẽs: Ostẽde faciẽ tuã, & salui erimus. Facies Pa- *Psal.79.*
tris filius suus vnigenitus est: quia per faciẽ hãc fuit ipse mundo manifestatus. Et magis esset misisse illũ visitare nos tantũ, sicut Iacob misit filiũ suũ Ioseph, vt viseret fratres suos dicens: Vade *Gene. 37.*
& vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos. Veruntamen to tũ hoc Patri æterno secundũ amoris sui immensitatem parũ visum est: & ideò omnimode nobis dedit illum dicẽs: Accipite vobis illum [*Tomaldo alla.*] Fruimini illo; in omnibus vestris necessitatibus auxiliatorem habete. Ignorantiam enim nostram vidẽs, magistrum, & præceptorem nobis dedit illum: & videns militiam esse vitam hominis super terram, ducem dedit nobis illũ. Vnde Isaias ait: Ducem & præceptorem dedi eum gentibus. Ca *Isa.53.*
9 ptiuitatem nostram vidẽs Redemptorem nobis dedit illum. Imbecillitatem nostram videns, cibum dedit illum nobis. Infirmitatem nostram vidẽs, medicum nobis dedit illum. Quid amplius dicam, nisi quòd videns nos in malorũ abyssum proiectos hunc, bonorum omnium abyssum nobis donauit, vt ab omnibus malis nos eriperet. Et hoc nobis totum cum dederit, quid non donabit nobis? Hoc Diuus Paulus vtitur argumento dicens: Qui *Rom.8.*
etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Sic enim Deus dilexit mundũ. Condidit Deus mundũ, & illius emblema [*Es esmalte del.*] præcipuaq̃; eiꝰ pulchritudo fuit homo. Et sic vltimo, & postremo loco conditus est. [*Como es esmalte, y cosa que concluye, y remata la perfection del vniuerso, la claue del.*] Et postquã
10 creatus est, inquit sacer textus: Vidit Deus cũcta, quæ fecerat, & erãt valde bona. Priusquã hominẽ Deꝰ cõderet, ait, q̃ vidit Deꝰ cuncta, quæ fecit: & de qualibet re creata dicit, q̃ erat bona: sed postquã hominẽ creauit, vidit q̃ erãt valdẽ bona, propter hominis excellentiã, qui iã inter res cõditas erat. Sed propter peccatũ obscuratum est hoc emblema, & mũdi pulchritudo deperijt. At Pater æternꝰ dãs nobis filiũ suũ reparauit hominẽ, restituit mundũ. Et ideò ait: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Non vẽdidit illum, quia inæstimabilis est, nec proinde nos, quo illum emeremus possidebamus; & hæc Iudæ proditoris iniquitas fuit, qui vendidit quod pretio comparari non poterat: vendidit, quod Pater æternus gratis donauit. Mittit aliquis *Simile.*

familiaris ad vos literas, & iniquus tabellarius ponit mercedem 11
pro vectura. [*Pone porte.*] Sic Pater æternus priuilegium, & literas redemptionis nostræ ad nos gratis misit, qui est Christus, & impius tabellarius Iudas triginta denarios mercedē pro vectura posuit. Hæc magna iniuria fuit Patri æterno illata. Hunc miserum hominē imitantur simoniaci, qui taxāt & appretiant Chri-
4. *Reg.* 5. stum, & denarijs vendunt, cùm sit inæstimabilis. Cùm Eliseus Propheta magno beneficio Naaman Syrum affecisset, quia salutē illi impetrauit de lepra, qua laborabat, eius puer Giezi appretiauit illud, numos & vestes à Naamā accipiens. Cui Sanctus Propheta ait: Accepisti argentum, & accepisti vestes, lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsque in sempiternū: & egressus est quasi nix ab eo leprosus. O si sic hodie Deus simoniacos puniret, quāti leprosi in Ecclesia apparerēt. Sed ne fallantur hu 12
iusmodi existimantes se impunè id facturos; quia modo Deus dissimulat, nec eos punit, nisi enim verè citoque pœniteant, maiores pœnas dabunt, ac ille Giezi, quia in æternū peribunt. Nec proinde ait Patrem æternum mutuò dedisse nobis filium suum, [*No nos lo dio empreſtado.*] sicut mundus, qui mutuò dat, vt auferat repente, & vt vni det, alteri aufert: veluti sacrista facit qui vestē ab vna imagine tollit, vt alteram ornet. O miseros illos, qui sic propter bona temporalia se affligunt, innumerabiles labores tolerantes, quibus inopinatus superueniet interitus: & quando minus cogitāt mors ab eis bona cūcta tollet. De quibus illud Oseæ
*Ose.*7. dici potest: Ephraim quasi columba seducta, non habens cor. Quia solum est intenta cibo, quem ei apponunt, & non quærit cibum aliunde, nec incauta nouit se inescari, vt vita mulctetur, 13
aut pullis suis, vt priuetur. Caue tibi peccator, ne mundus bonorum temporalium esca te fallat, & vitiorum cibo te inescet, quoniam his vitam animæ, quæ est gratia à te tollere studet: & pignora filiosque tuos, qui sunt merita deprædari: quæ omnia per culpā amittis, & posthæc res quibus frueris à te tollet. O quam
*Hiere.*3. verè illud Hieremiæ tunc dicere poteris: Vere mendaces erant colles, & multitudo montium, verè in Domino Deo nostro sa-
Simile. lus Israel: sicut iniquo peccatori solet euenire, qui totam vitam viuendo luxuriosè consumpsit, tandē in hora mortis oculi mentis suæ aperiuntur, & fraudes detegit. Quanta verborum vi ex lecto, vbi iacet, habens candelam in manu, suum prædicat dolū,

suam

14 suam cæcitatem detestatur. [*De alli predica con efficacia ſu engaño y deſengaño.*] Quanta vi & efficacia vitia damnat, & contumelijs afficit, dicens; quòd vanitas vanitatū & omnia vanitas sunt. [*ordinariamente los mayores infamadores del mundo, ſon los que mas ſe han dado a el*] Tanquam oculati testes, qui fuerunt suorum criminum. Et vtinam id talibus circunstātijs ab eis fiat, vt prosit eis ad salutem. Ideò fratres cautius erit, modò oculos aperire, & videre quē finem omnes mundi res sint habituræ, & hæc omnia relinquere ante quam ab eis deseramini. Nolite diligere mundum, ait Beatus Ioannes, neq; ea quæ in mundo sunt. Et inferius rationem hu ius reddit, dicens: Et mundus transijt, & concupiscentia eius. Et, 1. *Ioan.*2.
id est, quia. Non sic donauit nobis Deus hoc summum bonum mutuatum, sed donatum. Vt filium suū vnigenitum daret: quia
15 ineffabili Dei liberalitate ita abusi sunt homines, vt ex filio Dei vnigenito, quod eis placuit, fecerint. Et hoc est quod Beatus Lucas de illo iniquo iudice Pilato annotauit, dicens: Iesum flagel- *Luc.*21.
latum tradidit voluntati eorum, scilicet, Iudæorum. O summa Dei bonitas, & quo propter hominem peruenire voluisti?

Ex his verbis: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*, Colligitur, quòd omnia, quæ Deus nobis impertit amore donat. Quod si quando ab hoste offenderis soles magis malitiā, quam offensam pensare, æquius est, vt in omnibus, quæ à Deo recipis plus amorem eius, quam opus penses. Et similiter quando aliquam aduersitatem ad te mittit, crede, quòd eodem amore aduersa ac secunda donat: velut chirurgus, qui filium cauterizat eodem amore, quo alias si nudus est, vestit. Vnde Beatus Iob ait: *Iob.*2.
16 Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? Æquum est etiam super hæc verba consideretis, vt cùm verum sit, quòd pro singulis quibusque à Deo beneficijs acceptis amorem & seruitium ei debemus, qua dilectione, quo obsequio soluemus illi, nobis vnigenitum dedisse filium? Inter alia nomina, quibus olim homines Deum nuncupare solebant, vt apud sacram Scripturam, duo peculiaria maximè erant, quibus illum vocabāt. Vnū erat Heloi, id est, Deus iustitiæ. Vnde Christus Redemptor noster in cruce, quia opus illud summæ iustitiæ erat, exclamauit, dicens: Heli, Heli. Alterum nomen erat Ieoua, hoc est, Deus misericordiæ. Et est valdè notādum, quòd cùm crearet Deus hæc omnia ad seruitiū hominis, semper sacra Scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gene. 1. ptura illum ibi nominat Heloi quando dicit: Dixit Deus, fiat 17
lux, Dixit Deus, fiat firmamentũ. In omnibus illis locis de crea
tione vbi dicitur, Dixit Deus, est in Hebræo Heloi, ideſt, Deus
iuſtitiæ. Sed videtur æquius debere dici, Dixit Iehoua, ideſt,
Deus miſericordiæ: quandoquidem tantam miſericordiam ho-
minibus impendebat, cœlum, terram maria & omnia illis cre-
ando: & non dicit, niſi Heloi, ideſt, Deus iuſtitiæ. Quod non
vacat myſterio. Nam dicitur ad denotandum, quod ille Deus,
qui tot tantaque beneficia hominibus conferebat, ſtrictam ali-
quando cum eis rationem poſiturus erat, niſi benè vſus illis
inueniretur, & ea qua decebat gratitudine non correſponderet.
Si ergo tam rigidè, & ſtrictim de his rebus temporalibus, quas
nobis donauit, rationem eſt à nobis poſciturus, pro tam ineffa-
bili dono, qualis eſt filius ſuus, quam rationem depoſcet? O 18
quantum terrorem hoc tam efficax argumentum nobis incu-
tere deberet, ne tantum bonum in grande malum, culpa no-
ſtra vertatur. Obſecro, dilectiſsimi, hoc animis veſtris con-
ſiderate, pijſque cordibus aduertite: quia lingua deeſt, verba
non ſufficiunt, quibus huius rei neceſsitas exaggerari poſsit. In
his etiam verbis docemur, vt ſicut omnia beneficia, quæ nobis
donat Deus, amore facit, ſimiliter & nos, quicquid fecerimus,
amore Dei faciamus: hoc eſt enim, quod ſuæ diuinæ maieſta-
ti magis placet. Quod etiam ſponſus ſignificauit dicens: Vul-
neraſti cor meum in vno crine colli tui. *Cant. 4.* Quaſi diceret: Quantum
uis exiguum ſit opus, quod homo facit, dummodo à charitate
procedat, mihi placet: nam collum eſt animæ. Vnde non dixit,
in vno crine capitis tui, ſed colli tui. Dicit etiam: Vulneraſti cor 19
meum. Qui facit vulnus in corde carneo, facit fontem, per quem
humor eiuſdem cordis dimanat. Per hunc ergo tam ſingularem
dicendi modum voluit Deus ſignificare, quod bonum opus, quã
tumuis minimum, ſi in charitate fiat, eſt veluti ſagitta, quæ vul
nerat cor eius, & fontẽ perennem in eo facit, ex quo humor ſuæ
diuinæ gratiæ emanet. O mirifica verba, quod ſaxum eſt adeò
durum, vt hæc audiens non emolliatur, firmiterque proponat,
Deum diligere? Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum
vnigenitum daret. O quã confuſa hic noſtra ingratitudo manet.
Neſcit homo Deo tribuere aliud, quam quod abiectum, & vilius
Simile. omnibus eſt, & quod bonũ eſt diabolo. Domũ aliquam intrabi-
tis, &

20 tis, & ſtatim videbitis, quod penè nihil loqui ſciunt omnes: quin
omnia diabolo voueant. Hi ſunt veſtri matutini: hæc eſt veſtra
prima: hæ ſunt veſperæ: nocte, ſcilicet, mane, & veſpere ſemper
omnia veſtra diabolo vouere & dare. Magis datis illi, quã quod
à vobis petit: quandoquidem maritum, filios, ſeruos, & ancillas
illi datis: & dando illi hæc etiam animam veſtram illi datis.
Nam quotieſcunque hæc ex animo dicitis, & ex corde male ſa
no, & irato optantes illa euenire, mortaliter peccatis. Pater (di-
cet aliquis) ſtatim hæc indignatio ſubita recedit. Dico, quod quã
uis ſtatim recedat ira peccaſtis quando id dixiſtis. Ideò pro tan-
to malo pœnitemini, & quantum in vobis eſt, tam deprauatam
conſuetudinem tollere ſtudete. Pater æternus dat tibi, ò peccator
vnicum filium, quem habet, & tu omnes filios, quos habes dia-
21 bolo das? Quid tibi videtur: & quomodo Deo tuo correſpon-
des? Quod ſi aliquando eleemoſynam facis deviliori, quod do-
mi habes, facis: itaque quod melius eſt Sathanæ offers. Hoc ma
lum conqueritur Dominus per Hieremiam dicens: Nonne vi- *Hiere. 7.*
des quid iſti faciunt inciuitatibus Iuda? Fili colligũt ligna, & pa
tres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt fa-
ciant placentas reginæ cœli, & me ad iracundiam prouocent.
Adeps eſt farinæ flos, ex quo panes delicatos ſubigebant, vt Lu
næ, quam vt cœli reginam colebant, & Deam eſſe exiſtimabãt,
libarent. Sic omnes nunc faciunt, qui occupati ſunt in optimis
ſui temporis & vitæ, rei familiaris, primitijſque dæmoni of-
ferendis. At verò Dei pauperibus ſubuculam ruptam, & tu-
nicam repeciatam erogant: panem durum diuidunt egenis.
22 Tandẽ tãdẽ omne id, quod nihil illis prodeſſe poteſt Deo dant.
Vnde per Malachiam dicit Dominus: Maledictus doloſus, *Mal. 1.*
qui habet in grege ſuo maſculum & votum faciens immolat
debile Domino: quia rex magnus ego, dicit Dominus exer-
cituum: & nomen meum honorabile in gentibus. O verba
ſtupenda, & gladio ancipiti penetrabiliora: ſingula eorum
perpendite fratres. Maledictus, & doloſus (inquit) eſt ille,
qui debilius Deo offert. Non ſic ſanctus Patriarcha Abra- *Gen. 18.*
ham faciebat: qui peregrinos illos inuitans cucurrit ad
armentum, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum:
tulit quoque butyrum & lac, & dixit vxori: Tria ſata ſimilæ
commiſce. Similaeſt farinæ floſculus. Itaque cũ optimo quoq;

rei familiaris suæ Deo in pauperibus ministrabat. Sic vos dilectissimi facere debetis, vt in aliquo saltim liberalitati, & beneficentiæ eius respondeatis: quia, vt ipse de se inquit, Rex est magnus, & nomen eius honorabile. 23

Finis verò, ob quem filium suum vnigenitum dedit mundo est: vt, *Omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Si in hac ciuitate taberna esset, in qua vita venalis haberetur, per dies, menses, & annos, quis nõ iret emere? Credo profectò, quòd maior pars rei familiaris ab hominibus impenderetur, vt rem tã charam, tamque pretiosam emerẽt. Quanto plus ergo vita ęterna à nobis est inquirẽda, vt à Gehennæ damnatione erepti cum Deo in æternum gloriemur? Quo verò pretio eã debemus comparare hic Dominus specificat, dicens: Vt, omnis qui credit in illum non pereat. O benedictus sis Domine, benedicta sit tua lin- 24
gua, qui verbo isto tuo adeò consolatus es nos: quoniam si per fidem vita æterna acquiritur, omnes obtinebimus, quia omnes credimus. Aduertite fratres, quid hic Dominus dicat, ne fallami ni. Diuus Augustinus enim passim exponit differentiam, quæ est inter credere Deo, & credere in Deum. Credere Deo est, dictis eius fidem habere: & hoc etiam iniqui faciunt. Credere in Deum est, credendo in eum ire, eum amare, & ei adhærere. Ideò summa veritas hîc non dixit, qui credit ei; sed, qui credit in eum.

1. *Ioan.* 3. Vnde Diuus Ioannes ait: Qui nõ diligit, manet in morte. Quòd si apud sacram Scripturam reperias, fidem iustificationem nostram esse, vt Romanis dicit Apostolus: Arbitramur iustificari

Roma. 3. hominem per fidem, intelligendum est fundamentaliter: quia fides fundamentum nostræ iustificationis est; vt olim dixit Adã 25

Gene. 2. de Eua loquẽs: Hoc nũc os ex ossibus meis. Noluit dicere, quòd tota Eua esset os, sed quia fundamentum formationis Euæ fuit os; ideò os vocat illam. Propterea fratres, ne seducamini existimantes per solam fidem saluandos vos esse: sed, vt fides vestra viua sit, & charitate formata satagite, vt vitam sempiternam consequamini. Vltimum, quod notandum restat est, quòd cum sancta mater Ecclesia de admirabili Spiritus sancti aduentu ageret, hoc proponit Euangelium, in quo agitur de ineffabili filij Dei aduentu in hunc mundum, deque fine aduentus ipsius, vt doceret homines quænam esset causa meritoria, & finalis aduentus Spiritus sancti. Quoniam præcisa causa, ob quam Pater æternus dedit

Simile.

26 dedit nobis Spiritum sanctum est, dedisse nobis filium suum, qui homo factus hoc tam singulare beneficium hominibus meruit. Nũc verò Spiritus sanctus venit disponere nos, vt suis frueremur meritis, & tãdem, vt opera, qui diuinus mundi reparator cœperat, perficeret. Venit filius Dei in mundum, vt filios hominum, filios Dei & sui regni participes efficeret. Sic Diuus Ioannes ait: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in *Ioan.* 1.
nomine eius; qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Ac si diceret, filius Dei, qui est verbum, caro factum est, vt homo fieret Deus. Hæc diuina generatio ortum habuit à Christo filio Dei. Ex quo Apostoli discipuliq́ue Domini tanquam ouà remanserunt, & quasi cæleste semi
27 narium, in nido Ecclesiæ huius, ex quibus noua quædam germina pullularent. Et venit Spiritus sanctus, vt fe ouibus his super imponeret, & illa viuificaret, vt calore recepto nouella sanctitatis germina ex se producerent. Sicut ex sanctissima Virgine Maria per virtutem sancti Spiritus filius Dei, & conceptus, & natus est: sic ex Ecclesia virgine, & per Spiritus sancti virtutẽ hæc sancta generatio producta est. Et illud cœnaculum, in quo omnes pariter erant congregati, fuit tanquam vterus sanctæ Ecclesiæ, in quo ex veteribus hominib⁹ subitò noua generatio formata fuit. Cuius rei demiratus ille Sanctus Isaias dicebat: Quis au- *Isa.* 66.
diuit vnquam tale, & quis vidit huic simile? nunquid parturiet terra in die vna, aut parturietur gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos? Nunquid ego qui alios parere facio ipse
28 non pariam, dicit Dominus? De hac etiam generatione Regius Dauid loquitur, dicens: Emitte spiritum tuum & creabuntur: id *Psal.* 103.
est, regenerabuntur. O quales illi viri sancti remanserunt, quàm accensi, quam immutati, qui vix seipsos cognoscebant. Ea est Spiritus sancti virtus, quam in anima operatur, vt anima aliqualiter Spiritus sanctus appareat: adeò, vt si fortè aliquis posset animam intueri Spiritu sancto plenam vix cognoscere posset, aut *Simile.*
discernere animam esse, necne. Tanquam ferrum ignitum in fornace positum, quod magis ignis, quàm ferrũ apparet: sic anima in fornace diuini ignis posita, magis Deus quàm anima videtur: quæ ita diuino nutui subiecta manet, vt propria volũtate carere videatur. Hoc Diuus Paulus significauit, dicẽs: Quicũq; spiritu *Rom.* 8.

Dei agũtur hi sunt filij Dei, id est serui Dei, quanuis liberũ arbi- 29
triũ habeãt, vt sunt per Spiritũ sanctũ regenerati taliter operantur, tãquã, si à Deo solo mouerẽtur. Sicut equum bene domitũ, quocũq; vult eques maxima cũ facilitate vertit. Vnde sacra Scri
Abac.3. ptura iustos equos Dei appellat, vt in illo Abacuch: Qui ascẽdis super equos tuos. Et quoniã Spiritus sanctus descẽdit, vt virtutẽ sanctæ Ecclesiæ impertiret, ad hãc diuinã generationẽ propagãdam, & vt homines filij Dei essent; ideò in specie ignis descẽdit, qui natura sua semper ascẽdit. Nã filij Dei qui sunt mentes, desi
deriaq; sua in altũ tollũt, desiderijs & cupiditatibus mũdi in ipso
2.Cor.3. cõbustis. Hoc etiã D. Paulus in illo significauit: Vbi spiritus, ibi
Rom.1. libertas. Nam de peccatoribus alibi dixit: Tradidit illos Deus in desideria cordis eorũ: hoc est, q̃ ita sunt detẽti, & traditi in manibus cupiditatũ, & desideriorũ suorũ, vt vix cogitare, aut desidera 30
re cælestia possint. Tamẽ Spiritus sanctus ab hoc vinculo & captiuitate homines soluit, vt ab ipsa liberati facillimè mẽtes, desideriaq́ue sua ad verum cælestemq́ue Patrem tollant. Eia peccatores, qui vestris affectibus, & desiderijs captiui estis: hunc diuinum deprecamini spiritũ, vt sua admirabili potentia soluat vos, & à tam misera seruitute redimãt: vt sic sua gratia erepti currere positis vsque ad gloriam, quam mihi & vobis donare dignetur Iesus Mariæ filius, Amen.

simile.

In eadẽ Feria. II. in Pentecoste

Concio Secunda.

¶ *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Ioannis.3. 1

NON verba hominum, non Angelorum linguæ sufficiunt horum verborum singularitatem expri mere: etenim efficacissima sunt, & valde sufficien tia ad quodcunque emolliendum cor, & amoris igne illud accendere. Multi ex antiquis Philoso-
phis, (Platonici præcipuè) asseuerabant tam seniorem, quàm iuniorẽ deorũ amorẽ esse: quo loquẽdi modo insinuare volebãt omnia Dei opera, tã noua quam vetera amore fieri, & facta esse.
Plato. Vnde Plato in libro, quẽ conuiuiũ Socratis inscripsit, in oratione Aristo-

2 Aristophanica vocat amorem diuinũ, potens, singulare, & vnicum mundi beneficium. Et hoc manifestè verba ista ostendunt, quæ docent nos quousq; diuinus peruenit amor, scilicet, vt non solum propter ipsum mundum Deus creauerit, verùm etiã vnigenitum filium suum dederit redemptionem ipsiusmet mũdi. O singularem Dei charitatẽ, qui, vt nobis donaret, proprio filio suo nõ pepercit, vt nobis misericors fieret, sibi factus est (si sic fas est dicere) immitis, & crudelis. Illam Abrahæ charitatem adeò Deus ponderauit, filio, scilicet, suo pro sui amore nõ parcere, & tam crebris præconijs illam extulit, vt ore proprio iurauerit per semetipsum illũ multarũ gẽtium patrem futurum esse: vt patet in sacro textu, vbi dicitur: Per me metipsum iuraui, dicit Dñs, *Gene.22.* quia fecisti hãc rẽ, & nõ pepercisti filio tuo vnigenito: benedicã
3 tibi, & multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas cęli, & velut arenam, quæ est in littore maris. Et benedicentur in semine tuo omnes gẽtes terræ, quia obedisti voci meæ. Ecce quãti illã Abrahæ obedientiã & amorẽ Deus æstimauit. Tu verò, ô homo, hãc Dei charitatẽ immensam, quã ergate habet in tui intellectus statera non pensas, nec ęstimas? Quid erat Abrahã cum Deo comparatus? & quid erat Isaac cum suo vnigenito filio Iesũ Christo? Et tandem Abraham non occidit filium suum Isaac: at Pater æternus verè execut⁹ est quod dicit Isaias: Propter scelus populi mei percussi *Isa.53.* eũ: vere nãq; filius Dei mortuus est. *Sic Deus dilexit mũdum*, Id est, hucusq; amor Dei peruenit. Omne amoris experimentũ hominibus Deus fecerat, nec aliud, quàm hoc faciendum deerat, vt nihil omninò deesset, & illud Isaiæ dici posset: Quid est, quod de- *Isa.5.*
4 bui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? Et quamuis potentiæ Dei hoc necessariũm minimè fuit, nec sapientiæ, cui non deerant multa alia media, quibus nos redimeret: attamen necessarium erat (vt ita dicam) ipsi amori: quia æquum non erat, vt homines Deum in amando vincerent. Nam ex humanis historijs constat nobiles Romanos ingenua altercatione contendisse, vt se propter patriæ libertatem tutandam mortis periculo exponerent. Hoc est supremum & efficacissimum amoris argumentum, aliquem, scilicet, pro alio mori: & qui huc nondum peruenit amoris metã nondum pertingit. Et cum homines huc peruenerint, Deus, qui est amor infinitus non peruenirent? vtiq; peruenit, & plus vltra transcendit. Nam homines propter amicum, ad

summum

ſummum ſe mortis periculo exponunt: quem ſi abſque vitæ ſuę 5
diſcrimine eripere poſſent, tali periculo nō ſe exponerent: at ve-
rò Deus cum poſſet alia vi homines redimere, mori voluit; & nō
tantum propter amicos, ſed etiam propter inimicos. Quod Diuꝰ
Roma.5. Paulus exaggerat, dicens: Commendat autem charitatem ſuam
Deus in nobis; quoniã, cùm inimici eſſemus, pro nobis mortuus
eſt. O miram verbi exaggerationem. Cum inimici eſſemus, ait.
Nuſquã Deus inimicus noſter fuit; nos inimici eius eramus. Il-
le offenſus, ille exoſus à nobis fuit: ſed ab æterno ipſe dilexit
nos; & tamen poſt hanc noſtram ingratitudinem, *Sic Deus dilexit*
Gene.43. *mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Cũ Iacob Patriarcha tot
liberos haberet, ægrè ferebat, quòd filium ſuum Beniamin tolle
rent, & pro redemptione fratris, qui captiuus remanſerat in Ægy
ptum ferrent: at tu Pater infinitæ miſericordiæ vnicum filium, 6
quem habes morti tradis, vt nos ab hoſtibus eripias? Sic Deus di
lexit mundum: & non mundum, ſed immundum & fœtidum.
Vnde illud: Facti ſumus immundi omnes. Hunc ergo mũdum
dilexit Deus, vt ſanguine ſuo pretioſiſsimo lauaret illum. Hoc
eſt, quod ſponſa dilectum quærens, & ſigna illius oſtendens ex-
Cant.5. aggerat, dicens: Dilectus meus, candidus & rubicundus, electus
ex millibus. Caput eius aurum optimum. Vt verò hæc, & alia ſi-
gna dedit, ſubdidit: Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus
meus filię Hieruſalem. Id eſt, tam magnus cum ſit, tam potens,
tam mirificus, & ego paupercula, meam vilitatem, & pauperta-
tem non deſpicit, ſed ſingulari me amore diligit: quare ergo non
quæram illum, & pro illo moriar? O ars artium, ô ſcientiarum
ſcientia, verè digna Deo. 7

Vt filium ſuum vnigenitum daret. Quantum eſt in ſe omnibus de
dit, quia omnes illo egebant: omnes peccauerũt, & egent gloria
Rom.3. Dei: inquit Apoſtolus. Gloria Dei eſt vnigenitus filius ſuus Ie-
ſus Chriſtus. O miſerum illum, qui exiſtimat ſe Chriſto nō ege
re, neccurat opem ab illo impetrare, quem Pater mediatorẽ de-
dit, in infirmitatibus medicum, in peccatis iuſtificationẽ. Vnde
Pſal.30. multis retro ſeculis dicebat Dauid: In iuſtitia tua libera me.
Quam iuſtitiam poſtulabat Dauid, niſi illam Dei homo facti,
in quo erat pretium operum Dauid, & antiquorum Patrum,
& ſubſequentium vſque ad finem mundi? Propter quod in
Apoc.12 Apocalypſi dicitur: Agnus, qui occiſus eſt ab origine mundi.

Et

8 Et dedit nobis filium ſuum, voluntate deliberata relinquens iſ-
lum nobiſcum vſque quaque. Et ita vixit, mortuus eſt, & reſur-
rexit, in cælumque aſcendit tanquam noſter: quia nũc in illa cæ
leſti magna curia noſter fideliſsimus eſt aduocatus. O quanta cũ
emphaſi hoc Diuus Paulus ſignificauit, dicens: Chriſtus Ieſus *Rom.8.*
qui mortuus eſt, imò qui reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei,
qui etiã interpellat pro nobis. O fœlicem diẽ, in qua talis dona-
tio facta eſt, quando ęternus Pater tantis laboribus, tamq; igno-
minioſæ morti, & impijs Iudęis illum tradidit: quem Iudæi ex-
tra ciuitatem eiecerunt, quaſi indignum exiſtimãtes, vt inter ho
mines habitaret, aut tanquam ſi eſſet abortiuus partus, qui cani-
bus proijcitur. O pulcher inter filiorum hominum, & qualiter
propter ſcelera mea deformis factus es. A planta pedis, vſque ad
9 verticem capitis immerſus es in profundo paſſionum, & totum
hoc, vt animam meam lætitia adimpleres. O peccatoribus mirę
ſpei ſpectaculum, ſi tanto bono vti voluerint. Cum filij Iſrael *4. Reg.3.*
quandam ciuitatem obſiderent, & eiuſdem vrbis Rex, cum in
magna anguſtia poſitum ſe cerneret, arripiens filium ſuum pri-
mogenitum, qui regnaturus erat pro eo obtulit illum in holocau
ſtum ſuper murum, & facta eſt magna indignatio in Iſrael, ſta-
timque receſſerunt ab eo. Fortè dixerunt hi: Rex, qui iram & in
dignationem deorum ſuorum, vt ſedaret, proprium filium ſa-
crificaret, quid non pro ſeruis ſuis faciet? Hoc argumẽto æquius
poſſumus nos formare: Quid non dabit nobis, qui filium ſuũ vni
genitum tam crudeli tradidit morti in ſacrificium pro nobis? Et
quid non faciendum eſt nobis pro obſequio illius, qui ſic dilexit
10 nos? O filiorum Adam ingratitudinem, qui tanta beneficia æſti
mare neſciunt. Tres illi iuuenes Darij Regis cuſtodes depoſue- *3. Eſdr.3.*
rant: quænam mundi res fortior eſſet. Et vnus ſcripſit: Forte eſt
vinum. Alius: Fortior eſt Rex. Tertius verò: Fortiores ſunt mu-
lieres, ſuper omnia autem vincit veritas: & hęc ſententia iudicio
omnium verior fuit, & melior. Ego verò aliud fortius inueniri di
cerem: amorem, ſcilicet, qui inuincibilem Deum vicit, & in
mundum traxit. Quod ſi amoris vires, dilectiſsimi fratres, tantæ
ſunt, quàm iuſta erit amoris querela, quod illa cõſequentia, quã
Angelus Dei Iacob fecit in ſeipſo non teneat? Legitur enim, *Gen.32.*
quòd rediens Iacob in patriam ſuam meticuloſus, in via luctа-
tus eſt Angelus cum eo. A quo metum, vt auferret [*Dandoſe por*
vencido,]

vincido] dixit: Si contra Deum fortis fuisti, quantò magis cõtra homines prævalebis? Hæc est, fratres, amoris querela, quod in Iacob teneat hæc consequentia & in ipso non. Quod amor tã fortis sit, vt Deũ in hunc mundum ligatum trahat hominem factũ, & homines ab ipso vinci non patiantur, sicut Deus. Est malum hoc tam abominabile, vt verba ad debitam exaggerationem de- 11
Prou. 8. sint. Singulari amore dicit Deus. Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Delectatio secundum Auicennam est ex coniũctione conuenientis cum conuenienti. Ex quo colligitur perinde esse in his verbis ac si diceret, Plurimum est mihi conueniens esse cum filijs hominũ, ita vt si gloria mea crescere posset in hoc crescceret. O miram exaggerationem ineffabilis Dei charitatis reuelatricem. Et quare, ò vermiculi putridi, hæc audientes non confundimini? Quod dicat Deus: Deliciæ meæ esse cum filijs homi- 12
num, vobis autem graue nimis amarumque videtur cum Deo conuersari, cùm res adeo conducibilis vobis sit? Totum hoc defectus amoris signum est manifestum. Attendite, quia hoc præ-
Simile. cipuè à nobis Deus postulat, quia amore amor rependitur. Si nobilis quidam ingenuam puellam amaret, cui illa diceret in præmium amoris tui erga me faciam te regis domesticum & cum hoc pariter multa dona tribuam: si vere hic amat dicet vtique, [*Que no quiere bienes, ni priuanças*] sed redamari vult. Nam commutare amorem pro alijs rebus, est quasi, qui commutaret auri puri monetam pro vili ære. Confunditur enim amor quoties in non amorem commutatur. Ista est etiam Dei consuetudo, qui vult amorẽ suum, quẽ erga nos habet, amore repẽdi, & omnia quęcũ quę prorsus facimus obsequio in hoc amore fundari, vt sint illi grata & accepta. Vnde infertur, quã sit facilis diuina lex, quãdo 13
quidẽ præcipuũ, quod in ea nobis præcipitur, & à nobis postulatur est illud, quod in nostra manu est. Quid magis in potestate hominis est, quã sua volũtas? & quæ via magis plana esse potest, quã bonũ diligere? O quã durum erit, cũ Deus dixerit peccatori, Dicito mihi, ò infęlix, vt rem familiarẽ relinqueres, & sic expoliatus, nudus, discalceatusq; in syluas & cãpos te conferres, & herbis crudis vescereris, aut subdio dormires, nunquid tibi præcepi? Hoc & amplius si tibi præcepissem parũ esset tolerare obpręmiũ quod de me sperabas. Sed quod popposci est tantũ, vt eleemosynã mihi faceres de illo, quod magis tuum erat, qualis est tua voluntas

14 luntas. Dicito mihi quid tunc respondebis cùm suam iustitiam tam planã, & tuã condemnationẽ tam euidentẽ aspexeris? Quã do Naamã regis Syrię prępositus ad Eliseũ se cõtulit, & vidit sanctum Prophetã illi non occurrisse, sed q̃ iussit illi dici, Vade & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atq; mũdaberis: iratus Naaman reuertebatur in terram suam, & accesserunt ad eũ serui sui, & locuti sunt ei: Pater, & si rem grandẽ tibi dixisset Propheta, certè facere debueras, quanto magis quia nũc dixit tibi: Lauare & mundaberis. Rem ergo tam facilem quare nõ facies? Hac ratione serui illi dominũ suũ cõuicerũt. O Deus infinitę maiestatis pro tua clementia oro domine, des nũc verbis meis istis efficaciã, vt hac eadẽ ratione hos tuos fideles conuincam. Dicite fratres quid intenditis? Quid intenditis, cœlũ adipi- *4. Reg. 5.*
15 sci? Et quid homo deberet facere vt cœum obtineret? Quamuis enim ibi per vnius tantum diei spatium se futurum speraret pro illo, si suum esset, daturus erat vniuersum, & nihil daret, quia omne aurum in comparatione illius arena est exigua. Quare ergo rem tam facilem qualis est amor non donatis? O saxo duriorem, qui hac ratione non conuincitur.

Et vt magis Dominus ad hoc nos excitaret, subdidit statim finem, propter quem Pater suus misit illum dicens: *Vt omnis, qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Quasi diceret: Ne putetis, quod Pater æternus misit filium suum in mundum; sic diligens illum, vt hominibus facultatem concederet, vt secundum suum appetitum viuerent: sed misit illum, vt tam ineffabili dono inuitati, in illum crederent: credendo diligerent
16 & obedirent: & sic non perirent, sed vitã æternãhaberent. Quod si ò peccator tã durus es, vt te tam ingens Dei amor nõ moueat, moueat te saltim, vt habeas vitam æternam. De eodem Saluatore dicit Diuus Paulus: Qui proposito sibi gaudio sustinuit cru- *Heb. 12.*
cẽ confusione contempta. Statue ante oculos animæ tuæ vitam illam æternam tot gaudijs plenam, & sic quantumuis frigidus remissusque sis, ad relinquenda peccata, & virtutem sectandã excitaberis, & etiam ad resistendũ difficultatibus, & obstaculis, quæ in hac misera vita passim sese offerunt. Ob cuius considerationis defectum quam plurimi in vitijs suis consepulti iacent: de quibus illud Hieremiæ iure dici potest: Sordes eius *Thren. 1*
in pedibus eius, & non est recordata finis sui. Vbi illa dictio,

&, cau-

& causalis esse potest, vt sit sensus: quia homo oblitus est gloriæ 17
ad quam fuit conditus, hinc fit, vt in sordibus affectionum rerũ
Simile. temporalium positos habeat pedes. Quis tam stupidus erit, vt
propter ientaculum alliorum & ceparum, opiparum amittat
conuiuium? Omnes sæculi deliciæ ientaculum sunt ceparum
& alliorum, respectu illius lautissimi cælestis conuiuij, vbi totũ
Simile. bonum præsens, & sine successione est. In conuiuio, vbi multa
fercula ministrantur, vnusquisque cibus per se suum habet sapo
rem, & gustum. Quod si conuiuium multum durat, plures gu-
stus successiuè conuiua recipit, quia diuersitas ciborum diuersos
sapores efficit. At si fieri posset, vt statim ac conuiuæ recumbũt
in priori buccella omnium ferculorum sapores, quæ apponen-
da essent, degustarent, certum est, quòd illa buccella tantum de-
lectaret, ac omne conuiuium, & tempus durationis illius. Hæc 18
rudi similitudine aliquo modo explicari potest illa magnitudo
dulcedinis, quæ in cælesti gloria degustatur, quæ cibus est il-
lius lautissimi conuiuij. Non ibi successio gaudiorum est modo
vnum, mox aliud: sed omne id quod in æternitate recipietur,
in priori instanti recipitur, & ita bonis innumeris simul fruen-
Psal.16. tur. Hoc Regius Dauid præcinit, dicens: Satiabor cùm apparue-
rit gloria tua. Vbi alia translatio habet: Satietas lætitiarum est
cum vultu tuo. Quis ergo in huius tanti boni amorem non fer-
tur? quis ad illum non rapitur? Quis ita amens existit, vt millies
mori non proponat, antequam hoc summo bono priuari? Hoc
D. Augu. egregie Diuus Augustinus nouerat cùm dixit: Si quotidie nos
oporteret tormenta perferre, si ipsam gehennam longo tempo-
re tolerare, vt Christum in gloria sua videre possemus, & san- 19
ctorum eius numero associari, nonne dignum esset pati omne,
quod triste est, vt tanti boni, tantæque gloriæ participes ha-
beremur?

Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mũdum: sed, vt saluetur mundus per ipsum. Ac si diceret: Peccata erant in mundo
in abundantia, & ratio sufficiens satis erat, vt mundum condem
naret Deus propter scelera sua nimia: veruntamẽ hoc diuina pie
tas non quærebat, sed mundum tantum à suis peccatis eripere &
Isa.2. saluare. Dicet quis: Quomodo hic Dominus ait, se non venisse,
vt iudicet mundum, cùm Isaias ad literam de ipso loquens, di-
cat: De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem: &

iudicabit

20 iudicabit gentes, & arguet populos multos, & Dominus in Euã *Ioan.12.*
gelio: Nunc iudicium est mundi? Ad huius difficultatis expla-
nationem notare oportet, duplex esse iudicium, alterum perso-
narum, alterum operum. Et ita sæpè contingit quod opera iudi-
camus dicentes: Hoc opus bonum, aut malũ est; absque eo, quod
notemus personam: nonnũquam verò personam iudicamus. Se-
cundum hoc quæstioni respondetur: quid in priori aduentu fi-
lius Dei mala opera condemnauit, & personas saluauit, quia in
suo sanctissimo Euangelio docuit opera, quæ homines, tanquã
nimis pernicioſa fugere debebant. At in secundo aduentu iudi-
cabit homines, qui iudicium prioris aduentus accipere nolue
runt. Suo namque sacratissimo exemplo, omnem pompam, am
bitum, delectationem, cupiditatem, vindictam & huiusmodi
21 alia donauit, suoq; diuino ore protulit dicens: Væ vobis, qui ri- *Luc.6.*
detis nunc, quia lugebitis, & flebitis: væ vobis diuitibus, qui ha-
betis consolationem vestram, væ vobis qui saturi estis, quia esu-
rietis. Quod si hæc diuinus magister ità minatur in earum rerum
pœnas, quas vix homines illicitas esse reputãt, quid erit de adul-
terijs, furtis, homicidijs &c. O miseros illos, qui hoc iudicio vti
noluerint, quia in iudicio vniuersali in æternum peribunt. Ob-
secro dilectissimi pro ineffabili pietate, qua modo hic diuinus iu
dex indulgentiam, & remedium offert, vt acceptetis illud, nec tã
tum bonum præterire patiamini. Forte hoc sacrosanctum Euan
gelium in hodierna solennitate legitur, huius verbi causa, quod
bonus Iesus ait, scilicet, quòd misit illum pater suus, vt saluetur
mundus per ipsum: id est, vt faciat ea quæ sunt necessaria ad mũ-
22 di salutem. Postremum verò, quod faciendum deerat, Spiritus
sancti erat missio. Quia semine humi iacto solet prudens hortu- *Simile.*
lanus sata copiosa aqua irrigare, vt vberrimum fructum afferãt.
Hic diuinus hortulanus in Ecclesiæ suæ horto, cœleste illud fi-
dei semen seminauerat: & opus erat, vt Spiritus sancti aduentu,
qui fluuius est perennis, & copiosus, irrigaretur. De quo Ioan- *Apoc.22.*
nes dicit, ostensum esse ei fluuium aquæ viuæ, splendidum tan-
quam crystallum, procedẽtem de sede Dei & agni. Dicitur Spi
ritus sanctus fluuius aquæ viuæ ab effectu, quia vitam anima-
bus tribuit. Dæmon est lacus aquæ emortuę, quam siquis bibit
hydropisis in anima generatur: aqua, inquam, corrupta, quæ bi-
bentem inficit. Miseri illi, qui sathanicos sequuntur insultus: hi

enim sunt, qui illius fœtidam aquã imbibunt. Dicit deinde quod 23
est cœlestis fluuius splendidus tanquam crystallum, etiam ab
effectu, quia clarificat, & illuminat animas, in quibus habitat; &
cuius fauore tenebræ ignorantiæ expelluntur. Et procedit, (in-
quit,) quia semper procedit & currit. De sede Dei & agni. Se-
des voluntas est: quia sicut in sella quiescitur, ità in voluntate re
quies ponitur. Cùm enim aliquid secundum beneplacitum vo-
luntatis fit, communiter dici solet. Nunc quiesco. Dei, & agni;
Ioan.7. quia Spiritus sanctus procedit à voluntate patris & filij. Quem
etiam Redemptor noster aquam vocauit dicens: in die magno
festiuitatis stabat Iesus, & clamabat dicens: Si quis sitit veniat ad
me & bibat; Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de vẽ
tre eius fluent aquæ viuæ. Et subdit Diuus Ioannes: Hoc autem
dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. O vox 24
pietaris, & misericordię plena. O vere digna vox, quę semper in
auribus resonet nostris, & corda nostra in desiderium superni do
ni huius erigat. O Christe præco diuine, & quomodo hanc aquã
negabis petenti ex animo, qui ingenti clamore ad illam inuitas?
Eia fratres mei, qui sitit currat, vt bibat, vt bibat, inquam, tantũ
Isai.55. bonũ, de quo Isaias dicit: Omnes sitiẽtes venite ad aquas: emite
absq; argento, & absq; vlla commutatione. Sed quare dicitur,
Cant 8. gratis dari? Quia in Cãticis dicitur: Si dederit homo omnem sub
stantiam eius pro dilectione, quasi nihilum despiciet eã. Idest,
Omnẽ diligẽtiam si adhibeat homo ex se, vt hanc pretiosissimã
aquã obtineat, nihil erit in comparatione inæstimabilis pretij
illius. Ecce aquã, quam ille diuinus sator misit, vt sui horti cœle-
ste seminarium germinaret, fructificaret q;. Sed interrogo, qua 25
Dan.7. re Diuus Ioannes inquit; hunc fluuium aquæ viuæ esse cùm Da
niel Propheta hunc eundem fluuium igneũ esse dicat, inquiens:
Fluuius igneus, rapidusq; egrediebatur à facie eius, nempe Dei.
Si igneus est, quomodo aqueus? Huic respondeo, proprietates
diuinarum personarum plures esse: vnde explicari nequeũt per
vnam rem tantum, sed pluribus & diuersis. Sic sacra scriptura
Christum Redemptorem nostrũ Leonem appellat, vt eius forti
tudinẽ denotet: vocat similiter agnũ, vt eius mansuetudinẽ ostẽ
dat. Similiter Spiritũ sanctũ Aquã appellat, quia concupiscen-
tiæ ardores extinguit, animãq; refrigerat, & fructificare facit di-
uinũ semẽ, quod in ea seminatur. Ignis verò dicitur; quia purifi-
cat,

26 cat, & inflãmat. In lege præcipiebat Deus, post quã agnus immo *Exod.12.*
laretur, reliquiæ ne perderentur ex eo, sed, vt igne cõburerentur,
his verbis: Si quid residuum fuerit igne comburetis. Veritas vm-
bræ huius hodie cõpleta est; quia immolato paschali agno Chri
sto, & in ara crucis mortuo, suscitato deinde, & in cœlum ascen-
so, ex hoc cœlesti agno reliquiæ remanserunt sancti, scilicet,
Apostoli, & discipuli, qui hodie combusti fuerunt hoc cœlesti
igne Spiritus sancti; vt sic combusti, mundum comburerent, &
charitatis igne accenderent. Agamus ergo dilectissimi ingentes
gratias Deo pro tam singulari dono, quod super Apostolos mi-
sit: siquidem in commodum nostrum redundauit: quia ab ipsis
fides, & omne bonum nobis prouenit. Hoc est enim, quod Bea- *1.Cor.3.*
tus Apostolus ait: Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apol-
27 lo, siue Cephas: ideſt: omnia ad vestram salutem instituta sunt.
Tanquam nobilis pater multa dona magistro seu pædagogo *Simile.*
impertit, vt maiori studio filium eius instruat: & in hoc filium
suum honore afficit & maximum erga illum amorem habere
ostendit: similiter Apostolos tot afficiens Deus beneficijs, tot
illis distribuens dona, vt essent doctores mundique magistri,
nos omnes horum donorum debitores fecit. Et quia si vt opor-
tet nos disponemus etiam communicabit se nobis idem met spi
ritus in hac vita per gratiam in futura per gloriam: ad quam nos
perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadẽ Feria II. in Pentecoste

Concio Tertia.

1

Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Ioannis.3.

SAnctus Propheta Dauid Psalmo septuagesimo se *Psalm.72.*
cundo ait: Quam bonus Israel Deus his, qui recto
sunt corde. Hic Israel datiui casus est, vt habetur in
Græco & in Hebræo: & est sensus: Quam bonus
est Deꝰ Israel, ideſt, his qui recto sunt corde. Itaq;
posterior hęc pars prioris est expositio. Et quare dicit his bonũ

Universidad de Deusto Biblioteca

esse? Nũquid Deus aliquib⁹ malus est? minime: nec esse potest. Si 2
Thren.3. mile est hoc, quod dicit Dauid illius Hieremiæ: Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Quare dicit animæ quærenti illum: nunquid animæ non quærenti illũ malus est? Dico naturam boni esse diffusiuũ sui ipsius, & communicatiuũ. Quod si hic dicit, Bonũ esse, ideſt, [*Dadiuoſo y liberal*] Bonis tãtum est: quia mali impedimento sunt, ne Deus sua vtatur natura, nempe communicare se. Et alibi loquens Dauid in persona
Psalm.15. Christi ait: Sanctis, qui sunt in terra eius mirificauit omnes volũtates meas in eis. Vbi Hebraica lectio sic habet: Sanctis, qui sunt in terra, & admirabilibus omnis voluntas mea in eis. Omnia hęc sacræ scripturæ loca peccatoribus maximè doloris causa sunt & ægra: inquibus omnis ratio de iustis habetur, & solum fit eorũ relatio. At verò hæc dulcissima verba, quibus hodiernũ Euange- 3
lium exorditur, non solùm iustis consolationem afferunt, sed etiam peccatoribus: in eis siquidem Deum diligere mundũ, summa veritas dicit: hoc est, tam iustos, quàm peccatores. Et patris æterni amorem eo vsq; peruenisse, *Vt filium suum vnigenitum daret.* Non Angeli, non dæmones, vt in cruce moreretur fecerunt,
Gene.35. sed homines. Pulchra illa Rachel obijt ex partu Beniamin: itaq; matris mors vita filij fuit: & vita filij tam desiderati mors fuit matris. Et ideò imminente iam morte vocauit nomen filij sui, Benoni, ideſt, filius doloris mei. O benoni, ô Christiane, fili incomparabilium Christi filij Dei dolorum, ne tanti amoris obliuiscaris obsecro. Te sapiens hortatur dicens: Gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Id ipsum tibi dico peccator, ne sis adeò ingrat⁹, vt gemituum inenarrabiliũ dolorun illius agnĩ sacratissimi, quem pater 4
Isai.7. æternus tam crudeli morti pro te tuoque amore tradidit immemor sis. Propheta Isaias hoc beneficium, quod mundo Deus collaturus erat, prædicens, ait, Vocabitur Emanuel, ideſt, nobiscum Deus. Vbi est valde notandum, quod vocari noluit: Nos cum Deo, sed nobiscum Deus: vt intelligatur, ità nos diligere, vt quãtum in se est semper nobiscum velit esse: & si deest, nostra culpa est, qui tanquam ingrati ab illo fugimus. Verecundemur dilectissimi, & confundamur tam grandem abominationem de nobis dici: incipiamus iam diligere illum, cum omnis amor debetur. Et sicut in Deo ex amore ipsius prouenit benefacere nobis: ita in nobis ex amore, quo illum debemus diligere, debet procedere,

5 dere, vt illi seruitia exhibeamus, & proximos diligamus. Doctores Theologi dicunt, quod in cognitione, à creaturis ad creatorem ascendimus: sicut etiam Diuus Paulus affirmat dicens: Inui- *Roma.1.*
sibilia enim ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. In dilectione verò è contra: quia ab amore Dei descendimus ad amorem creaturarum. Vnde qui proximum diligit propter Deum principaliter Deum diligit: & ita signum est qui proximum diligit à Dei dilectione descendere.

Sic Deus dilexit mundum. Quomodo, sic? quemadmodum nostra postulabat durities vt molliretur. Per Isaiam Dominus dixe- *Isai.48.*
rat: Scio, quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & transgressorem ex vtero vocaui te. Ad tantam ergo duritiem emol-
6 liendam tam magno igne opus erat, qualis, scilicet, Deum hominẽ factum mori; ex tunc enim homines mollificari domarique cœperũt & Deo subijci. Sic enim de eo prędixerat Dauid: Mãducauerunt, & adorauerunt eũ omnes pingues terræ: in conspectu *Psalm.21.*
eius cadent omnes, qui descendunt in terram. Pro eo autẽ, quod subditur: Et anima mea illi viuet, in Hebræo habetur: & anima eius non viuet. Et secundum hanc lectionem sensus est: Quod pingues terræ, ideſt, potentes, & diuites terræ, qui vitam suã in voluptatibus degebant, omnes etiam mundi nationes, debent Christum verum Deum, verumque hominẽ adorare, & humiliter suæ diuinę subijci voluntati. Et huius obedientiæ, & humilitatis rationẽ reddit dicens: Et anima eius non viuet, ideſt: quia propter ipsos animã suam morti exposuit, & mori dilexit, vt ip-
7 si vita viuerẽt. Quod apertius Isaias dixit: Si posuerit pro pecca- *Isai.53.*
to animam suam, videbit semen longæuum. Et iterum ibi: Pro eo, quod laborauit, anima eius, videbit & saturabitur. Videbit enim patrem fidelibus suis multa dona communicare, per merita sanctissimæ passionis suæ.

Vt omnis, qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Super hęc verba notare oportet, quod cũ sacra scriptura absolute de fide loquitur, de fide viua, & charitate formata debet intelligi: vt cũ hominem vidisse quis dicit hominem viuum, & non pictum, vidisse intelligendum est, nec mortuum: quia regula dialecticorum est: Analogum per se sumptum stat pro famosiori significato. Similiter hîc est intelligendum ad vitam æternam

conſequendam opus eſſe, credere in filium Dei amore & charitate. Vnde quod inferius dicit: Qui non credit iam iudicatus eſt: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei, non ſolum debet intelligi de illo, qui non habet fidem, ſed etiam de illo, qui quãuis habeat, emortuã peccato lethali illã habet: & illud, iã iudicatus eſt, ideſt: iam condemnatus eſt, vt apud D. Ioãnẽ: procedent, qui bona fecerunt in reſurrectionẽ vitæ, qui verò mala egerunt in reſurrectionẽ iudicij, ideſt, condemnationis. Ita hic: Iam iudicatus eſt, ideſt, Iam in ſe habet rationẽ & cauſam ſuæ damnationis, ſcilicet, fidem non habere, aut lethali peccato extinctã. O te miſerum, & infœlicem peccatorem, quomodo non obſtupeſcis rem tã tremendam audiens? Qui fortè hic ſedes ſanus, pompatícè, pinguis & maxima cum autoritate, es apud ſanctiſimæ Trinitatis tribunal ſecundum præſentem iuſtitiam ad ignem æternum condemnatus: nec te magis mouent hæc, quàm ſi ea nõ crederes. Et hoc inquit Dominus hic circunſtantiam eſſe, quæ nimis tuum aggrauat peccatum, nempe lucem habuiſſe, & harum rerum cognitionem, ex quo ipſe Dominus in mundum venit, vt ea doceret, & nolle eis vti. Vnde ait: *Hoc eſt autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: erant enim eorum mala opera.* O terribilẽ abominationẽ, quod ſint homines ad peccandum adeó propenſi, vt cum filius Dei vnigenitus in mundum venerit factus homo, & peccatorum grauitatẽ docuerit, & tã ſingulare lumen circa hoc oſtenderit: & mortuus cum ſit, vt à peccatis nos eriperet, poſt hæc omnia peccet homo eadem, qua antea libertate peccabat: ſic auarus, turpis, immũdus ſuperbuſq; exiſtat, ac ſi vnigenitus Dei filius nec in mundũ veniſſet, nec illum illuminaſſet. Hoc eſt iudicium, ideſt, hæc erit vna circunſtantia, quæ grauiter iudicium, & condemnationem hominum aggrauabit. Eſt etiam iuſta Dei permiſsio, ne tanta luce fruantur in pœnam ſuorum delictorum. Ideo ſubdidit: Erant enim opera eorum mala. Et in verbis, quæ paulo inferius, quàm corruptus, & vitiatus hodie ſit mundus, plane oſtenditur. Ait enim: *Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* O Chriſte lux vera, quid ais Domine? omnes, ſcilicet, qui male agunt odiſſet lucem. Ecce, quia iam homines non fugiunt lucem, vt malefaciant: iam publicé peccare ſe iactant. Ecce quam corruptus ſit mundus. O lim

Ioan. 5.

8

9

10

vſuræ

11 vſuræ exercebantur: tyrannides fiebant: turpitudines, & ſcelera multa patrabantur: at vero modi quærebantur, quibus occultè fierent, nec intelligerentur ab hominibus: fugiebant lucem, vt non arguerentur opera eorum. Iam verò non pudet, non confunduntur homines: quinimo ſe iactant peccatores eſſe: publice vſuram exercent: turpes, tyrannos, ſuperbos, ambitioſoſque ſe oſtentant. Quod olim ſanctus Iſaias deplorabat, hodie adimpleri plenius, crediderim. Ait enim, Agnitio vultus eorum reſpondebit eis, & peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, neque abſconderunt, væ animæ eorum. Penſate fratres verbum illud, Agnitio vultus eorum reſpondebit eis: hoc eſt: Peccata ſua in facie ſcripta ferunt, & in fronte: facies ipſa loquitur peccatores eſſe: ea eſt vultus eorum profanitas, & diſſolutio. O rem

Iſai. 3.

12 ſanguineis lachrymis deplorandam, & quæ mouet nos non ſemel aut bis ſed millies, vt dicamus: Væ animæ illorum. Ecce commodum, & vtilitatem, quam perditiſsimi quique homines receperunt ex illo tam ineffabili Dei beneficio mundo exhibito, ſcilicet, filiũ ſuum vnigenitũ dediſſe. Amplius noſtra ingratitudo fit manifeſta ex eo, quod Pater æternus non ſolum contentus eſt nobis donaſſe quod ex ſuo intellectu procedit, qui eſt filius, ſed quod procedit ex voluntate, ſcilicet, ſpiritum ſanctum. Velut pia mater, quæ delicioſum filiolũ habet, quem lactat, cui vbere exhauſto aliud ſugendum tribuit: ſic Pater æternus, poſtquam populo ſuo viſceribus maternis pectus ſuum, ideſt, vnicum filium dedit, eodem amore donauit ſpiritum ſanctum. O glorificata ſit talis liberalitas. Quis

ſimile.

13 tam durus hæc audiens non emollitur, vt hunc Deum diligat? Penſate, ò filij hominum, quanta obligatione ſitis adſtricti, his diuinis vberibus frui, quæ nobis Deus dedit, vt gratiam, & benedictionem ſugamus. Hocilla eximia Ezechielis verba ſignificant: Et ſumam ego de medulla cedri ſublimis, & ponam, de vertice ramorum eius tenerum diſtringam, & plantabo ſuper montem excelſum &c. & erumpet in germen & faciet fructum. B. Thom. in opuſculo de ſacramento hæc verba ſic exponit: Cedrus ſublimis cœleſtẽ patrẽ, vertex autem cedri, ideſt, [*El pimpollo*] vnigenitũ, qui à patre procedit, medulla verò intra cedrũ cõdita, ſpiritũ ſanctũ deſignat, qui intimꝰ patris, & filij amor eſt: & vtrũq; plantauit ęternꝰ Pater in mõte Eccleſię, mittẽs nobis

Eze. 17.

D. Thom.

filium & Spiritũ ſanctum, vt virtute vtriuſq; perſonę, homines 14
in terris vitam cœleſtem viuerẽt, & fructus ſpirituales redderẽt.
Quia, quamuis verum eſt, Dæmonem nec intrare, nec tange-
re animam poſſe, Deo tamen permittente, & ipſa volente tot
Pſalm. 48. mala in ea efficere poteſt, vt de peccatore, illud Dauidicum dici
poſsit, Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus
Dan. 4. eſt illis: ſicut etiam Nabuchodonoſor dixit: Et cum beſtijs erit
habitatio tua. Vbi interpretes loci huius dicunt, hominẽ hũc ſu-
perbũ ſub forma & figura hominis cor brutum habuiſſe: de quo
infra dicitur: Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur
ei. Hoc modo remanet peccator, qui inſtar brutorũ ab impetu,
& vi ſuorũ motuũ ferri ſe patitur, & tanquam animal rationis ex
pers præter ea, quæ ad corporis ſuſtẽtationẽ pertinent nõ curat.
Si ergo dæmon, qui animã hominis attingere nequit, tot ſtrages 15
in ea facere poteſt, quid poterit Deꝰ efficere, cũ ſit cauſa infinita,
qui tãgit ipſam animã, eam penetrat, in ea habitat, ſuaq; dona ei
cõmunicat? Vnde Theologi hæc Dei dona habitus appellãt: vel
quia habiles nos reddũt ad bene operandũ, vel quia tanquã habi
tus quidã animas noſtras & vires eius ornãt & cõponũt, fortificãt
q;, vt ſic vitã ſupernaturalẽ Deo gratã viuamus. Sed, heu dolor;
nã aduẽtu filij Dei nõ fruentes, nec etiã Spiritus ſancti ineffabili
deſcenſu fruimur. Obſecro dilectiſsimi per immenſam Dei pie-
tatẽ, ne vobis ipſis hoſtes ſitis. Hoc tã ſingulari remedio vtimini:
date locũ huic diuino ſpiritui: & ſicut Nabuchodonoſor in for-
ma hominis cor ferę habebat, vos in forma humana mentẽ diui-
nũq; numẽ habebitis. Locũ date ei, cõſcientias veſtras à labe pec
Exemp. cati mũdantes, quod impedimentũ eſt, ne eas inhabitet. Mos an 16
tiquus fuit corpora imperatorum comburere mortua. Refert au
tem Suetonius Tranq. de Germionio. C. Caligulæ patre, cùm
poſt mortem eum comburerent, cor eius illæſum remanſiſſe.
Et cũ de huius rei cauſa conſultarent, inuenerunt cor plenũ vene
no: & ideò ignis penetrare non poterat: ſed cum iuxta theriacã
appoſuiſſent, venenum expulit, & ita combuſtum eſt. Similiter
Spiritus ſanctus, quãuis ignis infinitę actiuitatis ſit, corda noſtra
minimè cõburet, niſi prius peccati venenum, cũ theriaca pœni-
tentiæ expellamus. Nec ſolũ curare debemus à peccati labe mũ
dari, ſed inſuper æquũ eſt alijs ſpiritualibus exercitijs inuigilare,
inſtar ſanctorum Apoſtolorum, quoniam quãtò maiorem curã
adhi-

17 adhibebimus tanto maiori cũ plenitudine illũ accipiemus. De
Apoſtolis enim B. Lucas ait: Dũ cõplerentur dies Pentecoſtes *Actor. 2.*
erãt omnes diſcipuli pariter in eodẽ loco. Concordia, & recolle-
ctio, quæ in his verbis denotantur, res ſunt Spiritui ſancto valde
gratæ, & acceptæ: quin etiã gẽtiles vitæ moralis ſtudioſi hoc cog
nouerũt. De recollectione ait Seneca: Primũ argumentũ mẽtis *Seneca.*
compoſitæ eſt ſecũ morari. Ita Apoſtoli in hac concordia, erant
perſeuerantes in oratione. Ex quibus verbis perditorum homi-
num ſentẽtia cõfutatur, qui dicunt. Si Deus iam decreuit cœlũ,
aut infernum mihi dare, non poteſt mutare conſilium, volo lau-
te, libereq; viuere, volo mihi indulgere. Non vtique ſancti Apo
ſtoli dixerunt: Magiſter noſter nobis promiſit ſemel & ſępius
ante ſuum obitum: Mittam vobis, dicens, ſpiritum veritatis.
18 Et poſt reſurrectionem ſuam: Vos autem baptizabimini Spiri
tu ſancto, non poſt multos hos dies: & cum veritas Dei infallibi
lis ſit, bene poſſumus dormire in vtramque aurem, quia vtcum
q́ue ſit, mittet ad nos quod promiſit. Nõ quidem hoc dixerunt:
ſed, vt æquũ erat, erant perſeuerantes enixe die noctuq́; in ora-
tione: quia decreuerat Deus per hæc media mittere illum, ſcili-
cet, per orationẽ Apoſtolorũ, & præcipuè meritis & interceſsio
ne vnigeniti filij ſui Chriſti Domini noſtri. Ideò fratres ne ſedu
camini: quid Apoſtolus dicat attẽdite: Quæ enim ſeminauerit *Gal. 6.*
homo hæc & metet. Quoniã ſi ſeminat in carne ſua de carne &
metet corruptionẽ: qui autẽ ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet
vitam æternam: bonum autẽ facientes non deficiamus, tempore
enim ſuo metemus non deficientes. O quam dulcia, quãq; ama
19 ra verba: bonis dulcia, quia cũ multa bona opera ſeminent, vtiq;
ſperare poſſunt cito magnũ fructum ex ipſis eſſe reportaturos.
Quanto gaudio afficitur agricola videns tritici aceruũ in area pul *Simile.*
uere, & palea purgatũ: iam laborum oblitus præteritorum, frigo
ris, quo ſeminauit, imbrium, quibus terram coluit, caumatum,
quibus meſſuit & triuit: ſed quid hoc cũ illo gaudio, quo iuſtus
afficitur, quando propter bona opera rerum cœleſtium poſſeſ
ſor fit? Quonam pretio, dicite mihi, nollet ille, quæ operatus eſt
non feciſſe, aut quæ paſſus eſt non perpeſſus eſſe? O ſi hoc iden-
tidem nobiſcum conſideraremus, vtique aliter, quam, vt mo
do viuimus ſtuderemus viuere. Malis amara ſunt, qui totam
vitam conſumunt Deum offendendo. Quid miſeri homines

ex tot inimicitijs,odijs,simultatibus turpitudinibus,cupiditati- 20
busque,quas in vita vestra seminastis quam ignem æternũ me-
tere speratis? O mittite,omittite iam tam iniquam sementem:se
minate in benedictionibus veram pœnitentiam,&colligetis glo
riæ fructus.Est valde notandũ,quod postquã Beati Apostoli Sã
ctum spiritũ receperũt,cũ hac dispositione,qua diximus,statim
foras exierunt publice prædicantes, quod Spiritus sanctus dabat
eloqui eis. Non in angulis prædicabant, sed publice, & coram
omnibus. Quando aliquis doctrinam nouam vos occultè do-
cuerit,dicite illi,vt publice illam prædicet, vt norint omnes, &
discant,quod si noluerit eam,nisi in angulis prædicare, scitote,
spiritum cœlestem non adducere,sed falsitatis,& doli: quia qui
spiritum Dei afferunt,publice in vijs,in tectisque prædicant, vt
omnes cœlestem doctrinam recipiant:quam opere exequentes 21
gratiam hic obtineant, gloriam in futuro:ad quam nos perducat
Iesus Mariæ filius.Amen.

In eadẽ Feria.II. in Pentecoste

Concio Quarta.

Sic Deus dilexit mundum,vt filium suum vnigenitum daret. Ioannis.3.

CHristus Redemptor noster de sua sanctissima mor
te cum Nicodemo agens,eiusq; rationẽ & causam 1
reddens inquit,*Sic Deus dilexit mundũ*.Hoc est,quia
hucusq; amor,quem erga mũdum habebat Deus
peruenit.Si Nicodemus diceret:Dissonũ videtur
Deũ mori pro homine:ad hoc ei respõdet:Minime:sed vis amo
ris hæc est.Quod si amorem cæcum depingunt ac si rationis lu-
ce priuatus sit,talis amor profanus est.At diuinus amor non sic
effingi debet, sed oculis perquam lucidis, & acutissimi visus:
quia quicquid agit etsi iudicio hominum aliquando deuium à
ratione videatur,nunquam tamen est,imò rationi maxime con
sentaneum.Iraq; amor hic cæcus non est,sed infinitus: & quia
talis effecit,vt pater æternus donũ tribueret infinitũ,O ineffabi
lem

2 lem Dei magnificentiam. *Vt filium suum vnigenitum daret.*Huius
consideratione mota sponsa ait:Oleũ effusum nomen tuũ. Qua *Cant.1.*
si prodigum vocat sponsum: quasi dicat: O superne cœlestisq;
sponse tam magnificus es,vt iure oleum effusum dicaris. Ea est
tua magna liberalitas,vt qui eius originem ignoraret quæ à boni
tate immensa emanat.[*Pensaria que erades vn manirroto*]. Te prodi
gum iudicaret. Oleum effusum nomen tuum: hoc est, videris
aliqualiter bonorum tuorum dissipator. O benedictus & glorifi
catus sit tam liberalis Deus,qui talem charitatem, rei tam vili &
abiectę exhibuit, qualis est mundus dans illi filium suum,vt pro
eo moriatur.Omnia beneficia alia, quæ nobis Deus confert etiã
ob amorem confert,& ad illũ amandũ illis inuitat. At verò cum
hoc beneficio non solũ inuitat ad illum amandum verum etiam
3 aliquo modo cõpellit sicut Diuus Paulus exaggerat dicens. Cha *2.Cor.5.*
riras Christi vrget nos æstimantes hoc:quoniã si vnus pro omni
bus mortuus est; ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mor
tuus est Christus,vt & qui viuunt iã nõ sibi viuãt,sed ei, qui pro
ipsis mortuus est, & resurrexit.Perpendite verbum illud, vrget
nos:quod denotat aliqualem violentiam: quod si charitas Chri-
sti, quatenus homo,vrget nos quantò magis charitas Dei?Spon *Cant.2.*
sa ait: Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me
charitatem. Hoc est, ostendit mihi amorem suum erga me. &
cum hoc docuit me ordinare charitatem.Ordo charitatis postu
lat,vt illud,quod super omne est,super omnia diligatur,omni di
lectione possibili. Et alia translatio habet: Introduxit me rex
in cellam vinariam:cuius vexillum erga me charitas:quæ lectio
4 ad hunc locum mirifice facit.Quod perinde est,ac si sponsa dice *Simile.*
ret:Sicut in bello milites signum militare sequuntur,nec aliquo
modo ab ipso oculos auertunt: sic ego tanquam signum habeo
charitatem illam immensam,quam mihi sponsus ostendit habe
re. Hac ducor,hanc sequor, hac feror rapiorque:in ipsa mentis
meæ oculos fixos habeo,in hac semper cogito: de hac omnibus
mundi rebus posthabitis assiduus mihi sermo est.

Sic Deus dilexit mundũ,vt filiũ suũ vnigenitũ daret. Nũc intelligetis
ob quã rationẽ D.Paul⁹ Christũ filiũ Dei bonũ nostrũ appellat
dicẽs:Non ergo blasphemetur bonũ nostrũ. Certè hic bonũ no- *Roma.12.*
strũ Christũ Redẽptorẽ nostrũ vocat: quia pater ętern⁹ nobis de
dit illũ. Et tũc blasphematur bonũ hoc nostrũ, quoties minoris

æsti-

æſtimatur, quàm res huius mundi, & poſt habetur & contemnitur, vt illas adipiſcamur quaſi meliores æſtimantes. Et quia hoc voluntate fit, quamuis intellectus aliter ſentiat, dicitur blaſphemia voluntatis: ſicut blaſphemia intellectus diceretur, aut oris, ſi tale aut crederetur: aut ore proferretur. O miſerum peccatorẽ, quis te ad aurẽ alloqueretur, quotieſcumque pro turpi delectatione, & alia quauis creatura viliſsima hoc ſummum commutas bonum, & diceret: quid miſer cæcutiens agis? Non miſer vides te hoc ſummũ bonum, quod tibi æternus pater ſic donauit blaſphemare? Sic tã ſingulari gratus es beneficio? ſic tãti æſtimas donũ? O ſi ſcires donũ Dei: ô ſi donũ hoc ſcires penſare. O ſi noſſes quã magnus theſaurus, & qualis paradiſus traditus tibi fuit, quando Chriſtus Dei filius tibi fuit datus: famelicus, ſitiens, ardens, amans, vtiq; te illi dediſſes. O quam lætus eſſes & in ipſo trãsformatus, diereſq;: Parum eſt me has viles & abiectas voluptates relinquere, vt tantum bonum habeam. Quid mihi diuitias quærere, cum tanto conſcientię periculo: quandoquidẽ Dominus meus Ieſus Chriſtus nudus pro me in cruce pependit? Quare triſtor videns homines mihi ingratos extitiſſe, quãdoquidem hoc eodem pretio remuneratus eſt bonus meus Ieſus? Si ab hoſtibus meis proditus ſum, quare æquo animo non feram: ſiquidem Dominus meus, ac bonum meum Ieſus traditus eſt?

Sic Deus dilexit mũdum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Profectò æquum eſt, vt ſecũdum poſsibilitatẽ noſtram huic magno Deo par pari, vt poſſumus referamus. Et quęcũq; fecerimus amore fiãt, amoreq; donẽtur. Dixit Raab exploratoribus, Nũc ergo iurate mihi per Dominũ, vt quomodo ego miſericordiam feci vobiſcum: ita & vos faciatis cũ domo patris mei. Æquius profecto erit, vt omni noſtra poſsibilitate rebus, quas pro nobis Deus fecit reſpõdeamus: & in omnibus operibus noſtris oculos noſtros tantum in ſua bonitate collocemus: quia, vt inquit Beatus Bernardus: verus amor, ideſt, perfectus deſpe vires non ſumit, & tamen diffidentiæ damna non ſentit. Hunc amoris gradum Regius Dauid habere oſtendit, cũ dicebat: Voluntarie ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt: Quaſi diceret, Tua bonitas Domine ſic me vrget, & ſtimulat, vt tibi ſeruiam: vt dato, nullum prẽmium intereſſet eius duntaxat reſpectu tibi obtemperarem.

5

6

Ioſ.2.

7

D. Bern.

Pſalm.53.

Non

8 *Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum.* S. Thomas exponens illa verba Marc. vltimi: Dominus Ieſus aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet â dextris Dei, dicit, hanc ſeſsionem tria denotare. Primum eſt, quandam æqualitatis dignitatem. Secundum mirabilem quandam firmitatem. Tertium iudicium denotat. Et ſecundum hanc expoſitionem, ſiquis interrogaret, Adquid filius Dei venit in hunc mundum? poſſet illi reſponderi, venit, vt dominaretur malis. Et quare in cœlum aſcendit? vt iudex eſſet inter bonos. Quid nam eſt hoc? Videtur ordinem commutare: quoniam qui dominari debet, bonorum videtur & non malorum dominum eſſe oportere, vt gaudium & lætitiam cũ dominio ſuo ſortiatur. Similiter qui futurus eſt iudex, inter malos iudex debet eſſe, vt ſuo munere fungatur erga ipſos, 9 puniens eos: nam ſi iudex inter bonos cõſtituatur vix ſuum munus exercere poterit. O ineffabilem Dei clementiam: quod miſit Deus filium ſuum in mundũ, vt Dominus eſſet malorũ & nõ iudex. Nam ſi vt iudicaret illos veniſſet, omnes ferè in infernum miſiſſet, ſed venit, vt dominaretur eis, eorum corda, & voluntates ſibi plurimis maximiſq; beneficijs deuinciens, & pietate maxima eorum peccatis indulgens. Et hoc Regius Dauid in ſpiritu loquens cum Chriſto Redemptore noſtro ſignificauit, dicẽs: Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadẽt in corda inimicorum regis. Quaſi dicat: Sagittæ tuæ ô Redemptor, tua mira ſunt opera, & verba cœleſtia. Hæc corda inimicorum pertingunt, & populos, vt tuæ ſubſint obedientiæ efficiunt. Ecce quomodo venit, vt dominaretur malis. Ad ſecundum verò cùm dicitur: Iudex vt eſſet 10 inter bonos aſcendiſſe, quibus iudicis nõ eſt opus reſpondetur, hoc feciſſe, quia ſic iudex inter eos poſitus tot vtrinq; interceſſores habeat, & ſuæ diuinæ iuſtitiæ rigorem moderetur. Et ideo dicit: *Non miſit Deus filium ſuum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum*: Id eſt: vt faciat omnia neceſſaria ad ſalutem. O ſuauiſsima verba, & omni conſolatione plena. Non quidem poſſet in feſto amoris magis amatoriũ [*Mas amoroſo*], Euangelium recitari. Et æquum erat, in aduentu Spiritus ſancti, qui ipſe amor eſt, tam magnum amoris experimentum enarrari. Hic aduentus diuini huius ſpiritus deerat vt vere dici poſſet filium Dei (quantũ in ſe erat) omnia neceſſaria ad mundi ſalutem feciſſe, quia opus fuit, vt omne quod hic cœleſtis magiſter & docuit, & fecit pro

Pſalm. 44.

omnium

omnium salute, per vniuersum mundum prædicaretur. Ad hoc 11
autem necessarium fuit venisse spiritum sanctum, vt discipuli
simile. Domini fortificarentur, & sic suum possent ministerium exercere. Cum ignem ascendere vultis subtus stipulas paleasque ponitis, deinde ligna minuta, deinde maiora: & sic paulatim vnum ab altero accenditur, & ignis fit. Hoc artificio Deus vsus est, qui, vt igne sui amoris accenderet ligna maiora, idest, reges, & imperatores mundiq; Monarchas, & summos illos mundi sapientes prius stipulas, minutissimasq; paleas cœpit accendere struemq; minutã inflammare. Misit enim spiritũ suum in figurã ignis, qui illam sanctam familiam congregatam accenderet, congeriem, in quam, hominum abiectorum & pauperum: vt hi succensi mundum succenderent, atque conuerterent. Hodie illud Isaiæ vaticinium adimpletum est: Consolabitur Dominus Sion, & consola *Isai. 51.* 12
bitur omnes ruinas eius: & ponent desertum eius quasi delicias, & solitudinẽ eius quasi hortum Domini: gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Et subdit statim, bonũ illud inde vniuerso mundo communicandum. Attendite (ait) ad me populus meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exiet & iudiciũ meum in lucẽ populorũ requiescet. Vbi septuaginta interpretes transtulerunt: Consolabitur Dominus Sion, & omnia deserta eius ponet quasi paradisum Domini. Exultationem, & lætitiam inuenient in ea, confessionem & vocem laudis. Perpendite dilectissimi quas consolationes spiritus sanctus
simile. suis communicat: siquidem hic paradisus Domini vocãtur. Classis magnis mercibus onusta, opus habet secundo vento, vt à portu discedat, vnde nautæ expectant secundum ventum & maxi- 13
mis precibus à Deo efflagitant. Sancti discipuli classis erãt cœlestibus donis, & mercibus onusta, fide, scilicet, & Euãgelicis mysterijs, factisque Christi, potestate absoluendi à peccatis, & diuina sacramẽta administrandi naues onustæ erant. Nunquã anteà huius merces in terra visæ sunt. Erant in illo sacro cœnaculo cẽtum viginti animæ, tanquã centũ & viginti naues in portu, locupletior classis quæ vnquam visa est, quam eius Dominus Iesus Christus vita ipsa & sanguine emerat, vt naues illas exemplis, virtutibus fide, spe, & charitate patiẽtiaque oneraret. Sed vt merces tam pretiosæ, & eximiæ mundo prodessent opus erat eis secundo vento, qui illas è portu educeret. Vnde in Actibus Apostolorum

14 stolorum dicitur, quod erant perseuerantes vnanimiter in oratione postulantes: Emitte spiritum tuum & creabũtur. Tua Domine classis est, tuæ sunt merces, mitte ergo secundum ventũ, qui eas fœliciter tranare faciat. Vnde Dominus ab eis discedens præcepit, ne sine hoc vento discederent. Et conuescens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, scilicet, aduentum spiritus sancti: quia nauis, quæ sine secundo vento discedit in periculo versatur, & eius iter minime proderit. Et ideo multi concionatores, multæq; conciones perdũtur ob huius secundi venti penuriam: qui gratia est sancti Spiritus, & auxilium, quem illi sancti viri hodie copiosissime recepe runt, à quo moti tanquam à validissimo & secundo vento per mare huius mundi nauigauerunt, fructumque vberrimum, quẽ
15 hodie nostris oculis cernimus, fecerunt. Quando quis aqua suffocatur ideò suffocatur, quia aqua, quam imbibit est impedimento ne aer vitalis intret, vt respiret, qui respiratione viuit. Peccata aquæ sunt quæ animam intrantia, impediunt ne Spiritus sanctus, qui aer viuificus earum est intret in eas: vnde huius aeris defectu pereunt. Et siquidem omnes hoc diuino spiritu viuimus, & illo egemus, magna instantia postulemus illum, nullum dantes locum his aquis execrandis, quæ eius ingressum impediunt. Clamemus cum Dauid. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Et notate, quia, vt significaret sanctus propheta illud, quod est impedimento, ne hic diuinus spiritus superueniat, & vt doceret nos, summis precibus à Deo
16 postulare, vt suo auxilio illud obstaculum à nobis auferat, præmisit dicens: Auferes spiritum eorũ & deficiẽt, & in puluerem suum reuertentur. Duo Reges non ità bene regnum gubernant, sed vnus tantum, nec duo gubernatores rempublicam. similiter in regno animæ duo spiritus non se compatiuntur: alter spiritus carnis, Dei alter. Sed si volumus, vt spiritus Dei intret, carnis spiritus extrà mittatur necesse est: quia dixit Dominus: Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Ille caro dicitur, cuius anima carni subiecta est. Contingit vas precioſi vini apponi: & quia sapit picem, bibi non potest. Anima nostra carne inclusa est tanquam vinum cuppa, quæ quando rebus carneis indecenter affecta est, carnem sapit, nec Deus illam degustare potest: quia caro est.

Act. 2.
simile.
Psalm. 103.
simile
Gene. 6.
simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est. Vnde Dauid ait: Auferes spiritum eorum. Hoc est: Sucurre 17
Domine, illis auxilium præsta, vt hunc carneum à se expellant
spiritum: & deficient, idest, desinent malos esse: sicut eodē psal-
mo dixit: Deficiant peccatores à terra, & iniqui ità, vt non sint,
scilicet, peccatores. Et addit: Et in puluerem suum reuertentur.
simile. Nonnulli sunt, qui in puluerem alienum conuertūtur. Cum vi-
detis proximum, aut vicinum è vita discedere, miramini: & sic
obstupefacti deinde bene viuere decernitis, tunc in alienum pul
uerem conuertimini: at, quia vestram mortem non meditamini,
simile. sed alienam tantum, hoc bonum propositum statim deperit. Cō
tingit vobis sicut auiculis solet euenire, quę garriētes in viridi ar
bore considunt, superuenit auceps, soluit arcum & forte occidit
vnam, reliquæ verò exterritæ inde volitant, aerem circundant:
sed mox oblitæ redeunt & sicut ante considunt, & garrire inci- 18
piunt. Non secus multis contingit, qui in rerum humanarum de
licijs considunt: soluit Deus arcum mortis, mittit sagittam, oc-
cidit vnum, reliqui sodales exterriti à malo statu surgunt. Sed
hic volatus parum durat: nam mortis mox obliuiscuntur, & vici
ni mortui: & tanquam si nihil vidissent ad priora mala reuertun-
tur. Et hoc ità euenit, quia efficaciter in puluerem suum non fue
runt conuersi, suam met ipsorum mortem non præmeditantes,
quod sicut ille heri ipsi hodie aut cras obire possunt: & si mors in
malo statu aduenit ibunt in supplicium æternaliter puniendi.
Alij sunt, qui nec etiam in puluerem alienum conuertuntur, nec
morte aliena terrentur. Sæpe contingit, vt cum latro ad furcam
simile. ducitur pręco clamat: Sic fit facienti, (*Quien tal haze que tal pague*:)
Alius è contra clamat, vę mihi, quia crumenam cum aureis quin- 19
quaginta mihi secauerunt. Quàm magna audacia, & temeritas
furis, qui quo tempore in furcam alter ducitur ipse furatur bur-
sam. De hoc miramini, & rectè, sed mirari magis teipsum opor-
tet, qui idem ferè agis. Quandò proximus tuus moritur, aut vi-
cinus executio est pœnæ pro Adæ furto inflictæ, quia mors pœ
na est peccati: & quo tempore Ecclesiastici responsoria can-
tāt, & funeralibus exequijs pro defuncto Deum orant, tunc in
ea, quæ non decent oculos tendis corde concupiscens, & cum
socijs funeris loquens deieras ab illo, qui tali vel tali iniuria te
affecit vindictam laturum, & alia huiusmodi garriens. O diabo
licam peruersitatem: ô dirā impudentiam: ô minimū Dei timo-
rem:

20 rem: nam quo tempore pro peccato pœna proximo tuo infligi-
tur, tu denuo diuinam celsitudinem offendis, qui nec in puluе-
rem alienum cōuerteris, ideoque prioribus peior es. Si ergo nos
præparare volumus, vt Spiritum sanctum recipiamus, in pulue
rem nostrum debemus conuerti, nostrum obitum memoria re-
colentes. Memento homo, qui nunc prospera valetudine affe-
ctus & lætus me audis: veniet tempus, & sit ne hodie, an cras
ignoras, quando videas te in lecto iacere, hinc inde protensum,
& in manu cereum, rigidum mortis iaculum expectans: quando
duarum vna tibi sors continget, vel gloria perennis, vel æternus
ignis. Quæ si profunde consideres (esto saxeum habeas pectus)
diuino tamen fauore adiutus, qui nunquam deest, peccatorum
tuorum dolorem & pœnitentiæ firmissimum propositum con-
21 cipies; & hoc erit, in puluerem tuū conuerti. Quicunq; ergo hoc
feceritis, quę sequuntur, confidenter dicere poteritis: Emitte spi
ritum tuum, & creabuntur. Dicetis: Nonne creati sumus? Dico,
quòd creare secundum Theologos, est ex nihilo aliquid facere: *Doct. in. 2*
& cum in peccato estis, nihil estis: quemadmodum Diuus Pau- *dist. 1.*
lus affirmat, dicens: Si charitatem non habuero nihil sum. Vn- *Scot⁹. q. 3.*
de recipiendo Spiritum sanctū homo esse gratuitum recipit; & *D. Tho. 1.*
ita qui in peccato erat, cum nihil esset, recipiendo gratiam mul- *p. q. 45. ar*
tum est in diuina acceptatione. Ex quo subdit: Et renouabis fa *tic. 1.*
ciem terræ. Quis vnquam terram cum facie vidit? Ad hoc notā- *1. Cor. 13.*
dū est, q⁹ sicut facies est, in qua pulchritudo hominis magis osté *Qualiter*
ditur, & eius perfectio ampliùs relucet, ita illud, in quo mundi *qui est in*
huius pulchritudo magis ostenditur, homo est: & ideò dicitur *peccato ni*
22 homo terræ, mundique facies. Et dicere: Renouabis faciem ter- *hil sit de-*
ræ, est quasi diceret: renouabis hominem dando illi spiritum *clarat Ma*
tuum, facies illū nouam creaturam, qui antea senex, rugosus, de- *gist. in. 2.*
crepitus, macilentusque peccatis erat: hæc enim animæ sene- *d. 35. &*
ctus sunt. Nulla est decrepita senectus, quæ ita faciem ruget, & *Diuus Tho.*
deformet, corpusque debiliter, ac peccatum animā ipsam. Hæc *ibidem.*
est igitur deprecatio, qua Patrem misericordiarum profundè,
& deuotè precari debemus, vt nobis suum diuinum spiritū im-
pertiat, & sua nos gratia adimpleat, cum qua gloria acquiritur:
ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Universidad de Deusto Biblioteca

Feria.III.in Pentecoste

Concio Prima.

Dixit Iesus Phariſæis: Amen, amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Ioan.10.

QVÆRI ſolet ratio, ob quam primam fœminam ex coſta arcuata & retorta, non item ex oſſe recto Deus formauit. Cui reſponderi poteſt, vt in illo facto oſtenderetur malum, & bonum, quod ex fœmina erat nobis prouenturum. Nam formans illam Deus ex oſſe arcuato, in hoc denotauit hominem occaſione fœminæ à Deo retorquendum. Fecit Deus hominem rectum inquit Eccleſiaſticus. At verò ſicut virgula recta, quæ ſuam originem habet in terra, aliam verò extremitatem verſus cælum, ſi magno pondere prematur, inſtar coſtæ arcuatur, duabus extremitatibus verſus terram aſpicientibus: ſimiliter homo rectitudine originalis iuſtitiæ (habens originem in terra, de qua ſumptus eſt) alteram extremitatem verſus cælum habebat: quia abſque eo, quòd in terra moreretur in cælum, transferendus erat. Itaque ſtatim, vt in terra eſſe deſineret, in cælo ſtatim eſſe inciperet. Sed peccati pondere oppreſſus arcuatus eſt, inſtar coſtæ, ambabus extremitatibus in terra defixis manens: quia de terra formatus eſt, & in terram moriens conuerſus fuit. Omneſque propter illam culpam protoparentis taliter relicti ſumus, vt de nobis illud Dauidicum iure dici poſſit: Conuerſi ſunt in arcum prauum; quia è terra naſcimur, & in terram imus per mortem, ſcilicet: & quia mulier in cauſa fuit, vt ſic torqueretur homo, huius facti prognoſticum Deus oſtendens, illam ex coſta formauit. Etiam formauit illam ex coſta Adæ, vt bonum, quod ex ipſa prouenturum nobis erat, prænuntius eſſet. Ex ipſa namque iuſti, & prædeſtinati naſcituri erant: quorum quiſque arcus eſt triumphalis, & cæli quædam porta: illa nanque coſta fuit tanquam cymbriæ, & lignei arcus, quos arcuarij facere ſolent,

Eccle.7.

Simile.

Pſal.77.

lent, vt ſuper ipſos veros & triumphales arcus fabricentur. Et *Simile.*
in hoc ſenſu verba illa Hieremiæ intelligi poſſunt: Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer. *Hiere.2.*
In quibus verbis cum cæli habitatoribus, qui erant Angeli conquerebatur, vbi ait: Obſtupeſcite cæli. Quaſi dicerem ego: Obſtupeſce ciuitas, idem eſſet, ac ſi dicerem: Habitatores huius ciuitatis obſtupeſcite. Etiam cum iuſtis terræ conquerebatur de iniuria magna, quam illi peccatores faciebant, in illo: Et portæ eius deſolamini vehementer: id eſt, triſtamini, & afflictione cordis veſtri vehementiſsima in terram cadite. Itaque hic Dominus iuſtos portas cæli vocat: quemadmodum apud Matthæum peccatores inferni por- *Matt. 16.*
tas nuncupauit; vbi de firmitate Eccleſiæ ſuæ loquens, ait:
5 Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Planum quidem eſt infernum nec ferreas, nec ligneas portas habere: ſed portas hic iniquos homines appellat, tam hæreticos, & infideles, quàm peccatores, qui non ſunt contenti mali ſibi ſolis eſſe, ſed alios euertunt, hæretici quidem ſuis falſis doctrinis, infideles ſuis erroribus, peccatores ſuis peccatis. Ideò quaſi portæ, quædam ſunt, per quas peruerſi in infernum intrant. O infœlices, & crudeles homines in tantam corruptionem deuenientes, vt ſummum bonum (cui ſummus amor & obedientia debetur) non ſolum offendere non formident, ſed alios ſecum euertant, vt miſere eos perdant: & quod peius eſt, nec conſiderant, neque ſentiunt quid mali faciunt, vt remedium poſsint adhibere. De hoc
6 per Hieremiam grauiſsimè Dominus conqueritur, dicens: Fa- *Hiere.3.*
cilitate fornicationis ſuæ contaminauit terram. Penſate verbum illud facilitate, id eſt, ſi peccant, ac ſi non peccarent, & tanquam ſi Deus non eſſet: vnde prouenit homines ſe inuicem inficere, & terram immundam relinquere. De his portis dicit Dominus, quòd non præualebunt aduerſus Eccleſiam. Similiter boni portæ dicuntur, qui Deo famulari non contenti, toto conatu ſtudent, vt ſaluentur omnes, & Deo ſeruiant. De Magnete lapide *Simile.*
dicitur, non ſolum ferrum ad ſe trahere, ſed etiam ipſum ferrum eius contactu recipere virtutem, & trahere aliud ferrum. Ita diuinus ille magnes Ieſus Chriſtus non ſolùm ſuos ſanctos diſcipulos ad ſe traxit, verùm etiam ſuo cæleſti contactu elo-

quij, & conuersationis, talem virtutem eis impressit, vt hac virtute sibi communicata innumeros secum homines attraxerint, in Dei cognitionem & amorem. Hæc est seruorum Dei efficacia, & signum valde manifestum ab illo superno & cælesti magnete Christo Iesu tactos esse, videlicet, famem, sitimq; insatiabilem habere, vt omnes sua sequantur vestigia in obsequiũ summæ celsitudinis. O quam magnificè quamque ardenter Diuus
Philip. 1. Paulus hoc desiderio se teneri ostendit, dicens: Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus Iesu Christi, & hoc oro vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis synceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam, & laudẽ Dei. O mirabilia verba spiritu & efficacia plena. Obsecro fratres hanc sancti Apostoli exaggerationem notetis, qui ait: Amare illos in visceribus Christi, id est, aliquomodo cum illis visceribus, quibus illos Christus dilexit. Agitè dilectissimi, ab isto sancto Apostolo, & ab omnibus viris tam bonis, quàm pijs, qui in hac sancta Ecclesia vixerunt, discite, qui ardentissimo desiderio vtilitatis proximorum exarserunt. Deumque deprecamini, det vobis linguam, & os, & efficaciam, vt proximis vestris prodesse possitis, quia omne
Isa. 51. hoc donum suum est, vt Sanctus Isaias ait: Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lapsus est lingua. Vbi septuaginta interpretes transtulerunt: Dominus dat mihi linguam disciplinæ, vt sciam quomodo oportet me loqui verbum. In eo, quod dicit: Dat, assistentiam Dei continuam denotat, quòd nunquam fatigatur dare, sed semper dat, semper impertit, si homines bonis suis vti volunt. Nullo modo Respublica
simile. posset conseruari, si vnusquisque sibi soli laboraret. Si sartor sibi tantum vestem insueret, si sutor sibi tantum calceos faceret, si negotiator sibi tantum mercaretur; si agricola sibi soli seminaret: ideò necesse est ad Reipub. conseruationem, vt alij alijs sibique laborent. Idem in Reipub. Christianæ conseruatione circa spiritualia fieri oportet, vt vnusquisque ita sibi laboret, quòd simul alijs prodesse studeat. Quoniam, si vt contingit, artifex ditatur alijs laborando, multò magis in spiritualibus, anima ditior fit, vtilitati proximorum studens. Et vos, qui in virtutis studio nouelli, & tyrones estis semel & millies oro, & nomine Dei vobis

10 bis commẽdo viris sanctis, & studiosis adhærere curetis: quia lingua deest, verba non sufficiunt, quibus commoda, spiritualesq; diuitiæ, quę ex sancta cõuersatione & pio colloquio solent comparari. De Sancto Bernardino nostri ordinis fratre, lumine, & *S. Bernar.* decore legitur, materteram, & amitam habuisse. Matertera hũc pium virum puerum & orphanum educauit: & hæc deuotissima erat sanctissimæ Virginis Mariæ matris Dei, à qua etiam puer deuotionem erga pijssimam cæli Reginam habere didicit, cuius intercessione plurima dona à Deo impetrauit. Alteram habebat amitam viduam sanctissimam octogenariam, podagra laborantem, cui sanctus & pius iuuenis obsequium præstitit in sua infirmitate vsque ad mortem. Et hæc venerabilis matrona deuotissima erat nominis sacratissimi Iesus. Iuueni verò
11 tantam deuotionem in hoc altissimum nomen pia fœmina impressit, quod meritò deuotus valdè fuit huius sanctissimi nomis inter omnes, quos multo tempore habuit Ecclesia. Videte quales, quantasque deuotiones pius vir ab istis deuotis fœminis hæreditauit: vt intelligatis bonorum consortium, eorumque deuota conuersatio quantum prodest. Quod si vnusquisque horũ virorum porta cæli dicitur, quantò potiori iure titulus hic Christo seruatori nostro optabitur, per quem omnes iusti tanquã per ostium cælum intrant? Optimè ergo in hoc sacrosancto Euangelio cum magna affirmatione dicit: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium. Pro quo notandum vobis est, necessum esse vnumquemq; fidelium nosse, quòd quæcũq; bona possidet, & possidere sperat per hunc diuinũ Redemptorem sibi aduenisse,
12 & intimam ex hoc gratitudinem concipiat, in veroq; amore se inflammet illius, per quem tot beneficia recepit. Nam, sicut omnes fide tenemus, omne bonum gratiam & gloriam à beatissima Trinitate nobis prouenit, tanquã ab origine & fonte, à quo cuncta bona procedunt: & ostium per quod hæc bona exeunt, Christus Redemptor noster est. Ideoque aspice Christiane vnũ præmiorum, quod Pater æternus filio suo dilecto pro munere illorum triginta trium annorum seruitij, & laborum sibi oblatorum donauit, & in præmium magni thesauri, quem tibi comparauit est, vt illi hanc coronam, gloriamque tribuas, agnoscens omnia bona pro suis meritis tibi obtigisse. Vnde quoties peccatorum absolutio tibi impenditur, & cum sentis gratiæ Dei pignora habere,

bere, vel quando aliquo gustu, & spirituali consolatione affice- 13
ris, aut quouis alio beneficio: vult pater æternus, vt magna cum
gratiarum actione ante faciem eius procidas, & reuerenter co-
ram illo humilieris: quia ipsa est fons omnium bonorum: si-
mulque gratias agas: quia hunc tibi nobilissimum redemptо-
rem donauit, qui ostium est, per quod cuncta bona transeunt:
illumque adores, & tuæ salutis autorem agnoscas, quam suo
precioso sudore laboreque in sua sanctissima morte, & vita ac
quisiuit, Et illi homines, qui hanc veritatem in suis visceribus
non plantant, nimis ingrati dicendi sunt, qui auferunt à bono
Iesu coronam, quam Pater æternus ei dedit, vt Diuus Pau-
lus fatetur dicens: humiliauit semetipsum Dominus noster
Philip. 2. Iesus Christus factus obediens vsque ad mortem mortem
autem Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum & do- 14
nauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomi-
ne Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infer-
norum. Ne ergo dilectissimi hanc coronam, & honorem, quem
pater æternus illi donauit, ab eo auferatis. O Benedicant te An
geli bonum nostrum, iustitia nostra: gratias flagellis tuis, gra-
tias spinis, gratias clauis tuis, Cruci tuæ gratias, morti tuæ
gratias, tibi gratias agamus, qui tam magno amore omnia
passus es, vt Patri obedires in redemptionem vermiculorum
terræ. Et quid mirum, ô mi Rex, ô mi Domine, quod Pater
æternus hanc tibi dederit coronam, ô peccatorum solatium? Si
Pharao gentilis & peccator cùm esset adeò gratus extitit er-
ga Sanctum Ioseph, cuius consilio regnum Ægypti, in maxi-
Gene. 41. ma quadam sterilitate saluatum est: (Nam, vt legitur, Pha- 15
rao Ioseph dixit: Ecce constitui te super vniuersam terram Æ-
gypti: tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu
eius, vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem auream
circumposuit, fecitque ascendere super currum suum clamante
præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum
esse scirent terræ Ægypti:) si hoc fecit gentilis homo cum
alio homine, quid mirum, ô dulcis amor animarum, post-
quam veneris cum fame & paupertate tua, & nostram fa-
mem & paupertatem abstuleris, tuisque meritis tam copio-
sam, & superabundantem attuleris gratiam: quid, inquam,
mirum, si æternus pater hanc tibi gloriam, & coronam vo-
luerit

16luerit rependere, vt omnes credant, diligant, & confiteantur te
verum Dei filium, adeò dilectum & nostri totius boni cau-
sam esse? Nunquid mirum pie pater, si omnibus tuis concio-
natoribus iubeas, vt prædicent hoc, & manifestent hominі-
bus, hunc cœlestem Ioseph nostri totius boni autorem esse, &
quod in nomine eius omne genu flectatur? Laudent te ergo
ô æterne Pater millies centies millies omnes cœlestes Hierar-
chiæ pro amore, quo dilexisti nos dans nobis filium tuum: si-
quidem nos rustici, & elingues te laudare sicut decet nescimus.
Hunc etiam diuinum redemptorem collaudent, à quo tot bo-
na nobis promanauerunt & futura prouenire speramus. Hoc
Regius Dauid rectè insinuauit, vbi pro eo, quod nos legimus,
Exaltabit mansuetos in salutē, Diuus Hieronymus vertit: Exal *Psa. 149.*
17tabit mansuetos in Iesu, quia per Iesum est omnis nostra exalta
tio. Et Diuus Paulus de ipso loquēs ait: Quem proposuit Deus *Rom. 3.*
propitiatorem, siue, vt alia lectio habet: Quem proposuit Deus
propitiatorium scilicet, pro peccatis nostris. Et credite, dilectis-
simi, si mundus hunc propitiatorem coram Patre æterno non
haberet, forsitan sæpe desolatus fuisset. Nam, dicite fratres,
quantò grauius peccant nunc homines, quàm illi, qui ante di-
luuium extiterunt? Et tunc vires dæmonis nondum erant ener-
uatæ per Christi redemptoris nostri potentiam, necdum ianua
cœlestis patuerat, nec sacramenta legis gratiæ instituta, necdum
spiritus sanctus è cœlo missus, necdum exempla cœlestis magi
stri, martyrumque, & sanctorum floruerant, quibus homines ad
pietatem, & virtutem sectandam incitarētur. Et quod magis ob
18stupescendum est, adhuc Deus in cruce mortuus non fuerat, nec
tam dilucide amorem suum erga homines demonstrauerat, &
quanto odio peccatum prosequeretur: & tamen hodie tot
committuntur tyrannides, tot turpitudines tot iræ, tot cu-
piditates. Quare ergo Deus non destruit nos, qui post tot be-
neficia accepta tam abominabiles euasimus? Certè per hoc pro-
piciatorium, quod astat coram beatissima Trinitate diuina iusti
tia nos patitur, & longanimitate quadam ad pœnitentiam
vocat.

Ecce quo iure Dñs dicat: *Ego sum ostium.* Et eos qui per ostium
hoc sanctam Ecclesiam nō intrant fures appellat. Illi autem non
intrant per ostium hoc, qui ad magistratus, præsulatusq; aspi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rant, munus prædicationis exercent, sacramenta administrant, 19
non vocati, sed ambitu, & alijs motiuis indecentibus ducti. Vnde inferiùs subdit, dicens: *Omnes, quotquot ante me venerunt, fures fuerunt & latrones.* Nũquid Domine, Moyses & alij sancti Prophetæ ante te non venerunt: at hi non fures, sed sanctissimi viri extiterunt, quomodo ergo dicis, Quotquot ante me venerunt fures fuerunt & latrones? Dico omnes, qui ante me venerunt absq; eo quòd misissem eos, sed ipsi proprio spiritu ducti venerunt, latro
Hiere.23. nes esse. De quibus per Hieremiam dixit: Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. At Moyses & reliqui Prophetæ, nõ suo spiritu proprio ducti venerũt, sed à Deo missi & destinati. Et illos modo per ostiũ intrare dicemus, qui gloriam Dei zelantes, & animarum salutis desiderio feruentes, hæc sacra munera exercent, in quibus per 20
maiorum obedientiã sunt constituti, aut canonica electione promoti. Hi nimirum tanquam veri imitatores summi pastoris Iesu Christi, omni cura & solicitudine super ouium salutem debẽt inuigilare, & quid Dominus hic dicat attendere: scilicet, Ego veni, vt vitam habeant, & abundantiùs habeant. O benedictus glorificatusque sit talis Pastor, qui non vtcunque contentus est vitam ouibus suis tribuere, sed abundantius vt haberent, curauit. Et ideò pro eis mori, & in cibum suum sacratissimum dedisse corpus, non satis ei fuit, sed insuper suum diuinum spiritum cum plenitudine donorum eis misit, quibus naturæ nostræ damna mirificè repararẽtur. Quod multis retrò seculis prophetauit Ba-
Baruch.4 ruch, dicens: Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, sic decies tantum conuertentes quæretis eum. O mirificum pro- 21
missum, quod tam copiosè hodie impletum est. Si aliquis attentè voluerit considerare, quanta cum affectione & cura, quanto cum feruore & diligentia huius seculi homines ad honores anhelant, diuitias quærunt, voluptates affectant, ad regna aspirãt, & imperia, potestates, & dominationes ambiunt: si in memoriã voluerit reuocare illos Annibales, Cæsares, Alexandros, & reliquos mundi Principes, & Monarchas, quot labores perpessi sunt, quibus se periculis exposuerunt, vt seculi res obtinerent, ei forsitan sufficere videbitur, si aliquis Deum quæreret illo ardore, cura, solicitudine & animi anxietate. At Sanctus Propheta nobis decies tantum, scilicet, feruore quæremus Deum dicẽs:

Decies

22 Decies tantum conuertentes requiretis, nempe dona cælestia illorumque datorem. Eum dicit, id est, Deum. Ea est diuini spiritus vis, & virtus, vt ita clarificet, inflammet, fortificet, accendatque in rerum supernarum amorem cor, in quo habitat, quòd superet, & multis numeris excedat omnes ambitiosos, auaros, voluptatum amatores, omnes denique amore seculi ebrios. Quænam (dicite mihi) cupiditas, aut diligentia hominis cuiuscunque mundani æquari potest cum illo Diui Pauli feruore? Quisnam vitæ, honoris, voluptatis ita auidus fuit, ac vnus Laurentius, Vincentius, & alij Martyres quamplurimi mortem concupierunt? Quam sitim Sanctus Ignatius habebat, cum ad bestias damnatus dilacerandus ab eis dicebat: O fœli- *S. Ignat.*
ces bestias, quæ præparantur mihi, quando venient? Quando
23 emittentur? quando eis licebit frui carnibus meis? quas ego opto acriores fieri, ne fortè, vt in nonnullis fecerunt, timeant contingere corpus meum: quin etsi cunctabuntur ego vim faciam, ego me ingeram. O admirabilem martyris fortitudinem, & aliorum similiter, qui in Ecclesia sancta fuerunt. Et vnde tanta vis in cordibus carneis, nisi ab hoc diuino spiritu promanasset? Ideòque in vehementis specie venti se dedit, vt in hoc significaret quantam vim in humanis cordibus inferre debebat, & ea rapere, & in amorem pietatis iustitiæque tollere. Etiam dicitur in hoc admirabili aduentu repletos omnes fuisse Spiritu sancto, quod maximè necessarium fuit: nam ad nauigandum contra aquæ cursum, opus est vento vela adimpleri, vt rapido aquæ motui possint resistere nauigantes. Et quoniam *simile.*
24 Sancti Apostoli mundi mare contra cursum sensualium motuum nauigaturi erant, necessum fuit suæ voluntatis vela hoc diuino aere adimplerentur. Accipiter quando soluitur, vt præ- *simile.*
dam capiat, fortè ita fatur dimitti poterit, vt nunquam ad aucupis manum reuertatur. Volens Deus spiritus sanctorum Apostolorum ab amore mundi timoreque dissoluere, suo diuino spiritu ita eos refecit, & gustibus spiritualibus saturos dimisit, vt nunquam ad mundi manum redirent. Vas fictile si *simile.*
vacuum ad ignem applicetur, facilè frangitur, non item si plenum sit, imò conseruatur. Similiter, quia vasa hæc Apostolica ad ignem tribulationum erant applicanda, repleti sunt omnes Spiritu sancto, ne impatientia frangerentur. Tot siquidem

effectus hoc diuinum donum operatur, assiduè à Domino po- 25
stulemus, nobis impertiat illud: nos autem corda nostra præparemus per veram pœnitentiam ad illud recipiendum, vt hoc spiritu ditati indies abundemus in virtute & gratia, quousque perueniamus ad gloriam: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eadē Feria. III. in Pentecoste

Concio Secunda.

Amen, amen dico vobis, ego sum ostium. Ioan. 10.

1 SANCTVS Propheta Isaias de mundi repa
Isa. 33. ratione loquens, postquam singularia dona, quibus sancta Ecclesia ditanda erat, enumerauit; huius rationem reddit, dicens: Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster, ipse saluabit nos. Vbi septuaginta interpretes transtulerūt: Dominus Iudex noster, Princeps noster, Dominus ipse saluabit nos. Tot nominibus sanctus Propheta Christum Redemptorem nostrū appellans Spiritu sancto illustratus in hoc significare voluit, ipsum ostium futurum, per quod omnia bona ad
Isa. 51. nos debebāt intrare. Et alibi idem Sanctus Propheta, vbi nos legimus: Brachia mea populos iudicabunt, septuaginta interpre- 2
tū translatio habet: In brachio meo gentes sperabunt. Brachiū æterni Patris suus vnigenitus est filius, in cuius meritis spes gētis
simile. saluandæ fundatur. Si quis ab Hispali ad insulam, Sanlucar in naui cula per terram transire vellet, quanuis optimos haberet remos, frustra esset, quia nauicula super terram fita nulla vi posset moueri: at si nauicula in aquam mitteretur, prospero vento, vi, velo, & remis facilè finem optatum ille consequeretur. Omnes ad illam cælestem ciuitatem peruenire optamus. Nauicula ergo, qua vehi debemus, bonum opus est; remi, quibus remigare debemus sancti affectus, bonaque desideria sunt. Quod si nauicula hæc in terra sistitur; hoc est, si opus hoc solum in humana virtute & proprio

3 & proprio merito innititur, nullo modo illuc peruenire poterimus. At nauicula hæc boni operis in flumiue meritorum Christi innixa, & flante aura diuini spiritus (sua inquam gratia) voluntatis velo, cum sanctis desiderijs, & deuotis affectibus remigantes, facili negocio hunc beatum finem consequi poterimus. Ideò ait: In brachio meo gentes sperabunt. Hoc ipsum idem Propheta significauit alibi, dicens: In vmbra manus suæ *Isa. 49.* protexit me: vbi septuaginta interpretes plus declarant, qui trāstulerunt, sub protectione manus suæ abscondit me. In quo denotatur, quemadmodum per merita huius diuinę manus (qui filius est, contra potestatem dæmonum protegimur, virtutemque adipiscimur, cum qua ex omnibus aduersis, quæ nobis in huius vitæ via se offerunt victoriam reportamus.

4 Ex quo infertur quanto iure hic summa veritas dicat: *Ego sum ostium*: & infra, *Per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & Pascua inueniet*. O fœlices illos, qui nunc intrant per ostium hoc fide, charitate, & obedientia; quia hi pascua inuenient, postquam interiùs clara diuinitatis visione, & fruitione intrauerint, & exteriùs exeuntes, quod est humanitas Christi, in qua singulare, ac cæleste gaudium accidentale reperient. De quolibet horum Ecclesiasticus inquit: Omnem domum *Eccle. 1.* illius implebit generationibus, & receptacula à thesauris illius, scilicet, sapientiæ. Tanquam Pater cùm filio coniugato rebus necessarijs & vtensilibus domum adornat, qui etiam an- *simile.* gulos, & receptacula eius, supellectile adimplere vellet; & postquam omnia referta habet, vbi amplius reponat, quærit: sic
5 æternus misericordiarum Pater domum bonis refertam instruit iustis in cælis: & optat (si dici potest) aliquod esse vacuum meritorū capax, quod magis ac magis reciperet. Obsecro fratres per immēsam Dei bonitatē consideretis, quàm è diuerso miseris dānatis in inferno positis continget, qui quoquo se vertāt, circūdatos tormentis & dęmonibus se inuenient. O miseram sortem, ô miserum statum, liberet nos à te Deus, pro sua infinita clementia. Studeamus ergo dilectissimi per illud vitæ ostiū intrare; quia modo patet, & vt intremus, inuitamur. Ne fortè sicut virginibus fatuis nobis etiam claudatur, timeamus, & cū pulsauerimus nobis etiam sicut eis respondeatur: Nescio vos. Existimo, quòd propter hæc verba, Ego sum ostiū, hodie sancta Ecclesia nobis

hoc

hoc Euangelium proponit ,vt nobis significaret , si Spiritus 6
sanctus hodie super fideles descendit, fuisse propter merita
huius cælestis Redemptoris : ille namque ostium fuit , per
quod etiam hoc ineffabile donum nobis fuit communicatum.
Isai.6. Cùm sanctus Isaias tot reuelationes à Deo recepisset, ait : Væ
mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum . Quasi in
hoc significare volens, se idoneum non esse ad loquendum tam
profunda mysteria . Ad quem Seraphim descendit, qui calcu-
lo ignito, quem ex altari forcipibus tulerat labia eius munda-
uit : qui postquam mundatus est igne, illo statim se Deo ob-
tulit, dicens : Ecce ego , mitte me . In hoc figuratum est, hoc
altissimum mysterium, quod in hac sanctissima festiuitate ce-
lebramus. Nam cum sancti Apostoli magnas reuelationes ex
ore diuini præceptoris sui recepissent, & cum minus idonei es- 7
sent ad illa hominibus prædicandum, calculus ignitus charita-
te (qui est Spiritus sanctus) venit forcipibus apprehensus qui
combusit illos ab imperfectionibus mundans, eosque præpa-
rauit, & ministros idoneos fecit sui sancti Euangelij , vt illud
per mundum vniuersum prædicarent. Hæ forcipes sanctissima
Christi humanitas sunt, ex corpore & anima composita. Hic
calculus his forcipibus allatus est : quia propter merita huius
sanctissimæ humanitatis Spiritus sanctus descendit, vt mirabi-
lia in hominibus operaretur, & tantam in verbis efficaciam ha-
berent, vt tot millia animarum ad fidem sancti Euangelij con-
uerterent. Inter eos, qui apud sacram Scripturam Christum Re
demptorem nostrum clarius figurasse leguntur, vnus est Iosue, 8
qui in operibus, & etiam in nomine Christum Dominum figu-
rauit. Hic enim primus esse legitur , qui Iesus nomine appella-
tus est : qui etiam populum Israel in terram promissionis intro-
duxit : Iordanem sicco pede transiuit. Ad hæc Hierico ciuitate
ingressum impediente , mirabili modo eam expugnauit. Non
machinis muralibus, nõ tormẽtis bellicis, nõ munitionib⁹, nõ vi
& armis, sed clangore buccinarũ, strepituq; hominũ solo æquata
fuit, & muri Hiericuntini ceciderunt. Vbi etiam Iosue sub gra-
uibus pœnis & censuris iussit, vt nullus aliquid ex Hierico spo-
lijs attingere auderet. O rem mirabilem, quam dilucide mysteria Saluatoris nostri Iesu Christi hic figurata apparẽt. Hic nam-
que diuinus dux populum suum per Iordanem vitæ huius
traduxit

9 traduxerit pede sicco, absque eo, quòd delicijs, voluptatibus, ho
noribus, cupiditatibus, negotiationibus huius seculi intingere-
tur. Vnde Apostolus dicebat : Hoc itaque dico fratres, tẽpus bre *2.Cor.12.*
ue est : reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non haben-
tes sint ; & qui emunt, tanquam non ementes sint ; & qui vtun-
tur hoc mundo, tanquã non vtantur : id est, quòd in medio aqua-
rum quasi in sicco sint absque eo , quòd inquinentur, aut made-
fiant. Hinc Regius Dauid : In flumine pertransibunt pede, ibi læ *Psal.65.*
tabimur in ipso. Per flumen vitæ huius veri ducis Christi mili-
tes transeunt pede sicco. At ibi, id est, in vita futura lætabimur
in ipso, in illo infinitę dulcedinis mari immergemur. O immen-
sæ suauitatis pelagus, quando erit, vt lætemur, refocillemur, &
immergamur in te? ibi lætabimur in ipso. Illa verò victoria, quę
10 ab Hierico reportata est, ex eo quod ingressum terræ promissio
nis impediebat, planè significauit victoriam ex dæmonis mo-
narchia adeptam, quæ non armis nec gladijs consecuta est, sed
præconijs, & vociferationibus diuinis, quas Sancti Apostoli edi
derunt, quasi tubæ vehementes per totum vniuersum resonan-
tes. Muri Hierico ceciderunt, id est, Imperatores, Reges, Princi
pesque terræ ; coram arca fœderis, quę sanctissima Christi huma
nitas est : vnde solo æquata idololatria remãsit, vanitas occubuit,
& pompa mundana, & omni Christiano interdictũ est, ne quid
spoliorum Hierico sibi seruet. Cauete dilectissimi, ne quod Do
minus prohibuit ab hoc sæculo desumi vobis vsurpetis, cuius-
modi sunt iniuriarum vindicta, delectatio carnalis, & turpis, &
reliqua quæ in præceptis Euangelicis sub æternæ damnationis
11 pœna sunt interdicta. Ecce quo pacto mundus debellatus vi-
ctusque fuit. O rem mirabilem, quòd cum sancti Apostoli res tã
difficiles docerent, tanta affectione omnes illorum doctrinam re
ceperunt, vt pro illarum rerum fide & amore nonnulli lapidati,
alij adusti, alij verò trucidati sint, quidam verò innumeris affecti
supplicijs, quæ cũ magno gaudio, & cordis lætitia perpessi sunt :
talis ac tantus amor crucifixi in animabus suis accensus erat. Re-
ctè Dauid : Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute *Psal.67.*
multa. Nusquam tot hominum conuerterentur, nec talis immu-
tatio in eis fieret, nisi Spiritus sanctus per os illorum sanctorum
virorum loqueretur, & audientium corda intus moueret atque
disponeret. Rectè quod per Hieremiam Dominus dixit hic ad-
impletum

Hiere. 17 impletum est:Perdix fouet,quę non peperit, fecit diuitias & nō 12
in iudicio,in dimidio dierum suorum perdet eas,& in nouissimo
erit insipiens.De perdice dicitur,ita prolis habendę auidam esse,
quod oua aliena furatur,& fouēdo ea filios excludit adulterinos,
qui è crusta advolandum educti,proprię matris vocem audiētes
aliena relicta ad ipsam cōfugiunt.Similiter dæmoni,& Christo
vero animarū Patri contingit.Dæmon tanquam perdix dolosa,
oua quæ nō peperit in nido Paradisi terrestris inueniens furtiue
Isai. 10. tulit,& à proprio Domino deprędatus est.Vnde per Isaiā mysti
ce gloriabatur nomine Assur dicens:In fortitudine manus meæ
feci,& in sapientia mea intellexi,& abstuli terminos populorū,
& principes eorū deprædatus sum,& inuenit quasi nidū manus
mea,& sicut colliguntur oua,quæ derelicta sunt, sic vniuersam
terrā congregaui &c.Ecce quod suū nō erat arripuit, & cōgrega 13
uit diuitias,sed nō in iudicio:quia proditorie fecit. At verō post
quā gentes veræ matris vocemaudierunt per os apostolorū,sta-
tim fuere relicto adverū creatorem se receperunt hostis tyranni-
de cognita.Sicetiā Regius prædixerat Dauid dicens:Reminiscē
Psal. 21. tur,& conuertentur ad Dominū vniuersi fines terræ, & adora-
bunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentiū:idest ad se reuer
tentur, quia antea extra se alienati vagabantur:& à proprio
sensu seducti, sed illuminati resipuerunt, & ad verū Deum
conuersi sunt.Reliquū est,fratres,cōsideretis quales sitis, quali-
ter dæmon sub alis obedientiæ suę captos vos tenet. Et siquidē
legitimæ matris vocē(nempe sanctissimæ humanitatis Christi,
per os concionatorū emissam)auditis,ne patiamini in hoc ab aui
bus vinci,quæ ad propriā matrē confugiunt.Ab hac misera ser-
uitute vos eripite.Considerate,quia dæmon post hanc vitā aliā 14
mercedē,quā vobis reddat non habet,quā pœnas æternas. Sum
misq; precibus à Patre misericordiarū assidue petamus, vt istis
forcipibus,hoc est,per merita illius sanctissimę humanitatis,mit
Simile. tat nobis calculū illū ignitū,qui suus est diuinus spiritus, qui in
cordibus nostris efficiat quod ignis materialis in cōbustibilibus.
Propriū ignis est in se conuertere omne id,in quod potest opera
ri:illud verō in quod operari nō potest foras mittit:vt experiētia
patet in viridi ligno, nā ad ignē applicato tota ligni substātia in
ignē conuertitur:at verō illā ligni humiditatē,quā ignis in se no
quit cōuertere extra mittit. Vnde lignū ad ignē admotū stillat
aquam

15 aquā,quo humore expulso manet ignitū & pruna factū. Simili
ter diuinus ignis,qui est spiritus sanctus efficit nā homines in se
conuertit taliter, ꝙ deificatus maneat per diuinæ gratię partici
pationem,expulso prius peccati humore,quod cū Deo minime
compatitur.O vtinam sic cōbusti fuissemus, vt nihil, quod dei
ficatū non esset in nobis remaneret.Iam vobis cōtigit attente so *Simile.*
lis radios,qui per vitrum exeunt contemplari.Hi radij, quia ni-
miū in oculis se immittunt,efficiūt, vt omne quod posteà aspici
tis eiusdē colorisappareat.Si radij per vitrū egredientes rubicū-
di sunt,aut virides,omne,quod cernitur viride, siue rubicundū
apparet.Similiter iustis contingit, qui ita insinuati,& submersi
in Deo sunt,& transformati,vt in omnibus Deū cernere sibi vi-
deantur. Si comedunt,ibi cogitant in illa cœlesti refectione: si
16 vestē exuunt, ibi meditātur,quādo erit,vt exuantur ab hac mor
talitate: si se induunt,ibi cogitant,quando habitu gloriæ induē
tur: si vigilant cogitant in Deo:si dormiunt Deum somniant:
si loquuntur de Deo loquuntur. Tandem omne, quod vident,
viride videtur, quia in omnibus Deum contemplantur.
Hoc ita Apostolus fatebatur dicens : Viuo iam non ego, vi- *Gel.* 2.
uit verò in me Christus. Hæc est ratio, ob quam spiritus san-
ctus hodierna die in figura ignis se fidelibus dedit, vt denotaret,
idem se in spiritibus operari,quod ignis in combustibilibus. Et
sicut res illæ, quæ igne examinari solent, vt sunt metalla nulla
aliare nisi igne à ferrugine,& scoria mundari possunt:ita animę
purificari nequeunt á simo & scoria suarum imperfectionum,
nisi huius efficacissimi diuinique ignis virtute. Vnde Dominus
17 populo per Isaiam dicit : Conuertam manum meam ad te, *Isai.* 1.
& excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne
stannum tuum.Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis.Ec-
ce quia animas purificare Dei opus sit ipse fatetur. Ex his om-
nibus infertur quantum nobis opus sit disponere nos, vt hoc
cœleste donum nobis communicetur. Et quæ nam præparatio
sit necessaria Propheta Zacharias mirificis verbis ostendit. *Zach* 14.
Qui postquā prophetauit aquas viuas exire de Hierusalē debe-
re,ad mare orientale,& ad mare nouissimū,idest,occidētale(vbi
per aquas gratiā euangelij intellexit,quæ per omnem mundum
ampliāda erat)paulò post addidit:Et omnes, qui reliqui fuerint
de vniuersis gentibus,qui venerunt,vt adorent regem Dominū
exerci-

exercitium, & celebrent feſtiuitatem tabernaculorum. Et erit 18
qui non aſcenderit de familijs terræ ad Hieruſalem, vt adorent
Regem Dominum exercituum, non erit ſuper eos imber. Mira
lex, nec minus mira eius comminatio videri debet. Quaſi vide-
tur enim velle Dominum legis antiquæ ceremonias reuiuiſce-
re, quæ iam per aduentum filij Dei abrogatæ ſunt. Deinde mi-
rum eſt, quòd omnibus antiquis feſtiuitatibus relictis, vnam tan
tum integram remanere velit, feſtum, ſcilicet, tabernaculorum.
Hoc argumento planè docet nos Sanctus Propheta literam oc-
cidentem fugere: litera enim occidit, ſpiritus viuificat. Feſtum
Exod. 23. tabernaculorum, vt in Exodo patet, fuit inſtitutum, vt filij Iſ-
rael memoriam facerent de illis quadraginta annis, quibus per
deſertum peregrinati ſunt, ſine domibus, & locis proprijs in ten
torijs habitantes. Et feſtũ hoc (cum reliquis, quæ ſepulta & abo- 19
lita ſunt quantum ad literam) vult Dominus, quòd ſecundum
ſpiritualem ſenſum à fidelibus celebretur: vt quemadmodum
quadraginta annis peregrinati ſunt; ita & nos per totius præſen-
tis vitæ tempus peregrinemur, vſque ad illam cæleſtem patriã,
& cognoſcamus natos non fuiſſe in hoc mundo, vt corda noſtra
hic figeremus, ſed tantum vt in cælum faceremus iter. Ad hoc vi
ta, mors, & omnes creaturæ nos inuitant, quæ excellentiam ſui
creatoris docent, vt illum ſolum quæramus. Et cùm verum ſit
Spiritum ſanctum pluuiam dici; & ita Dauid vocat eum dicens:
Pſal. 67. Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, dicit mo
do Propheta Zacharias ſuper illos, qui ita non viuũt, nec feſtum
hoc tabernaculorum in ſpiritu celebrant, ſed eis tantum res ter-
renæ curæ ſunt, hæc cæleſtis pluuia non deſcendet, quę fertilem 20
reddit animam, & ſitim malorum affectuum extinguit. Non
erit (ait) ſuper eos imber. O terribilem comminationem, & ſe-
ueriſsimam, legis huius tranſgreſſoribus infligtam: quia ſine Spi
ritus ſancti gratia, quid aliud anima erit, quàm vitiorum lucus?
Propter quod nomine ſanctiſsimæ Trinitatis adiuro vos fratres
omni ſtudio & efficacia, corda veſtra à deordinato rerum terre-
narum amore dimouere ſtudeatis, & tanquam peregrinos hic vi
Hebr. 13. uere, illud ſemper Apoſtoli dictum memoria recolentes: Non
habemus hîc ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus.
Vbi ponderare debetis verbum, inquirimus, in quo denotatur
cura & ſolicitudo nimia, cum qua rem adeò neceſſariam debe-
mus

21 mus aggredi: qua diſpoſitione prępparati ſpem habeamus ſuper
nos hanc Spiritus ſancti pluuiam deſcenſuram, quæ eſt ſua diui
na gratia, cum qua adipiſcemur gloriam, ad quam nos perducat
Ieſus Mariç filius, Amen.

IN FESTO SANctiſsimæ Trinitatis Concio Prima.

1 *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.*
Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes
eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti.
Matth. 28.

MYSTERIA Fidei noſtræ ſanctiſsimæ ſunt adeò excelſa, recondita, & à lumine noſtri naturalis intellectus ita ſemota, tamque ſecundum Dei menſuram præſcripta, quod abſque vlla proportione humanam facile facultatem ſuperant. Propter quod lumen naturale Deus in anima plantaret neceſſarium
2 fuit, quò dignoſcere, proportionarique tantis myſterijs poſſet noſtraſq; voluntates afficere, quò etiam intellectus captiuaretur in obſequium fidei, illorum, quæ nullatenus proprijs viribus adipiſci poteſt. Vnde Apoſtolus de hoc ſupernaturali dono loquens ait: Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe il *2. Cor. 4.*
luxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti Ieſu. Ideſt, ille omnipotens Deus, qui ſolo verbo dicens, fiat lux, effecit, vt in medio tenebrarum, in quibus mundus ſitus erat, lux oriretur, has tenebras fugans, dans creaturis diſtinctas formas, cuilibet ſecundum ſuam naturam, idem ipſe Deus ſuamet infinita potentia aliam excellentiorem lucem produxit, nempe fidem, vt hac fidei luce mentes noſtras illuſtra

ret, & diuina mysteria perciperent, quæ lumine naturali conse 3
qui non possunt. Et alibi fidem definiens ait: Fides est substãtia
rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Hoc est, fi
des est lux, singulare spiritus sancti donum in anima infusum:
quæ lux ita intellectũ illustrat, vt sine miraculo, aut humana ra-
tione, omnib⁹, quę à Deo reuelata, & ab Ecclesia proposita sunt
ad credendũ assentire faciat. Et donũ hoc inter alia spiritus sancti
primũ est: quod tanta efficacia, & firmitate hic diuinus spiritus
in anima fideli imprimit, vt quanuis propter peccatũ reliqui vir
tutis habitus perdantur fides & spes remanere solent. Veluti si à
radice arboris nouella germina tollantur, iterum atque iterum
germinat: sed toties mutilari potest, vt exiccetur penitus, nec
amplius germinet: similiter quanuis aliæ virtutes semel & sæ-
pius ab anima depereant, ipsa tamen fide illustrata remanet. At 4
toties contra id, quod lex præcipit homo facere poterit, vt in pœ
nam suorum delictorum contingat illam Deum à peccatore au
ferre. Hoc supplicium minatus est Moyses Hebræis dicens:
Caue ne obliuiscaris pacti Dñi Dei tui, quia derelinquet te De⁹
vt seruias dijs, qui hominũ manu fabricati sunt ligno, & lapide.
Nos ergo ne similẽ pœnã incurramus formidemus. Hoc tamen
fidei donũ cœleste maximi faciamus, per q̃ (vt dixi) noster intel
lectus præparatur, & ad diuina mysteria credẽda adiuuatur: quo
rũ omniũ sanctissimę Trinitatis arcanũ fundamẽtũ est: quomo
do Deus cũ in essentia simplicissimus sit in Personis sit Trinus,
Vnde Dñs ait: Nemo nouit filiũ nisi pater, neq; patrẽ quis nouit
nisi filius, & cui voluerit filius reuelare? Ex quo fit manifestũ, my
steriũ hoc, scilicet, Deũ esse Patrẽ, Deũ esse filiũ, Deũ esse spiritũ 5
sanctum, à nemine cognosci posse proprio ingenio, nisi per diui
nã reuelationẽ. Non dixit: Nemo nouit Deũ, nisi Pater, quoniã
naturali lumine Deũ esse homo adipiscitur: quod D. Pauli testi
monio cõprobatur: inuisibilia ipsius à creatura mũdi per ea, quę
facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus
& diuinitas. Et Sapiens ait: A magnitudine speciei & creaturę co
gnoscibiliter poterit eorũ creator videri. Idest, ex omni visibili
creatura scala fit, per quã in vnius Dei cognitionẽ ascẽditur. Ad
hoc notandũ vobis est, quadruplicẽ esse creaturã. Quædã crea-
turarũ solũ habent esse: aliæ esse & viuere: aliæ esse, viuere, &
sentire: aliæ verò esse, viuere, sentire, & cognoscere. Ecce quadru
plex

Heb. 11. leg. Chrys. homi. de fide spe & charitate to. 4. Cyrillum lib. 4. Thesau. c. 91

Simile.

Deut. 4.

Matth. 11.

Rom. 1.

Sap. 13.

6 plex scalæ gradus. Prioris ordinis sunt lapides, metalla, Planetę,
corpora cœlestia &c. Secundi gradus sunt plantæ, herbæ, arbo-
res. Tertij generis sunt animalia. Quarti & vltimi sunt homines.
Nunc ergo dicite, quis harũ creaturarũ naturas ita limitauit, vt
ab vno ad alium gradũ transire non possent? Et quis nam hęc
tria inter se tã discrepantia, nẽpe esse lapidis, viuere plantarũ, sen
tire brutorũ in tanta conformitate vniuit in homine? Nunquid
homo quod habet sibi ipsi dedit? Seipsum aliquibus creaturis su
periorẽ fecit? Minime. Sed planũ est aliũ sui opificem & guber-
natorẽ habere, & rerũ omniũ etiã conditorẽ, qui summa prouidẽ
tia cuncta gubernat. Hunc verò omniũ opificẽ, vnũ & non plu-
res esse constat. Quoniã et si creaturæ multæ diuersæq; sint, om-
nes tamẽ de minore ad maius ascẽdũt vnico ordine: quia omnes
7 ad vnitatẽ tẽdunt: quæ vnitas ordinis, vnicũ ordinatorẽ esse de-
monstrat. Nã vti fieri posset res adeò inter se contrarias, cuiusmo
di sunt ignis & aqua, calidũ, & frigidũ in vnũ copulari, & summo
pacis fœdere cohabitare, nisi hoc ab vno ordinatore, simul & cõdi
tore promanasset? Illud verò vnũ ad quod ista hæc omnia ordinã
tur est homo. Ergo nõ cõuenit, vt cũ natura rerũ creatarũ (cum
sint diuersæ) ad vnã naturã meliorẽ, qualis est humana tendat, vt
ista, quæ melior est, tẽdat ad plures naturas perfectiores, tanquã
ad diuersos fines. Omnes nãq; creaturæ ad vnitatẽ tendũt, & ho
mo ad diuersitatẽ (quod est peius) tendere deberet? Minime gen
tiũ. Nã tẽdere ad vnitatẽ, est tẽdere ade sle bonũ, perfectũ, & cõser
uatiuũ: sed tẽdere ad diuersitatẽ est tẽdere ad diuisionẽ & destru
8 ctionẽ. Ergo sola vna natura est, scilicet, creatoris, ad quã homotẽ
dit. Hoc est, q̃ gradatim per creaturas ascẽdẽdo adipiscitur. Tul- *Cicer. 1. de*
lius Cicero de Natura Deorũ refert tyrãnũ quẽdã Sicilianũ Hie *nat. deorum.*
ronẽ nomine à Simonide Græcię sapiẽte quæ siuisse. Quidnã es
set Deus? A quo Philosophus tres dies postulauit, vt rẽ decerne-
ret. Quo termino finito, triginta amplius postulauit, deinde se-
xaginta, & sic numerũ in terminis multiplicabat. Ad quẽ tyrãn?
indignatus ait, quare ei illuderet? Cui Simonides: Non vt decipiam facio, ò Hierõ, sed, quia Deus res tã magna sit, vt quo plus
in ipsum, de ipso cogito: minus mihi menti, quod de illo dicam
suppetit. Et Pythagoras dicebat de Deo loqui sine Deo non pos
se: innuẽs in hoc de re tam eximia absque suo peculiari auxilio,
& numine agi nõ posse. Ex quo patet quã: ã Philosophi de Deo

cognitionẽ habuerint. Sed inquit Apostolus ibi: Cùm Deũ cog 9
nouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt:
sed obscuratum est insipiens cor eorum. Euenit illis [*Lo que suele acontecer a los que juegan a la gallina ciega.*] Vnus eorum velatos habet oculos, alter manibus inuicem explosis strepitum facit. Cuius strepitũ & sono cæcutiens velatus hinc inde vagatur, & gyrat non inueniens vbi sonus fuit factus. Similiter Gentiles illi recte vocem audierunt, vniuersalemque rerum conditorem nouerunt: sed quia illum sicut decere cognouerunt, nec dilexerũt, nec glorificauerunt, obcæcatus fuit intellectus eorum, suis passionibus affecti; qua cæcitate vacillantes in diuersa ferebantur. Alij ad solem ibant existimantes illum esse Deum, alij lunam Deam confitebãtur, alij astra &c. hoc in pœnam suorum peccatorum: quia non sicut Deum illum glorificauerunt, aut gratias egerunt, 10
Quod autem ratione naturali (sicut diximus) obtineri non potest est, hunc vnum Deũ Trinum esse in personis. Vnde Diuus
Dion de diu. nom. c. 1. Dionysius lib. de diuinis nominibus ait: Impossibile est nobis lucere diuinum radium, nisi in veritate sacrorum voluminum circumuelatorum. Hoc est, impossibile est nos habere notitiam in Deo esse processiones, nisi per sacram scripturã edoctos, vbi hæ veritates velatæ sunt cognoscendæ. Dicit diuinum radium addenotandum, vnum inter ea, quæ mysteriũ sanctissimæ Trinitatis magis repræsentant, solem esse in sui radij productione.
Damas. li. 1. ort fi. c. 9. Et Beatus Damascenus lib. 1. orthodoxæ fidei illum igni compa
Dion. li. 3. de cæl. Hier. rat in lucis productione, & caloris, qui est soli valde similis. Et idem Dionysius de cœlesti Hierarchia ait, inter omnes visibiles creaturas solem esse, in quo Deus magis relucet, & ostenditur. 11
Manifestatur enim in sole Dei immensitas, cum omnia sol repleat lumine, omnia circuit, & visitat. Ostenditur Dei æternitas visa duratione solis, qui post tot annorum millia absque vlla alteratione idem permanet. Et sicut sol generat ex se radium, ita pater generat filium. Et sicut sol producedo radiũ non est prior radio: ita pater producendo filium nõ est prior filio. Et sicut sol semper generat radium semperque radius est genitus; similiter filius à patre est genitus, & filium semper pater generat. Et sicut sol nunquam à radio separatur, nec radius à sole: ità nũquam à filio pater separatur, nec à patre filius. Et sicut à sole & radio producitur calor: ita à patre & filio procedit Spiritus sanctus. Ecce ergo, de

Simile.

12go, de quo radio. D. Dionysi⁹ loquitur in his verbis dicẽs: Impossibile est lucere nobis diuinũ radiũ. &c. Præterea inquit, Huius diuini radij cognitionẽ habere nõ possumus, nisi per doctrinam reuelatã sacræ scripturæ, & hoc sub fidei velamine. Et quod D. Dionysius velũ dicit D. Paulus speculum appellat dicens: videmus nũc per speculũ. Quando quis visum obtusum habet, vt scriptura ex minutis characteribus perlegat, cõspicilia ponit, quę visum iuuãt, & literas cõspicuas reddũt; & sic recte legitur scriptura, quę antea ab illo legi nõ poterat. Sacra scriptura maximis mysterijs est referta; visus autem animæ nostræ ad illa intelligenda nimis debilis est: necessaria interim est fides, quæ instar speculi, & conspicilij visum animæ iuuet fortificetque, vt ea consequatur. Vnde Isaias secundum translationem septuaginta interpre- *Isai. 7.*
13tum ait; Si non credideritis non intelligetis. Sed notandum tres esse speculorum differentias. Quædam sunt specula, quæ turpiter res repræsentant; qualia sunt specula ferrea, aut ex chalibe [*De Azero*]. Alia sunt, quæ plures facies repræsentant, cùm re vera vna tantum sit. Alia res sicut sunt repræsentant. Similiter tres sunt credendi differentiæ. Hæreticorũ modus credẽdi est instar speculi ferrei [*De Azero*] quod repræsentat illis Deus ruditer, & nõ sicut ille est. Quidã enim illorũ credunt, quod sicut in Deo nõ est amplius, quàm vna essẽtia, ità nec amplius, quã vna persona. Alij existimant, quod sicut in diuinis tres sunt personæ ita tres sunt essentiæ. Alij credunt Spiritũ sanctum non esse Deũ sed creaturã. Alij quanuis Deum esse fateantur, tamen à filio procedere negãt, sed solũ à patre. Alij putant Christum verũ corpus
14nõ habuisse, sed phantasticũ. Quidam purũ hominẽ & nõ Deũ esse dicunt. Ecce quàm ruditer diuina mysteria his miseris hominibus repræsentantur. Hi per speculum [*De Azero*] vidẽt. Speculum verò quod plures facies repræsentat cùm nõ sint plures quã vna, est modus credẽdi gentiliũ, quibus repræsentat plures Deos esse, cũ vnus sit tantũ. At verò speculũ, quod res sicut sunt repręsentat, est fides sanctę Ecclesię catholicę, quę nobis Deũ sicut est repręsentat. Hoc speculo ante animæ nostrę oculos posito cerni mus in sacris literis huius diuini radij mysteria. Lumine naturæ recte adipiscimur, quod Deus vnus est, & intelligit, & quod amat; quia intelligere, & amare perfectiones quædã sunt. Perfectiones autẽ omniũ creaturarum sunt à Deo. Etiã lumine naturę

cognoscitur, intelligere, & amare Dei non esse sicut nostrũ: 15
nam in nobis est accidens quoddam extrinsecum: quia cum
volumus nunc operari, modo non operari possumus: cæterum
in Deo nullum est accidẽs. Vnde suũ intelligere, suum amare,
& sua essentia idem sunt: quapropter non potest non semper
intelligere, non semper amare, &c. Etiam lumine naturæ adi-
piscitur, ꝙ illud, quod producitur differt ab eo qui producit il-
lud. Et ipso facto, quo aliquid producitur, à reproducẽte quodã
modo differt, atq; opponitur. Super hęc ergo principia, quæ lu
mine naturali obtinẽtur, lumẽ fidei ascendit, creditq; ꝙ intelli-
gendo seipsum Deus format in suo intellectu quãdam suimet
imaginẽ. Sicut vobis contingit, quoties rem aliquã considerati
imaginem intra vos illius rei cognitæ formatis: similiter Deus
intelligendo se, suimet imaginem format. Et quia intellectus 16
Dei est infinitus, & sua essentia infinita, illam intelligit essen-
tiam quantum potest intelligi. Et quandoquidem illa infinitè
potest intelligi, eam sic infinite intelligit: vnde notitiam infini
tam producit. Quæ notitia infinita est substantia; & cùm sit
infinita substantia, est intellectualis. Et cum sit substantia infi-
nita, & intellectualis est persona: cùm vero sit persona à patre
producta, est similiter à patre distincta. Et hæc persona à patre
distincta per intellectum producta dicitur filius. Hic pater, &
hic filius cùm eiusdem essentiæ sint, habent vnam & eandem
infinitam voluntatem; & illam infinitam essentiam diligunt
quantum ipsa diligi potest. Illa amari potest infinite; & ità il-
lam infinite amãt, & amorem producunt infinitum; qui amor
cùm sit infinitus est essentia. Essentia cum sit infinita est in- 17
tellectualis; & cum sit essentia, infinita, intellectualis est per-
sona, & hæc persona à patre & filio distincta: quia illam
produxerunt. Et hæc persona per voluntatem producta dici-
Ephes. 3. tur Spiritus Sanctus. Vnde Diuus Paulus; Flecto genua ad
patrem Domini nostri Iesu Christi, vt det vobis secundum
diuitias gloriæ suæ, vt impleamini in omnem plenitudinem
Dei. In his verbis Sanctus Apostolus pro Ephesijs à Deo po-
stulabat, vt illos traheret in plenam sui cognitionem. In om-
nem plenitudinem Dei, ideſt, in cognitionem pleni & absoluti
Dei; quia Deus, qui se ipsum nõ cognosceret, Deus diminutus,
Deus inops & mẽdicus esset, & nõ Deus verus: siquidẽ cogni-
tio ipsa

18 tio ipsa imaginẽ non faciebat, quã Deus cõcepit, ex seipsoque
genuit. At illã format, & talis est filius Dei. Et ita. D. Paulus illũ
vocat; imago Dei inuisibilis. Deinde ꝙ pater filiũ infinitæ per- *Colos. 1.*
fectionis genuerit, & pater hũc filiũ, filius similiter hũc patrem
nõ amet Deus mẽdicus & diminutus esset magis quã perfectus
& plenus. Actu igitur amãdi quo pater diligit esse filij, & filius
diligit esse patris, quod idẽ est esse, producitur spiritus sanctus.
Et hęc est Dei plenitudo, quã D. Paulus, vt fideles cognoscerẽt
optabat, & nos habere tenemur. Et in hodiernæ diei festiuitate
sancta Ecclesia hoc ꝓponit Euãgeliũ, in quo sũma veritas Chri
stus tam perspicuè de Trinitate diuinarũ personarũ & essentiæ
vnitate agit, præcipiẽs discipulis, vt baptizẽt credẽtes, *In nomi-*
ne Patris & filij & Spiritus sancti. In nomine, dixit, significãs vnã
19 esse potentiã, maiestatẽ & autoritatẽ omniũ triũ personarum di
uinarũ. Et siquidẽ illos gẽtiles (vt D. Paulus dixit: Qui cũ Deũ
cognouissent nõ sicut Deũ glorificauerũt, aut gratias egerũt), ꝓ-
pterea tradidit Deus in desideria cordis eorũ nos, qui maiorem
lucem, & cognitionẽ diuinorũ mysteriorum recepimus, grauius
puniri formidemus; si instar illorũ ingrati extiterimus. Ideoq;
has diuinas personas assidue glorificemus cordibus, & linguis
dicẽtes: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Gloria inquã,
patri, magnorum Patri, & patri paruulorum, & orphanorũ pa-
tri gloria patri luminũ, & lumini patrũ nostrorũ. Gloria patri
iustorum, & peccatorum patri sit gloria eorum, qui efficaciter
volunt iustificari. Gloria patri, qui proprio filio non pepercit,
vt pater fieret eorũ, qui filij sui esse noluerũt. Gloria patri, à quo
20 omne quod habemus recepimus, & à quo speramus quod deest
nobis. Gloria patri, qui nos diligit tãquã filios, & tãquã pater suf
fert. Gloria patri patrũ nostrorũ, patri fratrum nostrorum, &
patri omnium patrem habentium. Et gloria sit filio huius tanti
patris. Gloria filio, qui tanti patris nos filios effecit. Gloria sit
Filio, qui est gloria patris, & ecclesiæ pater. Gloria filio, qui non
est minor, nec posterior Patre. Gloria filio, qui obediens fuit
Patri vsque ad mortem, & per ꝙ ipsam dedit vitam filijs Patris
sui. Gloria filio qui pater est matris suę. Et gloria Spiritui sancto
qui lumẽ est omnis creaturæ. Gloria Spiritui sancto, qui dat spi-
ritum, replet Spiritu omnes, quos replere sibi placet. Gloria
Spiritui Sancto, cuius linguæ igneæ sunt, ex igne, qui illumi-

nat, sed non vrit: splendet sed nõ denigrat, nec fuligine inficit: 21
ignis malum consumens, fortificans, & coagmentans bonum.
Gloria Spiritui sancto, qui desolatorum est solatium & viuifica
tor cordium, quæ illi se submittunt. Idest, gloria patri magno-
rũ & humilium & orphanorum. Gloria sit patri luminum, & pa
trum nostrorum lumini. Gloria sit patri iustorum & patri pecca
torum, qui voluntate efficaci ab eo iustificari desiderant. Gloria
sit patri qui etiam proprio filio non pepercit vt posset esse pater
eorum, cuius noluerunt esse filij. Gloria sit patri à quo omne
quod habemus accepimus & à quo omne etiam quod nobis defi
cit, speramus. Gloria sit patri qui nos tanquam filios diligit, &
nos tãquam pater suffert. Gloria sit patri nostrorum parentum,
& patri fratrum nostrorum, & patri eorum, qui patrem habent.
Gloria etiam sit filio tam boni parentis, gloria sit filio, qui fecit 22
nos esse filios tanti parentis, gloria filio, qui est patris gloria, &
pater Ecclesiæ. Gloria sit filio, qui nõ minor nec patre posterior
est. Gloria sit filio, qui fuit obediens patri vsq; ad mortẽ, & per
ipsam filijs sui patris vitam tribuit. Gloria sit filio, qui est pater
matris suæ. Gloria sit etiam Spiritui sancto, qui est omnis creatu
ræ lumen. Gloria sit Spiritui sancto, qui spiritum tribuit, & om
nes sibi gratos sacro flamine complet. Gloria sit Spiritui sancto,
cuius linguæ sunt ignis, qui illuminat non tamen comburit, emi
cat nihilominus non fœdat, ignis tandem, qui malum cõsumit,
& corroborat & auget bonum. Gloria sit Spiritui sancto, qui cõ
solatur desolatos, & corda sibi submittentia, vinificat. Hoc
modo dilectissimi has diuinas personas assidue laudemus cum
amore, quandoquidem tanta obligatione ad hoc cõstringimur. 23

Dicit modò sanctũ Euãgeliũ, quod post sanctã resurrectionẽ
suam Christus Redẽptor noster discipulis apparẽs dixit eis: *Data
est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. euntes ergo docete omnes gẽtes.
&c.* O benedictus & glorificatus sit talis Dns, qui sua potestate
non vult nocere sed potius prodesse. Quanta res est potestatẽ in
bonitatẽ cadere, sicut in reparatore nostro. Cũ sacratissima vir-
go Maria in suo cãtico dixisset de Deo loquens: Quia potẽs est, *Luc. 1.*
statim addidit; Et sanctũ nomẽ eius, omnipotentiã sanctitati in- *Psalm. 98.*
iungẽs. Et Regius Dauid: Cõfiteãtur nomini tuo magno, quoniã
terribile, & sanctũ est. Ecce qualiter sanctitatẽ cũ potentia copu
lat. Beati illi, qui hãc cõiunctionẽ semper facere studẽt, ne forte

poten-

24 potentia in tyrãnidẽ cõuertatur. Absit à nobis dilectissimi po-
tentia super malitia fundata: quæ non solum propriæ conscien-
tiæ, verùm etiam reipublicę nocet. Sacra scriptura de illo vniuer
sali diluuio rationem reddẽs ait: Gigantes autem erant super ter- *Gene. 6.*
rã diebus illis. Eccè quomodo malitia humana omne etiã bonũ
in malum conuertit. His Gigantibus vires corporeas, vt labora-
rent, & terram colerent dederat Deus; & etiam, vt minus poten-
tibus prodessent. Illi autem sua fortitudine abutentes vires suas
collocauerunt tyrannidem exercendo: quod aliqua ex parte in
causa fuit, vt mundum Deus aqua deleret. Quod si malũ hoc ibi
finem sumeret nõ esset adeò lachrymabile. Sed, quod peius est,
modo in lege gratiæ quam plures sunt horum Gigantũ imita-
tores, qui suas tyrannides exercentes mundũ solo çquatũ habẽt.
25 O rem sanguineis lachrymis deplorandam! quod præcipiebat
Deus in lege, vt nullius animalis mater, siue illa bos siue ouis es- *Leui. 22.*
set, immolaretur cũ fœtibus suis, ne homines immites erga ani-
malia viderẽtur: nunc verò sęculi potentes in puncto volũt om-
nia destruere, & nec parentes, nec filios relinquere! Reuera potẽ
tiã accepisse videntur, non ad aliud, quã, vt debilibus noceãt. O
vos infœlices, quã stricte ab illo potẽtissimo Dño puniẽdi estis,
qui iniurias paruulis illatas tanquã sibi factas reputat, & punien
da suscipit. Vnde sapiẽs ait: Potẽtes potenter tormẽta patiẽtur. *Sap. 6.*
Nõ enim subtrahet personã cuiusquã Deus, nec verebitur mag
nitudinẽ cuiusquã: fortioribus autem fortior instat cruciatio. O
tremenda verba, quodnã est saxum, quod hæc audiens non con-
uertatur? Quãdo Hebræi cum Madianitis fœminis peccauerũt,
26 dixit Moysi Deus: Tolle cunctos principes populi, & suspende *Num. 25.*
eos contra solem in patibulis, vt auferatur furor meus ab Israel.
Multi alij præter hos principes in populo peccauerant: sed à
quibus magis Deus offensus erat, principes erant: quia maiori
obligatione adstricti erant bono exemplo minores ędificare. O
si modo Deus hæc supplicia exequeretur, quot patibulis opus es
set: siquidem magnorũ maior pars adeò carnalis & profana est
vt in huius consideratione frangatur cor. Si ergò malitia cùm po
tentiam obtinet, quãcunq; passionẽ malam atq; vitiosam exci-
tat; nos, qui absq; potentia humana viuimus, occasionem habe-
mus Deum pro hoc glorificare. Nam quantumuis malè affecti si
mus ad malumque propensi, tandem peccata nostra in solo dęsi

derio finem accipient, & facilius corrigentur: at potens non so-27
lùm, quo suos appetitus exequatur habet, sed multos etiam fautores, qui illa exequi iuuabunt. Legitur aquam de illa cisterna
2. Reg. 23. Bethlehemitica Dauid concupiuisse, & pro illa suspirasse. Et mirabile est, quod homo alioqui prudens, pro illa aqua suspiraset, quam hostibus obsessam esse nouerat, neque sine magno vitæ dispendio afferri posse. Nam, vt ibi dicitur, Rege dicente: O siquis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portam, non defuit ex suis, qui cum vitæ periculo voluit regis desiderium implere. Et subdit sacer textus: Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam de ci-
sterna Bethlehem, & attulerunt ad Dauid. Eccè quantum formidare debent maiores, & cauere, ne subditis suis desideria sua
28 aperiant, ne forte quod hi fecerunt, illi faciant. Quod si fortè fortuna, vt ministri dominorum appetitus cõpleant, ipsi ministri, dominorum subditos in aliquo offenderint offerentes dominis nõ aquam sed gallinas, capones, hœdos, vitulos &c. Caueant illa recipiant, nec comedant ea, quia sunt illicite vsurpata. Sed si cut Dauid fudit aquam eam gustare nolens; ita domini per veram restitutionem has res à se expellant. O Christe cœli terræq; imperator, Qui accipiens potestatem in terra quatenus homo, vis cum illa vniuerso mundo benefacere.

Vnde discipulis dicis: *Euntes ergò docete omnes gentes.* Videte mã suetissimum agnum, quã sine vlla indignatione de omnibus sibi iniurijs illatis remansit: qui mox vtà crudelissima morte, quã ei dederunt resurrexit statim discipulis suis inquit: *Euntes docete*
Luc. 24. *omnes gẽtes.* Et apud Diuũ Lucã addidit: Incipiẽtibus ab Hiero 29
solyma. Ac si diceret. Hinc incipiat misericordia & indulgentia, vbi magis offensus sum. (*Entraos por sus puertas:*) Ego eis parco; & pro mihi illatis iniurijs indulgentiam offerte eis. O Dñe cùm lapides Caluarij montis tuo sanguine (*Que aun en las piedras del monte Caluario no esta enxuta.*) Madefiant vis, vt hominibus tanti sceleris reis pacẽ & amoris recõciliationẽ prædicemus? Expecta Dñe, quousq; ipsi veniã petãt. Nolo, sed illis veniã nominemeo offerte, vt misericordia mea nota fiat, & discant homines iniurias condonare nec respõdeant cũ ab eis venia postulatur, culpa est adeò recens, videtur valde temeratiũ, [*Y que es grande atreuimiento*] Tãcitoq; veniã postulare. Cõsiderate, ô miseri quid vobiscum quotidie

30 die Deus facit, & pudeat vos talia respõdere. Cũ Rex Achab, vt vineã Naboth possideret abiret audiuit per os Eliæ minas Dei, 3. Reg. 21.
propter quas pœnituit; & hæc fuit magna Dei misericordia. Et quoties tu peccator actualiter peccas, & inferni timore, remordet te cõscientia, cognosce hanc Dei vocẽ esse: qui sic affatur, vt te cũ clementer agat, & tu dicis iniuriam recentẽ esse nec remittere velle? O pater (dicetis) ne talia mihi dicas: nã statim vt aliqua iniuria afficior, & post aliquot dies, ita cõmotus maneo, vt si inimi cum dilacerare mordicusq; consumere possẽ minimè parcerem. Quomodo indulgebo? Ita ne? Caue ergo ne intra dẽtes iustitiæ suæ rapiat te Deus, & æternis soluas tormentis. Vt autẽ noscatis, quanto odio id prosequatur Deus, illa verba tremenda, quæ sua altissima celsitudo per Prophetã Amos dicit notate: Super *Amos. 1.*
31 tribus sceleribus Damasci, & super quatuor nõ conuertã eũ. Eo quod triturauerit in plaustris ferreis Galaad. Ecce quàm terribilis comminatio, quam Dominus his facit, quia cum hostes haberent, [*Los trillaron con trillos de hierro*] Vere enim tribulos ferreos cuspidibus quã acutis fecerunt & triturauerunt Galaaditas. Ido lolatræ quidem, auari, & carnales hi erant: verùm crudelitas nimia in hostes exercita, ait Dominus; quæ quidem fuit quasi figillum suorum scelerum. Quis talia audiens non formidabit? & quis non remittit, vt illi remittatur? Moueat vos dilectissimi, & illuminet Deus vt ita faciatis.

Deinde dicit, *Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti.* Venetijs super aquam ædificatur, quibus mos est, vt respublica fundamentorum sumptus soluat: reliquũ verò ædificij im- *Simile.*
32 pensis Domini illius fit. In hac sancta Ecclesia spirituale ædificium super baptismi aquam ædificatur: fundamenta vero fidei, spei, & charitatis Beatissima Trinitas ponit, illa, in qua æterna Dominatio. Posteà verò ædificio cœpto vnusquisq; ad annos discretionis perueniens debet ædificare, superimponere, & mereri. Quanuis nõ est sicut Venetijs. In hoc enim spirituali ædificio non solum placet Deo fundamenta iecisse, sed semper suggerit, semper opem fert nobis, vt cœptum perficiamus ædificium: sicut Diuus Paulus affirmat dicens: Deus est enim, qui operatur *Philip. 2.*
in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Ne ergo pigri simus, sed fruamur his diuinis fauoribus, vt diuites gratia perfruamur gloria, ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

In eodẽ Festo sanctissimæ Trinitatis Concio Secunda. 1

Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Eũtes ergo docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris, & filij & Spiritus sancti. Mat. 28.

REs notatu dignissima est, quòd Paulus diuinarum personarum beatissimæ Trinitatis mentionem faciens, non seruat hũc ordinẽ, quẽ hic Christus summa veritas eas enumerando obseruat. Sic enim ait: 2
2. Cor. 13. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & cõmunicatio Sancti spiritus sit cũ omnibus vobis, amen. Vbi prius filij mentionẽ facit, qui est secunda persona sanctissimæ Trinitatis. Quod sic facit, vt intelligamus propterea in cognitionẽ aliarũ personarũ nos deuenisse, quia filius Dei secũda Trinitatis persona carnẽ assumpsit. Secũdo notãdũ valde est, quod hic Apostolus gratiã secũdæ personę tribuit. O sancte vir, eximieq; theologe, quid hoc denotat, vt gratiã Christo tribuas? Hoc fecit, vt in memoriã reuocaret quantũ Dei filius pro nobis fecit; quia homo factus mortuus est, vt nos suscitaret. Hæc gratia humano generi sublimiori modo, quã excogitari potest, fuit collata. Gratia sublimis dicitur, beneficiũ, quod alicui fit, nullis præcedẽtib⁹ meritis; & sublimior dicetur, si demerita præcesserint. Huiusmodi fuit mors filij Dei. Et hoc est, quod Apostol⁹ implorat, vt hac gratia perfruamur, quã solus filij⁹ fecit: quia in quãtũ homo mortu⁹ est, & nõ pater nec Spũs sanct⁹. Et vocat secũdã personã Dñm nostrũ, nõ tantũ, quia nos creauit, & gubernat simul cũ patre & Spiritu sãcto, sed etiã, quia nos preciosissimo sanguine suo redemit: qui titulus secũdæ personę, pprius est. Vnde loquẽs Dauid de diuinis tribus personis addidit dicẽs: Benedicat nos De⁹ De⁹ noster; benedicat nos De⁹. Quia Deus trinus est in personis ter dixit, Deus, & secũdò addidit, Noster; quia secũda persona nostrã suscepit naturã. Et vt demõstraret tres illas personas vnũ Deum esse subdit: Metuãt eũ. Et quia hoc filius Dei ex sua bona gratia 3
fecit,

4 fecit, non autem propter merita nostra ait: Gratia Domini nostri Iesu Christi. Implorat etiam sanctus Apostolus charitatem Dei dicens: Et charitas Dei. Et certum est Apostolum hic loqui de persona patris quam Deum vocat absq; eò, quod aliud quod uis nomen addat: cùm veritas infallibilis sit quamlibet aliarũ personarum Deum esse. Sed quia à persona patris prouenit, vt aliæ duæ personæ Deus sint, ideò personam patris Deum appellat, alias duas personas diuersis alijs nominibus nuncupans. Per charitatem verò Dei intelligit Diuus Paulus amorem, quem pater æternus mundo ostendit habere, dans nobis filium suum, & mortis supplicio pro salute nostra illum tradens. Vnde Dominus ait: Ipse pater amat vos; quia vos me amastis, & credidistis, quia à Deo exiui. Magnam enim pater æternus sibi gloriam tri- *Ioan. 16.*
5 buí reputat, si credamus Iesum Christum filium suum esse, qué cùm ita ineffabiliter amaret, dedit illum, vt pro nobis moreretur. Hæc quidem immensa fuit charitas. Hanc ergò implorat Apostolus charitatem nobiscũ esse, hoc est, vt illa bene vti sciamus. Implorat etiam communicationem Spiritus sancti. Ad cuius intelligentiam sciamus oportet, veritatem catholicam esse Spiritum sanctum à patre filioque procedere. Itaque pater, & filius communicant in spiratione actiua Spiritus sancti, & pater non communicat alij personæ generationem actiuam filij, sola spiratio communis est, ideò communicatio Spiritui sancto competit. Vnde fit quod patris & filij concordia vocetur quia in eius spiratione ita concordant, vt quamuis duæ personæ distinctæ sint, ambæ Spiritum sanctum tanquam vnicum principium spi-
6 rant, quia per quandam virtutem spiratiuã filio à patre communicatã est spiritus, Spiritus sanctus. Modo vult dicere D. Paulus, quod ex illo summo mysterio, per quod Spiritus sanctus communis est alijs diuinis personis, redũdet in nobis, vt simus cõmunes eisdem personis, id est, quod omnibus tribus seruiamus, & illas adoremus vnica adoratione: ita, vt non demus nos taliter vni personę, quod alias relinquamus. Implorat etiam nobis sanctus Apostolus Spiritus sancti communicationem, exoptans illum ità nobis communicari, quod efficiat nos communes, nè simus partiales, neue ità commodum nostrum curemus, vt alieni obliuiscamur. Nam vnus ex præcipuis effectibus, quos solet Spiritus sanctus in hominibus operari, est, vt inuicem communicentur li-
berа-

2. Cor. 3. beraleſq; ſint, quia, vt idē Apoſtolus ibidē ait: Vbi ſpiritus ibi li 7
bertas, & vbi iſta ſancta libertas, ibi etiam liberalitas. Auaritiam
Psalm. 75. vocauit etiam Apoſtolus idolorum ſeruitutem; & Dauid viros
diuitiarum auaros appellat, quia ſerui ſunt, & mancipia diuitia-
rum ſuarum. Et ſicut Spiritus ſanctus ab hac miſera ſeruitute cor
da hominum eripit, & libera reddit: ità magnifica liberaliaq; fa-
Simile. cit. Nucamentum quod nucleos cruſtis incarceratos habet, ſi
ad ignem applicetur & torreatur ſtatim ſcinditur, enucleatur, &
fructum communicat. Ita auarus, ſi ab Spiritus ſancti igne cale
fiat, & cremetur, ſtatim eius præcordia inſtar nucamenti ſcin-
duntur: manus & crumena aperiuntur: & ſeipſum ſuaque bo-
na alijs communicat. Non vtique communis dicendus eſt, qui
Iob. 31. bona ſua ſuaſq; virtutes propter vanitatē duntaxat collocat, &
expendit, & in pauperes parcus eſt. Non ſic faciebat ſanctus Iob 8
cum dicere ſolitus erat: Si deſpexi pereuntē, eò quòd non habue
rit indumentū, ſi, ideſt, non. Et alij tranſtulerunt: Si deſpexi præ
tereuntē, eò quod non habuerit indumentū: & ſic etiā legit Bea
tus Gregorius. In quo denotatur, quod nullū pauperē legitimū
ſiue peregrinū deſpiciebat, quin opitularetur eis. Etiā dici poteſt
tria nobis hìc Apoſtolū imprecari, quę maximè neceſſaria nobis
Roma. 3. ſunt. Primū peccatorū remiſsionē, ne inimici Dei ſimus: & hęc
datur à Chriſto gratis per gratiā ipſam, in hoc ſenſu: quia ipſe ſo
lus, & non pater, non Spiritus ſanctus eā nobis meruit. Vnde D.
Paulus ait: Iuſtificati gratis per ſanguinem ipſius. Ideòque dicit:
Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum omnibus vobis. Dein
de remiſsione peccatorum per gratiam facta, indigemus charita-
Coloſſ. 3. te, vt Deo copulemur, quia idem Apoſtolus inquit: Charitas eſt 9
vinculum perfectionis. Vinculum illam vocās oſtendit duo ex
trema vnita eſſe, ſcilicet, Deum & hominē per vinculum charita
tis. Hæc charitas patri tribuitur, quia patris eſt amorem erga fi-
lios oſtendere. Et ideò dicit: Et charitas Dei. Ad hæc neceſſaria
nobis ſunt alia plura dona, ad augmentum, & conſeruationem
charitatis: & hæc omnia operatur vnus atque idem Spiritus diui
dens ſingulis prout vult. Ideò ait: Et communicatio Sancti ſpiri
tus. De tribus verò perſonis mentionē faciens non dicit ſint, ſed,
ſit, vt Diuus Ambroſius notat, quod ad eſſentiæ vnitatem refer
tur. Et quod primum ſuper hæc verba adnotauimus, eſt: Diuū
Paulum priùs in eis mentionem facere de Chriſto filio Dei,
qui

10 qui eſt ſecunda ſanctiſsimæ Trinitatis perſona, quàm de patre,
qui prima perſona eſt, à quo filiꝰ procedit. Et hoc (vt dixi) fecit,
quia ex eo, quod ſecunda perſona carnē aſſumpſit, in aliarū per-
ſonarū cognitionē venimus: ſicut ex diſcurſu hiſtoriarum Euan
gelicarum conſtat: vbi verbum incarnatum toties de ſuo æterno
patre & Spiritu ſancto loquitur: & in Euangelio quod nobis ho
die proponit Eccleſia peculiariter. In quo dicitur Dominū poſt
ſuā glorioſam reſurrectionem diſcipulis apparuiſſe, eiſq; dixiſ-
ſe: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete om
nes gentes, baptizantes eos in nomine patris. &c.* Qualiter poteſtatem
habentes ea vti debeant, nempe vtilitati proximorum incumbē
tes, hic dominus docet, ſcilicet, ad ſui met imitationem, qui ſuam
poteſtatem in totius mundi vtilitatem collocauit. Vnde diſci-
11 pulis præcipit, vt habeant & ſuam omnibus poteſtatem prædi-
cent, vt properantes omnes animabus ſuis cōmodū obtineāt. O
ſeculi potentes, quàm è diuerſo nūc à vobis fit. Certè quod olim
ſanctus Amos plangebat, poſſumus & nos deplorare, & cū illo *Amos. 6.*
dicere, Væ vobis, qui opulenti eſtis in Siō: optimates, capita po
pulorum, ingrediētes pompaticè domum Iſrael. Et inferiùs, qui
dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. Et pau-
lò inferiùs: & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph. Vbi
Spiritus ſanctus cōqueritur, eò quod omnia bona, quę diuitibus
& ſæculi potentibus donat, luxurioſè viuēdo conſumūt, paupe
rū laboribus, & ærūnis non cōpatientes. Ideò ſeuere illis commi
natur dicēs: Quapropter nūc migrabūt in capite trāſmigrantiū
& auferetur factio laſciuientiū, iurauit Deus in anima ſua. O ter
12 ribilia Dei verba: quare non tremitis ea audientes, qui in eadem
damnatione eſtis? Quòd ſi ſic Dñs conquerjtur, eò quod pauper-
rū afflictionibus non cōpatimini, ô potentes, quid ſi non tantū
erga illos immites eſtis, verū etiā veſtra potentia eos affligitis, at
que deſtruitis? O dirā crudelitatē, & quibus ſupplicijs punieris:
Væ Aſſur (ait Dñs (virga furoris mei, & baculꝰ ipſe eſt, in mani *Iſai. 10.*
bus eius indignatio mea. Et ſeptuaginta interp. tranſtulerunt. Vę
Aſsyrijs. Ex quo planè conſtat illud, væ, ſuper Aſſur, & Aſsy-
rios cadere: & quod etiā illis Dñs minatur: quanuis (vt Hebręos
propter ſcelera ſua puniat) illos tanquam virgam furoris ſui
aſſumit, quos poſteà, ſeuere puniturus erat: ſicut pater, qui *Simile.*
poſtquā filios virga percuſsit, in ignē eā mittit. Hoc formidādū
vobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

vobis est, qui virgæ furoris Dei estis. Nã quanuis pauperes à vo 13
bis lædi modò Deus permittat, tempus erit quando debitas stri-
ctè soluatis pœnas. Tam varijs modis potentes affligunt paupe
res, vt propterea id Deus diuersis nominibus appellet, & decla-
Mich.3. ret. Aliquando dicit, quod excoriant illos: vt apud Michæam:
Violenter tollitis pelles eorum de super eis, & carnem eorũ de
super ossibus eorum. Aliquando dicit, quod depascuntur illos,
Isai.3. vt apud Isaiam: Vos depasti estis vineam meam, & rapina pau-
peris in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies
pauperum commolitis? Nonnunquam verò dicit, quod come-
Eccles.13. dunt eos: vt apud Ecclesiasticum: Venatio leonis onager in ere-
mo: sic pascua diuitum sunt pauperes. Quàm feras crudelitates
inuicem homines committunt, cùm diuina sapientia talibus ac
tam varijs nominibus illas discernat! O furibundæ bestiæ, si ra- 14
tionis expertes essetis, quid faceretis amplius? Quòd leo leonem
non occidat, lupus lupum: at verò homo hominem viuum deuo
ret! Per viscera pietatis vos obsecro fratres, à tam immani bestia
litate abstineatis, & homines ratione præditos vos esse remini-
scamini, Christianos fide insignitos, & strictè teneri vestrũ cœ-
lestem magistrum imitari: qui suam potestatem apud homines
Psalm.58. rectè administrauit ad eorum vtilitatemque gessit. Sic Regius
Dauid faciebat cùm dixit: Fortitudinem meam ad te custodiã.
Psalm. 54. Ideſt, viribus meis, & fortitudine mea non vtar, vt proximis no
ceam: sed vt tibi domine seruiam, & illis prosim. Et alibi; Quis
dabit mihi pennas, sicut columbæ. Hoc est: vt sint alæ meæ po
tentiæ, non vt aquilæ tyrannæ, sed pennas habeam columbæ si
ne amaritudinis felle, ne alicui amarus, sæuusq; sim. Aquila quã 15
Simile. uis auium Regina dicitur: at quia vnguibus rapacibus prævalet
audet eas arripere, & dilaceratas vorare. Sic sæculi potentes, qui
bus potentiam Deus donauit, vt cum illa paruulos protegerent,
& tanquam reges eorum essent, vt se cum fortibus vngibus cer-
nunt, nec alius in republica sit, qui eis valeat resistere, illos dilace
rare, & mordicùs consumere non verentur.

Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos. Priùs illis præci-
pit, vt doceant homines quid credere, quid operari debeant: &
postquam instructi, edoctique fuerint baptizentur. Et hic mos
in sancta Ecclesia vsque hodie cum adultis obseruatur: qui ante
quam baptizentur in rebus ad fidem necessarijs rectè instruun-
tur.

16 tur. Sed cum paruulis hoc non obseruatur, & meritò: sed paren-
tes, & compatres eorum debent pueros docere, cùm primùm ad
ætatem discretionis peruenerint. Ideò tu qui pater spiritualis es,
id est, [*Padrino,*] ne sis remissus, & negligẽs; sed parenti pueri dic:
Heus cõpater, quanta obligatione tenemur hunc edocendi pue-
rũ aspice. Si id facere negligis, dicito mihi, & ego maxima, qua
potero diligentia, sicut debeo, perficiam. Qui quanuis se factu-
rum promittat, securius & magis pium erit, vos à puero petatis,
& quid sapiat, quidve ignoret, inquiratis, etsi ignorat remediũ
adhibeatis. Hugo de Sancto Victore dicit: hoc nomen, quod vul *Hugo de*
go dicimus, [*Padrino*] esse idem ac padre diuino, quod nomen ho *sancto vi-*
mo sortitur, quia illum hominem Deo genuerit, quatenus mini *ctore libro*
ster illius sacramenti, in quo gratia puero collata est, per quam *2. de sacra*
17 filius Dei effectus manet. Et siquidem pater diuinus es munus *ment. p. 6.*
tuum diuinitus exercere cura. O quot parentes, & patres spi- *c. 12.*
rituales in infernum mittentur, eò quòd his obligationibus de-
bitam curam nõ adhibuerint. Nam sicut verbis exprimi nequit,
quanta vtilitas in catechizandis, & benemorigerandis pueris
comparatur, sic lingua deficit ad exprimendum, quantum dam
num subsequatur in suis primordijs pueros indoctrinatos relin-
quere. Vnde Diuus Anselmus inquit, quòd quemadmodum re *D. Anſel.*
cens vas, si semel liquore aliquo imbuatur diu seruat illius fra- *lib. de simi*
grantiam, & saporem: similiter cùm pueris facere debetis illos *litu. c. 141*
edocendo, vt virtutem sectentur, & ament & perseuerent. Quia
in Prouerbijs dicitur: Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm *Prou. 22.*
senuerit non recedet ab ea. Tam bonũ quàm malum difficulter
18 omittit, Asparragi, id est, [*Los esparragos,*] si teneri sint saporosi, *Simile.*
& vtiles sunt: quòd si inspicari & indurari sinantur, cùm eos col
ligere acceditis spinis innatis pungunt, & vix frangi possunt.
Idem erga pueros euenire solet: vnde præcipua parentum cura
in hoc se exercere debet: nempè remedium his necessitatibus ad
hibere. Mirabile est videre illam efficaciã, cum qua Regius Da- *2. Reg.18*
uid ductibus cõtra Absalon filium suum in bellum exeuntibus,
eò quòd rebellasset contra eum, cuncto populo audiente dice-
bat; Seruate mihi puerum Absalon. Et fortè pater hoc fecit, ne
filius suus in lethali peccato discederet è vita, qui posteà tã amarè
mortem eius lamentatus est, vt inferiùs ibi dicitur: Porrò Rex
operuit caput suum, & clamabat voce magna: Fili mi Absalon.

Et antea dixerat; Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te. Et cre- 19
dibile est sic luxisse filium suum, quia in peccato mortali filius eius mortuus est. Hoc etiam parentes de filijs debent formidare.

Baptizantes eos, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. O Christe animarum vere sponse, cur, vt in nomine tuo baptizent homines non dicis? Quarè non sic præcipis, Baptizantes eos in nomine Iesu Christi? Pater pro nobis mortuus non est, nec Spiritus Sanctus, si ergò tu solus pro nostra salute passus es, *Simile.* æquum erit, vt baptismus in nomine tuo detur. Dum quis sacellum ædificat, ibi stemmata sua, ibi nomina ponit; ibi encomia, ibi arma figit. Et siquis librum in lucem edit suum in eo nomen inscribit. O superne cœlestisque saluator, baptismum, quem tu instituisti nomini tuo consecrari non vis? Cui respon- 20
deo, gratiam in sacro baptismatis fonte collatam à tota beatissima Trinitate procedere, quanuis Christus reparator noster nobis eam promeruit. Vnde eidemmet sanctissimæ Trinitati tribuenda est gloria. Ideò sanctis Apostolis præcepit, vt baptizent in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Discite fratres ab hoc cœlesti magistro vestrorum operum bonorum gloriam præcipuo earum autori referre, qui beatissima Trinitas, vnus Deus est, à quo auxilium & virtus, quibus ea operamini prouenit. Cùm Ioab dux Regis Dauid obsessam quandam ciuitatem *2. Reg. 12* haberet misit literas ad Dauidẽ dicens: Dimicaui aduersus Rabbath & capiẽda est vrbs aquarum, nunc igitur cõgrega reliquam partẽ populi, obside ciuitatẽ, & cape eã, ne cùm à me vastata fuerit vrbs, nomini meo adscribatur victoria. Videte boni ducis fide 21
litatẽ, qui, vt vidit ciuitatẽ copijs, pecunijs, signisq; Regis militaribus ita oppressam, vt nullo modo euadere posset, quin se daret vrbs illa, petijt regem præsto esse, vt primus intraret ciuitatem, & illi soli victoria tribueretur. Sic bonus quisq; miles Christianus debet facere. Dæmonẽ in aliqua tentatione vicisti? proprias debellasti passiones? ad bonum opus te excitasti? Mitte Epistolam ad Deũ; Altissime Domine, hãc à dæmone victoriã tuli: hęc bona opera feci: gloria & honor sit tibi quãdo te duce, te auxiliatore factũ est hoc. Sic D. Paulus faciebat: vnde dicebat ipse: gra- *1. Cor. 15.* tia Dei sum id quod sum. Caue nè tibi boni quod egeris gloriam adscribas, qui diuinam celsitudinẽ iniuria afficies, & tibi nocebis.

Vide

22 Vide dæmonis astutiam, qui etiam si bona opera, vt facias prohibere non possit, vt tamen vanitate & præsumptione meritum eorum amittas inuigilat. Qua solent cauti lusores astutia *Simile.* vtere. Cùm enim cum aliquo minus cauto imperitoque ludunt in principio ludi consultò se ipsos vinci permittũt. [*Y que les gane algunas manos, para que se engolosine, y ceue*] Et inopinato. [*Hazense del ojo*] Et sic nutantes [*Arma el naype*] Et ita miserum expoliant, & perdunt: nam consultô amissum recuperant, aduersario deuicto. Similiter Dæmon, vt vafer calliduſque primis aggressibus cùm nos tentat se à nobis vinci patitur, vt ob nostram sanctitatem cœptam aliquo vano gaudio afficiamur, & sic nos per superbiam deijcit, quôd non tantum, vt perdamus efficit, quod in illo actu fueramus lucrati, sed quod per totã vitam acquisiui-
23 mus. Ne in tam magnam confusionem incidatis, dilectissimi, cauete. Sed vt mos est inhabitantibus hospitibus meliora cu- *Simile.* bilia concedere, vt in eis hospitentur, sibi autem angulos domus & deteriora receptacula seruant: sic faciendum vobis est tãquam veri humilitatis sectatores. Quicquid boni vestris animabus in est hospiti Deo tribuite, omnia suæ bonitati sueque magnificentiæ adscribentes. Omne verò imperfectum, & iniquum, quod in vobis inueneritis, vobis adscribite, qui tanquam miseri talia operati estis. Attendite, quam terribiliter comminatus est Dominus Pharaoni dicens: Eccè ego ad te Pharao draco magne, *Ezech. 19* qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis, meus est fluuius, ego feci me metipsum. O diram peruersitatem, & audaciam, hominem dicere, Ego feci me metipsum. Et tu quoq; superbe, qui
24 operum tuorum gloriam tibi tribuis, quanuis hæc ore nõ proferas, corde tamẽ dicis. Aspice quid Pharaoni illi Dñs dixerit. Bestijs terræ, & volatilibus cœli dedi te ad deuorandũ. Te quoq; o superbe bestijs infernalibus deuorãdũ æternaliter tradet, nisi cor elatum humiliaueris, veramq; egeris pœnitentiam. Attende *Isai. 10.* etiã vt paueas quid Dñs Assyriorum Regi fecerit: cui per Isaiã comminatus est dicens: Visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur, ideſt, super opera superbi cordis sui, & super gloriã altitudinis oculorum eius. Dicit enim: In fortitudine manus meæ feci; & in sapientia mea intellexi. Liberet nos Deus à tã graui peccati huius abominatione. Ab hoc crimine Sanctus Iob se immunem fatetur esse, dũ inquit; Si vidi solem cùm fulgeret,

& Lunam incedentem clarè, & osculatus sum manum meam, 25
quod est peccatum grande, & negatio contra Deum altissimum.
Hoc secundum literam de illis dicitur, qui honorem Soli & Lunæ tribuebant, & in dedecus, & vituperium Dei altissimi & veri illa adorabant. Sed in sensu spirituali in eos dicitur, qui ex suis tam spiritualibus, quàm corporeis bonis sibi, & non Deo gratias referunt: quod est peccatum grande, & negatio contra Deũ altissimum. Ecce quãtum malum sit superbia, quam peccatum grande vocat: & Regius Dauid delictum maximum eam appel
Psal.18. lat, dicens: Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Quod autem de superbia hic loquatur versio Diui Hieronymi ex Hebræo declarat; qui pro eo, quod nos legimus in versu præcedenti: Ab occultis meis mũ da me, vertit ipse: A superbis quoq; libera seruum tuum. Et sa- 26
tim subdidit: Si mei non fuerint dominati emundabor à delicto maximo, id est, ab hoc peccato superbiæ. Et secundum nostram translationem dicitur; Ab occultis, quia superbia est incognita possidenti eam. Et, vt sciatis, quàm Deo sit odibile osculari hominem propriam manum, & de operibus suis superbire, audite
S. Ioannes Aegyptius. euentum, quem Sanctus Ioannes Ægyptius, vnus ex illis antiquis patribus, perquam celebris eremita refert. Erat (inquit sanctus vir) quidam monachus, qui prope nos in eremo habitabat, vir egregiæ notæ, qui specum pro cella habebat, vir etiam summæ abstinentiæ, qui victum propria manu comparabat, die, noctuque sanctæ orationis studio incumbens, omni denique virtute clarus euasit: qui propter bonã sortem elatus cœpit de suis bonis operibus, & diligentia confidere, nec omnia Deo autori 27
tribuebat. Hanc tentator superbiam intuitus opportunum satis tempus expectauit, quò illum turbaret, animamque eius lucraretur. Qui in forma speciosæ puellę apparens se illi obtulit, dissi mulans se in illo deserto aberrasse, & ante ostium specus procidens ab illo opem postulabat, ne nocte illa à bestijs fortè discerperetur, vellet remedium aliquod sibi tribuere. Tandem precibus & pietate ductus illam intromisit, & paulatim vltrò citroq; sermonibus habitis illam ardenter amare cœpit, qui cùm vellet suum turpe desiderium opere complere tunc illa terribilen, tristemque fremitum emisit. Et cùm esset vmbra, & corpus phantasticum è manibus eius elapsa est. Tunc dæmones quàm plurimi,

28 rimi, qui ad spectaculum desuper in aere conuenerant, exclamare & illudere cœperunt, dicentes: O monache, monache, qui superbiebas, & in cælum vsque te attollebas, quomodo vsque ad infernum te abiecisti: disce, quia qui se exaltat, humiliabitur. Tunc infœlix monachus verecundiam ferre non valens, & illius facti dolum, ampliùs deinceps se seduxit, quàm fuerat à dæmone deceptus. Quia cùm superbiam suam, & peccatum deplorare deberet, & sic se à lapsu reparare, hoc non curauit: sed tanquam desperatus tradidit semetipsum (vt inquit Diuus Pau *Ephes.4.* lus) omni impudicitiæ & iniquitati, & tandem ad sæculum redijt dæmonum præda factus. Hæc ille. Ex quo manifestè colligitur, quantum malum sit superbia spiritualis. Propter quod Diuus Paulus nos admonet, dicens: Qui se existimat aliquid *Galat.6.*
29 esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Humiliemur ergo nos fratres corã beatissima Trinitate, illam fontem & originem bonorum omnium esse confitentes, à qua omnis nostra sufficientia dimanat, vt bene operemur per merita sacratissimæ humanitatis Christi Iesu; vt sic nos cum vera humilitate præparantes abundantiorem gratiam tribuat, vt maioris gloriæ participes simus: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodem Festo Sanctissimæ Trinitatis Concio. Tertia

1

Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,
Matthæi. 28.

OMNIS fidelis Christianus erga mysteria diuina fide vtitur, quantò magis erga hoc beatissimæ Trinitatis ineffabile mysterium. Fide inquam vtitur tanquam ratione efficacissima, quia nec ratione vti, nec mente vult comprehendere, quod omnem rationem, & mentem facile superat. Nam fides, vt Diuus

Hebr.11. Paulus diffinit, est sperandarum rerum substantia, argumentũ 2
non apparentiũ. Id est, fides est fundamẽtum: cui spes rerum cæ
lestium innititur; quia nullus sperat, nisi quod futurum esse cre-
dit. Et est argumentum non apparentium: id est, lumen fidei à
Deo mentibus nostris infusum argumenti vice nobis est. Quod
quidem lumen absq; vllo humanę rationis argumento, res, quas
nobis Deus ex se reuelauit, facit nos firmius, certiusque credere,
quàm quòd vllum argumentum aut humana ratio suadere pos-
set. Nam certius multò debet existimari illud, quod diuina veri
tas affirmat, quàm id, quod rationibus mathematicis quantum-
uis efficacissimis concludi potest. Quòd si plerisq; fidem adhibe
mus firmissimam, & hoc solum, quia ab hominibus dicta sunt,
quantò magis adhibenda est fides, si à Deo ista dicantur? Hoc D.
1. Ioan.5. Ioannes vtitur argumento, dicens: Si testimonium hominum ac 3
cipimus, testimonium Dei maius est, quod testificatus est de fi-
lio suo: Qui credit in filium Dei habet testimonium Dei in se:
id est, Deum habet fidei suæ testem, cuius veritas sine vlla com-
paratione quacunque alia veritate certior est. De Pythagora
multi referunt autores, quòd sic discipulos docere solitus erat,
vt primis septem annis tantum audirent: nec rationem aliquam
illorum quæ discebant, quærere fas erat, sed quòd tantum dictis
magistri crederent, quousque omne, quod ab eis discendum
erat, audissent. Vnde cautum erat inter discipulos illius Philo-
sophi, vt si ab altero alter propositi rationem postulabat, inter-
rogatus respondebat: ipse dixit. Itaque hic probus Philosophus
fide præparabat discipulos, vt discerent. Ad rerum maiorum in-
telligentiam plus nos hæc facere oportet: quandoquidem Spi- 4
Isa.7. ritus sanctus nobis per Isaiam dicit: Nisi credideritis, non intel-
ligetis. Et ita nos in hac fidei simplicitate, & synceritate radica-
ti diuino numine adiuti, de hoc ineffabili altissimoque myste-
rio nonnihil dicemus. Et quod primo notandum occurrit est
D. Thom. 1.p.q.2.ar tic.1. hoc, vnum, scilicet, Deum esse, vt ait Sanctus Thomas lumine
naturali constare. Et ita crediderunt Plato, & Aristoteles. Et
D. Hiero. ad Paulin. Diuus Hieronymus ad Paulinum scribens, ait Pythagoram
Philosophum ab Athenis in exilium relegatum fuisse ex eo,
Augusti. lib.8.de ci quòd tantum vnum Deum esse affirmauit. Et Diuus Augusti-
nus ait: Socratem credidisse vnum Deum esse bonum & ve-
rum, & propter hoc fuisse accusatum, & capite plexum. Idem
fertur

5 fertur de Anaxagora, hoc etiam ex multis locis suorum scri- *uitate Dei*
ptorum constat, quos collegit Augustinus Eugubinus. Hoc *c.9.*
ratione lumineque naturali consequebantur. Nam si Deus *Anaxa-*
est, summum bonum debet esse, & omnipotens, quòd si duo *goras.*
sunt dij necessario, duas debent habere voluntates distin- *Plutarch⁹*
ctas, & velle possunt res contrarias & diuersas. Demus al- *in vita Pe*
terum illorum Angelum velle creare, alterum verò nolle. *relis, ex*
Ergo si contra alterius voluntatem hic creat, ille Deus non *dicto Dio-*
est: siquidem non est omnipotens. Ergo hic solus, qui con- *phiti.*
tra alterius voluntatem potuit Angelum creare Deus dicen- *Augusti.*
dus est. Quòd si Angelum hic creare vult; & non potest, *Eugubin⁹*
ergo non est omnipotens; & per consequens non est Deus, *de perenni*
sed ille tantum qui obstare potuit. Quòd si hic velle cogi- *philosoph.*
6 tur quod vult alter, iam libero arbitrio careret: vnde homi- *Eusseb. lib.*
ne inferior esset. Quòd si liberum arbitrium habeat, at verò *5. præpa.*
alterius nutui subiacet, sequitur illo inferiorem esse. Quæ ra- *Euang. ca*
tio sic etiam formari potest. Dato plures essent dij, aut es- *pit.10.*
sent concordes, aut discordes. Si discordes, ordo vniuersi vnus *Plato in*
non esset, nec mundus ita ordinatus esset, sicuti est. Si verò con- *Epistol. ad*
cordes essent, vel vnus sine alio in creaturarum gubernatione *Dionys.*
operari posset, vel quilibet per se posset quantum ambo si- *Leg. Da-*
mul. Si quilibet per se sufficiens non erat, manifestum alte- *mascæ. lib.*
rum alio indigere, quod magna est imperfectio. Quòd si quis- *1. ortho. fi*
que per se solus ad creationem, & gubernationem vniuersi *dei. c.5. et*
sat esset, alter esset superfluus. Et hæc veritas adeò perspicua *D. Thom.*
est, quòd dicit Dauid: Dixit insipiens in corde suo, non est *1.p.q.11.*
7 Deus. Non est ausus id ore proferre: nam lapides in illum *art.3.*
insurgerent. Et vna horum verborum dilucidatio est, scilicet: *Psal.13.*
Non est Deus, cui res huius sæculi curæ sint: & cùm hac
falsa opinione corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, vt
ibi sequitur. Et translatio Chaldaica ad hanc expositionem
alludit: ait enim: Dixit insipiens in corde suo, non est pote-
stas Dei in terra. Hoc suis prauis operibus mali fatentur, vt
Diuus Paulus affirmat, dicens: Confitentur se nosse Deum, *Tit.1.*
factis autem negant: quando quidem viuunt, ac si Deus
non esset, vel tanquam si Deus non cerneret quod ipsi faciunt.
O summam peruersitatem, vt sic homines à suis passionibus
se excæcari patiantur. Et cùm tam singulare donum qualis est

fides, acceperint, in hoc infidelibus deteriores sint. Et quidē mul 8
ti Christianorum in hoc gentilibus peiores sunt. Nam, vt diximus, multi illorum hanc veritatem cognouerūt, vnum, scilicet, tantum Deum esse: & multi Christianorum plures deos colunt,
Philip.3. sicut Diuus Paulus deplorabat, dicens: Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, &c. quorum Deus venter est. Et alibi
Ephes.5. carnales & auaros idololatras appellat, dicens: Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, nō habet hæreditatem in regno Christi & Dei. O miseros illos, qui tale audiunt, & cum in his abominationibus iaceant, ab eis exire non curant, nec tam horribili comminatione terrentur. Ne ita
1.Cor.8. fiat dilectissimi vos obsecro: sed cum Apostolo dicamus: Nam, etsi sunt qui dicantur dij, siue in cælo, siue in terra, siquidem sunt dij multi, & domini multi, nobis tamē vnus Deus Pater, ex quo 9
omnia, & vnus Dominus Iesus Christus. Sunt qui dicantur dij in cælo, inquit, sicut Sol, Luna, & stellæ, quæ omnia tanquam Deos homines colebant: & in terra sicut Iupiter, & Bacchus, & alij perditissimi homines, qui venerabantur sicut dij. Præterea venter, auaritia, & luxuria, quibus mundus scatet, nobis tamen vnus est Deus, & vnus Dominus. Hunc ergo Deum & Dominum amplectamur, & toto conatu viribusque die & nocte seruiamus, ore laudemus; quoniā ipse solus est vnus & verus Deus, & erga quem summa obligatione tenemur. Hucusque dilectissimi de vnitate æterni Dei nostri agentes iuxta oras maritimas nauigauimus: nunc littora omittentes sinus, & profunda huius diuini maris Oceani, excelsaque petamus. Nam hactenus ea proposuimus, quæ naturali lumine haberi possunt. Et sicut Abrahā 10
Patriarcha, qui ascensurus in montem vt oraret ad calcem eius seruos reliquit, assumpto secum Isaac filio suo: ita nos rationem infra relinquentes, vbi locum habere solet, sola fide comitati celsitudinem mysterij huius adeamus; quandoquidem humana ratio huc peruenire nequit. Quod figuratum est in illa visione
3.Reg.19. Heliæ Prophetæ. Vidit enim Spiritum grandem, & fortem subuertentem montes, & conterentem petras: postea terræmotum magnum; deinde ignem, tandem sibilum auræ tenuis. Quod cum audisset Helias operuit vultum suū pallio. Mira res, quòd Helias terræmotum, turbinem, & ignem videns nec vultum suum, neque oculos operuit, sed ad auram tenuem & subtilem.

Ad

11 Ad denotandum Dei omnipotentiam per turbinem, & sapientiam suam infinitam per commotionem significata, suamque bonitatem per naturalem rationem posse obtineri? At verò subtile & delicatum, cuiusmodi sunt altissima sanctissimæ Trinitatis arcana; nempè quòd vnus Deus cùm sit, tres sint personæ; & quomodo cùm Pater sit, filij principium non est prior ipso filio: & cùm filius tam potens sit ac Pater, non producat alium filium, sicut Pater; & cùm Spiritus sanctus tam sit omnipotens ac Pater, & filius, alium filium non generet, sicut Pater, nec alium spiret Spiritum sanctum, sicut Pater & filius, ad hæc vultum operire & oculos velare debet homo, ingenuè fatendo hæc naturali lumine adipisci minimè posse, sed fide tantum. Nec proinde angi debemus ex eò, quòd hæc
12 altissima arcana penetrare non possimus; quandoquidem, vt ea intelligamus nobis non præcipitur, sed tantùm, vt credamus. Fide tamen præsuppositā ad hanc fidem stabiliendam non desunt aliquæ rationes congruę. Non, inquam, ita fortes & peremptoriæ, vt conuincant: nam stultus dicendus esset ille, qui humanis rationibus has incomprehensibiles veritates conuincere hominibus studeret. Cùm visum esset Eliphaz Themanitæ se re- *Iob.38.*
ctè loquutum Dei sortem defendendo, post hæc de illo dixit Deus ipsi Iob: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? Ac si diceret: Quisnam est iste stultus, qui suo rudi, & inculto sermone, & suis minus sufficientibus rationibus inuincibi lirer mea mysteria studet comprobare? Ratio igitur est: Quandoquidem lumine naturali constat vnum esse Deum, in ipso bo
13 nitatem confiteri debemus, & ex consequenti amorem siue charitatem ei inesse; & proinde hanc bonitatem, & charitatem Dei nimis excellere humanam bonitatem, & charitatem. Vnde Diuus Dionysius inquit, quòd omnes perfectiones quę de Deo ex *D. Dionysius de cæleſt. Hier. c.2.*
cogitari possunt, potius negari quàm affirmari possunt. Nam quicquid de ipso dici potest nihil est in cōparatione illius, quod in rei veritate est. Nam etiā si sapientes, quiq; mentes ingeniaq; sua attollant, & bonitatem, iustitiam, misericordiam & charitatem Dei contemplentur, omne id remoueri potius, & negari de Deo potest, quam affirmari. Et hoc significat illud Ecclesiastici: Glorificate Dominum quantum potestis superualebit adhuc. *Eccle. 43.*
Benedicentes Dominum superexaltate illum, quantùm potue

R 5 ritis:

ritis:maior est enim omni laude.Ne laboretis, non enim com- 14
*Psal.*138. prehendetis.Hinc etiam Regius Dauid aiebat:Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es Et siquidem in Deo charitatẽ confitemur,charitas autem est amor gratuitus tendens in alium, ergo debet esse in Deo alia persona,quam amet:& hæc persona debet esse Deus.Nam si creatura esset oporteret in tempore cœpisse:ergo antequã hæc creatura esset Deus non amabat : & sic nõ habebat bonitatẽ,nec proinde erat Deus. Igitur sicut Deus est æternus,ita debemus in illo bonitatẽ & amorẽ æternũ ponere:ergô eadẽ ratione in Deo debet esse alia persona æterna, & tã æterna,quã ipse Deus,quãq;æternaliter amet.Præterea cũ oporteat ad hoc,vt Deus bonus sit,in ipso duas personas esse : ità ad
Simile. hoc,vt Deus perfectus sit requiritur,q̃ sint tres personæ. Amor imperfectus non admittit consortiũ.Si aliquẽ sensualiter amatis 15 ægrè fertis ab alio,quã à vobis illũ diligi:singulares nãq; in amore esse vultis.At verò si Sancto Ioanni Baptistæ,aut Euãgelistę deuoti estis,velletis omnes illis esse deuotos:similiter qui Deũ diligit omnes vt illũ diligerẽt vellet.Eccè amoris spiritualis excellentia,qui ipsa re,qua ipse fruitur,quãque ipse participat, vellet omnes & participare,& frui.Et quoniam amor,qui in Deo est, summe perfectus est(nã alias Deus nõ esset), in amore,quo vnã personã diligit debet admittere cõsortiũ.Quapropter, sicut Deꝰ æternaliter bonus est & perfectus:similiter debet alia persona esse,quã æternaliter diligat,vt sit bonus, & alia tertia persona,vt sit perfectus:vnde istæ tres personę testimoniũ perhibent bonitatis,& perfectionis,quę in Deo est.Et hoc est,q̃ D. Ioan.in sua
1.Ioan.5. Canonica affirmat: Tres sunt(inquit)qui testimoniũ dant in cœ 16 lo,Pater,verbũ,& spiritus sanctus : & hi tres vnũ sunt. Nã sicut tres sunt personæ,tres similiter essent essentiæ, essent tres Dij,
D. Amb. li.1. de fide.S.Trin. ca.2. quod(sicut dixi) est impossibile,& implicat.D.Ambrosius vnitatẽ essentię triũ personarũ sic probat.Nã alias Regnũ Dei,suũq; esse dissolueretur:quia omne regnũ in se diuisum desolabitur.Si enim tres essent essentiæ,tres haberẽt volũtates,& totidẽ intellectus,& sapientias:vnde posset vna volũtas ab alia dissentire.Mul
Gen.2. ta sunt,& perspicua in veteri lege testimonia,quæ hãc ineffabilẽ veritatẽ cõfirmãt.Primũ est illud Geneseos:Vbi cũ Deus voluit hominẽ creare dixit,Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã:& homo non fuit creatus ad imaginẽ & similitudinẽ

Ange-

17 Angelorũ.Præterea Angeli nõ debebant concurrere cũ Deo ad hominis creationẽ,ergò frustra fuisset dicere,Faciamus hominẽ; Planũ ergô videtur vnã ex diuinis personis alias allocutã fuisse. Et dicẽs:Ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã,& nõ:Ad imagines & similitudines nostras,declarat essentiæ vnitatẽ.Et Regiꝰ Dauid clarũ reddit huius veritatis testimoniũ dicẽs:Sedes tua Deus *Psal.44.* in seculũ seculi.Et paulo post:Propterea vnxit te Deus , Deus tuus. Vbi Deũ appellat eũ,qui vngit,& vnctũ etiã.Quarũ prior vox est vocatiui casus:quasi dicat,ò Deꝰ,Deꝰ tuꝰ(scilicet Pater) vnxit te in quantũ homo. Vbi Patrẽ Deũ filij appellat quatenꝰ filiꝰ est homo.Itẽ est clarũ testimoniũ Christi Redẽptoris nr̃i, q̃ ex psal.apud Matthęũ recitauit ad probandã suã deitatẽ. Phariseos nanq; cũ interrogaret:Quid vobis videtur de Chr̃o,cuius fi *Matt.22.*
18 lius est?dicũt ei: Dauid. Aitillis:Quomodo ergo Dauid inspiri- *Psa.109.* tu vocat eũ Dñũ dicens:Dixit Dñs Domino meo,sedeà dextris meis.Si ergò Dauid vocat eũ Dñũ,Quomodo filius eius est?Ex quibus manifeste deducitur Christũ (qui inquãtũ homo filius est Dauid)naturam etiam diuinam habere per quam Dominus est ipsiusmet Dauid.Etiã Ecclesiasticꝰ testimoniũ huiꝰ veritatis reddit dicens: Inuocaui dñm patrẽ Dñi mei : vbi Messiã filium *Eccli. 51.* Dei appellat.Et Isaias ait: Et vocabitur Deus fortis. Et alibi in *Isai.9.* persona filij,Antequã fierent,ibi erã,& nunc dominus Deus misit me & spiritus eius.Et Propheta Zacharias postquã in perso- *48, Zacha.2.* na eiusdẽ mundi saluatoris dixerat:Ego venio & habitabo in medio tui ait Dñs:statim addidit:Et scies,quia dominus exercituũ misit me ad te.Vbi tã ille,qui mittit,quã ille,qui mittitur Domi
19 nus dicitur.In his locis reuera sanctissimę Trinitatis mysterium reuelatum fuit, quanuis non verbis ita perlucidis ac in nouo testamento.Nam patre æterno volente tam singulari beneficio mundum insignire,quale erat filium suum humanæ vniri mortalitati , necessum fuit explicite, & distinctè reuelari, in diuina essentia distinctionem esse personarum . At quanuis hocita sit, notandum tamen est,omnem fere sacræ scripturæ sermonem in hoc tẽdere,vt beneficia hominibus à Deo exhibita cõmemoret, vt erga suũ diuinũ amorẽ nos inflãmet.De his verò,quę ad incõpre *Lege D.* hẽsibilẽ Sãctissimę Trinitatis celsitudinẽ pertinẽt,raro loquit. *Hiero. de* Nã.B.Ioã.Euãgelista qui præ omnib⁹ hanc rẽ tractãdã suscepit *scripto.* nẽpè de Christi reparatoris nostri diuinitate aduersus quã plures *Ecclesia.*

hære-

hæreticos Hebionitas nomine, qui illis tẽporibus insurrexerunt Christi diuinitatẽ abnegantes. Hoc tamen in principio sui Euangelij breuibus verbis perstrinxit, dicẽs: In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Idque maxima, qua potuit breuitate pertransiens, mox de diuinis operibus, & beneficijs, quæ pro nobis Deus fecit, diffuse agere cœpit, & etiam ad ostendendam Christi reparatoris nostri diuinitatem. Vnde statim subdidit: Omnia per ipsum facta sunt, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre. Vbi gloriam Christi filij Dei, miracula eiusdem Christi appellauit nomen causæ effectui aptans. Quoniam Apostoli in hac vita essentiam verbi diuini non viderũt, sed effectum, miracula, scilicet, quibus in cognitionem causæ (qui Deus est) deuenerunt. Quod autem per gloriam hic diuinitatem non intellexerit, sed tantum miracula patet ex illo, quod infra ait: Hoc fecit initium signorum suorum Iesus in Chana Galilææ, & manifestauit gloriam suam. Non vtique ibi diuinitatem suam manifestauit, ita, vt oculis cerneretur. Sed idẽ est, ac si diceret, quod miraculo illo gloriam, id est, omnipotentiam suam manifestauit. Gloriam quasi vnigeniti à Patre: hoc est, fecit opera, quasi tanti parentis filius, & quasi vnigenitus tanti patris. Agẽdo verò de operibus, quæ pro nobis fecit in hoc voluit nos erga suum amorem inflammari debere. In cœlo enim reuelat Deus suam gloriam, vt cernentes iusti beati sint: in terra verò opera bonitatis, & misericordiæ suæ manifestat vt ardentissimo amore à nobis diligatur. Hinc D. August. ait: Cognoui te, nõ sicut tibi es, sed cognoui, sicut mihi es, & nõ sine te, quia tu es lux quæ illuminasti me. Id est, tu quidẽ in te ipso ineffabilis, & incomprehẽsibilis es, in me autem benignus, & suauis, & misericors: & ideò ex te cognosco quid es erga me, quãuis non cognoscã, quid es in te. Noui quantũ debeo te diligere: thronũ autẽ tuæ celsitudinis non obtineo, nec prorsus penetro. Vnde nomẽ, quo Christus salus nostra voluit, vt illũ in terris cognosceremus, nõ fuit ex illa paterni intellectus emanatione, aut æqualitate desumptũ, sed ex suis nobis beneficijs collatis, & ex debito, quo illi seruire tenemur. Hinc S. Hieremias ait: Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dñs iustus noster, id est, iustificator noster: Dominus sanctitatis & iustitiç nostræ, ac proinde fœlicitatis nostrç autor.

Ioan. 1.

D. Augu. in soliloquijs.

Hiere. 23.

autor. O benedictus & glorificatus sit talis Deus, qui huiusmodi nomine vult vocari. Magis vult cognosci, inquit Diuus Augustinus, per illud quod in nobis est, quam per id, quod est in se. Igitur omnem vim, omnemque animum, vt illum diligamus collocemus, magis quàm, vt illum cognoscamus; quia maius meritum nobis accresceret amando illum, quàm intelligendo. In his etiam docemur, vt de diuinis altissimisque mysterijs reuerenter loquamur, & parum. Ideò Sapiens ait: Ne sis velox ad proferendum sermonem coram Deo; Deus enim in cælo, & tu super terram: idcircò sint pauci sermones tui. Id est, Deus est infinitus, tu verò terrenus; ideoque de suis mysterijs loquere reuerenter. In amando autem, & operando stude nimis largus & prodigus esse; nam fere omne, quòd credimus hoc docet nos. Vnde in sacrosancto Euangelio, quod sancta hodie proponit Ecclesia præcipiens Dominus suis discipulis, vt irent per vniuersum ad docendum omnes gentes, eosque baptizarent, statim addidit: *Docentes eos seruare omnia, quæcunq; mandaui vobis.* O quam decepti nonnulli viuunt, quibus actum esse cum Deo videtur, eò tantum, quòd rem sacram audiunt. Horas canonicas recitant, vnum erogant dipondium, neque aliud esse reliquum faciendum putant. O cæci nõ cernitis Dñm suis præcipere concionatoribus, vt doceãt vos seruare non vnum tantum, aut quatuor, sed cuncta quæ obligant?

Docentes, inquit, *eos seruare omnia, quæcunq; mandaui vobis.* Ideò ne seducamini, sed obseruare curate omnia diuina præcepta, quæ vobis suo nomine annuntiata sunt. Non vos latet, quibus titulis, hic amor & hæc obedientia ei debeantur, qui vos creauit, redemit, & conseruat. Hoc Regius Dauid significauit, quoties in suis psalmis de Deo loquẽs nomen, Dñs, geminat, vt in illo psalmo: Domine Domin⁹ noster. Et alibi; Domini, Domini exitus mortis. Pro cuius intelligentia notate Hebræos superlatiuis carere: vnde vt superlatiui vim æquent geminare, inculcareq; verba solent. Et sic Cantica Canticorum, Canticum excellentissimum significant; Sabbatha Sabbathorum, id est, festiuitas solennissima. Sabbathum enim septem dies continebat, quorum vnus lætissimus, iucũdissimusq; illis erat, & hunc diem Sabbatha Sabbathorum dicere soliti erant. Et similiter Sancta Sanctorum, id est, locus sanctissimus, vbi Arca fœderis sita erat. Ita Domine Dñs noster, id est, [*Muy Señor nuestro.*] qui supra nos magnam habet domina-

Ecclc. 5.

Psal. 8.

Psal. 67.

Universidad de Deusto Biblioteca

dominationē, & cui maximā obedientiā debemus. Quapropter, 26
etsi difficilia, & laborioſa nimis nobis præcepiſſet magna cū ani
mi prōptitudine & alacritate deberemus exequi. Veruntamen
cùm leuia & facilia nobis imperauerit, adhuc tamē hæc operari
nolimus? O durā peruerſitatē. Vt cōfundamini dilectiſsimi no-
Gene.47. tabilēr ē volo vobis enarrare. Cùm magna fames per vniuerſam
terrā præualeret, ſolus Ioſeph magnā frumenti copiā congrega-
tā habebat. Quapropter omnis Ægyptus afflicta ad illū venit, &
ante ipſum omnes Ægyptij procidētes humiliter deprecati ſunt
illū dicētes: Salus noſtra in manu tua eſt: tātūmodo reſpiciat nos
dñs noſter, & læti ſeruiemus Regi. Quid fecit Ægyptios ante
Ioſeph procedere, niſi quia intellexerūt eorū ſalutē, & vitam ab
eo pēdere? Nūc fratres dicite, Nūquid nō creditis Chriſtū Ielum
nō ſolùm verū Deū eſſe, qui vos & creauit, & conſeruat, & verū 27
eſſe reparatorē, qui vos redemit? Nec tantū hoc, ſed in ipſo refe-
ctionē noſtrā ſitam eſſe; in ipſo remediū noſtrū collocatū, ab ip-
ſo ſalutē noſtrā pendere, extra quē omnia fames, omnia miſeria
ſunt? Quare ergo (neceſsitate ſaltē ducti) ad ipſum nō cōfugim⁹,
& corā illo procūbentes dicimus: Salus noſtra in manu tua eſt; tā
tūmodo reſpiciat nos Dñs noſter, & læti ſeruiemus tibi? O Chri
ſte Angelorū gloria, oculis clemētiæ tuæ reſpice in nos, vt nihil
aliud à te quęramus, nihil aliud, quā te diligamus, nemini, quam
tibi ſeruiamus. Quare dilectiſsimi hunc pijſsimum Deū non ſic
alloquimini? Ecce quo affectu Sanctus Dauid canebat: In mani
Pſal.30. bus tuis ſortes meæ. O Deus maieſtatis immenſæ: in manibus
tuis omne bonū meū ſitū eſt. Illæ tam diſpares ſortes, quæ mihi
cōtingere poſſunt, infernus, ſcilicet, aut gloria: ecce in manibus 28
tuis ſunt. In manibus ſiquidē tuis claues vitæ, & mortis ſunt. Po
tens es me condēnare & potens es me ſaluum facere. O quā vti-
lis, & proficua conſideratio. Vt inā dies nocteſq; in ea collocare-
mus; vtiq; excitaremur ad obediendū tanto Dño. Idem Regius
Pſal.61. Dauid dicebat: Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? Et ſubdit
cauſam, ab ipſo enim ſalutare meū. Hoc vnuſquiſq; identidem
cōſideret, & dicat: Quare anima mea Deo meo & Domino ſub-
iecta nō erit? ab ipſo enim ſalutare meum; quæcūq; poſsideo ab
ipſo poſsideo; & quæcunq; ſpero, ab ipſo ſpero. Pœnitentiam ſi
egero, gratiam ſpero, cū qua adipiſcitur gloria: ad quam nos per-
ducat Ieſus Mariæ filius, Amen.

In

1

In eodem Festo S. Trinitatis
Concio Quarta.

*Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Eũ
tes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, in
nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*
Matthæi. 28.

2 BEATVS Apoſtolus Paulus ad Romanos ſcri
bens, ait: Non eſt poteſtas, niſi à Deo. Et in Prouer *Roma.13.*
bijs diuina Sapientia; Per me Reges regnant, per *Prouc.6.*
me Principes imperant. Et quando hoc ita eſt, om
nem, ſcilicet, potentiam, quam ſęculi potentes ha-
bent, à Deo eſſe ſibi datā, maxima obligatione tenētur, ſecundū
ipſiuſmet Dei voluntatem ea vti, & in commodum, & vtilitatē
proximorum eam collocare; non autem, vt eos perdant: tamq;
prudentes exiſtant, vt magnam fidem erga ipſos habeant ſubdi
ti. Ideò Iſaias ait: Princeps ea, quæ digna ſunt principe, cogita- *Iſa.31.*
bit, & ipſe ſuper duces ſtabit. Id eſt, Principum cogitationes, &
opera munerum ſuorum debito ita correſpondeant, vt à ſubdi-
tis in hac opinione habeantur: ſic enim cum ſuauitate obedient.
Et, vt intelligatis quantùm hæc fides in eo, qui gubernat, requi-
ratur; notate argumentum, quod volo formare. Cùm adeò ſu-
perbia, pompa, & vanitas hominum Deo ſit odibilis, vt pro-
3 pterea à Regibus Hebræorum ne multos equos haberent, neq; ma
gnas diuitias, ſiue theſauros congregarent Deus prohiberet, vt
patet in Deuterono. vbi dicitur: Cùm fuerit conſtitutus, ſcilicet *Deute.17.*
Rex, non multiplicabit ſibi equos, nec argenti, & auri immenſa
pondera, nihilominus, cùm ſacra Scriptura agit de electione Sau
lis, omne ius, quod regibus tribuit in pompa, & apparatu reſol- *1. Reg.8.*
uitur. Deinde cum Salomon ſapientiam à Deo poſtulauit ad *2. Paral.1*
bene gubernandum regnum reſpondit ei Deus: Quia hoc ma-
gis placuit cordi tuo, & non poſtulaſti diuitias, & ſubſtan-
tiam & gloriam; petiſti autem ſapientiam, & ſcientiam,
vt iudicare poſsis populum meum, ſuper quem conſtitui te
Regem, ſapientia, & ſcientia data ſunt tibi; diuitias autem,

& ſubſtan-

& substantiã, & gloriã dabo tibi: ita vt nullus in regibus, nec ante 4
te, nec post te fuerit similis tui. Verè loci isti inter se cõtrariari videntur: quia in vno loco pompa fastus, & gloria principibus interdicitur, in alijs verò locis hæc permittit. At verò D. Tho. hos
D. Thom. libr. 2. de regi. principum, capit. 7. locos concordat, dicẽs: Quòd id quod non licet propriæ gloriæ, aut famæ alicuius, necessariũ est ad status decentiam, & ad iuuãdum respectum & veneratione, in quibus æquũ necessariumq; est, vt principes habeãtur; & hoc ad bonã subditorũ gubernationẽ, & vt subditi obediãt. Hinc argumentũ fabricemus: Si veneratio subditorũ, erga superiores propter pompã exteriorẽ tãtũ proest ad optimã populorũ gubernationẽ, adeò, vt propter hoc illã pompã Deus concedat, quãto plus, vtilior erit respectus, & veneratio propter bonitatẽ, & virtutẽ maiorũ eis exhibita, ad hoc, vt subditi cum suauitate dominis suis obediãt, & vt discãt ab eis 5
quales debeãt esse? O quã efficax hæc ratio est: eã diuinus spiritus in cordibus omniũ, qui potestatẽ exercẽt super terrã imprimat: vt cognoscãt bonũ, vel malũ subditorũ, vt in plurimũ à probitate vel improbitate superiorũ pendere. In Iona legitur, priorem, qui pœnitere cœpit, Regẽ Niniues fuisse, & qui indutus est
Ion. 3. sacco, & sedit in cinere. Cœpit Rex, quẽ statim omnes subditi
Dan. 5. secuti sunt. Huic verò contrariũ legimus in Daniele, priorẽ, scilicet, qui vasa templi profanauit Regem Balthasar fuisse, & post illũ optimates eius, vxoresq; eius, & concubinæ. Referens Isaias
Isa. 23. Tyri vastationem interim ait: Erubesce Sidon, ait enim mare. Hic, mare, non pro aquatico sumitur, sed pro Tyro ciuitate, quæ supra mare fundata erat, & cùm omnes merces, & negotiationẽ ad hanc ciuitatem appellerent, & inde in Sidonem. Itaq; in Si- 6
done nihil merciũ veniebat, nihil contractus fiebat, quam quod à Tyro descenderet. Postquam verò ciuitas Tyri vastata fuit, modò Propheta nomine Tyri Sidonem alloquitur, dicens: Væ tibi Sidon, [*Ponte de lodo Ciudad de Sidon.*] Væ tibi, quia in magnã paupertatẽ, indigentiã & confusionẽ deuenies, quoniã me deficiẽte nõ erũt in te merces, nõ negociationes. Hoc subditis prædicari potest, postquã maiores & prælati corrupti & cõtaminati vitijs fuerint, [*Poncos de lodo, ay de vosotros subditos.*] Vç vobis; in magnã enim virtutum indigẽtiam incidetis, vestris principibus labefactatis, in quibus tamen si viget sanctitas, virtus, & bonitas exinde per bonum exemplum in subditos prouidentia copiosa descendet.

O quàm

7 O quàm latus hic patet campus, quanta opportunitas, quã magna se offert occasio lachrymandi copiosè (inquam) si talem, qualem Christianos decet charitatem habemus. Nam quis erit ille verus Christianus, qui si oculos aperiat, & modum viuendi quorundam sæculi maiorum cernat non ægreferat. Videntur enim magnitudinem, gloriam, & dignitatem simul & bona temporalia, non accepisse magis, quàm, vt Deum offendant, & proximis noceant, & vt tyrannide omnes opprimant. Nam, vt suos appetitus compleant, nihil sua, si totus mũdus depereat. Misit Ocho- 4. Reg. 1.
zias Rex ministrum, & quinquagenarium vt Heliam Prophetam captum adducerent: & ignis descendit de cœlo, qui omnes consumpsit. Quod cùm Regi innotuisset totidem homines misit cum alio ministro, quos similiter ignis vorauit. Tertiò verò
8 alios misit. Considerate pertinaciam diabolicam, & quàm parũ dolebat pro subditorum iactura, nihil aliud intendens, quam, vt suo appetitui morem gereret. O diram crudelitatem. Quanti huius iniqui regis sectatores hodiè sunt in mundo, qui ratione ludi, & ad luxuriosè, profanèque viuendum alios vita priuant, eorum bona consumentes, quibus alebantur, quibus consumptis alios vorant, & disperdunt, absque eo, quod sceleribus suis finem imponant: quousque Deus diebus suis finem præscribit. Meritò
Isai. 47. quidem per ironiam eis dicere possumus quod sanctus Isaias Babyloniæ dixit: Denuda turpitudinem tuam: discooperi humerum: reuela crura. Vbi septuaginta transtulerũt: reuela operimẽtum tuum: denuda canos: discooperi tibias. Quia omnes tam senes, quàm iuuenes gloriabantur turpes esse, immundos, superbos, iniquos: & videbantur, quasi consultò suas turpitudines &
9 abominationes discooperire, vt ab omnibus viderentur. Et hinc prouenit, quòd infra subsequitur: Nequaquam vocaberis vltra Domina regnorum. Vbi septuaginta interp. transtulerunt: Nequaquam vocaberis vltra fortitudo regni. Ex quibus planè colligitur, quod quãdo potentes, & maiores boni sunt, fortitudo sunt Reipublicæ; quia suo bono exemplo efficiunt, vt subditi quadã animi simili fortitudine etiam suis dominentur passionibus. Qui cùm in officio non sunt, nec tales se ostendũt, quales debuerant, offendendi occasionem subditis tribuunt: qui fortè dicent, Quid mirum, si nos hæc eadẽ faciamus? Vident enim eos, quos meliores decebat esse: siquidem potiora beneficia à Deo recepe

runt, plus delinquere, & in peccatis versari. O Christe cœli & terrę imperator summe: te omnes cœlestes collaudẽt hierarchię: quandoquidem hanc tibi potestatem datam erga hominum vtilitatem collocare voluisti.

Vnde postquã dixit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra* Statim subdidit, *Eũtes ergo docete omnes gentes.* Scilicet, vt mea potestate fruantur. Discite ò temporales domini, discite & vos Ecclesiæ prælati ab hoc diuino magistro, quomodo vestris dominijs & potestatibus vti debeatis. Ab arbore humili non amplius *Simile.* desideratur, quàm, vt tempore suo det parum fructus. At verò ex celsa arbor æquum est, vt frigidis lignatribuat, lassatis vmbram suggerat, famelicis poma donet. Similiter primates huius seculi victum famelicis parare debent: auxilium & protectionem afflictis impertire: & ligna boni exempli, quibus frigidi in peccatis calefiant, & accendantur charitatis igne præbere: quæquidem à plebeijs & inferioribus hominib⁹ nõ expectãtur. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Apud. S. Lucã hic pijssimus Dñs di- *Luc. 24.* xit, Oportuit pati Christum, & ità intrare in gloriam suam. Et existimo ibi, gloriam suam nuncupare, diligi scilicet, & obediri ab hominibus: &, vt tanquam Dominum illum haberent homines. Quod idem est cum illo, quod hic ait, nempe: Data est mihi *Philip. 2.* omnis potestas, &c. Et etiam D. Paulus ad Philippenses ait: Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortẽ autem Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum. &c. Sicut amor interfecit eum, ita pro satisfactione amoris & mortis suæ voluit ab hominibus diligi. Hinc cernere licet, quam diuersam laborum suorum mercedem postulat ab ea, quam nobis tribuit ob labores nostros. Accipit enim pro mercede protegere nos, & gubernare tanquam Dominus? Et est maximum animæ solatium sub tanti Domini, qui adeò eam diligit, potestate esse. Et vt mundus hanc ei obedientiam præstet ait discipulis:

Euntes docete omnes gẽtes, baptizãtes eos in nomine Patris, & filij & spiritus sancti. Non dixit, Baptizantes eos in nomine meo, quamuis ille sua morte nobis gratiam promeruit, quæ in baptismo, & in reliquis sacramentis confertur. Sed, quoniam hæc gratia à beatissima Trinitate originatur, vult, vt in nomine trium personarum diuinarum baptizentur homines: docens nos propriam gloriam

gloriam ex operibus nostris non quærere, sed tantum Dei. Ideò cœlestis sponsus in Canticis sponsam hoc nomine vocat, hortus conclusus, à quo nullus alius præter ipsum, fructum colligit, Vn- *Cant. 4.* de sponsa alibi inquit: Veniat dilectus meus in hortum suum, vt *Cant. 5.* comedat fructum pomorum suorũ. In quibus verbis fatetur omne bonum, quod habet in se, sponsi esse, & gloriæ suæ referendũ, cuius gratia omne illud bonum fit. O verè fœlicem illam animam, quæ ita hoc ex animo fatetur: nec sibi aliud, quam imperfectiones tribuit. Operibus enim, quæ cum hac humilitate non fiunt non inuidet Sathanas. Hinc D. Ambrosius ait: Hostis no- *D. Amb.* ster tantum à superbia lucrum reportat: vt non molestè ferat hominem esse pudicum, modo superbum reddat. Scit enim originem malorum superbiam esse: & hanc bona opera, quæ cum illa fiunt inficere, Quapropter fratres, omni cura satagite mentes vestras à superbiæ & vanitatis scoria & ferrugine mundare, in solam Dei gloriã opera, intentionesque dirigentes, secundũ huius diuini magistri exemplum, qui tam ex animo semper Patris sui gloriam quæsiuit. Vnde dicebat: Ego honorifico patrem meum. *Ioan. 8.* Et paulo inferius: Ego non quæro gloriam meam. *Docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis.* O admirabile Dei beneficiũ, ostendere Deum hominibus in quo vult ab eis sibi seruiri. Exaggerat Moyses, quod quanuis multis beneficijs Hebræos Deus affecisset, nullum eorum excellens ita fuit, sicut legem eis præbere, & suum eis ostendere beneplacitum dicens: Hæc *Deut. 4.* est vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc dicant: En populus sapiens, & intelligens, gens magna. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Si ergò legem tam grauem eis dedisse tam magnum fuit beneficium, quantò maiori beneficio nos affecit ab isto tam graui onere eripiens nos, legem tam suauẽ facilẽque nobis donans? Benedicant te Angeli Domine pro hoc tã eximio dono, quo nos affecisti: quandoquidẽ nos rustici & elingues, dignas tibi gratias soluere nescimus. Sed aduertite, q cũ Moyses legis librũ absoluit, inquit sacer text⁹ Moysem Leui- *Deut. 31.* tis dixisse, Tollite librũ istũ, & ponite illũ in latere arcæ fœderis Dñi Dei vestri, vt sit ibi cõtra te in testimoniũ. Hoc dixit: quia *Prou. 6.* quãuis in Prouer. dicit: Mãdatũ lucerna est, & lex lux, & vię tuę

hoc intelligitur, obsequẽtibus legi, sed negligẽtibus illam iudex 16
Ioan. 5. est & testis. Vnde dominus Iudæis dixit; Est Moyses, qui accusat vos in quo vos speratis. Ex quo sequitur legem Euangelicam terribilem fore testem contra nos, si eam non obseruauerimus; si quidem maius beneficium fuit quam alia lex. De his diebus dixerat Deus: Eccè dies venient, & dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Noluit in hoc dicere eos legẽ memoria tenere, sed quòd maximo amore erga illam afficiẽdi erãt. O quàm acris hæc reprehensio nobis est! In his enim verbis Dominus insinuare voluit beneficia, quæ hominibus erat collaturus, tã magna fore, & quã suauis lex futura erat, quã eis daturus erat, vt cum hoc non solum illos inuitaret sed etiam aliquo modo cogeret, vt ingenti promptitudine & animi alacritate, & dili- 17
gerent eum, & ei obedirent. Quæ omnia postquam Deus tam plenè abundeque peregit, nos ità obdurati permanemus, & fortè amplius, quàm antea illi fuerant. Cur ergo fratres in Christo Iesu non confundimur & talia audientes non pudet nos, cùm ità in culpa simus? Per immensam Dei bonitatem adiuro vos, siquidẽ quotidie ea, in quibus diuinę maiestati sibi seruiri, & obediri magis placet, docemus vos, modò saltim cum omni animi feruore ea exequi studeatis: & vnusquisque quod psallebat re-
Psalm. 118. gius Dauid dicat. Confitebor tibi in directione cordis. Quando cor amat quod amare debet, & quod odisse oportet odio habet, tunc rectitudinem habere dicitur, & qui ità cor rectum habet dispositus est, vt quod Deus prȩcipit opere perficiat. Hoc sacrosanctum Euangelium hodie sancta Ecclesia nobis proponit: quo- 18
niam mysterium sanctissimæ Trinitatis perlucidè Christus Redemptor noster in eo manifestauit: & sat est summam veritatẽ hoc dixisse, vt infallibiliter ità esse credamus. Illa sancta ac mysteriosa quatuor animalia, quæ facta voce per firmamentum volando incedebant, inquit sacer textus, quod stabant & submitte-
Ezech. 1. bant alas suas. In quo significatum est omnem creaturam ad vocem Dei alas sui intellectus debere submittere. Cùm homo loquitur, quatenus homo, fas est verba eius rationeque pensare. Loquatur mihi Aristoteles, loquatur & Plato, eorum verba & rationes examinare mihi licet, si fides eis debetur nec ne. At verò cùm Deus loquitur, omnes tenentur alas suas submittere, &

captiua-

19 captiuare intellectũ in obsequiũ fidei, & quod satis sibi sit Deũ *2. Cor. 11.*
dixisse. Nam fidei mysteria idcircò res fidei dicuntur, quoniã fines nostri intellectus trãscendũt. Aristotelis intellectus (de quo Diuus Hieronymus ait: Magnum miraculum & prodigium in natura) perpauca de diuinis nouit, & hæc generalia & erroribus plena. Vnde omnes illi decepti sunt, qui in vasculo sui intellectus illud pelagus inexhaustum diuinæ celsitudinis, & mysteria comprehendere tentauerunt. O cæci an ignoratis, quod si Deus ab humano intellectu posset apprehendi iam Deus non esset? Quomodo ignorat (inquit Sapiens) quæ sit via spiritus, & *Eccles. 11.*
qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis, sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium. Quasi dicat, Teipsum non cognoscis, & quomodo Deum vis intelligere? Ergò miser
20 humilia te; captiua intellectum in obsequium fidei: crede nobis à Deo reuelari, quæ illi placent. Quod si in omnibus fidei articulis & erga omnes fidei propositiones hanc obedientiam diuinæ reuelationi humana ratio debet præstare, quantò magis ac securiùs, erga altissimum hoc, & ineffabile Beatissimæ Trinitatis mysterium? Inquit Salomon: Tria sunt difficilia mihi: via *Prou. 30.*
aquilæ in cœlo, via colubri super terram, via nauis in medio mari. Hæc Sapienti difficilia videbantur: quia dato, quòd oculis cernantur, nullum prorsus vestigium ex se relinquunt. Verbi diuini à patre procedentis viam, & Spiritus sancti à patre filioque, quam intellectus non cernit, nec in creaturis vestigium satis expressum inuenitur, quomodo intellectus cognoscet? Quod *Simile.*
Deus intelligat, in creaturis ratione vtentibus vestigium inueni
21 tur: si enim in speculo teaspicias quandam tui imaginem ità adviuum expressam in illo cernes, vt nullus pictor, quantumuis ingeniosus inueniri possit, qui sic eam depingeret qualiter in speculo apparet. Alterum est naturale speculum, huic artificiali simile: & hoc in tuo intellectu habes, in quo illius, quem amas, imaginem expressam tenes, per quam illius reminiscaris, quamuis sit absens, tanquam si præsentem haberes. Igitur, quod Deus seipsum intelligens, producat conceptum in mente, in quo illud, quod respicit, & contemplatur, expressum maneat: de hoc vestigium est in hoc exemplo de imagine hominis mente concepta. Et quod Deus amet se, & hunc amorem non esse accidens aliquod, quoniam Deus accidentium subiectum non

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, hoc indagando rectè inquirit ratio. At verò conceptum hûc, & ipsum etiam amorem personas esse, hoc nec intellectus penetrat, nec vestigium in creaturis inuenitur. Cæterùm quanuis mysteria hæc omnem rationem superent sunt tamen eidem rationi maximè consentanea. Pro quo est notandum, Sanctum Dionysium de diuinis nominibus dicere, naturalissimum esse omnibus viuentibus perfectissimis generare sibi simile. Et veri quique sapientes quascunque perfectiones in creaturis considerant, omnes in gradu eminentissimo in Deo esse fatentur, cùm omnes ab ipso promanauerint. Si aqua riuuli eò quod à fonte manat, dulcis est, vtique dulcior in fonte inuenietur. Si stellæ, & planetæ, lumen à Sole recipiunt, lux in ipso Sole perfectior inuenietur. Si locus igni circunstans calidus est, quia igni propinquus perfectius multò calor in igne erit. O summa & consummata bonitas! O pelagus à quo cunctæ creaturarum perfectiones dimanãt! quanto iure affirmare possumus omnes illas in te Domino Deo nostro, perquam eminenter existere. Quod si perfectionem esse dicimus creaturam gignere nempe generare sibi simile, potiori iure hanc perfectionem in Deo ponemus. Vnde ipse per Isaiam inquit: Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus. Si ego, qui generationem cæteris tribuo sterilis ero? ait Dominus Deus tuus. Et idem Dominus filium suum vnigenitum alloquens dicit, In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Vbi litera Hebræa habet; in splendoribus sanctitatum. Si in Patre filium producente vnicum duntaxat attributum, quod splenderet, aut vna tantum sanctitas esset; In splendore aut in sanctitate genui te, dixisset. At verò quia in patre infinitæ perfectiones, infinitæ sanctitates sunt (quanuis omnia vnica sint essentia) & omnes illæ sanctitates sunt perfulgentes, & æternus pater ab initio suas contemplatus est perfectiones, suoque diuino intellectui splenduerunt, ideò filium suum producit non tantum ex apprehensione suæ essentiæ, sed etiam ex cognitione suarum perfectionum. Ideo dixit: in splendoribus sanctorum, siue sanctitatum ex vtero genui te. Verum hic suam memoriam fœcundam appellat, suum, scilicet, intellectum, qui suam diuinam essentiam contemplatur; ex quo vtero, æternus diuinusque hic filius nascitur. Hanc ergo beatissimam Trinita-

D. Diony. de diuinis nomi. idẽ Aristo. 1. de gener. tex. 51. Simile.

Isai. vlt.

Psalm. 109.

tatem laudemus, & glorificemus, & charitatis visceribus diligamus; cui ità placuit, se nobis reuelare. Et, vt grata obsequia sciamus illi exhibere, à Sancto Abraham patriarcha discamus; cui (sicut in sacra scriptura legitur) beatissima Trinitas in forma visibili apparuit. Dicit enim; Apparuit ei Dominus in conualle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Cùmque eleuassent oculos apparuerunt tres viri stantes prope eum. Et cùm tres essent dixit eis; Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum. In quibus significatur, quanuis tres sint diuinæ personæ tamen omnes vnum tantum Deum esse & Dominum. O quo ritu siue apparatu hic sanctus ac venerabilis senex Deum excepit: longe quidem diuerso ab apparatu, quo Reges & principes terræ suscipi solent. Cùm enim Rex in aliquam venit ciuitatem, in turres homines ascendunt, colles, & montium cacumina petunt. At verò Sanctus Abraham stabat in conualle Mambre. Cùm Rex venit in ciuitatem extra illam ciues illi occurrunt: Abraham verò stãs in limine ostij. Rege adueniente ità omnes occupati, solicitique versantur, vt vix sedendi tempus vacet: at verò Deo adueniente sedens Abraham inuenitur. Regem manè vel serò excipere homines solent, quia in æstu non fit iter; Abraham verò in feruore diei excipit Dominum. Aduentante Rege omnes in eum intendunt, oculos abeo non remouent: veruntamen Deo aduentante Abraham oculos in cœlum tollit. Quid noui hoc est, vir sanctissime, quo ritu Deum excipis? Dico has ceremonias, & ritus, modum & præparationem repræsentare, qua sanctissimam Trinitatem excipere, reuereri, & adorare debemus. Prima præparatio est, vt in valle humilitatis esse studeamus: in ipsa nanque disponitur anima, vt diuinæ veritates reuelatæ magis perspicuę & pulchriores ei sint. Dicunt perspectiui, quod siquis in profundũ descẽdat puteũ & ab imo cœlũ aspiciat, etiã si meridies sit stellas tanquã si nox esset, videbit. Nam ratio, ob quam die stellas non cernimus nõ est, quia nõ fulgeant, sed quia claritas diei disgregat visum, & à maiori lumine occupantur oculi: at verò in putei profundo existẽti nõ disgregatur visus. Veritates fidei stellę perfulgidæ sunt, quę ab his, qui in profundo humilitatis iacent, meliùs intelliguntur. Vnde S. Dauid ait: Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. In quibus verbis sanctus

Gene. 28.

simile.

Psalm. 115.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vir fatetur, profunda quadã humilitate se disposuisse ad hoc, vt fi 28
des sua viua, feruida, & honoris Dei proximorumque vtilitatis
Gene.3. æmulatrix esset. In Genesi habetur Rachelem à Lia sorore sua
Mandragoras, vt eas olfaceret petijsse, & secundum Beatum Cy
prianum super hunc locum Mandragoræ illæ lilia erant, quas,
vt conciperet Rachel olfecit, quia sterilis erat. Sic verè humili-
bus contingit, quibus fidei veritates stellę perfulgidæ apparent:
etiam odorifera lilia sunt eis, quibus sancta desideria cõcipiunt,
magnosque partus edunt. Secũda præparatio est, vt tranquillita
tem, & quietem cordis habere studeamus, & vt noster spiritus
consideat laboremus: hoc enim maximè decet ad hoc, vt anima
in virtute crescat, & Deo sit grata. Tertia præparatio est, vt si-
mus ad ostium tabernaculi. Qui ad ostium & in limine eius est,
nec foris nec intus stare dicitur. In quo nobis significatur, ità nos 29
debere animæ conformari, vt corporis non obliuiscamur: & si-
militer corporis ita morem geramus, vt animæ non obliuisca-
mur. Quarta præparatio est in feruore diei, quod amorem ferui-
dum, & singulare studium denotat, quo diuinæ maiestati debe-
Simile. mus famulari. Et sicut olla cum feruet spumam & alia excremen
ta foras expellit, sic feruidus amor quamplures imperfectiones
ab anima extra mittit. Quinta præparatio est oculos in cœlum
Simile. leuare. Cumque subleuasset oculos &c. Inter nobiles, & viles vo
lucres hoc est discrimen, quod viles, cuiusmodi sunt milui, ocu-
los versus terram super pullos inclinant, nec leuare oculos in ar
deam sciunt: at verò aues nobiles quales sunt accipitres, aqui-
læ, & aliæ prædis assuetæ, oculos in altum tollunt, & ardeam,
quæ versus cœlum volat intuentur. Hoc etiam inter iustos & 30
peccatores interest. De peccatoribus inquit Dauid, Oculos suos
Psalm.16. statuerunt declinare in terram. De iustis verò ait: Sicut oculi an-
cillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum
Deum nostrũ, donec misereatur nostri. Ergò fratres à terra ocu-
los nostros erigamus, nec appetamus terrena, sed mentes, affe-
ctusque nostros in cœlum leuemus, vbi thesaurus est noster, qui
Deus est: assidue deprecantes, vt à mensa vbertatis misericordię
suæ nobis gratiam impertiat, cum qua acquiritur gloria, ad quã
nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN

IN FESTO SA-
crosancti Eucharistiæ sacra-
menti Concio Prima.

Caro meaverè est cibus. Ioannis.6.

IN LIBRO Sapientię de diuina sapien *Sapien.8.*
2 tia dicitur; Attingit à fine vsque ad finẽ for
titer, & disponit omnia suauiter. Attingit à
fine vsque ad finem fortiter, ideſt: omnia
comprehendit, & potens est cum omnibus,
quæ sic apprehendit finem pertingere, &
quodcunque voluerit opere complere. Et
disponit omnia suauiter, scilicet, quæcunq; facere decernit. Qua
propter quanuis natura sua Deus sit spiritus inuisibilis, quia ta-
men secundum cuiusque naturam creaturarum, eas gubernat
& regit, ideò sub rerũ visibilium specie eũ nos reuereri, & adorare
voluit: & etiam quia homines ex quo ratiocinari cœperunt in
ter has res visibiles degentes ab eis quæcunque adepti sunt, di-
dicerunt. Itaque humanæ fragilitati se coarctans, sub rerum cor-
porearum specie voluit ab hominibus coli: & hoc modo cum ho
minibus ab origine mundi se gessit, tam in lege naturæ, & scri-
3 ptæ, quàm in lege gratiæ. Inuenietis siquidem in lege naturæ
ab hominibus cunctis sub rerum visibilium specie Deum coli
nec proinde res illas adorabant, sed Deum tantum, in quibus re-
præsentabatur. Sãctus Abraham, qui ex primis fuit, quos Deus
est alloquutus, in forma visibili se illi manifestauit, & sub hac for *Gene.12.*
ma illum adorauit, vt ex sacro textu patet: & deinde tres illos vi- *Gene.18.*
dit viros, in quibus Deum veneratus est. Etiam Iacob in illa sca- *Gene.28.*
la, quam vidit, Deum adorauit dicens, Dominus est in loco isto:
in qua visione se Deo vouit, eique seruire promisit. Moysi *Exod.3.*
quoque in rubo se manifestauit: ibique Moyses illum ado-
rauit. Posteà in lege scripta idem inuenimus. In Exodo enim *Exod.25.*
præcipit Deus, dicens: Facient mihi sanctuarium, & habi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tabo in medio eorum, iuxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi. Vbi Deus colebatur ab Hebræis. Et planum est arcam, Cherubim, propiciatorium, & reliqua tabernaculi illos non adorare, sed Deum tantum, quem illa repræsentabant, & quibus mediantibus Deus loquebatur ad illos. Etiam prophetis sub corporeis visionibus se Deus manifestabat. Vnde
Isai.6. Isaias ait, vidi Dominum sedentem super solium excelsum, &
Iere.1. eleuatum. Et Ieremias: Misit Dominus manum suam, & tetigit
Ezech.2. os meum. Et sanctus propheta Ezechiel, postquam in priori capite quandam sibi ostensam admirabilem visionem enarrauit, inquit. Hæc visio similitudinis gloriæ Domini: & vidi, & cecidi in faciem meam. Alijs etiã prophetis in visibilibus signis se ostẽ
Ose.11. dit: quemadmodũ per Oseam affirmat dicens: Visionem multiplicaui & in manu prophetarum assimilatus sum. Hæc, vsq; ad
Baruch.3. vniuersalis misericordiæ tẽpus perdurarunt, cum Deus è cœlo in terram carne indutus descendit, vt Baruch prædixit? Hic est Deus noster (ait:) & paulo inferius, in terris visus est, & cũ homi
Leg. Ireneũ lib.4. contra Valẽt. Hier. in Malach. Cypria. li. cõ tra Iudæos. c. 16. Aug. li. 18. de Ciuit. Dei. c. 35. & lib. 19. c. 23. Theodor. in Malachi. Damas. libr. 4. orth. fid. ca. 14. nibus conuersatus est. Qui postquã in forma visibili & corporea sui sacratissimi aduentus mysterijs finẽ imposuit, transiturus de hoc mundo ad patrẽ, & iã prope vltimũ vale mundo dicturus, voluit eundem modum in lege gratiæ obseruare, quẽ in lege naturæ & scriptæ obseruauerat, modũ, inquam, statuens, quo in rebus visibilibus & corporeis illum coleremus, Quapropter hoc ineffabile sacramentũ instituit, vt sub panis & vini speciebus illũ coleremus, sub quibus vere & realiter ad animarum nostrarum commodum & vtilitatem voluit remanere. Ex quo magnum di
Iuan. 14. scrimen esse ostenditur inter beneficia, quæ modo nobis cõtulit & illa quę in seculis antiquis fecit. Quia quanuis res visibiles, in quibus illum adorarent Deus donauit, non inerat ipsis Deus quemadmodum sub his accidẽtibus inest: sub his enim verè & realiter Christi Redẽptoris nostri caro est, & anima eius sanctissima per veram concomitantiam, & verbum diuinum per vnionem hypostaticam, & Pater & spiritus sanctus non per cõcomitantiam, sed per vnitatem essentiæ, Quia ego in Patre, & pater in me est, vt idem dominus ait. Vnde si thesaurum, qui sub hoc diuino sacramento latet, nobis Deus vellet ostendere, omnem Dei maiestatẽ ibi cerneremus. Nunc verba, quæ Dominus hic proponit intelligetis. *Caro mea vere est cibus*, Idest, Plura de medicuntur,

7 cuntur, non per naturam, sed per similitudinem, Lapis angularis dicor; quia vtrũq; populũ vnica lege, singulari amore vna petra fundamentali coniũxi, supra quã Ecclesię ędificiũ fabricatũ est. *Eph. 2.* Ipso summo angulari lapide Christo Iesu (inquit Apostolus): in quo omnis ędificatio constructa crescit in tẽplũ sanctũ in Domino. Nec proinde lapis sum per naturã. Etiã agnus vocor: non ꝙ illã brutalitatẽ sortiar, sed quia tãquã agnus patiẽtissimè mortem toleraui. Leo nũcupor, & alijs huiusmodi nominibus appellor, quorũ similitudinem duntaxat gero. Cæterũ hic in toto rigore sermonis loquendo dico verè & non figuratiuè, Carnẽ meã verè cibum esse. *Caro mea vere est cibus.* Non figura, non similitudo, non metaphora vlla hic est: sed verborum proprietas, & sermonis rigor. Quòd siquis obijciat Christum Redẽptorẽ nostrũ de
8 seipso dixisse: Ego sum vitis vera nec pro indevitis naturalis est, *Ioan. 15* sed per quamdã similitudinem: igitur quanuis hic carnem suam verum cibum esse dixerit, similitudinarie, & non verè debet intelligi, ad hoc respondeo ex antecedentibus & subsequentibus verum sacræ scripturæ sensum deduci. Modo quando Dñs inquit: Ego sum vitis vera subdidit: Et pater meus agricola est, & paulò inferiùs ait: Ego sum vitis & vos palmites. In quibus significatur, eo modo Christũ vitẽ esse, quo homines palmites sunt. At verò homines non vere, & realiter, sed figuratiuè & quodam modo. Veruntamen cùm hoc sacrosanctum sacramentum instituit, ait: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et certum est, corpus suum verum & non figuratiuũ traditum fuisse, & pro nobis crucifixum, nec magis perspicuis & lucidioribus ver-
9 bis dici posset. Et de sanguine preciosissimo inquit: Qui pro vobis effundetur. Si ergo sanguinem nobis dedit, qui pro nobis effusus est, sine dubio sequitur sanguinem suum verum nobis dedisse: quoniam ille verè effusus est. Et alibi Dominus ait: Panis, *Ioan.6.* quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Vbi alia lectio habet: Panis, quẽ ego dabo caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Vbi planè Deus promisit carnem suã in sanctissimo sacramento daturũ, non mysticè, aut figuratiuè, sed illã, quã pro mundi totius vita daturus erat. Hæc veritas roboratur per illa D. Pauli verba: Quicunq; manducauerit panem, & biberit calicem do- *1. Cor. 11.* mini indignè, reus erit corporis, & sanguinis Dñi. Ex quibus verbis validissimũ argumentũ colligitur. Quia, si in hoc sacramẽto nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil aliud, quam panis esset, quomodo qui in peccato mandu- 10
caret peccaret mortaliter? Propter buccellam panis in peccato
sumptam Deus animam perderet, & in Gehennam mitteret? Si
quis fortè dicat, quod ex eo, quod mundi Redemptor in eo figu-
ratur peccat, qui in peccato sumit, respondeo agnum paschalem
similiter figuram Christi gessisse, nec proinde peccabat, qui in
peccato illũ comedebat. Ergò firmissime tenendũ est, verã Chri
sti Redẽptoris nostri carnẽ hîc propriè existere, & cum ipsa eius
animã eiusq; diuinitatẽ. Vnde Deus hîc nobis tribuit quicquid
tribuere potest; siquidẽ nobis seipsum donat, & quantũ ab eo po
stulare possumus. Nec Deus ampliùs quod tribuat habet, nec
Gene. 27. amplius homo quod petat. Cùm Esau accederet, vt benedi-
ctionem à patre suo Isaac reciperet, & venerabilis senex re-
spondisset iam benedictionem fratri suo Iacob impertisse, ait 11
Esau: Nunquid non reseruasti mihi benedictionem? Cui Isaac:
Frumento & vino stabiliui eũ, & tibi post hæc fili mi vltra quid
faciam? Dicito Patriarcha sancte, nunquid omnes diuitiæ tuæ in
panis, & vini summam rediguntur? Hoc sanctum Isaac dixis-
se reor, vt mysterium & figuram huius sacramenti denotaret:
quia donans se nobis Dominus sub accidentibus panis & vi-
ni quicquid dare potuit donauit. Tantum enim hominibus in
terra tribuit quantum Angelis in cœlo, quanuis diuersimodè.
Veruntamen quod sic velatum se nobis dedit non ob id bene-
ficium minuitur, sed potiùs effecit, vt ita nobis vtilius esset maio
Simile. rem meriti occasionem tribuens. Contingit, nobilem ac diui-
tem sponsum, scriniolum aureum preciosis cum munu-
sculis, torquibus, annulis, & murenulis aureis sponsæ suæ mit- 12
tere; & hoc scriniolum foris apprimè elaboratum cælatura mi-
rifica, sera preciosa obseratum. Quo dono suscepto sponsa ait:
Monilia quidem, & quæ intus continentur, valdè preciosa sunt,
& preciosum etiam est scriniolum, in quo hæc continentur. O
ineffabile mysterium: cœlestis siquidem sponsus Iesus Christus
Ecclesiæ sponsæ suæ hoc diuinum sacramentum donauit; in
quo preciosissimum est quod intus latet, & preciosum est etiam
quod foris est. Volo dicere quod non tantùm fidelis gratiam
recipit per virtutem sacramenti ex opere operato, quam fons
perẽnis gratiæ Christus, qui realiter in ipso continetur, illi com-
municat: sed etiam meretur & gratiam recipit, credens sub illis
acci-

13 accidentibus tantum ac ineffabile bonum existere. Itaque tam
id, quod intus latet, quàm quod foris cernitur dignè sumenti vti
le est. Et voluit Dominus sic velatum se dare nobis, non solum
maioris meriti gratia, sed etiam, vt modus vitæ nostræ conserua
retur. Pro quo est notandum, quod in hac vita quædam possu-
mus, quæ tamẽ nolumus; alia verò volumus, quæ impetrare, vel
exequi non possumus. Et hoc velle & tamẽ non posse, pœna est
alterius posse & nolle. Ea quæ possumus cum Dei auxilio, & ta
men nolumus sunt in vita spirituali proficere, comparare virtu-
tes, debellare vitia, & in bono cœpto perseuerare, quæ si obtine-
re vellemus possemus vtiq;. Si vellemus, inquam, voluntate effi
caci, sed reuera nolumus, ex quo fit, vt merito illis priuemur.
Vnde dissolutus, & remissus ille, qui ait: Vellem quidem sed ma
14 lam vitam relinquere non possum, non verum loquitur: nã vti-
que posset mediante Dei auxilio, qui nunquam deest illi, qui ef
ficaci voluntate vult conuerti. Et ità verba illa Ezechiæ Regis *Isai. 38.*
dicentis: Domine vim patior, respõde pro me, de peccatore dici
possunt, qui ait: à peccato velle exire, sed minimè posse. Ah do-
mine, vim patior, responde pro me: auxiliare domine, quia bo-
nus esse cogor nec tamẽ licet. Et talis meritò addere potest: Quid
respondebit mihi cum ipse fecerit? Ideſt, iam auxilium mihi
Deus præstitit, nec tamen donis & auxilijs eius vti volo. In cul-
pa ego sum, quia non possum, quoniam nolo: nam si vellem vti
que bonus esse possem. Id autem quod volumus, & optamus &
tamen non possumus, est vitam quietam cum gaudio, & iucun-
ditate viuere. Hoc tamen obtinere non possumus. Nã iusto Dei
15 iudicio factum est, postquam homo peccauit, quia quod potuit
(scilicet in bono perseuerare) noluit: quod requiem habere, gau
dio frui, & lætitia potiri velit, id tamen obtinere minime possit:
sed, quod hæc misera vita humana cum hoc afflictionis censu ei
concederetur, vt nihil vitę huius penitus ei placeret. Nam ei, qui
mœstus est omnia fere molesta videntur. Si nocte est diem exo
ptat, si die noctem precatur; si domi est in agrum exire deside-
rat: si in agro, in domum reuerti satagit. Si solus est comitem ad
esse implorat: si adest, molesta ei videtur cõuersatio. Hæc enim
afflictio tristitiaque efficiunt, vt homo in re præsenti, quam vi-
det, solatio & quiete frui non possit. Ideoq;, vt vita humana ama
ritudinibus, & afflictionibus plena esset diuina prouidentia præ
ordi-

ordinauit, nè requiem in his rebus homines quærerent; sed tan- 16
quã peregrini, & aduenæ hic viuerent, & corda sua in cœlũ leua
rẽt. Ecce vitæ nostræ modus. Igitur si vita, & bonũ nostrũ Chri-
stus, in forma visibili, & gloriosa nobiscum mansisset, ità vt pro-
prijs oculis illũ cerneremus, tãto gaudio tantaq; afficeremur lẽti
tia, vt vix vnquã è sæculo hoc vellemus exire. Nã si B. Petrus vi
Matth. 17. so Dño transfigurato humanæ redemptionis oblitus ait: Dñe
bonum est nos hîc esse. Quid nos miseri & imperfecti faceremus
cùm tantus Apostolus præsenti lætitia alienatus generis huma
ni redẽptionis oblitus fuit? Nè ergo huiusmodi lætitia obliuisce
remur patriæ cœlestis ideò Dñs sic velatus, & occultus nobiscũ
manere voluit. Et etiã, vt & credẽdo cũ illa natiua querela & an
xietate viuerem⁹, scilicet, quia quod credimus nõ possumus adi
piscj, & ex hac naturali anxietate in volũtate subsequeretur tri- 17
stitia: ex hac verò tristitia sanctũ odium erga res huius sæculi, &
Psalm. 64. quædã prẽparatio ad amandũ Deũ pullularet. Hinc sanctus ceci
nit Dauid: parasti cibũ illorum, quoniam ità est præparatio eius.
Idest; Non solũ cibũ congruentem hominibus dedisti, sed etiam
eo modo, quo magis illis cõueniebat illũ dedisti. O Benedictus,
& glorificatus sit talis Deus. Obsecro vos fratres hunc liberalissi
mũ Dominum, qui tot modis animas nostras ditare studet, die
noctuq́e totis viribus collaudetis.

Ait ergo Dñs: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus verè est potus,*
qui mãducat meã carnẽ & bibit meũ sanguinẽ in me manet, & ego in illo.
Leuit. 7. Res notatu digniſsima est, in Leuitico Dñm dixisse, Sanguinem
omnis animalis non sumetis in cibo. Omnis anima, quæ ederit
sanguinẽ peribit de populis suis. In hodierna verò lectione Euã 18
gelica nõ solũ Deus permittit sanguinẽ suũ à nobis bibi sed in-
trà subdit: *Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sangui*
nẽ non habebitis vitã in vobis. Res mira! quod in lege antiqua, ne san-
guis comederetur, sub mortis supplicio præcipiebatur: nũc verò
sub eadẽ, vt bibatur prẽcipitur. Quid hoc mysterij? Respõdeo, id
in lege antiqua Deũ inhibuisse, vt doceret homines bestialẽ vitã
fugere, sanguis enim, vt à Philosophis dicitur sedes est animę, seu
vitæ, & cũ noluit Deus sanguinẽ bestiarũ bibi, nè bestiarũ mo-
res in hominibus residerẽt, prohibuit. Nunc verò sanguinẽ suum
vult vt bibamus, vt vitã cœlestẽ suæ vitæ similẽ agamus. Super
hæc verba alia quæstio valde necessaria se offert. Quatè, cùm
verum

19 verũ sit fideq́; tenendũ, ità sub accidẽtibus vini in calice Christũ
esse, quẽadmodũ sub accidẽtibus panis est in hostia cõsecrata, si
ergo sub quolibet horũ accidentiũ integer est, quid sub bina spe
cie esse oportuit? Respõdeo hoc feciſse, vt viuum sui amoris me
moriale nobis relinqueret, & vt quantũ pro nobis fecerat ostẽde
ret. Pro quo notare oportet ex vi verborũ sacramentaliũ hostię,
tantũ verũ Christi corpus ibi esse. At verò quia corpus est, viuũ,
sanguinẽ & animam habet: & hoc corpus & anima verbo vnita
sunt: & Verbũ est cũ Patre & Spiritu sancto. Hæc omnia modo
supra dicto ibi sunt. Similiter ex vi verborũ cõsecrationis calicis
tãtũ est sanguis Christi Redẽptoris nostri: sed quia sanguis viu⁹
est, debet in venis esse, venę in corpore, & corp⁹ habet animã. Et
cũ corpus & anima Christi sint debẽt esse vnita verbo, & verbũ
20 est, cũ Patre & Spiritu sancto; quę omnia in calice cõtinẽtur. Vn
de siquis ex Dñi discipulis (postquã in cruce Dominus expira-
uit) consecrare attentaret sub hostia, non amplius quàm Christi
corpus mortuũ esset, quanuis verbo vnitũ, & in calice cõsecrato
sanguis mortuus & à corpore separatus etiã diuinitati vnitus. Ita
q́ue ex vi verborũ sub hostia tantũ est Christi corpus sacratiſsi-
mum, & sanguis eius precioſiſsimus sub accidentibus vini. Et
sub vtraq́ue specie hoc sacrosanctum mysterium Dñs instituit,
vt viuum nobis relinqueret exemplar; quia propter nimiam sui
Charitatẽ erga nos corpus suum exangue voluit remanere, san-
guine suo precioſiſsimo pro nobis in terram super Caluariæ mõ
tem effuso. Vnde fratres dum sacerdos hostiã per se leuat, dein-
de calicem, illum singularem amorem, quo iste cœlestis sponsus
21 vos dilexit memoria recolite, qui omnem suum sanguinẽ effun
dere voluit, quod per illam hostiæ & calicis eleuationẽ diſiunctã
significatur, eò quod in cruce totalis separatio sanguinis à corpo
reſit facta. O filios Adam saxis duriores, quorũ corda tã singu-
lari beneficio, tãq; eximio Dei amore non emolliuntur: & post
quam sæpiſsime hoc sacramento vſi sumus, vix aliquod vtilita-
tis incrementum, aut deuotionis vestigium in nobis apparet.
Hîc summa veritate dicente: *Qui manducat meã carnem in me manet*
& ego in illo. In me manet quaſi gutta aquæ, cũ intrat in mare. Et
ego in illo tanquam columna ferrea in arundine debili incluſa,
quam fortificat. Gutta aquæ ſi per se exiſtat tenui vento, aut *Simile.*
modico calore facile siccatur: at verò ſi mittatur in mare con-
ſerua-

seruatur ibi: quòd si mare totum vinum esset illa gutta aquæ in22
vinum conuerteretur. O anima Christiana: quæ sola per te exi-
stens instar guttulæ aquæ es, quæ quantumuis minima re offen
deris, & leuissima occasione destrueris (. Nec si te guttam aquæ
Sap.11. dixerim mireris, cùm sapiēs de toto vniuerso inquit: Ante te or-
bis terrarum tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in
terram,) At verò si digne hoc recipis sacramētum in Christo, qui
mare vini amoris est, remanebis, in quo deificata & in eius amo
rem transformata conseruaberis. Quòd si fieri posset, vt fortissi-
ma columna ferrea in arundine, quantumuis debile includere-
tur illam fortificaret & muniret. O homo, per te solus arundo
Isai.42. quædam debilis, vacua, & vento agitata es. Sic peccatorē Isaias
appellauit. Vbi de Messia loquens ait: Arundinem quassatam
non confringet. At, si dignè ad hoc sacramentum accedas, colum23
nam inflexibilis fortitudinis tibi copulas, quæ sic te fortificabit
ne iaculis tentationum dæmonis succumbas. Ideòque hic Do-
minus ait: *Qui manducat meam carnem in me manet.* Tanquam gut-
ta aquæ in mari Oceano, *Et ego in illo*, Tanquam columna fortis
in fragili à rundine. In primitiua Ecclesia mos erat fidelibus quo
Actu.2. tidie communicare: vnde in Actibus Apostolorū dicitur: Erāt
perseuerantes in doctrina Apostolorum, & cōmunicatione fra-
ctionis panis & orationibus: ex quo tanta illis fortitudo proue-
niebat, vt nec Regū, Imperatorum, aut dæmonum potentiæ suc
cumberent. Quin imò sacer textus subdit, Fiebat autem omni
animæ timor. Sanctus Iob dicere solitus erat: Pone me domine
Iob.17. iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Si sanctus Iob (dū
modo iuxta Deum esset) vniuersum mundum non formidabat: 24
qui quotidie hoc diuinum frequentat sacramentum, quem ani-
mum quamque fortitudinem habeat æquum est cùm in se Deū
recipiat & Deus illum?

In me manet, & ego in illo. Vnde credendum est fidelem illum,
qui dignè accedit, & manducat dæmonibus horrorem esse, ab
eoque tanquā à crucis aspectu fugere. Ratio verò Diui Thomæ
est, qui ait: Hoc mirabile sacramentum signum esse, quod in me
moriam reuocat sacratissimam Iesu Christi Domini nostri mor
tem, quæ magna cōfusio dæmonibus fuit, qua miserè victi sunt.
Vnde viso hoc signo infidelibus, terrore afficiuntur. Hinc san-
ctus Gregorius Nazianzenus in oratione, quam habuit ad po-
pulum

25 pulum. Cum reuerteretur ex agro post ea, quæ gesta sunt cōtra
Maximum, inquit, quòd tria sunt inuincibilia, Deus omnipo- *Gregorius*
tens, Angelus beatus, & in terra Philosophus Christianus. Nā *Nazian.*
verus Christianus, qui crucis philosophiam didicit, & spe, quā
fides & charitas illi suggerunt, viuit, & simul cum hoc sacro ci-
bo, qui in hoc sacramento ei ministratur fortificatus manet, hu-
iusmodi tot Spiritus sancti munitionib⁹ obsessus est, vt penè in
uincibilis videatur. Qui quoties se tribulatum, fatigatūque cer-
nit, considerat quantam gloriam ille gloriæ princeps nobis lu-
cratus est, & per easdem pœnalitates, & ærumnas nobis acquisi-
uit: illas omnes amplectitur, & diligit; & adiungens considera-
tionem hanc auxilijs, quæ Deus animæ communicare solet, pe-
culiariter in huius sacrosancti sacramenti perceptione: ita fortifi
26 catus iustus manet, vt inuincibilis ab isto sancto Doctore nomi-
netur. Sed heu dolor, quàm rarò in hominibus hodie hanc forti-
tudinem cernimus? Quot videas homines manè communicare,
& in sero ad anteacta vitia reuerti? o diabolicam peruersitatem,
quòd sic homo diuinam gratiam à se tam citò repellat. Et qui-
dem præsumere poterit ille, qui tam citò se malis immiscuit, pro
pter suam indispositionem, effectus huius sacramenti non acce-
pisse, quorum vnus fortitudo est, ex qua perseuerantia oritur, &
hæc perseuerantia per cordis munditiam acquiritur. Et sic, vbi
nos legimus apud Sanctum Iob: Mundis manibus addet fortitu *Iob.17.*
dinem, textus Hebræus, Græcus, & paraphrasis Chaldaica ha-
bent: Mundus manibus addet fortitudinem. In quo denotatur,
27 quòd quanuis Deus communicat hominibus fortitudinem, re-
quirit tamen in eis dispositionem, vt illam accipiant. Et hanc ap
pellat cordis fortitudinem bonis operibus acquisitam. Et vt Spi-
ritus sanctus honorem iusto tribueret, inquit, eum esse, qui suis
bonis operibus vitæ suæ fortitudinem addit. Vnde cùm nostra
versio dicat: hanc iusti fortitudinem à Deo esse, aliæ lectiones
habent; Mundus manibus addet fortitudinem. Quòd si propter
cordis munditiam solet Deus fortitudinem communicare: am-
plius ei communicabit illam, qui cum cordis munditia hoc al-
tissimum sacramentum recipit. Et siquidem hi miseri homines
tam eneruati, & sine fortitudine remanserunt: verendum est eos
non recepisse hoc sacramentum, sicut decebat. Et quod magis
mirandum illud est, quia cum hi tam debiles & inconstantes in

Universidad de Deusto
Biblioteca

bono sint, in malo nimis fortes sunt, & cõstantes. Quod per Pro- 28
phetam Dauid spiritus sanctus significauit. Quia vbi nos legi-
Psal. 7. mus: Parturit iniustitiam, alij transtulerunt, Parturijt iniustitiã.
Et sic est in Græco, & etiam sic legit. B. Augustinus. Et in He-
bræo, & Chaldaica paraphrasi habetur: Parturiet iniustitiam. In
quibus varijs lectionibus ostenditur non satis esse peccatori
iam peccasse de præterito sed quod etiam de præsenti peccat, &
in futuro peccabit. Absit à nobis talis perseuerantia. Obsecro
vos fratres per infinitam Dei charitatem, tantum bonum in ma-
lum conuerti né patiamini: & vnde vobis vita prouenire posset
ne inde mortem, & condemnationem hauriatis. Nam in omni-
bus legis gratiæ sacramentis vniuersale est, vt quemadmodum
dignè sumentibus sunt valdè vtilia: ita indignè sumentibus ma
ximi damni occasionem præbent. Sicut sol, aqua, & ventus 29
germinare, & crescere plantas faciunt: si tamen in terra sint ra
dicatæ, sin minus ab eisdemmet causis & influentijs citius ex-
siccantur, & putrefiunt: ita sanctissimum hoc sacramentum ani
mas, (quæ in charitate radicatæ sunt), crescere facit, Quæ verò
sic non sunt dispositæ, quò magis accipiunt, eò plus excæcan-
tur, indurantur, & deteriores fiunt, non ob sacramenti defectũ
sed propter suam indispositionẽ. Ideoque operæprecium erit,
omnem curam, omne studium adhibere, vt ad illud digne susci
piendum nos præparemus: sicut Diuus Paulus nos admonet di
Hebr. 10. cens: Habentes itaque fratres fiduciam in sanguine Christi, acce
damus cum vero corde in plenitudine fidei aspersi corda à con-
scientia mala, & abluti corpus aqua munda. O mirifica, singu-
lariaque verba, quis horum singula opere exequetur quantũ spi 30
ritualis commodi sibi comparabit. O Deus infinitæ maiestatis.
Pro tua Domine clementia in cordibus horum fratrum meorũ
ea ingeras, vt per ea se gubernare sciant. Notetis, obsecro, quia
non solum accedere debemus, vt ipse Apostolus inquit, vero
corde, sine figmento, aut hypocrisi, & aspersi à conscientia ma-
la, hoc est, saltim à labe culpæ mortalis mundi, & abluti corpus
aqua munda, scilicet, bonum exemplum exhibentes, abstinen-
tes corpus ab omni occasione mali: sed etiam inquit, quod debe
mus accedere in plenitudine fidei. Fides vacua est, quæ charitate
non comitatur nec alias virtutes & opera bona: fides plena, quæ
illis est coniuncta. Hoc ergò modo prę parati accedere debemus.

Quæ-

31 Quæso ergo fratres in vero corde tanquam ad fontem infinitæ
virtutis eccedatis assiduè, vt hoc sacramentum vestros concupi-
scentiæ ardores extinguat illum accipite cum illo anhelo deside
rio, quo lassatus & sitiens ad frigidum fontem properat: & in-
star cuiusdam famelici, qui ad arborem dulcibus pomis onustam
peruenit properate. Quomodo manus parat attendite: laciniam *Simile.*
vestimenti qualiter supponit, quanta cum efficacia, & vi ab il-
lo, qui supra in arbore residet, importunis precibus sibi poma da
ri efflagitat. Sic vos præparate, & visceribus apertis coram sancto
altari procidite, & sic ad Deum exclamate. O Angelorum glo-
ria, ò iustorum vita: ô peccatorũ iustificator. Quæ fidelibus tuis
dona mittere soles, nobis domine impertire, gratię tuę poma, sua
uitatis plena mitte nobis. Agite fratres accedite, & sicut pecunię
32 auidus ad ingentem thesaurum ditandi segratia properaret, festi
nate. Toto conatu accedite: & instar cuiusdam mulieris coniu- *Simile.*
gatæ, quæ plures filios habens, maximis necessitudinibus &
ærumnis obsessa coniugem suum ab Indis reuersurum expectat
vt illum cum ingenti gaudio excipiat, à quo solatium, protectio
nem, remedium, honorem, & omnia sperat: si fortè illum per
ostium intrantem cerneret, quantò affectu properaret optatis
amplexibus frui procumbens è collo eius lacrymas gaudio mi-
scens. Cur ergò fratres ardentiori desiderio illius dulcissimi spõ
si amplexus non concupiscitis, qui ab illa cœlesti India ad vos
descendit, vt honore vos afficiat, diuites faciat, & consoletur? Ex
tendite fratres vlnas vestras: præcordia reserate: ardenter illũ
susci pite: toto affectu illum amplectimini: amore &
33 gratia & postea gloria perfruemini. Ad quã
nos perducat Iesus Mariæ
filius Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In eodem Festo Sacrosancti Eucharistiæ Sacramenti Concio Secunda.

Caro meaverè est cibus, &c. Ioan. 6.

1 SANCTVS Propheta Dauid psalmo centesimo, amore flagrans cœpit, dicens: Confitebor tibi Domine in toto corde meo. Nec ego solus te Domine laudabo; sed etiã inuitabo iustos vt mecum concinant. Ideò subdit: In concilio iustorum 2 & congregatione. Cuius rationem reddit, inquiens: Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius. Opera enim, quę pro mundi reparatione Deus facturus erat, præuidit, & ideò ait: In congregatione iustorum illum se laudaturum. Sed quare dicit: In omnes voluntates eius? Nunquid Deo plures voluntates sunt? minimè. Sed hîc voluntates opera diuinæ placita volũtati significant: quæ quia voluit operatus est. Vnde hîc dicere vult, opera redemptionis inter omnia, quæ diuina voluntas operata est, & quæ in hoc mundo operabitur singularia & eximia esse. Quorum vnũ tanquam maximè singulare inter omnia, & quod tenerrimi amoris signũ in se contineat, statim specificat, dicens: Confessio & magnificentia opus eius. Hoc verò tam singulare, tam plenum magnificentia, tam dignum laude, & confessione 3 opus huius altissimi sacramenti institutio fuit. Vnde in Canticis sponsa de dilecto ait: Manus illius aureæ plenæ iacynthis. Iacynthus color cæruleus est. Modo sponsa inquit: Cuncta opera spõsi mei, quæ per manus significantur, sunt aurea iacynthina, & charitatis opera & cælestia. Cæterum hunc diuinum sponsum dare se in cibum hominibus, hoc opus quandam singularis amoris teneritudinem in se continet. Dum quis ægrotat filius non tãtum mater iubet lectum suum iuxta illum sterni, sed etiam medicus si familiaris infirmi est propè illum dormit, ei semper adhæret, vt quam primum ægrotus, heu dixerit, opem ei ferat. O Pater pijssimè, ô mater amantissima, ô medice dulcissime, & amice fidelissime

Psal. 100.

Cant. 5.

Simile.

4 delissime per quam familiaris noster Iesu Christe, quàm ligatũ te noster amor tenet, quàm propinquus factus es mihi, vt quàm primum, heu cor meum dixerit, mihi succurras & auxilieris: siquidem in panis & vini accidentibus ibi lectum habes, ibi propinquus infirmo es. O miram amoris teneritudinem: ecquis tã durus est, qui hac saltim consideratione non liquefiat? Ad hæc non solum nobiscum voluit manere, sed etiam nostrum medicamentum, noster cibus voluit esse, vt illum & manducaremus, & præcordijs insertum haberemus. Non vt ipse in nos, sed nos in illum conuerteremur. Ita Diuus Augustinus audiuit vocem dicẽtem illi: Augustine, Augustine, cibus sum grandium, cresce & manducabis me. Nõ tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me. Rectè ergo ait: Confessio & magnificẽtia opus eius. Vnde Moy
5 ses meritò dixit: Quis similis tui, magnificus in sanctitate. O filij sæculi huius, cur hæc audientes non confundimini. Qui non dignamini instar Dei vestri magnifici in sanctitate esse: sed vestra gloria est magnificos in vanitate, impietate, & in turpitudine esse. O quam miseros, parcos, & egenos erga Dei opera, & misericordiæ se homines ostendunt; non item erga vanitatem, pompam & multos famulos alendos. Dixit Deus Moy si: Ecce vocaui ex nomine Beseleel; & impleui eũ intelligentia, & scientia in omni opere, ad excogitandũ quicquid fabrefieri potest ex auro & argento, & ex ære, marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum. Quare Domine ad opera tam diuersa sanctuarij, qualia sunt aurea, argentea, ferrea, lapidea, marmorea, & lignea vnũ tantum artificem eligis? Hoc Dominũ fecisse reor, vt sæculi magnatum pompam condemnaret; quibus suo statui honoriq; iactura fieri videtur, nisi famulis abundent, & etiam ad quamlibet
6 næniam exequendam assignatos famulos singulis quibusq; seruitijs habeant, videlicet, ab aure, à libellis, à pedibus, à calcaribus, à pugione, ab scopa, à pilulis, &c. quibus omnib⁹ vnus satis esset. Et hi famuli, vt sunt ocioſi magna peccata in Deum committũt: dñi verò, vt eos alant ab operibus pietatis, & misericordiæ desistũt: quin etiã in necessitates & penurias ingẽtes deueniũt, quæ maximis iniustitijs iterpræbẽt. O vani homines, maiores Deo esse tẽtatis? Qui tantus Deus, ac Dñs cùm sit, & tã singularis fabricæ, qualis erat tẽpli illius, vnicũ tantũ architectũ esse voluit, & illo contentus est: vos autẽ, nisi viginti famulos habeatis erubescitis.

Simile. bescitis. Pauo caput exiguum, & debile cùm habeat, caudam ha 7
bet speciosam & prælongam: sic multos sæculi homines videas
magna eos comitante caterua, longa famulorũ cauda subsequen
te, quibus exile caput est. Nam cùm propter sapientiam, & pru-
dentiam nullius ponderis, nullius æstimationis apud homines
sint, saltem propter magnum comitatum çstimari volunt. Quid
de magnificentijs, vt homines vindictam de sibi illatis iniurijs
sumant, & suos exequãtur affectus dicam? O Deus infinitæ ma
iestatis, pro tua clementia, tot huiusmodi malis, quibus mundus
scatet succurre. O fratres, vestri Creatoris imitatores estote, &
magnificos in sanctitate, & pietate vos ostendite; non autem in
turpitudine, & vanitate. Vt autem intelligeremus quodnã esset
opus, de quo loquitur hic Sanctus Dauid, subdidit: Memoriam
fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus. Ec- 8
ce quo nomine Sanctus Propheta hoc mirabile sacramẽtum ap-
Simile. pellat, memoriale Dei mirabilium illum vocans. Cùm merca-
tor dives seruum suum ad nũdinas mittit, cui multa tradidit ne-
gotia; ne fortè obliuiscatur libellum, manu propria cõscriptum
Eccle. 26. ei præbet, vt per ipsum se gerat. Nam, vt Ecclesiasticus ait: Dif-
ficile exuitur negotians à negligentia: Qui memoriale seu libel
lum quotidie intuens quid fecerit, quid verò ei faciendum deest
considerat, & sic facile exuitur à negligentia. Vita præsens em-
Luc. 19. porium quoddam est, & nundinæ. Vnde Dominus ait: Negotia
mini dum venio. Ex hac enim vitæ negotiatione, videbitis quid
emolumenti sequatur in alteram. Peccatores, qui in ea malè ne-
gociati sunt, mala in inferno nunciant. De quibus sapiens ait; sci
Sap. 5. licet, eos dicere: Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarũ iactan 9
tia, quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquã vmbra.
Iusti verò, qui bene se gesserunt in hac vita bona nuntiãt, bene-
que de ea loquuntur; quæ tanquam instrumentum illis fuit lu-
Psal. 89. crandi quod possidẽt. Vnde illud psalmi canunt: Lætati sumus
pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, quibus vidimus mala.
Et siquidem huius diuini mercatoris exercitores sumus, vt Diu⁹
1. Cor. 3. Paulus affirmat, dicens: Dei enim adiutores sumus, memoriale
fecit (hoc, scilicet, diuinum sacramentum) vt memoria tenere-
mus, quid pro eius obsequio nos facere oporteret. Ideò inquit:
Memoriam fecit mirabilium suorum. Et quemadmodum fide-
lis seruus, qui diebus singulis memoriale domini sui recolit,
aperit,

10 aperit, & intuetur, vt quid sibi faciendum sit, memoretur: ita
fratres curandum vobis est diebus singulis rei sacræ interes-
se, & quoties sacerdos in altari sanctissimam hostiam eleuat,
considerate memoriale vobis ostendi, in quo scriptum est, quod
Deo debetis, & quid pro suo seruitio facere debeatis. Nam
quanuis in ipsa hostia verus Dei filius gloriosus, & immorta-
lis sit, etiam ibi repræsentatur mors, quam in cruce passus
est. Considerate ergo fratres, vos ibi proprijs vestris oculis
Christum Dominum, & sponsum vestrum cernere crucifi-
xum, coronatum spinis, duris transfixum clauis, & sic vo-
biscum loquentem: Ecce ô homines quid pro vobis feci, &
quantum mihi debeatis. O memoriale cæleste, aspicite illud
rectè fratres, quia in ipso vobis dicitur quanta obligatione si-
11 tis obstricti peccata fugere, à quibus, vt nos filius Dei eripe-
ret tam crudelem mortem passus est. Ibi etiam dicitur vo-
bis quantum debeatis pro illius obsequio vitam vestram im-
pendere, qui vnam pro vestro amore vitam perdidit, quæ om-
ni vita pretiosior erat. O quàm strictum nos manet iudicium,
nisi in nundinis his negotiabimur, secundum quod in hoc me-
moriali nobis præscriptum est: Memoriam fecit mirabilium
suorum. Reliquit etiam hoc memoriale tanquam verus amicus,
qui quo tempore ab amico discedit, pignus aliquod, relinquit ei,
sed hi omnes rem sine vita solent relinquere, vt rei viuæ
memoriam afferat, quod est mortuum. At verò hic verus
amicus hoc nobis memoriale reliquit, quod viuum est, quia
in ipso res viua continetur, vt viuum memoriale esset suæ
12 mortis, & eximij amoris, quo passus est. Et, vt apertius in-
telligeremus, de qua re loqueretur, addidit: Escam dedit ti-
mentibus se. Timentibus se (inquit) hanc cælestem illum dare
escam, quia non timentibus eum ipse non dat, sed ipsi potius
contra eius voluntatem, & in suimet damnationem & iudicium
accipiunt. O fœlices illos Dei timoratos, quibus tantum hoc cæ-
leste conuiuium fit. Optimo iure statim nos admonet Dauid,
dicens: Seruite Dño cum timore. Vbi in Hebræo, & Græco, & *Psal. 2.*
in paraphrasi Chaldaica legitur: Seruite Domino in timore. In
quo denotatur non solùm obsequium nostrum sociari cum ti-
more debere (vt in nostra translatione significatur) sed etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos Deo debere seruire in ipso timore immersos, & vndequaq; 13
eodẽ obsessos. Hoc est enim seruire Domino in timore. O quis
hanc vitæ metam pertingeret, vt omnes tam sensus exteriores,
quàm interiores potentias, hoc diuino timore refertas haberet,
quanta cum facilitate se disponeret, vt digne ad hoc pretiosissi-
mum accederet conuiuium, & escam, quam donat Deus timen-
tibus se. De qua sanctum dicit Euangelium: *Caro mea verè est ci-*
bus. Sed quæro, si cibus hic caro est quomodo in Actibus Apostolorum
Act. 2. Diuus Petrus panem appellat, vbi dicitur: Erant perseuerãtes in communicatione fractionis panis. Et Beatus Paulus:
1. Cor. 10. Panis, quem frangimus, nõne participatio corporis Domini est? Dico illos panem appellasse, quia ex pane fuit conuersus nomen causæ tribuentes effectui. Vnde dici solet: Vinum hoc est acetum. Vinum acetum dicitis, non quòd verè sit vinũ, sed quia 14
ex vino factum est. Hoc loquendi modo sacra Scriptura vtitur.
Gene. 2. Postquam enim Eua fuit formata, dixit Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis: nec proinde os erat, sed mulier ex corpore & anima composita: sed os vocauit eam, quia ex osse formata fuit. Et
Exod. 7. in Exodo dicitur: Deuorauit virga Aaron virgas eorum, vbi serpentem virgam appellat, quia ex virga in colubrum est cõuersa.

Ait itaque Dominus: *Caro mea vere est cibus.* Satis compertum est nullam creaturarum tam sensibilem, corpoream, quàm spiritualem absq; cibo posse viuere. De sensibili planum est, quia naturalis calor humidum radicale consumit, cum quo vita animaliũ conseruatur, quod necessum est cibo recuperari. De spirituali etiam patet, quoniam Angeli in cælis diuina gratia aluntur. Vn-
Tob. 12. de Raphael Angelus Tobiæ dixit: Cùm essem vobiscum per vo- 15
luntatem Dei, videbar quidem vobiscum manducare, & bibere: sed ego cibo inuisibili vtor. Si ergo tã corporeis sensibilibus, quã spiritualibus creaturis cibo opus est, igitur homo, qui corporeus, & spiritualis est cibo similiter corporeo, & spirituali eget, & proinde ineffabile Dei beneficium fuit, postquam tot cibos corpori suggessit, nobis hunc tãdem cælestem animæ cibum donare, quo reficerentur strages, quas concupiscentiæ nociuus calor in ea operatur, & gratiæ vita conseruaretur. Vnde idem Domi-
Ioan. 6. nus inquit: Amen, amẽ dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis non habebitis vitam in vobis. Nec miremini, si tot cibos corporib⁹ Dominus creauerit. Vnum verò animę dederit,

siquidem

16 siquidem hic solus valoris est infiniti, & sufficiens mirificos in anima operari effectus, & in se ipso illã transformare. Hinc D. Thomas ait, quòd præcipuus huius sacramenti effectus est paulatim diuinos, id est, sanctos, innocentes, & puros eos efficere, qui illud deuotis & supplicibus animis frequentant. Et hoc est . . .
quod hic ait Dominus: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo.* Quid verò ex hac mansione sequatur quadam admirabili similitudine declarat statim, dicẽs: *Sicut misit me viuens Pater.* Et ego viuo propter Patrem, & qui mã ducat me, & ipse viuet propter me. Id est: sicut vita mea, eademque Patris est, quia Pater in me est: sic vita eius, in quo ego permansero, vitæ meæ similis erit: hoc est, puritatis, humilitatis, sanctitatis, iustitiæque meæ similitudinem quandam habebit. O
17 rem æternis laudibus efferendam, & quæ beatos & ignitos Seraphinos in magnam rapit admirationem, quia per hoc diuinum sacramentũ ita se anima in Deum transformat tam cælesti vnione, vt Dominus ac Redemptor noster nullam omnino vnionem adinuenerit, cui eam comparare posset, ac illi vnioni ineffabili, quæ inter ipsum & Patrem est. Hæc est vna ex præcipuis, & maximè rebus mirabilibus, quæ de anima adhuc in carne mortali viuenti dici possunt. O fœlices illos, qui ad tãtam dignitatem perue-
Simile. nerunt. Si anima rationalis, cùm sit creatura tam exigua, corpori, quod informat, esse tam pulchrũ tribuit, scilicet, oculis perspicacitatẽ, vultui elegantiam, deniq; vniuerso corpori fortitudinem, & sensum, quale esse, dicite mihi fratres, erit illud, quod Iesus Christus verus Deus dabit homini interiori in hoc sacra-
18 mento sumptus? Quam intellectui viuacitatem tribuet? quos affectus & sancta desideria in volũtate generabit? quantã pulchritudinẽ in toto rationali spiritu efficiet? Et quemadmodũ quidã sunt cibi, qui non tantum victui hominis deseruiũt, verumetiã sunt medicinales: similiter hic diuinus cibus non solũ hominem interius alit, sed etiã est salutare medicamentũ, quo eius imperfectiones sanantur. Vnde B. Cyprianus ait: Panis iste substãtialis *D. Cypria. in sermo. de Cœna Domini.* ad totius hominis vitã, salutemq; proficit simul medicamentũ, & holocaustũ ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates existens. Vtiq; diuinam sic decebat bonitatem, qui singulari prouidentia tot herbarum genera, & lapidum, corporibus medendis vtilia creauit, ne rem tam eximiam sine medela relin-

queret, qualis est anima, & tã subditam miserijs & languoribus. 19
Zach. 8. Vnde Propheta Zacharias de aduentu Iesu Christi Redẽptoris nostri in mundũ loquens ait: Quid enim bonũ eius est, aut quid pulchrũ eius, nisi frumentũ electorũ, & vinum germinans virgines? Et quanuis hoc de munditia, & virginitate corporali intelligatur, qui vnus ex præcipuis effectibus sanguinis pretiosissimi Iesu Christi est. (Etsi enim materiale vinum concupiscentiam
Ephe. 5. carnis accẽdit, & propterea. D. Paulus ait: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, hoc tamen cœleste vinum, quod sanguis Domini est, consumit concupiscentiæ ardores, & eos eneruat, & debilitat, & castitatis munditiæq; desideria generat:) nihilominus possunt verba hæc intelligi de puritate, & spirituali munditia, ita vt in eis sanctus Propheta dicere velit, sanctissimum hoc sacramentum animas mundas purasque reddere, omnem scoriã 20
omnemq; imperfectionem ab eis tollendo. Propriũ etiam cibi est delectare edentẽ illum: nam autor simul & cõseruator humanæ vitæ Deus vt homines quotidianam sumerẽt refectionem, dedit cibis saporem & prouidit, vt gustu & delectatione sumẽtem afficerent: quanto plus ergo æquum eratin cibo hoc spirituali hæc inueniri quando maior hoc necessitas postulabat? Et ita B. Thomas inquit, quod nemo suauitatem huius diuini sacramẽti explicare potest, quia ibi dulcedo in suo fonte, ideſt Deo degustatur. Quòd si plurimi ex nobis hanc dulcedinem, & suauitatem non sentimus, nonnunquã ex propria culpa prouenit, quia non accedimus sicut debemus, aliquando verò per diuinam dispensationem quod sic præordinauit ad maiorem vtilitatem &
Simile. commodum nostrum. Nam quemadmodum lienico dulcia nocent, similiter inflatis superbis spiritualis dulcedo nocet. Et etiam ab humilibus & timoratis aliquando hanc abscondit dulcedinem, secundum quod verba illa Dauidis possunt explicari:
Psal. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscõdisti timentibus te. Ideſt: Abscõdis hanc dulcedinem ne gustantes superbiant.

Propter hæc omnia inquit Dominus: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Sed opus est ad recipiendũ hos admirabiles effectus vos profunde considerare, non solũ ad illũ manducandum cibũ accedere, sed etiã ab illo manducari, quoniã Dominus vos recipit, & vos Dominũ recipitis. Hinc est, q̃ communicare

22 care Latinẽ communio dicitur, ibi namq; ex communicante, & Deo communicato quædam cõmunis vnio fit. Et ideô hic dicit: *In me manet, & ego in eo.* Vt Christus verus Deus cibus Angelorũ sit nullum in cœlo miraculũ operatur: at vero, vt cibus hominũ fiat in terra mirabilia multa operatur. Primũ miraculũ est, quia ad hoc, vt cibus tuus fiat, quadam admirabili & totali panis in verũ suũ corpus transsubstantiatione (postquã verba consecrationis per sacerdotem fuerint debite pronuntiata) succedit Christus substantiæ panis, quæ anteà erat, vt huic nos correspondẽtes conuersioni, in ipsum per amorẽ transformemur. Et ita deberet esse q̃ statim vt sacerdos consecrationis verba protulit simul prę cordia, & cor post ipsa verba raperẽtur, & omniũ deinde circunstantiũ, & post panis substantiã ad Christũ transirẽt & in ipsum
23 trãsformarentur, qui totũ bonũ est nostrũ. Fracta verò hostia nõ frangitur Christus iustorũ vita, sic suscipiẽtes illũ aduersis nõ debent frangi: solet nãq; diuinũ hoc sacramentũ sumentibus illud tantã vim tantãq; fortitudinẽ cõmunicare, vt dicat. D. Chrysost. Tanquã leones ignem spirantes ab illa mẽsa recedamus facti diabolo terribiles. Vnde sanctus Cyprianus quandã Ecclesiæ persecutionem imminere videns, Christianũ populum in Ecclesiam conuocauit, quos armauit muniuitq; non armis, nõ lanceis, non gladijs, sed, vt sanctã reciperent cõmunionẽ eos exhortans, qua fortitudinẽ vimq; reciperent, nè à fide deficerent, neq; impatientia frangerentur. Hoc cœlesti Domino ab iniquis percepto nihil ei mali aduenit nec te proinde malorum conuersatio debet infi-
24 cere, cùm aliquando ipsa cõpellente necessitate cum illis fueris conuersatus. Sacramẽtum hoc suscipientibus bonis, scilicet, vita est, iniquis mors eorum culpa: sic debet quisque in seipso bonaviuificare, mala autẽ mortificare. ¶ In hoc altissimo sacramẽto est idẽ Christus in diuersis locis: sic tu debes in omnibus per charitatẽ, adesse etiãsi inimici tui sint. Hęc omnia facili negotio exequetur ille, qui verè se in Christũ trãsformauit, ille, inquã, inquo gloriosum promissum hic factum ab ipsamet veritate cõpletur, qui ait: *Sicut misit me viuens Pater &c. &, Qui manducat me viuet propter me.* Omnes cibi, quibus vescimur mortui sunt, nos autem viuificamus illos in substantiam nostram conuertentes. At cœlestis hic cibus viuus est, nos verò emortui debemus accedere ad recipiendum illum, vt in seipsum nos conuertens

det

Universidad de Deusto
Biblioteca

det nobis suã vitã. Ideòq; quãuis cùm accedimus ad hoc ineffabi 25
le sacramentũ plures sanctas intẽtiones possumus habere, cæte-
rùm præcipuus finis, qui nos debet mouere, est mediante hoc sa
cratissimo Sacramento in animabus nostris spiritũ Christi reci-
pere, quo mediãte, & in ipsum trãsformati, sicut ille vixit, viua-
mus; illa, scilicet, charitate, obediẽtia, spiritus paupertate, corpo-
ris mortificatione, & mũdi contẽptu. Quemadmodũ receperat
Gal. 2. ille, qui dixit: Viuo iã nõ ego, viuit verò in me Christus. Ex quo
sequitur aliquã Christi similitudinẽ requiri ad dignè hanc sacra
tissimam communionẽ recipiendũ, saltim requiritur in conscië
tiæ puritate similitudo, videlicet, vt sine peccato lethali accedatur. Nã quid subsequi posset ex rerũ contrariarũ coniunctione,
quales Christus & peccator sunt, nisi corruptio vnius ab alia?
Simile. Quia, quæ sibi similia sunt, facilè copulãtur ad inuicẽ, vt ferrum 26
ferro, aqua miscetur aquæ. Quæ verò cõtrariãtur inter se, vt ignis
& aqua nullo modo vniri possunt, quin vnũ ab altero corrũpatur, nempè à fortiori debilius. Cùm ergo mediãte hoc sacramẽto
sanctissimo fiat quædam vnio homini cũ Christo, quid ex hac
vnione sperari potest, si inter se hæ res contrariẽtur, quàm debi-
lioris corruptio? Ideòq; requiritur quãdã similitudinẽ esse inter
recipientẽ & ipsum Christũ, vt fiat in illũ trãsformatio. O Deus
infinitæ maiestatis, per amorẽ, quo filiũ tuũ in mundũ misisti, &
tã ineffabili modo inter nos illũ manere voluisti, te deprecor, in
cordibus horũ fratrũ meorũ hæc imprimere digneris, vt his om-
nibus, & bene vti, & opere exequi ea sciãt. Libet fratres finẽ im-
ponere. Hoc vnũ à vobis supplex, & pedibus cuiuscũq; prouolu
tus implorans, peto per viscera pietatis illius diuini Redẽptoris, 27
qui tã singulari amore in tã mirabili mysterio se nobis cõmuni-
cauit, vt vos hodie præparemini, vt magna cum animi deuotio-
ne & reuerentia sanctissimæ processioni adsitis. Hodie nan-
que sponsus vester Iesus Christus suam ciuitatem est lustraturus, & deambulaturus vicos eius, vt populum suum adimpleat
benedictione. Obsecro comitemini illum maxima cum humili
tate, maxima cũ deuotione, reuerentia & honestate. Ne illum in
die tam magnę misericordiæ offendatis. Ne in festo tã singularis
amoris ex vobis diabolus triũphet. O Rex gloriæ, ò cæli & ter-
ræ Imperator potẽtissime, quã æquũ est vt si pro nobis duct⁹ fui
sti per vicos Hierusalẽ, de prętorio in prętoriũ, à iudice in iudicẽ.

Denique

28 Deniq́ue crucem baiulans in Caluariæ montem, cum tãta igno-
minia & vituperio, mille blasphemias, mille conuitia audiens,
vt hodie Domine portemus te per vicos, per plateas cum magno
honore & trophæo, & tibi hymnos, tibi canamus gloriam. O
quàm æquum est, vt omnes hodie Dauides quidam simus ante
diuinam hanc arcam præeuntes, cordibus accensis, & quasi à no
bis alienati gaudio pleni, lætitia exhuberantes; gloriam tãtæ cel
situdini deferẽtes. An putatis, fratres, ab re esse, aut mysterio ca-
rere tot musices instrumenta in hac processione adhiberi? mini-
mè. Omnia personant, omnia plaudunt, vt linguarum nostrarũ
defectum & imperitiam suppleant, quæ mutæ & impotentes
sunt ad tantum beneficium efferendum. Hoc nobis recolendum
est quotiescunque harmoniam tot ac diuersorũ musices instru-
29 mentorum audimus, quæ quasi linguæ quædam sunt, quibus
ad laudandum Deum adiuuamur. Sed væ, væ, væ, quam dolen-
dum hoc est: ô diram ingratitudinem. Hodie nanque vnum in-
ter beneficia, quæ à Deo maiora percepimus, recolimus: & puto
hunc inter alios dies esse, in quo plura contra diuinam maiesta-
tem peccata committuntur. Quando in vrbibus & ciuitatibus
minus homines rei sacræ intersunt, quàm hodie? Quando tam
viri, quàm fœminæ sic se ornant & componunt profanè, non vt
sacratissimam venerentur solennitatem, sed vt sibi inuicem com
placeant, ac hodie? Quando tot adulteria mentaliter committun
tur, sicut hodie? Hodie turpitudinum pactiones fiunt in vicis &
fenestris. O gens ingrata, hęccine reddis Domino Deo tuo, quia
tanquam socius tecum remanserit, cibus, & medicina? O lapidi-
30 bus duriores, siquidem tanto beneficio non estis mollificati. Ca
uete infœlices homines, ne vobis, quod olim Bethsamitibus cõ-
tingat. Notum satis vobis est, quemadmodum in lege veteri nul
la maior apud Hebræos reliquia erat arca fœderis. Postquam er
go hæc arca fuit capta à Philistæis, cùm illam dimitterẽt, Bethsa
mitæ, qui in valle triticum metebant, inquit sacer textus, Leuã- 1. *Reg. 6.*
tes oculos viderunt arcam, & gauisi sunt cùm vidissent, & conci-
derunt ligna plaustri, vaccasque imposuerunt super ea holocau-
stum Domino. Nihilominus subdit sacer textus ibi: Percussit
autem Dominus de viris Bethsamitibus, eò quòd vidissent arcã
Domini, & percussit de populo, id est, de principibus populi, se-
ptuaginta viros & quinquaginta millia plebis, luxitq́; populus,

eò

eò quòd Dominus percussisset plebem plaga magna. Quæ cædes, quæ strages absq; eo, quòd culpa aliqua appareat? quinimò dicit textus gauisos esse visa arca. Quidnam est hoc vltionum Deus? quare tam seuere hos punis & flagellas? Huic sacri doctores respondent dubio, causam punitionis huius fuisse, quia intuiti sunt Bethsamitæ arcam discoopertam, & sine reuerentia, curioseque; volebat enim Deus, vt velata, & papilionibus cooperta maxima cum reuerentia, & deuotione aspiceretur. Quid vobis fratres videtur de tam magna Dei seueritate, & iudicio? Quia tametsi dies festiuus & iucundus erat, non ideò impunitos hos reliquit pro re, humano iudicio, tam facili, & parui momenti; & existimas tu, quia dies festus, & processionis est, quãdo maior se se occasio offert loquendi, & malè cogitandi, si hoc facias quòd impunè feres? planè deciperis. Caue, quia fortè Deus permittet, vt hodie insperata morte corruas, aut iurgium aliquod excitetur, & pugionis ictibus pereas, & inde ad infernum descendas in æternum cremandus. Quæ etsi non ita eueniant, ne existimes Deum surdum, aut cæcum esse, nec proinde hæc mala impunita relicturum, siquidem illos gentiles tam grauiter puniuit, tantùm quia arcam curioseè & sine reuerentia aspexerunt, te autem Christianum tot abominationes, & horrenda flagitia committentem non coram arca fœderis, sed in conspectu diuinæ maiestatis suæ impunitum relinquet? O cæce, & amens, & quomodo te dæmon deceptum trahit, ne res tanti momenti consideres, & cognoscas. O Christe lux vera, quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum: illumina Domine cordis nostri tenebras, vt puritate & amore noscamus, te omni tempore vitæ nostræ laudare & glorificare, & in hac peculiariter sacra die, in qua memoriam facimus, tuæ infinitæ charitatis, qua voluisti nobiscum permanere in hoc diuino sacramento,
vt sic tuam obtinentes gratiam in æternum tibi
associatos tua perfruamur gloria:
ad quam nos perducas,
Amen.

In

In eodem Festo Sacrosancti Eucharistiæ Sacramenti Concio Tertia.

Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Ioannis. 6.

PROSTQVAM Christus Redemptor noster illud solenne miraculũ de quinque panibus in deserto fecit, cùm ex Hebræis quidam ad eum venirent, illosque instrueret in fide ipsius, siquidem tã singulare miraculum, quod eis fecisset, viderãt; dixerunt ei: Quod tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? Maius quidem fuit miraculum, quod Moy ses fecit, quando fecit manna è cælo pluere, quo per tot annos omnem populum pauit. Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptũ est: Panem de cælo dedit eis manducare. Horum ergo incredulitatis occasione, & pro nostra in se credentibus vtilitate tot Dñs mira proposuit mysteria; quem admodũ in illo sermone continẽtur. Vbi pluribꝰ egit & cõclusit quãto maius beneficiũ fuerit misisse Deũ filiũ suum in mundũ cibũ vitæ æternæ. Hæc est enim Dei cõsuetudo è malis bonũ deducere, & bonũ pro malo reddere, vt patet hic, cùm homines adeò incredulos & sua miracula despicientes tot mirabilibus instruit, & illis tot arcana reuelat. Et quoniã psalmi septuagesimi septimi verba citauerant, dixit eis: Amen, amen dico vobis, non Moy ses dedit vobis panẽ de cælo verum, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Nam si Dauid panem de cælo manna vocauit, ibi cælum aerem appellat, vt patet alibi vbi dixit: Volucres cæli, id est, aeris: & similiter panem Angelorum dixit, non quòd illo Angeli vescantur, sed quia eorum ministerio fuit manna in aere factum. Et est valdè notandum, quia ad huius tam necessariæ veritatis confirmationem iusiurandum addit Dominus, dicens: Amen, amen. Cùm Deus sit infinitæ autoritatis, vt omnibus, quæ dicit, fides adhibeatur, meretur per suum, duntaxat, simplex verbum, nihilominus in rebus arduis, & plurimũ conducibilibꝰ, nõ satis sibi videtur simplici verbo affirmare quod dicit:

sed

sed etiam iusiurandum addere solet, in hoc humanæ fragilitati 4
condescendens: quia sunt aliqui hominũ adeò increduli, vt ipsi
etiam Deo dicenti nõ credant, nisi iuret. Huius rationem reddit
Diuus Paulus, quare, scilicet, iureiurãdo Deus fuerit vsus in pro-
Hebr. 6. missione Abrahæ facta, dicens: In quo volens Deus abundan-
tius ostendere pollicitationes hæredibus immobilitatem consi-
lij sui interposuit iusiurandum, vt per duas res immobiles, qui-
bus impossibile est Deum mentiri fortissimum solatium habea
mus. Pensate verbum illud, hæredibus, in quo denotatur, quia
respectu successorum Abrahæ hanc iurisiurandi firmitatem su-
peraddidit. Nam Abrahæ sufficiebat sine iuramento promissio.
Erat quippè res grauissima nasci Deum ex Abrahæ stirpe: ideo
Gene. 22. quę iurauit, dicens: Per me metipsum iuraui, dicit Dominus,
quia non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicentur in semine 5
tuo omnes gentes terræ. Similiter negotium erat grauissimum,
vt veniente filio Dei in mundum, seipsum offerret in sacrificiũ,
æternusque sacerdos pro nobis esset. Et ideò iureiurando Daui-
Psal. 109. di promisit, vt in Psalmo dicitur: Iurauit Dominus, & non pœ-
nitebit eum, tu es sacerdos in æternum. Nec satis illi fuit iureiu-
rando se nobis sacerdotem futurum promisisse, verùm etiam iu-
rauit se nobis daturum socium, vt sacerdotes in missa eundem Ie
sum Christum per verum sacrificium possemus offerre. Obse-
cro fratres mihi attentionẽ præbeatis: quia volo probare, quòd
quemadmodum Deus iurauit se nobis vnigenitum filium suum
missurum, æternũ sacerdotem factũ, similiter iurasse nobiscum
mansurum in hoc sanctissimo altaris sacramento. Pro quo scien-
dum vobis est Hebraicam linguam fœcũdiorem, & magis com- 6
pendiosam omnibus esse, quia nullum est verbum Hebręũ, quin
plura significata habeat. Et hinc proueniunt tot sacræ Scri-
pturæ translationes. Nam alij verba Hebraica in vno sensu, alij
in alio sumunt, & ferè semper omnes hi sensus in vnam & ean-
dem sententiam tendunt, quanuis diuersis considerationibus.
Vnde pro magno reputatur miraculo, quòd euenit quando Pto
lomæus Ægyptiorum Rex, à sacerdotibus Hierosolymitanis po
stulauit, vt ad se mitterent quosdam ex Hebræis linguæ Græcę
peritos (hac enim lingua Ægyptij vtebantur) qui etiam legis ve
ram notitiam haberent, & linguam Hebræam rectè nouissent,
quoniam legem traduci ex Hebræo in Græcum vellet. Ad quẽ
septuaginta

7 septuaginta duos Hebręorum sapientiores, quos inuenire potue
runt miserunt. Quos Ptolomæus Rex cùm excepisset, singulis
singulas assignauit mansiones, & vnusquisque perse absque eo
quod se communicare, aut videre possent maneret, & sic Biblio-
rum libros ex Hebræo in Græcum sermonem verterent. Res
quidem miraculosa: quod cùm omnia exemplaria singulorum
posteà inuicem conferrentur tam in verbis, quàm in sententijs
vniformia, & in nihilo discrepantia inuenta sunt. Quod argu-
mentum planum fuit Spiritum sanctum eos duxisse, vt sic vni-
formiter cõuenirent, & ex quolibet verbo Hebræo vnam & eã
dem significationem deducere nouissent, cùm (sicut dixi) tam
varia & diuersa sint cuiuslibet verbi significata. Hæc omnia di-
xi, quia psalmo. 131. vbi nostra translatio habet: Viduam eius be Psalm. 131.
8 nedicens benedicam, loco verbi huius; vidua: est in Hebræo ce-
da, quod verbum quanuis viduam significet, vt communis trans-
latio habet, & Diuus Augustinus, atque alij doctores exponũt,
nihilominus, ceda, etiam escam, siue cibum significat. Et Fœlix
in sua translatione dicit, victum, vel cibum viaticum significare,
qui propriè significat cibum quo viatores vtuntur. Vnde quan-
dò Ioseph fratres suos dimisit inquit sacer textus: quod dimisit Gene. 42.
illos datis cibarijs in via: & interpres noster transtulit cibarijs in
via ex solo illo verbo, ceda, quod est in Hebræo. Et vbi ait Iob: Iob. 38.
Quis parabit coruo escam suam in Hebræo habetur: Quis para-
bit coruo, ceda. Itaque secundum Hebraicam literam possumus
hic dicere: Escam viaticam eius benedicens benedicam, paupe-
res eius saturabo panibus. Et Rabbi Auenza, qui multò ante
9 Christi Redemptoris nostri aduentum vixit, absque eo quod
mysterium intelligeret sed nudum tantum literæ Hebrææ con
textum secutus dixit: ceda, in hoc loco significare cibaria ad viã.
Et paulo ante versiculum hunc dicitur. Iurauit Dominus Dauid
veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam
super sedem tuam, hoc est, de fructu lumborum tuorum. Nec po
test de Salomone hoc intelligi, quia paulo antè deprecatus fue-
rat Dauid dicens. Propter Dauid seruum tuum non auertas fa-
ciem Christi tui. Quod si postulasset, Salomonem filium suum
in regno locari, dixisset: Non auertas faciem regni à Christo tuo.
At verò quia dixit: Non auertas faciem Christi tui, scilicet, à no-
bis planum videtur de Messia loqui? Statimque sub hoc iuramẽ
to pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

to promisit: cibum viaticum, Benedicens benedicã, ideſt, copio-10
ſa benedictione benedicã. Quaſi diceret, efficiã, vt vnus viatorũ
cibus duas habeat benedictiones, alterã, quæ ſit ſacramentũ, & al
teram, quę ſit ſacrificium. Ex ea parte qua ſacramentum eſt, erit
benedictio ad ſaturandum, & reficiendum pauperes panibus,
ideſt, fructibus, quos hîc diuinus cibus in eis operabitur. Ex ea
verò parte, qua ſacrificiũ eſt, patri æterno pro viuis, & defunctis
illud ſacerdotes offerẽt ad ſatisfactionẽ culpæ & pœnæ. Ad cu-
ius rei cõplemẽtũ, & vt miniſtri huius altiſsimi myſterij ſint, ſa
cerdotes eius induã ſalutari, ideſt: dabo euangelicis ſacerdotibus
virtutẽ ad conſecrandũ, & offerendũ hoc altiſsimum ſacramen-
tũ. Ad huius confirmationẽ facit illud pſalmi: Erit firmamentũ *Pſalm. 71.*
in terra in ſummis montiũ. Vbi B. Hieronymus iuxta Hebrai- *D. Hier.*
cam veritatem ſic transfert: Erit memoriale triticum in terra. Et 11 *Paul. Burg.*
Paulus Burgenſ. transfert. Erit placentula tritici in terra in capi
tibus ſacerdotum. Affirmatque ſic haberi in Chaldaica transla-
tione, quæ ante Chriſti Redemptoris noſtri aduẽtum fuit facta.
Eccè quã apertè loquitur de hac ſancta hoſtia ſuper capita ſacer-
dotũ modo eleuata, vt à populo adoretur. Et hæ duæ tranſlatio-
nes ſatis conformant in hoc altiſsimum myſterium. Nam hoc
diuinum ſacramentum eſt firmamentum in terra ad conſeruan-
dam gratiam in anima, quia eſt nutrimentum præſtans vires
animæ. Et ſicut frequenter communicare animam fortificat ſic
è diuerſo nimium protrahere moras in percipienda communio
ne eſt occaſio in mille miſerias, & fragilitates incidendi, & am-
pliùs multò ſi indignè communicetur.

Hanc fortitudinẽ hic Dñs ſignificauit quando dixit: *Qui mã* 12
ducat me viuet propter me. Sed quomodò ſumma veritas hic dicit:
viuet propter me? Nunquid antea hanc vitam gratiæ non habe-
bat, qui digne acceſsit? maximè. Quid ergò ſignificat, viuet pro-
pter me? Significat, quod perſeuerabit in eo vita gratiæ. Et quan
dò dixit: Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis non habebitis
vitam in vobis, intelligitur de vita permanente, ideſt, non diu
in gratia permanebitis, niſi frequenter communicabitis. Nam
quemadmodum corpus, niſi cibo corporali ſuſtentetur, deficit,
& eneruatur: ſic anima ſi ab ea hic cœleſtis tollatur cibus. Vnde
iure Dauid in pſalmo hunc panem firmamentum appellat, quẽ
pſalmum ferè omnes Rabbini ad literam de Meſsia exponunt.

Et

13 Et hîc, Montes ad literam ſacerdotes ſignificat, de quibus paulo
antè dixerat: Suſcipiant montes pacem populo. Et Rabbinorũ
tranſlatio non diſcrepat à Chaldaica: nam quidam eorũ tranſtu-
lerunt: Erit placenta frumenti in capite ſacerdotũ, alij verò tran
ſtule unt: Erit ſacrificium panis in terra in capite mõtium. No-
tate obſecro amore Dei quẽadmodũ totũ hoc mirificè congruit
huic ſacramento, ſcilicet, eſſe triticum memorabile, ideſt, in me-
moriam Chriſti, & eſſe ſacrificium panis, & animæ firmamen-
tum. Et ex eo, quod ſit ſacrificium, quod offertur pro viuorũ &
mortuorũ ſatisfactione, ſequitur, ſacerdotibus illis qui frequẽter
& digne communicant, parum aut nihil ſupereſſe, quod in pur-
gatorio ſoluant, aut ſatisfaciant. Nam diuinum hoc ſacrificium,
vt pro defunctorum debito & pœnis ſatisfacit, ita pro peccatis il
14 lius, qui offert. Et quidem hoc magnam ſacerdotibus conſolatio
nem affert. Itaque duas benedictiones, quas Dominus huic ſa-
cratiſsimo cibo ſe daturum iurauit, ſunt duo munera, quæ ſacra-
mentum hoc habet in Eccleſia. Alterum eſt, eſſe ſacramentum,
quatenus illud accipimus, & gratiam confert, vitamque ſpirita-
lem tribuit amore & charitate accenſam, qui eſt præcipuus eius
effectus ſecundum Diuũ Thomam. Et eſt ſacrificium in quantũ *D. Tho. 3. p.*
illud Deo offerimus. Optimo quidem iure antiqui patres rẽ ma- *q. 79.*
ximè Deo gratam, quã illi offerrent deſiderabant. Dixerat enim
per Dauidẽ Deus: Nõ accipiam de domo tua vitulos, neq; de gre
gibus tuis hircos, quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarum. Si
eſuriero non dicam tibi, meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo
eius. Ergò Dauid, ſi vis ſacrificium tuum gratum, & Deo acceptũ *Pſalm. 49.*
15 eſſe, aliquam rem quære, quæ nõ ſit Dei; ſiquidẽ ipſe dicit, omne
quod eſt in mũdo ſuũ eſſe, nec quicquã illorũ ſibi fore gratum,
nec acceptum. Quid igitur inueniri poteſt, quod Dei non ſit? Di
cã vobis. Ipſe met Deus nõ eſt ſuus. Omnes enim creaturæ Dei
ſunt: ipſe autẽ Deus, (ſi ſic dici fas eſt,) iã ſuus non eſt. O benedi
ctus ſit talis Deus: O glorificatus ſit talis dominus: qui pro nobis
ſe à ſe ipſo alienauit. Quomodò ſuus dicetur quandò per beatũ
Ioannem dixerit: Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vni *Ioan. 3.*
genitum daret? Et Diuus Paulus inquit: Dedit ſemetipſum *Gala. 2.*
pro me. Et alibi: pro nobis omnibus tradidit illum. Et ità ſacri- *Roma. 8.*
ficium hoc æterno patri offerentes rem noſtram illi offerimus
quam ille nobis dedit, vt ei offerremus, rem, inquam, tanta

maiestate dignam. Quis ergo fratres dilectissimi amore non lan 16
guet, & liquefit præ dulcedine contemplationis huius? O ingra
tos filios Adam, quàm merita vos manent supplicia si huius tan
ti beneficij immemores fueritis.

Et hoc quod multis retrò sæculis iureiurando Deus promise-
rat, nunc tanquam præsens, & etiam iureiurando nobis promit-
tit dicens: *Amen, amen dico vobis non Moyses dedit vobis panem de cæ-
lo sed pater meus dat vobis panem de cælo verum.* At quanuis man-
na illud, quod Moyses dedit Hebræis panis de cœlo non erat,
huius tamen cœlestis, & diuini panis figura fuit. Nam de illo di-
Num. 11. citur: Cùm descenderet nocte super castra descendebat pariter
& man. Similiter, cùm hoc nostro diuino manna ros cœlestis,
Iob. 29. qui est gratia descendit. Sic eam Beatus Iob appellauit dicens:
Simile. Ros morabitur in messe mea. Cùm tempore magnæ ariditatis, 17
& siccitatis metitur triticum dum messores manipulos apprehẽ
dunt, ante quam falce messoria segetes amputentur franguntur
præ nimia ariditate spicarum calami, degranantur spicæ, & tri-
ticum perditur & ad nihilum valet, quàm, vt à bestijs pascatur.
At verò si in messe humiditas roris sit segetes, & spicarum cala-
mi humiditatem illam imbibunt: vndè quando falx apponitur
manipuliq́ue apprehenduntur, nec degranantur spicæ, nec tri
ticum perditur; quin potiùs colligitur, totũ deinde purgatur &
in horreo collocatur. Nos omnes tanquam messes sumus, tem-
pus autem metendi est cùm ab hac vita per mortis falcem am-
putati discedimus. Quibusdam verò hæc messis in siccitate pro
uenit, videlicet, in peccato mortali existenti: vnde discedũt affli
cti, confracti, quam plurimis conscientiæ morsibus affecti: vnde 18
animæ ab ipsorum corporibus exeunt tanquam grana, quæ ab
spicis cadunt in æternum à bestijs infernalibus depascendæ. Li-
beret nos Deus à tam grandi calamitate & damno. Iustis verò
sua messis, (scilicet mors,) prouenit cum gratiæ rore: vnde con-
fracti afflictionibus, seu conscientiæ remorsibus impulsi non di-
scedunt: sed absque eo, quod patientia frangantur integri virtu-
te pleni, in cœli denique horreis collocãdi. Ideo inquit Iob: Ros
morabitur in messe mea, quia viuam spem habebat suam mor-
tem in gratia futuram. Igitur fratres Deum precemur, vt in mes-
se etiam nostra sit ros. Ideoq́ue hoc diuinum sacramentum fre-
quentemus oportet, quia cum ipso simul hic cœlestis ros descen-
dit.

19 dit. Illud etiam manna non fuit datum populo Israel quandò in
Ægypto captiuus erat, sed quando in deserto peregrinabatur, &
postquam farina quam tulerant de Ægypto consumpta fuit, &
postquam mare transierunt hostibus in aquis submersis: in qui
bus figurabatur hunc diuinum panem captiuorum cibum non
esse sed filiorum maximè delicatorum. Nec etiam cibus est bea-
torum, qui incœlesti iam patria regnant: nec eorum, qui tanquã
si essent incolæ in hoc mundo sua affectantes desideria turpiter
q́ue res huius seculi inquirentes residen, sed eorum duntaxat,
qui tanquam per desertum huius mundi peregrinantur: & ideò
viaticum appellatur, quasi viatorum cibus. Similiter cibus eo-
rũ est, quibus farina Ægypti consumpta est. Et hoc summo cum
studio curare debemus, vt dira hæc Ægypti farina in nobis consu
20 matur. O amarissima Ægypti farina, ecquisnam hodie tea sper-
sus non est. Omnes tanquam molendinarij farina conspersi in-
cedimus, quæ maxima omnium confusio est. Quid aliud fari-
na hæc est, nisi cupiditates, odia, inimicitiæ, desideria turpia,
peiora opera? Heu heu & quando erit, vt hac farina careamus.
Habemus siquidem intra nos molam aquariam, & triticum ad
molendum. Quæ mola tam rotabilis, & quæ in gyrum ità ve-
lociter vertatur inueniri potest, ac cor nostrum, quod aquæ tur-
gidæ variarum cogitationum ita in gyrum voluunt, vt ex quo
rationis vsus à natiuitate lucescit quousq́ue per mortem adue-
sperascit nunquam rotare desinat, nunquam in gyrum ver-
ti cesset, neq́ue triticum quod molat vsquam desit. Nam ex sen
sualitatis horreo perpetuò malæ inclinationes, peruersæq́ue pas
21 siones dimanant. O miseros, quando erit, vt à tam iniqua farina
conficienda quiescatis? O quanto iure illam comminationem,
quam Babyloniæ Dominus fecit vobis dici posset. Descende, *Isa.* 47.
sede in puluere virgo filia Babylon: sede in terrã, quia vltra non
vocaberis mollis, & tenera: tolle molam & mole farinam. O
quàm terribilis comminatio Babyloniæ hæc fuit, quæ spiri-
tualiter loquendo in illã in fœlici anima adimpletur: quæ in-
ter sericos, & aulicos tapetes inter delicatos, & subtiles linteos
cùm fuerit educata præ nimia teneritudine, delicijs, & animi
candore, vel iniquam cogitationem, desiderium turpe, siue in
ordinatum pati non poterat, cui quælibet venialis culpa gra-
uissimum, & intolerabile pondus videbatur, quæ ita de praua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta est, & ignominiosas carnis concupiscentias molere assueta, 22
vt fere à deprauata consuetudine molere constringatur de-
sideria luxuriæ quam plurima, cupiditatis superbiæ, & iræ. O
miseram, & infœlicem animam, quæ cum inæstimabilia spiri-
tus gaudia degustare cœpisset quæ deuotionis incomparabiles
thesauros possederat, & quæ filia Hierusalem antea erat, filia Ba
by lon vocatur, & molendinaria tam corruptæ farinæ est facta.
Existimo amarissimum hoc illi esse statim, vt pristinum &
Simile. fœliciſsimum illum statum, in quo aliquando se collocatam vi-
dit considerauerit. Quemadmodum si Regis filia delicatissima,
& pulcherrima, regis indumentis spoliaretur, & tanquam vilis
serua esset, cathenis ferreis ligata in mola asinaria molere coge
retur: quanta confusione hæc misera afficeretur? O vtinam hac
via saltim cognoscant homines, quid est à puritate & perfe-
ctione, in qua locauerat eos spiritus sanctus cecidisse. Ideòque 23
omnis anima, quæ modo cœlestis contemplationis dulcedine
fruitur, vereatur, nè fortè propter suam ingrauitudinem in hanc
incidat pœnam, & tormentum. Nec solum contemplatiui, ve
rum etiam omnes curemus hanc à nobis corruptã farinã excute
re, vt ab ipsa expediti hoc cœlesti cibo fruamur.

Et vt etiam intelligeremus, quis panis hic cœlestis esset, quẽ
pater æternus nobis dedit: subdit inferius quod in hoc sacro euã
gelio cõtinetur, scilicet, *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est*
potus. Magnam parit admirationem cõsiderare, quapropter Do-
Leu. 17. minus in Leuitico sub mortis supplicio iusserit, nequis filiorũ
Israel sanguinem comederet. Nec tantum ibi prohibuit, sed
etiam post diluuium cùm facultatem vescendi animalium car- 24
Gene. 9. nibus concederet, addidit: Excepto, quod carnem cum sangui
ne non comedetis. O Magne Deus! quid in sanguine posuisti,
vt tanta cum seueritate ne comedatur prohibeas? Huic Domi-
nus in Leuitico respondet rationem assignans, quarè non co-
Leu. 17. mederetur dicens: Quia ego dedi illum vobis, vt super altare in
eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piacu-
lo sit. Quia ergò sibi sanguinem consecrauerat nolebat ab homi-
nibus comedi, sed quod illum maximè reuererentur: non quod
sanguis ille aliquam in se virtutem contineret placandi Deum,
Heb. 9. sed quia sanguinis sacratissimi Iesu Christi vmbra erat. Vnde
Diuus Paulus inquit: Si enim sanguis hircorum, & taurorum
inqui-

25 inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quantò magis
sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtu-
lit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab
operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti? Hinc efficacis-
simum possumus argumentum colligere. Si cum tanta reue-
rentia sanguis animalium obseruabatur, quantô maiori cum
deuotione sanguis sacratissimus agni immaculati Iesu Christi
est colendus? Propter quod notetis velim verba, quæ dixit
sanctus Iob: Terra, ne operias sanguinem meum, nec inueniat *Iob. 16.*
in te locum tacendi clamor meus. Quæ verba Philippus pres- *Philip. pres-*
byter de Christo Redẽptore nostro dicta esse refert. Quibus mo *by. in Iob.*
nemur nè ita amor rerum terrenarum nos offuscet; & tenebras ra
tioni nostræ offundat, vt memoriam tanti beneficij sepeliat: sed
26 quod super omnia est, supremum locum in corde nostro teneat,
& taliter vsu huius sacramenti viuamus, vt manifestè fructus spi
ritualis exterius appareat. Et ideô statim hic addit: *In me manet,*
& ego in illo? In me manet tanquam arbor in bona terra plantata,
& tanto irrigata sanguine, vt æquum sit vberrimum fructum af-
ferat. *Et ego in illo.* Tanquam adamas pretij inæstimabilis in
aureo monili, quod ornat & preciosius facit. Nam qui me re-
cipit oportet illum totum amoris aurum esse. Etiam per hunc
loquendi modum, scilicet, *In me manet, & ego in illo,* Nos do-
cere voluit, quia qui illum est recepturus in charitate Dei ante á *Simile.*
debet esse. Quemadmodum si princeps, aut dominus dicat, Pe-
trus. v. g., domi manebit, reliqui verò dimittantur, signum est,
eum loqui de illo, qui ante domi erat: similiter hic: *Qui mandu-*
27 *cat meam carnem in me manet,* Perinde est acsi diceret: Qui in mea
est amicitia manducans meam carnem conseruabitur in ea:
nam qui manducat sicut oportet ex hoc sumit vires ad perse-
uerandum.

Insuper addit dicens: *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo pro-*
pter patrem & qui manducat me & ipse viuet propter me. O profun-
da, & mira sententia, cœlo, terraque pretiosior? Vbi Dominus in
æstimabilis valoris promissum facit: quasi dicat, Cum verum sit
Patrem æternum me misisse, vt suam voluntatem homini-
bus ostenderem: & ex eo quod huiusmodi opera facerem, quæ
feci dimanabat, vt homines illum glorificarent, & quoniam hoc
suus honor suaque gloria erat: vt mihi tam prosperè fœliciter,

& glorioſè eueniret: in redemptionis humanæ negotio quod 28
adorſus ſum effecit, ſic gloria honorque meus eſt, vt proſperè
illi contingat, qui me in hoc ſacramento ſanctiſsimo ſuſcipit.
Ideoque propter me & honorem meum maximis illum pater
meus beneficijs afficiet, & miſericordijs. O ſuperne cœli, terræ-
que imperator, vere hominum amator Chriſte Ieſu fili Dei, ec
quis erit qui tali confiſus verbo aſsiduè te non recipiat? Scitote
fratres hîc agi de honore Chriſti Redemptoris noſtri. Vt recipiẽ
Simile. tibus vobis hoc ineffabile ſacramentum benè vobis ſit. Fingi-
te medicum famoſiſsimum maximi nominis, & reputationis
& hic dicat ægroto, quem curat, Heus domine accipe potionem
hanc, & confide, quia ſtatim ſanus fies: planũ eſt honoris medi-
ci huius intereſſe, vt illud, quod promiſit ægroto verificetur. Sic
ad honorẽ Chriſti filij Dei pertinet, vt ille qui communicat ex 29
ſanctiſsimæ communionis receptione valdè prouectus euadat.
Hunc ergò fauorem tribuit ei, qui recipit illum, & hoc ſigni-
ficat: *Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui
manducat me, & ipſe viuet propter me.* In his etiam verbis manife-
ſtatur, quod quemadmodum qui lucernam ex aliquo lumine
Simile. accendit, & deinde cum illa alias plures, ſic illa ſacratiſsima Chri
ſti humanitas lucerna fuit ex igne diuinitatis accenſa, vt nos ac-
cenderet, & accenſos in ſua charitate, patientia, humilitate & in
reliquis omnibus virtutibus relinqueret, ita vt carne illa ſanctiſ
ſima deificata in noſtra carne poſita iam caro noſtra carnem non
ſapiat. Et hoc eſt: *Qui manducat me viuet propter me,* Ideſt, iam car-
nem non ſapiet, ſed Chriſtum. Sed proh dolor, quàm latus hic
patet campus ad lachrymas ſanguineas fundendum, ſi conſide- 30
remus quàm pauci ex his, qui hoc ineffabile recipiunt ſacramen
Simile. tum hos in ſe ſentiunt effectus. De Mauris, qui in Mecham ciui
tatem abeunt gratia videndi [*El Zancarron de Mahoma,*] Dicitur,
quòd poſtquam vident tam fœlices tamque beatos ſe eſſe exi-
ſtimant, vt multi illorum ſibi oculos eruant, quaſi eis videatur
magnum crimen & irreuerentiã eſſe, ſi illis oculis, quibus tan-
tam ac tam mirabilem rem (vt falsò credunt) viderunt rem aliã
conſpiciant. O quanto potiori iure nos oportet non oculos
noſtros eruere, ſed mortificare, cùm reliquis ſenſibus, ſiquidem
tam ſingulare bonum, quale hoc ſanctiſsimum ſacramentum
eſt, non ſolùm oculis perſpeximus noſtris, ſed etiam in pectori-
bus

31 bus recepimus. Sed ea eſt maxima noſtra rebellio, vt ne parum
quidem hoc efficere velimus. O cœlum, ô terra, ô inſenſibi-
les creaturæ, hanc magnam ingratitudinem filiorum Adam
ſentite nobiſcum. Vos fratres per viſcera Dei pijſsima, obſe-
cro, quod ſiquidem tantam adhibetis curam in exhibendo ex-
teriori cultu huic diuino ſacramento, nè illius, quod præcipuum
eſt obliuiſcamini. Et quandoquidem vias, per quas hic cœle-
ſtis Dominus eſt tranſiturus, componitis, pauimentum flori-
bus, roſis, & odoriferis herbis ſternentes, tapetibus ſericis, & au
licis ornamentis parietes cooperientes auro, gemmis, & monili
bus altaria ornantes, ita vt nulla cura nulla diligentia amplius
in hoc exteriori cultu deſideretur (& iure optimo) maiorem fra-
tres mei curam adhibete in ornandis; & componendis corpo-
32 reis ſenſibus, & potentijs ſpiritualibus, nè quis in vobis inueniа-
tur, quod tantam maieſtatem offendat. Hoc myſterioſum ſacra
mentum ſuos effectus in anima non operatur, niſi corporaliter
ore percipiatur. Alia bona opera, ſi efficaciter illa efficere opta-
mus, & operandi facultas non adſit, fructum, & meritum ex eis
colligimus, tanquam, ſi re vera exequeremur illa: cæterùm
quanuis maximo teneamur deſiderio hoc recipiendi ſacramen-
tum nunquam effectus eius recipiemus, quos efficit ex opere
operato, niſi illum recipiamus. Et ſiquidem os eſt oſtium, & cor
pus eſt via publica, perquam pertranſit, vt hos diuinos effectus
in anima operetur æquum eſt, vt os ab omni labe & turpilo-
quio mundetur ab omni mendacio, & murmuratione, nè dæmõ
intret hac via, per quam Deus intrat in nobis. Corpus ſimiliter
33 ab omni corporali immunditia purgetur, vt ſic diſpoſiti glo-
rificantes hanc diuinam celſitudinem exteriori cultu,
ſuæ gratiæ participes efficiamur, cum qua ac-
quiritur gloria, ad quam nos perducat
Ieſus Marię filius.
Amen.

In eodem Festo Sacrosancti Eucharistiæ sacramenti Concio Quarta.

Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur. &c. 1. Cor. 11.

QVOD Vnigenitus Dei filius diuinum hoc sacramẽtum nocte, & tali nocte instituerit, magno quidẽ mysterio nõ vacat. Nam sponsa inquit, Dilectus meus &c. qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Quorũ verborum sensus est: Sponsus meus pascit me, & vsq; in finem & metã præsentis vitæ pascet. Nec miremini, si expoluerim: pascit me, dicẽte sponsa: pascitur: nam phrasis est sacræ scripturæ, cùm de aliquo beneficio hominibus à Deo collato agit, quia illo delectatur, & illud conferre iuuat dicere Deum illud accipere: quemadmodum per Isaiam dixit: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum? Nunquid veniente Domino ad iustum defessus aut fatigatus venit? Quarè ergò dicit se requiescere super illum? Non vtique defatigatus venit Deus: veruntamen quia per suum aduentum requiescit iustus, & hoc tãtum placet Deo acsi ipse requiem illam acciperet, ideò super illũ requiescere dicitur. Et in Apocalypsi: Siquis aperuerit mihi ianuam introibo ad illum, & cœnabo cum ipso. Intrante Domino in animam non cœnat; cæterùm, quia ipse dat animæ cœnam suã, scilicet, gratiam, adeoque hoc illi placet, ac si ipse cœnaret, ideò se cœnaturum cum ipsa promittit. Hic similiter, quia delectat sponsum dilectam pascere, tãquam si se ipsum pasceret, ait: Qui pascitur. Et quibus pascit illam? Vnus ex præcipuis quibus animas pascit, est corpus suum sacratissimum, quod in hoc altissimo sacramẽto altaris offertur: & hic pascit animã inter lilia, scilicet, inter Angelorũ millia, qui adsunt hic Dñm Deum suũ adorantes. Et quoniã hic pastus duraturus est dum præsentis seculi vita manebit, inquit: Qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies,

Cant. 2. 1 2

Isai. 3

Apoc. 3.

4 dies, & inclinentur vmbræ. Si ergò (vt inquit sponsa) die nos pascit, magis cõgruum videtur hoc sanctissimum sacramentũ die, quã nocte institui debuisse: nẽpè, vt sic denotaret duraturũ esse, donec vita huius seculi durabit: in nocte verò venturę vitæ ipso non esse nobis fruendum. Respondeo nihilominus conueniẽter nocte à domino fuisse institutũ, vt denotaret, quòd quanuis ad omnia sacramenta necessaria est fides, quæ per noctem obscurã significatur: peculiariter tamen ad hoc sacramentum sanctissimũ requiritur, in quo maiores difficultates maioraque mysteria clauduntur. Vnde verba illa, quæ Diuus Paulus pronuntiauit ad Corinthios scribens: In captiuitatem redigentes intellectum 2. *Cor.* 10.
in obsequium Christi: vnum ex præcipuis fidei mysterijs, in, quibus debent obseruari est hoc. Cùm princeps vrbem aliquam vi, *Simile.*
5 & armis expugnat, primum quod facit est, captiuum ducere vrbis ducem, deinde milites & turbam populi gladio occidit. Similiter hac ciuitate, quæ est anima expugnata à Deo statim Deus captiuat eius ducem, qui est intellectus in obsequiũ fidei: alias verò potentias corporeas occidit: hoc est, relinquit eas tanquã mortuas & insensibiles, quia respectu diuinorũ mysteriorũ manet visus, gustus, odoratus & tactus, ac si essent mortui: intellectus verò in obsequium fidei captiuus manens syncere hoc vti tur beneficio difficultates, quæ circa ipsum offeruntur non inquirens. Cùm Daniel esset in lacu leonũ, ad quem misit Domi- *Daniel.* 14.
nus Angelum suum, qui capillo capitis à Iudæa in Babylonem portaret Habacuc, vt prandium Danieli ministraret, si viso hoc miraculo, scilicet, vt capillo portaretur obstupefactus Daniel
6 nec de prãdio curãs curiosè inuestigare hãc difficultatẽ voluisset & ab Angelo discere, quomodo fieri posset, vt capillo pẽderet, posset q; homo sustineri, & quomodo capillus non frangeretur à magna fuisset amẽtia. Verũtamẽ Daniel sanctus cũ esset nõ curauit hanc rẽ inquirere, sed tacẽs sedit, & cũ gratiarũ actione assũpsit cibum, & comedit. Similiter tu serue Dei fac, nè disputes, nõ inquiras, quomodò hoc fieri possit, sed tace accede & mãduca, & Deũ glorifica, sicut S. Daniel fecit. Et hoc tecũ cõsidera Deum nõ esse Deum nisi plus efficere posset, quã tu intelligere. Dixit Dñs Moysi, cùm inuoluerint Aaron, & filij eius sanctuarium, & *Num.* 4.
omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath, vt portent inuoluta, & non tangãt vasa sanctuarij ne moriantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

riantur. O diuinorum mysteriorum profunditatẽ. Notabile qui 7
dem est Dominum præcepisse vt priùs inuoluerentur vasa san
ctuarij pellibus ab ipsis sacerdotibus, & sic inuoluta humeris su-
perimponerent eorum, qui erant ea asportaturi. Itaque non vi-
debantur quia pellibus cooperta erant nec proinde tangi pote-
rant, ne morerentur. In quibus figuratur summum sacerdotem
filium Dei Iesum Christũ dedisse nobis vasa sancta, scilicet, diui
na sacramenta, eaq; fidei operimento velasse, & sic nobis super
imposuit, nos admonens, nè curiosè tangere, seu inuestigare illa
velimus: nã qui corporeis sensibus tãgere præsumpserint statim
Prou. 25. per infidelitatẽ corruẽt. Vnde in Prouerbijs dicitur: Qui scruta-
Exod. 12. tor est maiestatis opprimetur à gloria. In lege præcipiebat Deꝰ,
vt quod residuũ esset ex agno, eo quòd mãducari nõ posset igne
cõbureretur. In quo mirificè mysticèq; docetur, vt quod ex hoc 8
cœlesti agno reliquũ fuerit, quod edere nõ possimus, igne cõbu-
ramus: idest, vt id, quod ex hoc altissimo mysterio intelligere,
& penetrare nõ possumus suæ relinquamus omnipotẽtiç. Si adi
pisci nõ potes, quomodo panis substãtia in verũ sacratissimũq;
Christi corpus cõuertatur, omitte id omnipotentiæ diuinæ. Ita
D. Damas. Diuus Damascenus inquit: Si verbum Dei fecit omnia, si dixit,
lib. 4. c. 14. fiat lux & facta est lux, fiat firmamentum, & factum est, non po
test panem in corpus suum conuertere, & vinum in sanguinem?
Plus enim est creare aliquid ex nihilo, quàm vnum in aliud con
uertere. Præterea, si creaturæ possunt vnum in aliud cõuertere,
vt patet de calore stomachi, qui panem in carnem conuertit, &
vinum in sanguinem, similiter sol suis radijs viscera terræ pene-
trans ipsam terram in aurum, & lapides pretiosos conuertit, ig- 9
nis etiã lignũ in cineres vertit, ergò à fortiori Deus meliùs hæc
Aristot. 1. efficere potest: quia inquit philosophus. Propter quod vnum
post. tex. 5. quodque tale, & illud magis, idest, quod est causa aliorum, vt
sint talia, illud est magis tale. Si tamen capere non potes, quomo
dò corpus Christi tã grande cùm sit à tã minima quantitate com
prehendatur, & vnum corpus cum sit, in tot & tam diuersis sit lo
cis, & quomodo fracta hostia corpus sacratissimũ Christi nõ frã
gatur, igne cõbure id, diuinæ relinque omnipotentiæ. Quin etiã
Simile. in creaturis aliqualẽ huius veritatis similitudinẽ videbis. Nã in
quouis minimo speculo magni montis figura repræsentatur: &
quanuis mille specula essent vna in omnibus & eadem figura
appa-

reret, quòd si in mille partes speculum frangatur non fran-
gitur imago, sed in singulis fractis integra apparet. Quanuis ve-
rum sit, has & omnes similitudines viliores esse, quàm rei digni
tas postulat, & huic altissimo mysterio impares valde. Et ideò
conuenientius erit, has omnes difficultates, vt diximus, Dei om
nipotentiæ relinquere: hoc est enim, quod illa verba Exodi nos
docent: Quod residuum fuerit igne comburetis. [*No son mas las co* *Exod. 17.*
sas de lo que Dios quiere que sean]. Dixit Deus Moysi: Quid est quod *Exod. 4.*
tenes in manu tua? Respondit: virga. Dixitque Dominus: Proij
ce eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, ita, vt fuge-
ret Moyses. Iussit iterum illi Dominus, vt sumeret illam: exten
dit & tenuit versaque est in virgam. Si tunc quæreret ab illo Do
minus: Quid est, quod tenes in manu tua? experientia responde
11 re didicerat, & posset respondere: [*Señor lo que Vos quereys, que sea*
esso es.] Cùm volueris virgam esse, virga erit, & cum volueris co-
lubrum esse, coluber est. [*No son mas las cosas de lo que Dios quiere que*
sean]. Et siquidem ipse dicit in ipsa hostia verè & realiter suum
sanctissimum corpus esse, sic infallibiliter firmiterque tenere de
bemus. Etiam in eo, quod præcepit agni reliquias igne combu-
ri significatur; quod hæc diuina mysteria debent nobis præbere
maiorem charitatis materiam, nobiscum considerantibus, adeò
magnum esse amorem, quo nos Deus diligit, quod mouit illum
huiusmodi pro salute nostra operari, quæ omnẽ facile humanũ
intellectum superant. Nec ferè minorem admirationem parit
homines posse induci ista credere, quàm Deum eadem feciss e.
Et ità contingit, vt quod infidelibus maioris perfidiæ est occa-
12 sio, nõ credentibus fieri quod ipsi nequeunt adipisci, nobis sit oc
casio, & materia maioris amoris in Deum, cum magnitudinem
suæ liberalitatis cõtemplemur, qua pro nobis tot mirabilia ope-
ratus est, & quæ ità nostram rationem superant. Vnde in hoc
mysterio & charitatis & fidei materiam inuenimus. Et quoniã
fides per noctem obscuram significatur, respectu diei illius clarę
visionis, quæ est in gloria, ideo hoc sanctissimum sacramentum
nocte instituit, quodque inter cætera sacramenta sacramentum
fidei appellatur, in ipso nanque fit Deo satisfactio pro quadam
sibi iniuria illata.

Offensus enim, & grauiter erat Deus, quia homo dæmoni
mendaci plus fidem præstiterat, quàm summæ veritati: credidit
enim

enim immortalitatem, simul & diuinitatem posse obtinere, si 13
ex fructu vetito comederet, Cum dæmon dixisset: Eritis sicut
Gene. 3. dij, scientes bonum & malum. Dictis verò Dei obtemperare no
luit, qui anteà dixerat: De ligno scientię boni, & mali ne comedas.
Gene. 2. In quocunq; enim die comederis ex eo morte morieris. Ait er-
gò modo Deus: Volo, vt mihi satisfactio fiat, & pro inobediẽtia
obedientia, fides pro perfidia compensetur, & ꝙ fides quam ho-
mo dæmoni adhibuit, mihi, qui decipere nequeo, tribuatur. In
eius præmiũ dabo ei quandam beatã immortalitatem, quã dia
bolus dolose promisit. Et hoc est, quod summa Veritas promi-
Ioan. 6. sit, vt apud D. Ioannẽ habetur: Qui manducat hunc panẽ viuet
in æternũ. Qua enim via malũ aduenit, eadẽ constituit Deus bo
nũ intrare. Per aquas diluuij mundus perijt: per aquam baptismi
voluit renasci mundum. Propter somnia fuit Ioseph vẽditus & 14
tribulatus: per eadẽ somnia fuit honoratus, & sublimis effectus.
Per cibum mors introiuit, sicut dixit Deus homini: In quocunq;
die comederis ex eo morte morieris: per cibum similiter vita in-
trauit, cùm dicat ipse Deus: Qui manducat hunc panem viuet
in æternum. Per os mors intrauit: per os intrat & vita. Comeden
do perijmus, & comedendo vult, vt saluemur. Ecce ob quam ra-
tionem fidei sacramentum hoc vocetur.

Hinc intelligere vos velim vnum circa hoc sacramentum my
sterium, quia cùm ab Apostolorum temporibus vsque hodie
contra nostræ fidei mysteria semper hæretici, semper hæreses in
surrexerint, quantum ad hoc sacramentum attinet mille anni, &
plures post Domini passionem prẽterierunt absque eo quod hę 15
resis vlla contra illud insurgeret, cùm re vera hoc altissimum sa
cramentum miraculosius omnibus sit, & à quo peruersi homi-
nes propter suam malitiam possunt maiorem errandi ansam su-
mere, quàm ex alijs, ex eo quod plures difficultates, maiora my
steria in eo sunt recondita, quam in alijs, & quæ humanam ratio
nem obstupescere faciunt. Et nihilominus tot secula transierũt
absque eo, quod vllus contra hoc error suscitaretur. Cuius ratio
nem fuisse credo: quia, etsi temporibus illis fragiles erant homi
nes: veruntamen non erant tam indeuoti, nec rem sacram tã pa-
rum reuerebantur, sicut his miseris temporibus. Et propter hanc
irreuerentiam & indeuotionem existimo quod Deus homines
cadere permittit in hos errores contra hoc altissimum sacramen-
tum.

16 tum. De sancto Seuerino Archiepiscopo Coloniæ refert Diony
sius Carthusianus, quod cũ aliàs sanctus esset, in Purgatorio de-
tentus, grauiterq; punitus fuit, non amplius, quã propterea quod
inter celebrandum permisit, vt seruus, aut sacrorum minister
accederet tantum alloqui illum. Et certum est, sanctum vi-
rum in Ecclesia vana, aut superflua non fuisse locutum. O rem
auditu, dictuque horribilem. Quare fratres hæc audiendo non
confundimur, si bene consideramus ea, quæ corã hoc diuino sa-
cramento, & loquimur & operamur? Cauete fratres ne forte pro
pter hæc peccata permittat vos Deus circa hoc tantũ bonum in
aliquem misere errorem incidere.

Inquit ergo sanctus Apostolus. *In qua nocte tradebatur.* Nocte,
17 scilicet, & tali nocte instituisse. O ineffabilem Dei bonitatem. O
stupendam inauditamque amoris vicẽ. Quia inter maiores ani-
mi angustias hic diuinus Iesus tanquam sui oblitus tam singula
ri nos beneficio donare recordatur. Habens mater puerulum de *Simile.*
licatum contingit hãc pauperculam incipere mori, & à lecto, in
quo iacet, interrogare non cessat nutricem, Heus nutrix lactasti
puerum? Puer lactatus est? Iam misera in extremis laborat, iam
cereum in manu tenet, & cura filioli angit illam, nunquid lacta-
tus, nunquid cibatus sit? O diuine Redemptor quomodo mani-
festas quàm tenere nos tanquam proprios filios diligas: quando
quidem non satis fuit tibi per totius vitæ tuæ curriculum nostrę
saluti studere, sed iam morti propinquus tam ex proposito discũ
bis ad pręparandum nobis cibum, quo vescamur. In Tobia legi- *Tobi. 2.*
18 tur: Cùm factum esset prandiũ bonũ in domo Tobiæ nunciauit
ei filius eius vnũ ex filijs Israel iugulatũ iacere in platea: statimq;
exiliẽs de accubitu suo relinquẽs prandiũ ieiunus peruenit ad cor
pus. Ille sanctus vir propter mortẽ proximi relinquit cõuiuiũ: tu
verò dñe sciẽs mortẽ iã imminere tuã tã lautũ conuiuiũ paras? O
animum ingenuum, & minsicũ, quem mortis memoria non frã
git, nec eius propinquitas obliuionem generat, quin maximis
suos beneficijs donet. Abrahã Patriarcha fecisse legitur magnũ *Gene. 21.*
conuiuiũ in die ablactationis Isaac Videte, quo tẽpore, qua op-
portunitate: nempe cùm mater à lacte remouet puerum, cùm
fortè puer plorabat, videns se à dulcedine lactis priuari, tunc san
ctus Patriarcha conuiuiũ parat, tunc vicinos, & cognatos ad gau-
dia vocat. Et hoc fecit fortè, quia rumor fortasse erat Sarã nũquã

pepe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

peperisse, sed quod filiũ quendã adoptasset, & vt sterilitatis suę
19 opprobrium tolleretur ac si diceret Abrahã: Ita seres habet ego efficiam, vt sit omnibus veritas rei manifesta. Ablactetur infans. Plures matres cum filijs suis à mammis pendentibus venient. Factũ est ità, & cùm venissent, iussit Abraham infantes illos ad vbera Saræ apponi, vt sugerent lac, & hoc testimonio manifesta fuit veritas scilicet, Saram peperisse Isaac, quandoquidẽ ab vberibus eius lactati sunt infantes. O infinitam Dei sapientiam. O quam rectè figura hæc cõgruit cum hoc mysterio altissimo, quã doquidem in die, in quo verus Isaac Iesus Christus ablactatus est, & ab omni humano solatio separatus à suoque æterno patre derelictus, in die, quo idemmet risus, & Angelorum lætitia lachrymatur, ipso die in ipsa opportunitate tam lautum & solenne conuiuium fuit mundo celebratum, vt pueri non ætate, aut
20 sensu sed puritate & candore accedant ad gratiæ lac in hoc cœlesti sacramẽto sugendum. *In qua nocte tradebatur*: Tunc erga homines tam magna vtitur liberalitate, vt doceat nos, quod si ità morti vicinus angustia & amaritudine affectus huiusmodi nos beneficio donauit, quid modo ad patris dexteram sedens efficiet? *In qua nocte tradebatur*. Cùm minus homines illud promerebantur: quando homines modum quærebant, vt illum occiderent ille modum quærit, per quem nobis vita lucretur. Quantum cogitationes Dei ab hominum cogitationibus distant! Deus tam ea, quæ ad victum, quàm ad vestitum hominis spectant, creans homo verò in diuina offendenda celsitudine peruigilans. O diram ingratitudinem. Ne simus fratres tanquam illi execrandi Hebræi, qui quo tempore Moysi legem dabat Deus, quod maxi
21 mum beneficium erat, tunc ipsi vitulum fabricabantur, vt tanquam Deum illum adorarent.

In hac sacratissima nocte, *Accepit panem & gratias agens*. Egit gratias bonus Iesus suo æterno patri quatenus homo propter beneficiũ hoc, quo illos afficiebat; nam homines per se satis nõ valebant. Nihilominus obligationem, & debitum non abstulit; quin imo in his docuit nos, & exemplum præbuit, totis viribus pro tanto in nobis collato deneficio ingentes gratias referre. Sanctus Propheta Isaias multis retrò seculis, hoc sacrum cõuiuium
Isai. 25. à Deo mundo exhibendum in spiritu cernens, vt sermonem de illo haberet, glorificans & laudans Deum exorsus est in hũc modum

22 dum inquiens: Domine Deus meus es tu, & exaltabo te: confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles amen. Eusebius Cæsariensis ait, has gratias sanctum Prophetam referre, pro huius sanctissimi Sacramenti institutione. Nam inferius dicit: Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum vindemiæ defæcatæ. Et vt denotaret huius conuiuij magnificentiam gratiarum actionem præmittit his tam dulcibus verbis muniens se: Exaltabo te, confitebor nomini tuo propter mirabilia, quæ facis. Cogitationes antiquas, id est, quæ à principio præfinieras, nunc re ipsa præstitisti. Ecce quales cogitationes in sua æternitate Deus habuit, se, scilicet, homini in cibum dare. Quę verò mirabilia sint
23 hæc, exponit, dicens: Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium. Per montem hunc sancti Patres Ecclesiam sanctam intelligunt, quæ excelsa est, & conuersationem in cælis habet. Beatus Cyprianus sic interpretatur verba ista: Faciet Dominus in monte isto inueniri lætitiã, quæ lætitia gaudium est ineffabile quod solet communicari illis, qui dignè ad hanc cælestem mensam accedunt. Dicitur conuiuiũ pinguium, quia hominibus pinguibus fit. Sic Diuus Cyrillus inquit, per hunc dicendi modum Christianos intelligi, qui pingues appellantur propter nimiam doctrinam, qua exuberant. Et hic, vbi nos legimus, conuiuium vindemiæ, septuaginta interpretes transtulerunt, conuiuium vini: quod omnes patres intelligunt de vino, id est, de sacratissimo Christi Redemptoris
24 nostri sanguine. Vocat etiam, conuiuium pinguium medullatorum, id est, hominum vita plenorum. Nam ad digne illud recipiendum vita gratiæ opus est. Si ergo Sanctus Isaias à tam retrò seculis gratias pro hoc beneficio, quo frui non potuit, egit; quanto potiori iure nos illas agamus oportet, qui tãto bono fruimur? Vnde hic optimè quadrat quod Sanctus præcinit Dauid: In vo
Psal. 41. ce exultationis, & confessionis sonus epulantis. Nam alia vox, quàm laudis, & confessionis non debet audiri, nec in ore conuiuarum resonare à tanto Domino, & tanto conuiuio inuitatorũ.

Et cum gratias egisset, dixit: *Accipite, & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationẽ.* Cùm auceps accipitrem vult dimittere, paulò ante quam abire *Simile.* sinat

sinat ex optima parte aucupij dat illi frustum, vt illius recorde- 25
tur, facileque reuertatur in manum aucupis. Volebat filius Dei
à suis discipulis discedere, & illos mittere per mundum animas
venari in peccatis perditas: & antequam illos mittat, dat eis huc
cellam ex optimo, quod in cælo & in terra est. Accipite, & man
ducate. Hoc est corpus meum. In ipso etiam est anima mea & di
uinitas: nihil est reliquum, quod vobis dari possit. Hoc facite in
meam commemorationem. Hoc vobis do, vt mei reminiscamini, vt assiduè per viuam memoriam recordemini amoris mei, quo dilexi vos. Ægyptij, & Romani summis nominibus & encomijs celebrauerunt amorem, quem Cleopatra erga Marcum Antonium habuit. Cuius experimentum fuit, quia lapidem pre cioſum dedit ei, in aceto dilutum, in quo lactucam debebat intingere ad manducandum; quem lapidem ferunt autores fuisse 26
maioris precij, quàm magnam ciuitatem. Itaque lapis precioſus valdè erat, sed in acetum immissus, & dilutus. At Christus verus animarum amator suum sacratissimum corpus dedit cælo, terraque precioſius: cæterum non in aceto, sed in magna dulcedine & suauitate. O liberalissime Domine, te omnes cælestes Hierarchiæ benedicãt, quia sic terræ vermiculos magnificare voluisti.
Dan. 3. Verè magnũ fuit miraculũ, tres illos pueros Ananiam, Azariã, Misaelem, in camino ignis non comburi: & etiam magnum est miraculum, nos inter tot igneas flammas immissos, & inter tot beneficia ineffabilia positos non comburi. Veruntamen miraculum illud per Dei omnipotentiam, & virtutem fuit factum: hoc tamen per dæmonis artificium & malitiam nostram est fabricatum. Magna exaggeratione, & animi dolore dixit Sanctus Ioan 27
Ioan. 1. nes: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est; & mundus eum non cognouit. Non tanquam Deum homines glorificauerunt, aut venerati sunt, quia carne indutũ illum viderunt. Heu, heu, quàm dignum est hoc lachrymis, quia cùm sit inter nos hic Deus, nec illum cognoscimus, nec veneramur, quia sub accidentibus panis, & vini velatum cernimus. Eia fratres dilectissimi, attendite quid vester Deus dicat vobis: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum. Scindite præcordia vestra, & maximo cũ amore & feruenti charitate illum suscipite, tantoque bono fruimini. Quæsiuit Dominus à Pharisæis: Dicite mihi, baptismus
Matt. 21. Ioannis vnde erat, è cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter

28 inter se dicentes: Si dixerimus è cælo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi, & eius baptismum non recepistis? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam. Vnde respondere statuerunt: Nescimus. Hanc etiam vobis fratres quæstionem propono; dicite mihi: hic panis è cælo descendit, an à terra est? Est hominum figmentum, aut Dei opus? Omnes firmissima mihi fide respondebitis, è cælo esse, & non è terra. Igitur, si ita creditis de cælo descendisse, quare illo non fruimini, quare tãtum bonum fugitis? O vestrimet hostes, quis vos detinet? quis impedit ne rem tam vobis necessariam participetis? Cæcus ille Timæi *Mar. 10.*
filius, qui secus viam Hiericò eleemosynam petebat, statim, vt ei discipuli dixerunt: Animæquior esto, surge, vocat te, dicit tibi sacer textus: quòd proiecto vestimento suo exiliens venit ad
29 eum. Idem Dominus ab illa sanctissima hostia te amanter & leniter vocat, vt det tibi non visum corporeum, in quo musceis similis es, sed spiritualem cum alijs plerisque donis cælestibus, quare non exilis? vestimentum non proijcis, scilicet, ab ipsis negotijs, quibus inuolutus es te expediens? Quare cùm cæco nõ curris? O cælum, ô terra nobiscum sentite, & cæcitatem omnis ferè populi Christiani deplorate. Væ, quia non est nisi filius Timæi, qui exiliens ad Christum veram animarum vitam currat. Vix diuinum hoc sacramentum frequentari videbitis, quàm à paupercu lis, & plebeijs. Nam Reipublicæ magnates, & sæculi potentes in suis vanitatibus occupati, semel si in anno communicẽt satis eis videtur: illi, quos Deus plus honorauit, eum minus honorant. Si *Simile.*
Rex in medio plateæ conuiuium faceret, & ipse ad mensam se-
30 dens, deprecaretur omnes, vt gustare vellent cibum salutiferum, & viuificum, quem postquam manducassent adhuc eos se remuneraturũ esse polliceretur, scilicet, Comites, Duces, & Dominos magnorum principatuum illos faciẽs: quod si homines circũ circa deambularẽt, benevola dulciaq; Regis verba tantũ audientes, nec recũbere vellẽt, nec cibum tangere regiũ, quis non diceret hos homines Regem, mensam, & cũcta quæ promittit despicere? Hoc reuera inter Regẽ Regũ Iesum Christum, & nos contingit. Ecce enim ab illa sacrata mensa nobis dicit: *Accipite, & manducate, hoc est corpus meum.* Et hunc cibum, sicut oportet dignè manducantes, principes eritis, æternam gloriæ dominationem obtinebitis, & de his omnibus tam parum curamus: hæc

tam vili pendimus, acsi minimè illa crederemus. O gens rustica 31
& inculta, quid inuentis frugibus glande vesci cupimus? Porco-
rum cibum plus quam Angelorum desideramus? Omnes nan-
que res terreæ, propter quas tot angustias, tot patimur afflictio-
nes, porcorum nutrimentum sunt, pro quibus hoc tantum bonũ
Prou. 27. relinquimus. Inquit Scriptura: Meliora sunt vulnera diligentis,
quàm fraudulenta oscula odientis. Eo verò nostra cæcitas per-
uenit, vt vulnera odientis recipere malimus, quàm dulcia oscu-
la diligentis? Peccata, quæ committis, ô miser peccator, vulnera
sunt, quæ tui tibi hostes infligunt: in mensa autem Domini dul-
cia oscula, dulces amplexus tibi dantur. Etsi mundus dulcia tibi
oscula daret, Deus autem cruda verbera impingeret, Deum po
tius, quàm mundum adire debueras: præstat enim cum Deo fle-
re, quàm cum mundo gaudere. Veruntamen cæcitas nostra tan- 32
ta est, vt hoc cognoscere non valeamus. O sacrata mensa, quam
malè te nouerunt homines, & ideò à paucis in precio habita, &
1. *Reg.* 28 frequẽtata minus. Cùm Saul Pythonissam consuleret super bel
lum, quod aggredi intendebat, sciens postera die moriturũ esse
nihilominus dicẽte ipsa: Et nunc ponã corã te buccellam panis,
vt comedas, conualescas, & possis iter agere, sumpsit buccellam,
& comedit, crastina die moriturus. O rem tremendam, quòd
miser ille comedit, cras moriturus. Tu verò frater, vt in æternum
viuas non vis comedere. Magna quidem est tua amentia. Dein-
de inquit Dominus: Hoc facite in meam commemorationem.
Ecce quanti æstimat Deus, quòd homines memorentur illius,
quia pro tam ingenti beneficio, quale fuit dare se nobis in cibum
pro hoc tãto dono memoria, gratitudine & amore cõtentus est. 33

Hinc etiam constat, quantum memoria beneficiorum acce-
ptorum prodest, quàm que potens sit facere homines obedien-
tes, & obseruationi diuinæ legis promptos, quandoquidem hãc
à nobis petit recordationem, cùm hoc sacramento vsi fuerimus.
Vnde Diuus Paulus subdit, dicens: *Quotiescunque enim manducabi-
tis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec
veniat*, Scilicet, vt illius recordemur illam, sentiamus, & gratiam
Simile. pro illa referamus. Si duorum maximè familiarium alter furtũ
committeret, pro quo deberet mori; cum autem esset carcere in-
clusus, & ad furcã damnatus, alter præ nimio familiaris sui amo-
re se conferret in carcerem, & furis indumenta postulans indue-
ret illa,

34 ret illa, suis autem vestibus furem indueret, & solueret illum, li-
berumque abire permitteret, dicens: Abi frater mi; ego enim
moriar, vt tu viuas, tandemque suspenderetur, dicite mihi, quan
do alter amicum suum è ligno pendentem cerneret, & hoc pro
se suoque amore, quidnam sentiret? quas funderet lachrymas?
quomodo liquefieret cor eius? qui si sic non fecisset, saxo durior
esset. O vtinam hac saltim via cognoscamus quid oporteat nos
sentire, dum sanctissimum rei sacræ mysterium celebratur; in
quo vnigeniti filij Dei familiaris nostri acerbissima, quam pro
nobis passus est, mors repræsentatur. Qui cùm genus humanum
amicum suum pro furto ligni vetiti in carcerem omnium mise-
riarum detrusum cerneret, ad æterna supplicia, & ad inferni fur-
cam damnatum, voluit ipse in eundem carcerem detrudi, & fu-
35 ris indumenta vestire, quia habitu inuentus est vt homo. Et ita
ad crucis supplicium damnatus acceptauit ignominiosam mor-
tem, & æquo animo tolerauit, tantùm, vt homo liber euaderet,
& à mortis æternæ pœna eriperetur. Hoc siquidẽ re vera in my-
sterioſissimo sacrificio missæ nobis repræsentatur cur lachry-
mis non dissoluimur? cur amore non accendimur huius memo-
riam recolentes? O marmoribus duriores, qui huiusmodi consi-
deratione non emolliuntur. Quanuis existimo fratres hanc du-
ritiẽ ex magna obliuione horum promanare, & quia vix horum
recordamur. Quapropter vos obsecro per hanc Dei immensam
charitatem, vt ruminetis, & hæc vobiscum consideretis, & assi-
duè recolatis, vt sic præparantes corda tantis fruamini be-
neficijs, & diuinam gratiam consequamini, cum
36 qua acquiritur gloria: ad quam nos per-
ducat Iesus Mariæ filius,
Amen.

In eodem Festo Sacrosancti Eucharistiæ Sacramenti Concio Quinta.

Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, &c. Accipite & manducate, hoc est corpus meum. 1. Corinth. 11.

SANCTVS Propheta Hieremias amorem, quo erga suos affectus erat, satis ostendit. Nam cũ Hierusalem à Chaldæis vastata fuisset, & exercitus dux eum secũ in Babyloniam vellet ducere, & proinde maximis illum muneribus donare promitteret; potiùs cum suis sic destructis manere voluit, quamuis iniurias ab eis permultas acceperat, quàm abundantibus donis, & diuitijs in regio palatio frui. Vnum ex argumentis, quibus planè ostenditur nimius amor, quem Christus verus Dei filius erga homines habet, est, quia cùm passim ab eis offendatur, talem, vt cum illis maneret, modum quæsuit. Pro singulari auxi-
Leuit. 26. lio, & fauore Hebræis promisit Deus: Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abijciet vos anima mea: ambulabo inter vos, & ero Deus vester. Veruntamen omne illud huius ineffabilis veritatis vmbra erat, huiusque summi beneficij figura, quod in legis gratiæ tempore hominibus contulit. Ita nobis appropinquare volens, vt nõ solum inter nos in illa sanctissima hostia velit esse tanquam in tabernaculo, sed insuper facultatem concedit, vt illum comedamus, & in nostris geramus viscer ibus. Agens Sanctus Iob de suæ vitæ innocentia, & quam rectè erga seruos suos se gerebat, deq; amore, quem erga ipsum ha-
Iob. 31. bebant, ait: Dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt saturemur? O mirabilem exaggerationem dilectionis subditorum erga Dominum suum: cui non tantum seruire cupiebant, sed suis visceribus includere, & sibimet incorporare. O si ita fieret, aiebãt, vt tam coniunctum nobis esset, quòd intra viscera nostra eum haberemus. Non vtique præstare hoc poterãt, sed

4 sed suũ desideriũ manifestabãt, id est, si re ipsa id fieri posset, fecissent. Huc filij Dei amor peruenit, vt eis qui illũ diligunt præcipiat, vt illum comedãt, in sui amoris erga illos testimoniũ, & in spei suę pignus. Cum deprecaretur Dñm Dauid: Ne longè fa- *Psal. 22.*
cias auxilium tuum à me, alia translatio habet: Ne longè facias auxiliũ meum à me. Hac mirabili exaggeratione voluit Sanctꝰ Propheta ostendere suam firmissimã spem, quam in Deũ habebat, auxiliũ Dei suũ appellans tanquã sibi à Deo debitũ. Quasi diceret: Redde mihi Domine quod debes: auxiliũ tuum meum est, ne longè illum facias à me. O fœlicissima nostra tempora, in quibus, quod olim sanctissimo Dauid fuit promissum adimpletum cernimus: siquidem auxilium hoc ita nobis appropinquauit, vt illud in visceribus habeamꝰ inclusum. Et ideò dixit: Si am- *Psal. 22.*
5 bulauero in medio vmbræ mortis, nõ timebo mala, quoniam tu mecum es. Cuius securitatis rationem reddit, dicens: Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me, & calix meus inebrians, quàm præclarus est? Hæc quidem est mensa illa cælestis, quam Dominus posuit nobis cum hoc cælesti cibo, qui vires contra hostes tribuit, & hic similiter est calix maximè illustris sui pretiosissimi sanguinis, qui animas amore inebriat. O rem mirabilem. Quis vnquam mensam ad pugnandum vidit? Quis vnquam tale audiuit, vt mensa expugnentur hostes, & victoria ex eis reportetur? Hoc verè ex sacratissima hac mensa acquiritur, quia vires desumimꝰ in ea, vt hostes profligemꝰ, & vincamus. Et iã hoc diuino sacramẽto augetur nostra spes. Iter facis *Simile.*
fortè, nobilissimum equitem offendis, qui te magnificè inuitat,
6 & per diuersoria impensam soluit, quibus spẽ animo concipiens ais: Si sic per viã tam opiparè me inuitat, quid erit cum in domũ eius peruenero? O Iesu Christe fili Dei regum terræ Princeps, si in vitæ huius itinere, & in mũdi huius diuersorio sic nos pascis, sic impẽsam soluis, tã mirifico nos pascẽs cibo, cùm in tuã cęlestẽ domũ peruenerimus, quibus nos donis afficies? Hic nos optimo ferculo pascis; quia in vna buccella tuã nobis, & diuinitatẽ & humanitatẽ tribuis. Et hoc est, quod olim cũ Moyse loquens signi- *Exod. 25.*
ficare voluisti, dicẽs: Pones super mensam panes propositionis, & in Hebræo habetur: Panes facierũ. Nec singulari mysterio vacat, panes facierũ, & non faciei dixisse, siquidem hunc cælestem panem significabant, in quo duæ naturæ, scilicet, diuina, &

humana sunt. Si ergo nos in hac vita sic inuitas, iure optimo 7
maiora beneficia sperare in alia possumus. Vnde canit Ecclesia: O sacrum conuiuium, in quo futuræ gloriæ nobis pignus datur.

Fuit etiam hoc mirabile Dei artificium, vt nos in suum obsequium, & amorem inclinaret. Nam medium valdè sufficiēs est, vt aliquem in vestrum obsequium trahatis, cibare illum. Sic Sanctus Iacob Patriarcha, postquam illius scalæ mirabilem visionē
Gene. 28. aspexit, ait: Si dederit mihi Dominus panem ad vescendum, erit mihi Dominus in Deum, & toto tempore vitæ meæ seruiā illi. Nunquid satis non erat illam scalam vidisse, & omnium Dominum in eius summitate, eique dixisse: Ero custos tuus quocunque perrexeris, & alia multa promissa fecisse ei, vt illi pareret, eique obediret ex animo, absque eo quòd modo addidisset, 8
ei obsequuturum se, dummodo panem ad vescendum illi daret? Certè argumentum valdè efficax est hoc, quantū homines obligat, vt alijs seruiant, si victus eis tribuatur. Temporibus elapsis tanta fames in vniuersa Africa prævaluit, quòd multi ex Saracenis, & Mauris huc pertransierint, vt serui fierent, dummodo à nostris pascerentur. Quid igitur esset, si postquam Deus nos ita cibauit, ei seruire contemneremus? O homines, ne in tam magnam ingratitudinē incidatis. Ne patiamini in hoc à bestijs vinci, quandoquidem experimento compertum est, etiam maximè feroces domari, & hominibus subdi beneficijs allectas, vt de quamplurimis leonibus & feris legitur. Sed studete potius huius singularis doni recordatione, & teneritudinis amoris, qua vobis donatum est modum semper inquirere, quo magis ac magis 9
Tob. 12. Domino qui donauit, seruiatis. Cum Tobias iuuenis in domum patris sui Angeli ministerio & comitatu dives valdè, & opulentus rediret patri dixit: Pater quam mercedē dabimus ei, aut quid dignum poterit esse beneficijs eius? Me duxit, & reduxit sanū: pecuniam à Gabello ipse recepit: vxorē ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus eius fecit, meipsum à deuoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hęc poterimus dignum dare? O quantum cum hoc altissimo mysterio hoc quadrat. O quanto & potiore iure quàm Tobias dicere possumus: Quibus verbis, quibus encomijs hoc diuinum sacra-

10 sacramentum collaudabimus, & efferemus? Per ipsum siquidē bonis omnibus repleti sumus. Ipsum nos comitatur in via vitæ huius, hoc à laqueis dæmonis nos eripit, animas nostras ditat, & mentes nostras illuminat, meliùs quàm Raphael Tobiæ fecit. Quid ergo retribuemus ei? sed quid erit, si non tantum ingratos nos ostendimus erga hanc incomprehensibilem Dei misericordiam; verum etiam nec ipsa vti volumus? Quibus verbis poterit tantum malum ponderari? Vbi fuerit corpus (ait Dominus) ibi congregabuntur & aquilæ, quæ à longè per cadauerum odorem ducuntur, vt illis vescantur. O confusio magna filiorum Adam. Quòd brutis animantibus tam viuaces sensus insint, vt odor duntaxat cadaueris sufficiat à maximè distantibus locis aquilas trahere, vt illo proprio, & naturali cibo vescantur: *Matt.* 24.
11 corpus verò Christi sacratissimum verus hominis cibus in vtero virgineo conditus, in ara crucis assatus, nullum homini appetitum, nullum edendi gustum afferat? Considerate, ô fratres, illum verum animarum vestrarum sponsum ab illo sacro altari vobis dicere: *Accipite, & manducate. Hoc est corpus meum.* Attēdite, quanta cum velocitate aquilæ ad cadauer tendunt. Vestras affectiones à terra leuate, & tanquam aquilæ volate, non ad corpus mortuum, sed ad corpus viuum, deificatum, & gloriosum Reparatoris vestri, in quo omnem curiam cælestem maxima lætitia, maximoque gaudio afficietis. O quæ lætitia Angelis est videre agmina fidelium instar columbarū simpliciū ad altare accedere, & communicare oculis demissis, & lachrymosis. Illæ verò angelicæ linguæ diuinæ liberalitatis, & magnificentiæ laudatri-
12 ces, quo iubilo sanctæ congratulantur Ecclesiæ dicentes: O sancta Ecclesia, qui tibi conuiuæ sunt? quàm speciosi? quàm pulchri? Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Vobis autem fratres notum facio, vnum ex præcipuis, quæ ab homine in die iudicij debent exigi, esse nolle remedijs sibi exhibitis vti, quorum ex præcipuis vnum est hoc. Si Rex luculentissimum pauperum, & infirmorum hospitium fabricatus copiosissimis locupletasset muneribus, prouidens cuncta pauperibus, & infirmis curandis necessaria, si postquam maximis sumptibus, & impensis opus consummasset, & magna languidorum copia esset, nullus tamen ibi curari vellet, nonne magnum infortunium, aduersamque sortem hanc Rex existimaret, consi- *Simile.*

derans rem, & operam perdidisse, omnem curam omnem deni- 13
que laborem, studium, & impensam suã vana esse? Vtique. O
Deus bonitatis, & gloriæ infinitæ, si dolere mœrereque posses,
quam grauiter doleres, & incomparabili mœrore afficereris, vi-
dens homines tam languidos, tamque miseros esse, & medica-
mentis remedijsque, quos tanto amore & tui dispendio illis reli-
quisti, vti nolle?

Non solum liberalissimus Dominus contentus est suum sa-
cratissimum corpus discipulis dedisse, sed insuper dedit eis po-
testatem idem faciendi addens: Hoc facite in meam comme-
morationem. Quod autem hæc potestas in Ecclesia permanse-
rit vsque ad finem seculi plane hic subdit D. Paulus inquiens:
Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mor-
tem Domini annuntiabitis donec veniat, scilicet, ad iudicium. Ita- 14
que veritas infallibilis est, fidesque catholica vsque ad vnigeni-
ti filij Dei aduentum ad iudicium vniuersale in Ecclesia mili-
tanti hoc ineffabile sacramentum duraturum. Et quomodô
possibile esset eo vsque perdurare, nisi eo vsque etiam in Ec-
clesia consecrãdi autoritas inesset? Ergò infallibiliter illic dedit
eam, & hæc in sacerdotibus perdurabit vsque in finem. O mi-
rificam dignitatem à Deo hominibus communicatam. Diuus
Hebræ. 1. Paulus hoc vtitur argumento ad probandum Christum in quã
tum hominem maiorem Angelis esse, inquiens: Tanto melior
Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæredi-
tauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu:
ego hodie genui te? Simili argumentatione probare possumus
sacerdotes Angelos dignitate excellere. Cui namque Angelo- 15
rum dixit aliquandò Deus: Hoc facite in meam commemoratio
nem, vel; Quorum remiseritis peccata, remittentur eis? O boni
tatem diuinam. Quæ sic manifestata est, homines à terra ad tan-
tam dignitatem prouehendo, vt eis dicat, quod Angelis non di-
xerit, in eorumq; manibus suam potentiam, honorem, diuitias,
deniq; suam met personam collocet. Exaggerat valde sacra scri-
Ios. 10. ptura, quemadmodum sanctus ille dux Iosue Solẽ sistere fecit
obediente Domino voci hominis. Sed maior obedientia hæc di
cenda est, quãdoquidem ibi Dominus, vbi anteà etat remansit:
hic verò remanens vbi prius erat modum sacramentalem de no
uo accipit, vbi prius non habebat. Quis tam velociter & tanta

animi

16 animi promptitudine suo superiori obedit, ac Deus sacerdoti?
Hoc ita Dominus statuit, vt nostrã abdicaret, & remoueret su-
perbiã: vt confundatur superbus & inobediens, maxime si est sa
cerdos corã ipso apparere. Quoties ergò aliquid difficile, aut ni-
mis arduũ ex diuinis prçceptis nobis videbitur, recordemur obe
dientiç huius humilitatis, & amoris, quo Deus voci hominis obe
dit, in verbis consecrationis. Aucupis illicẽ *El reclamo* vt perdix *Simile.*
audit anhela citaq́; pergit prę nimio pulli perdicini amore, & se
sub retibus includit: vnde capitur comeditur q́;. Ita ad illicẽ sacer
dotisq; vocẽ Deus humanatus, quasi perdix anhelavenit, & sub
accidentiũ rete se includit, vt capiatur, & mãducetur ab homini
bus. Hic sacerdos Dei personã agẽs nomine Christi profert ver-
ba illa sanctissima. Vnde honor ille, quẽ Angelis ante suã ineffa
17 bilẽ incarnationẽ tribuebat, scilicet, vt nomine suo dicerẽr: Ego
Dñs, iã ad sacerdotes trãslatus est, qui dicũt: Hoc est corp⁹ meũ:
Ego te absoluo, in persona Chri Redẽptoris nostri. Quæ lingua
explicare posset honoris celsitudinẽ, ad quã nos De⁹ prouehit?
Cuius non liquabitur cor instar Simeonis, dũ sanctorũ sanctũ *Luc. 1.*
manibus cõtrectat proprijs? Quicũq; ergò Deũ honorare volue
rit recordetur honoris huius quẽ ab illo accepit. Quicũq; extra al
tare cõpositus, & grauis incedere optat, recordetur, quã magnifi
cè fuerit sublimatus ibi, quantãq; rẽ gesserit in sacro altari. Si quis
tentatus, & illectus à dęmone & à propria cõcupiscentia se vide
rit, quã suauiter apud sanctũ altare exceptus fuerit meminerit.
Sanctus iuuenis Ioseph, dominæ suæ dicebat: Eccè Dñs meus *Gen. 39.*
18 non est quicquam quod non tradiderit mihi, quomodò ergò
possum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? Simi
liter dicito tu pater sacerdos: Non est quicquam, quod non tra
diderit mihi Dominus in manibus meis, & pectus: quomodò
ergò in tam magnificum benefactorem peccare potero? Li-
berum arbitrium habebat Ioseph: sed ità debitorem se noue-
rat, & erga dominum suum ità obligatum, vt modum, quo illi
offensam inferret non inueniret. Tantò maiori obligatione ob-
stricto esse se nouerint sacerdotes æquũ est, quãto maiora Deus
in manibus suis posuit, quã Putiphar in manib⁹ Ioseph. O Patres
mei, fœlices nos, si honorẽ hunc, quẽ à Deo accepimus, & ęstima
re, & gratificare nouerimus. Sed væ nobis, si postquam à Deo
tãti habiti sumus, nec nos, nec illum æstimamus. O verbũ gladio

ancipiti

ancipiti penetrabilius; quod olim Deus antiquis sacerdotibus 19
Malach. 1 comminatus est per Malachiam, dicens: Filius honorat patrem, & seruus dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? dicit Dominus exercituum ad vos, ô sacerdotes, qui despicitis nomen meũ. Si ita conqueritur Dominus de illis, quibus non ita magna contulerat beneficia, quid erit erga nos, quos tã magnifice sublimauit? Ne simus, ô patres, similes illis, qui respondẽrũt: In quo despeximus te? Liberet nos Deus à tam graui malo, vt superaddamus peccatis nostris cæcitatem non agnoscentes ea.

Nec tantum sacerdotes D. Paulus monet, sed etiam omnes illos qui ad hoc sanctissimũ recipiendũ sacramentũ accedũt, inferiùs dicẽs: *Itaq; quicunq; manducauerit panẽ, & biberit calicẽ Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.* Vnde colligitur, quod 20
illud, quod aliâs vitã impertit bonis, malis est sua culpa maioris
1. Reg. 4. dãnationis occasio. Cùm filij Israel à Philistæis exagitarẽtur, & victos se cernerẽt, arcã fœderis adduxerunt, existimantes tali auxilio victoriã à Philistæis reportaturos. Quod prẽter opinionem euenit. Nã victoriã, non solùm non reportarunt: verùm maioris ruinæ occasio illis fuit illud, à quo salutẽ expectabãt: & hoc ob scelera sua. Similiter sacra cõmunio peccatoribus non solùm nõ prodest, quinimò obest nimis. Ideòq; D. Paulus proclamat, dicẽs: Probet autẽ seipsum homo, & sic de pane illo edat. Et vt hãc
Matt. 18. probationẽ faciat, tres testes necessarij sunt. Dominꝰ enim apud Matthæũ dixerat: In ore duorum vel trium stare omne verbum. Tres hi testes sunt, contritio, oris confessio, & satisfactio. Contri
tio, vt Theologi definiunt; est dolor de peccatis propter Deum 21
summe dilectũ, summũ odiũ peccatorũ conceptũ, & firmissimũ propositum super omnia mundi mala peccata vitare. Hanc contritionem debet habere quicunque ad communicandum accedit, & eam à Deo postulare, & insuper omnem diligentiam, om
ne studium necessarium adhibere, vt eam obtineat. Et hæc con-
simile. tritio est quidam actus, & dolor, qui super omnia peccata simul debet cadere tanquam mola aquaria, quæ super omnia simul tritici grana cadit, & super ipsa se vertit & gyrat, & ita perfectè molit simul, ac si singulum per se granum moleret. Vnde opus non est singula grana per se moli. Similiter non requiritur singulorum peccatorum particularis contritio, sed vna suffi-

cit,

22 cit, quæ ad omnia simul peccata se extendat: ita, vt cùm Sancto
Ezechia Rege dicatur: Recogitabo tibi omnes annos meos in *Isa. 38.*
amaritudine animæ meæ. Non dicit, in amaritudinibus, quia vna amaritudo sufficit, cum qua anima mundatur. A qua maris *simile.*
etsi amara, & salsa sit, nihilominus amaritudinem, & salsuginem à carnibus tollit. Amaritudinem sacra Scriptura peccatũ appellat. Vnde Diuus Petrus peccatori dixit: In felle amaritudinis, & *Act. 8.*
obligatione peccati video te esse, quæ amaritudo pœnitentiæ amaritudine tollitur. Secundus testis est oris confessio, quæ pura, integra, & qualificata debet esse. Effunde cor tuũ sicut aquã *Thren. 2.*
ante conspectum Domini, ait Propheta Hieremias. Quibus ver
bis Spiritus sanctus docet, quemadmodum verus pœnitens se gerere debet. Nam aqua inter omnes liquores nullum omnino
23 relinquit sui vestigium, si à vase fundatur, in quo est. Si sangui- *simile.*
nem, oleum, aut mel contineat vas, & effundantur semper in eo reliquiæ manent, si vinum habet seruat odorem; si mel, aut oleũ saporem conseruat; aqua verò neutrum horum relinquit. Hoc modò peccator studere debet omnia peccata fundere, & à corde suo expellere, vt ne vestigium quidem eorum remaneat. Testis tertius est satisfactio, quæ difficilior esse contingit illis, qui rem alienam furati sunt, aut retentam habent, siue honorem proximi detraxerunt. In Genesi legitur: Cùm Sichem & omnes Si- *Gene. 34.*
chimitæ circuncisi essent, duo tantùm filij Iacob ingressi ciuitatem, vt iniuriam sibi illatam vindicarent, omnes illos iugularũt. Et ait sacer textus eos hoc die tertio fecisse. Die tertio, quando grauissimus dolor vulnerum est. Itaque non prima die circunci-
24 sionis aggressi sunt; sed tertia, quia tunc maior vulnerum dolor erat. Sic se habet dæmon cum fidelibus in circuncisione spiritua
li, quæ est pœnitentia, quæ tribus constat diebus. Primus, scilicet, est contritio; secundus, oris confessio; tertius, satisfactio: & in hoc tertio die plus noster hostis nos aggreditur. Quamuis enim pro viribus conetur ne homines pœniteant, nec ore peccata confiteantur; tamen satisfactionem maximè impedire studet, & furiosius hãc aggreditur, & expugnat, quia maioris doloris est dies, vnde nullos homines inuenietis, quibus dolor maximus est, se Deum offendisse, qui & peccata sua confitentur: cæterùm ad satisfactionem deuenientes ibi succumbunt, ibi pereunt. Nam ei, qui rem alienam detinet, aut furatus est, siue illi, qui honori proximorum

Universidad de Deusto Biblioteca

25 ximorum detraxit, difficilè nimis est alienis bonis non frui, aut falsis testimonij palinodiam recantare. O vos miseros, nunquid in æternum in inferno cremari difficilius non est? Nonnè pusillũ laboris, aut confusionis hic perpeti plus præstat, quam in æternũ labores perpeti & cõfundi? Per immẽsam Dei charitatẽ vos obsecro fratres, hæc in statera intellectus vestri rectè pẽsetis: & his tribus testibus vestrã partẽ agere studeatis, & vos cõmẽdare, quãtũ in vobis est nõ deficiẽtes. Sic enim diuinũ auxiliũ vobis non deerit: & ita dispositi ad hãc sacratissimam altaris mensam accedere potestis.

Ait ergo sanctus Apostolus, *Et sic de pane illo edat & de calice bibat.* Cùm sanctus Iacob patriarcha sacrificare Deo vellet conuocata domo suã (inquit sacer textus) ait: Abijcite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimẽta vestra, surgite, & ascendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Domino, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. Et dicit amplius sacer textus, quod dederũt ei omnes Deos alienos, quos habebant, & inaures, quæ erãt in auribus eorũ, & ille infodit eas subter terebinthũ. Similiter & nos debemus facere antè huius diuini sacrificij celebrationẽ. Exuentes vitia induamur virtutes, idolaq; nostra, videlicet, passiones, & affectiones subter terebinthũ eas fodiamus, scilicet, subtus pedem crucis. Et sic dignè accedemus ad sacram cõmunionẽ. Vna verò ex præcipuis virtutibus, quibus nos ornare debemus ad accẽdẽ dũest humilitas profunda. Cũ Dauid Rex Israel creatus esset, quę fuit nunquid de domo Saul aliquis remansisset, vt cum eo bene ageret propter Ionatham. Cui nunciatum cum esset, filium Ionathæ Miphiboseth nomine remansisse, bonus rex illum vocari iussit, & inter alia beneficia, quibus illum donauit dixit illi: Tu comedes panem in mensa mea semper. Quod cùm audiret Miphiboseth pronus in terrã dixit: Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei? Si tanta ergò humilitate beneficium hoc ille homo accepit, quanuis Regis nepos, principisque filius erat, & seipsum despexit canem mortuum se appellans, quantò plus humiliemur æquum est, cùm ità sublimes & magnificatos videamus nos ad mensam magni ac incomprehensibilis Dei sedere iussos? Quam iustum est, ac dignum vnumquemque

Gene. 35. 26

2. Reg. 9. 27

28 quemque ex animo dicere: Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei? Vnusquisque vestrum fratres mei, oculos in propria vilitate figat, & quanta sit humiliandi ratio facile inuenietis, considerantes vos ad tam sublimem statum prouectos, cuiusmodi est conuiuas Dei esse. Sanctus Iob humilians se dicebat: Operui cinere carnem meam, & in Hebræo habetur. Operui cinere cornu meum. Et Diuus Hieronymus, & septuaginta interp. transtulerunt: Operui cinere robur meum. Et Chaldæus vertit: Operui cinere gloriam meam: Hæc omnia significata verbum Hebræum loci huius sortitur, & in omnibus denotatur. Quæcunque singularia, & præstantia sanctus Iob possidebat, ex quibus gloriari posset, cuncta fragilitatis & miseriæ humanæ consi-
29 deratione operiebat, nè fortè eorum amore captus superbiret. O admirabilem serui Dei prudentiam, qui talem humiliandi se modum quæsiuit. Cinere miseriæ, fragilitatis, mortalitatisque vestræ fratres, quamcunque excellentem virtutem in vobis inueneritis operite, & sic humiliabimini, & in æstimatione tanquam canes mortuos vos reputabitis hac cœlesti mẽsa indignos.

Iob. 16.

Concludit sanctus Apostolus inquiens: *Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, nõ dijudicãs corpus Domini.* Nõ dijudicare corpus Dominj est non discernere inter cibũ hũc sacratissimum, & mensam profanam epularum, sed absq; vlla præparatione ad illã accedere. Liberet nos Deus à tã magno malo. Hæc rigida verba horrete fratres: Iudicium sibi manducat &
30 bibit. Ne iudicium vobis depromatis, vnde alij salutem hausire solent. Lupi cum fame laborant terram comedunt: veruntamen, si posteà bonum cibum inueniunt, vt illo vescantur, prius terram euomunt. Si ob nimiam sensualitatis famem terram vorastis, si conscientias vestras, quæ sunt tanquam stomachi animarum tam iniquis, & nouis epulis cuiusmodi sunt peccata, onerastis priusquam ad recipiendum hunc cœlestem cibum accedatis, illa omnia vomite, nè fortè in iudicium, & condemnationem vestram vertatur. Quem postquam hac dispositione receperitis, tantum bonum in vobis conseruari studete. Peruigil carceris custos, qui magnum principem in sua custodia captum tenet, semper in-

Simile.

Simile.

gilat

Universidad de Deusto Biblioteca

gilat super illius custodiam, non quiescit die noctuq; , vt meliùs 31
custoditũ habeat, & ne fortè eripiatur, satagit. Similiter qui sum
mum cæli Imperatorem Iesum Christum Dei filium in vinculis, & custodia amoris captum tenet, postquam in hoc diuino sacramento illum recipit, super hoc debet inuigilare, & omnem curam adhibere, ne sibi elabatur. Age frater, & tam graui studenegocio; cum sponsa dicito: Tenui eum, nec dimittam. Multa amoris vincula in eum injice. Bona opera, orationes, lachrymę, suspiria, & cuncta sanctitatis exercitia vincula sunt, quibus hic cælestis, & diuinus sponsus ligatur, vt in bonis, quæ suo aduentu animæ contulit, perseueret; vt hac perseuerãtia in dies in virtutibus, & gratia crescas, quousq; ad gloriam perueniatur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen. 32

Cant. 3.

IN FESTO NATIuitatis S. Ioannis Baptistæ

Concio Prima.

Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Luc. 1.

IN Genesi legitur, Euam protoparentem 1
postquam filium suum Cain peperit, dixisse: Possedi hominem per Deum. In quibus verbis insinuauit, si quodlibet beneficium tanquam Dei donum cum gratiarum actione debet suscipi, multò maiores pro filio suscepto ipsi gratias agi debere. Vnde ita grata Deo extitit, tanquam si natura nihil ibi cooperata fuisset. Nos verò miseri ferè semper Deo non tribuimus, neque gratias agimus, nisi pro operibus miraculosis, quasi reliqua omnia opera sua non essent; quod ex defectu bonæ considerationis dimanat. Et quanuis filios dare donum Dei est, maius donum beneficiumq;

Gene. 3.

2 ciumque est illos studiosos, virtutis sectatores, proboſque tribuere. Vnde Abrahamo pro singulari beneficio dixit Deus: Faciã te in gẽtem magnam. Non dixit: Faciam te in gentem multam: nam filiorum multitudo non tam æstimanda est, quam eorum sanctitas. Maiori dono illum Deus afficit, cui filium studiosum probumque tribuit, quàm cui plures non tales dat. Pro quo notandum est, quod, magnus apud sacram scripturam vt in plurimum, non dicit magnitudinem molis, sed virtutis. Vt apud sanctum Lucam; Hic erit magnus, & alibi: Hic puer magnus corã Domino. Gentem magnam Abrahæ promittit Deus, quia magna gens cuius Dominus Deus eius. Vnde Sanctus Moyses dixit: Non quia cunctas gentes numero vincebatis vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cum omnibus fitis populis pauciores
3 sed quia dilexit vos Dominus, & custodiuit iuramentum, quod iurauit patribus vestris. Totum hoc in hodierno sacro Euangelio manifestatur. In quo dicitur, quod cum Beata Elisabeth filiũ sanctum peperisset, *Audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa.* Verè talem filium ei tribuens misericordiam suam Deus cum illa magnificauit, & etiã cum vniuerso mundo. Nam iustos mittẽdo misericordiam magnam mundo Deus ostendit. Vnde Diuus Paulus de sanctis loquens ait: Quibus dignus non erat mundus. Si ergo mundus illis indignus est, Deus autem absque eius meritis dat ei iustos, sequitur manifestè propter suam immensam misericordiam dare illos. Et, vt meliùs sciatis, quàm magna misericordia cum mundo Deus vtitur, dans illi iustos, perpendite quid nam illi Sodomitę, &
4 aliorum ciuitatum confines darent, vt decem tantum iusti illis essent, quando Deus Abrahamo dixit: si decem iustos in illis ciuitatibus inueniret non interfecturus eos propter ipsos. Cũcta (credo) quæ possidebant libenter impenderent dummodo tales auxiliatores sibi adessent. Et quid esset Ægypto (dicite mihi) in illis septem sterilitatis annis, nisi iustus Ioseph inter eos cohabitaret? Quid populo Israel esset quoties Deus illis minabatur ruinam, necemque nisi Sanctum Moysem patronum haberẽt? Hoc Regius Dauid, diuino spiritu exposuit dicens, quod statuerat Deus perdere eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius. Perpendite verbum illud, In confractione: in quo denotatur fidem, amorem, & obedientiam, quæ

Gen. 12. *Luc.* 1. *Deut.* 7. *Heb.* 10. *Gene.* 18. *Gene.* 41. *Psalm.* 106.

Universidad de Deusto Biblioteca

Deo debebant eos fregisse. Et alij locũ hunc transtulerunt sic: Si nõ stetisset in muri ruina, vt reprimeret impetũ eius. O mirã ver bi exaggerationẽ. Hæc similitudo quædã est eius, quod fortes quiq; duces, & equites patriæ libertatis amore accẽsi facere solẽt, cũ hostes tormentis bellicis muros suos rũpunt, & euertũt qui in illa murorũ scissura, cũ vitæ suæ discrimine viriliter se opponũt ne illac aggrediantur, & ingrediãtur hostes. Sic S. Moyses fecit cũ murus exercitus Hebræorum per illã abominationẽ, & idolo latriã ruptus esset, (nempe) fides amor, & obediẽtia, quæ Deo de bebãt. Et cũ remansissent absq; muro, qui illos ab ira Dei defen dere posset, S. Moyses tanquã murus se opposuit, vt in illa maxi ma necessitate eis faueret. Et quidnã esset populo huic rebelli cũ alibi furor Dei accensus descẽdit super illos, magnã stragẽ in eis faciens, nisi Sãctum Aaron haberẽt, qui accepto thuribulo inter viuos & mortuos incensa dedit, & sic iram, & indignationẽ Dei sedauit? Vnde per Isaiã dixit Deus: protegã ciuitatẽ istã, vt saluẽ eam propter me, & propter Dauid seruũ meũ. Et nunc mihi per suasum habeo, plures iustos in mundo esse, siquidẽ tot abomina tiones, & iniquitates, quę quotidie cõmittũtur, Deus sic patitur, nec sua diuina iustitia nos destruit. Et cũ mali bonorũ intercessio ne tot bona recipiant eos persequi non cessent? O dirã ingratitu dinẽ. Qui ex vobis steriles, & infœcundi estis, & hãc Deus mise ricordiã vobiscũ non fecit, dans, scilicet, vobis liberos, ne ægrefe ratis, obsecro, nã alia via hoc cõpensare potestis. Si filios nõ susce pisse vos affligit, eo quod rei familiaris hęredẽ nõ habetis, hoc va nitas est. Cęterũ, si illos habere optatis, vt bonis moribus eos in struẽtes, Deo famularentur, hæredesq; regni cœlorũ fierent, hoc desideriũ bonũ est. Huius tamẽ rei defectus hac via suppleri po test, nẽpe, si seruos vestros, proximosq; verbo & exẽplo doceatis, filios vestros spirituales illos efficietis, vt salui fiant, & ita mul to plures filios habebitis, quã possetis gignere. Et tũc illud Isaiæ vaticiniũ vobis dici poterit: Lauda sterilis, quæ nõ paris, quoniã multi filij desertæ magis, quã eius, quæ habebat virũ. O beatos il los honoris gloriaq; Dei seruidos, & proximorũ salutis cupidos: quoniã hi steriles dici nõ possunt, siquidẽ tantũ fructum in Re publica efficiunt, sicut Spiritus sanctus in Prouerbijs affirmat di cens: In bonis iustorum exaltabitur ciuitas. Vbi alij transtule runt: Exultabit ciuitas. Et phrasis Chaldaica, & contextus Græcus.

simile.

Num. 16.

Isai. 37.

Isai. 54.

Prou. 11.

cus sic habẽt: In bonis iustorum laudabiliter egit ciuitas. In quibus denotatur quantam lætitiam & commodum spirituale iusti bono suo exemplo in proximis efficiunt.

Et congratulabantur ei. In his verbis synceritas illorum temporum ostenditur, siquidem vicini, & cognati omnes de bono proximorum gaudebant, & lætabantur. Nunc verò primi, qui se affligunt, qui ægreferunt, & intus liuore consumuntur propter ve stram secundam fœlicemq; sortem vicini vestri sunt, quia nõ synceri, non probi sunt, sed omni dolo omniq; inuidia pleni. Ait Plutarchus in Themistocle, hunc Themistoclẽ inter Græ cos maximi nominis principem, prædium suum vendi iussisse, &, vt præco simul proclamaret prædium illud optimum vicinum habere; nam existimabat Themistocles (& iure optimo) propter hanc optimi vicini circunstantiam plures emptores esse debere, & hæreditatem illam maioris pretij habendam. Verè maximi pendenda res est probos habere conciues, qui bonis vestris secundis congaudeant, & aduersis condoleant. Quos tamen his miseris temporibus rarò inuenies. O vos cæcos, qui sic abre, & absque vlla occasione Deum offenditis, & animas vestras occiditis. Piscator hamum esca cooperit, vt piscem fallat: similiter dæmõ honoribus, voluptatibus, vindictis, diuitijsq; homines in escat, vt eos capiat. At verò inuidꝰ sine esca in malũ trahitur, absque eo, quod aliqua delectatione, honore, aut diuitijs inuitetur se ipsum offert, siquidẽ nihil horũ per inuidiam cõsequitur. Ex quo sequitur hominẽ inuidũ cũctis bestijs, seu maris piscibus magis brutũ esse: quandoquidẽ ad hamũ sine esca piscis nõ accedit, ipse verò absq; vlla esca à Sathanę hamo peccato, scilicet, patitur capi. Obsecro vos fratres meos in Dño Iesu Christo, vt hęc attẽdatis pro eius amore & reuerẽtia, nec patiamini sic stultè à Dęmone falli. Memoramini, quia vera, & perfecta charitas efficit, vt bona, & mala proximorũ, ac si nostra essent, æstimemus, sentiamusq;. Hoc docere voluit D. Paulus cũ ait: Gaudere cũ gaudẽtibus, & flere cũ flentibus. Hoc ipsum Christus Redẽptor noster perfectissimè adimpleuit: nã iniquitates & scelera nostra in se susceptit, tanquã si illa admisisset, tãtũ vt pro illis solueret, & tãquã si propria esset, sentiret. Vnde D. Paulꝰ verba illa Dauid de Christo Redẽptore nostro dicta referẽs ait: Cõprehẽderũt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderẽ. Ideſt, tã multę erãt, vt vix eas

8

9

10

simile.

Plutarch.

Roma. 12.

Psalm. 39.

enumerare, atq; videre posse, Eccè, quia omnia peccata innocentissimus agnus sua vocat. Hoc figuratū est in illo Exodi, vbi præcipiēs Dñs, vt immolaretur agnus, iussit, vt deficiente agno hœdus immolaretur. O Deus infinitę maiestatis, quid his inter se? Agnus siquidem innocētiam denotat, hœdus peccatum significat; quid ergò innocētię cū peccato? Nimis quidem: nā hoc figurauit Christum verū mundi redemptorē, agnum simul hœdumque esse: agnū in se, hœdum propter nos, quia licet innocēs esset propter peccatores mortuus est. Nostrum etiam gaudium nimis optauit, illudque quæsiuit. Vnde Beatus Paulus ait: Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. Quod nam gaudium sibi propositū fuit? gaudium, scilicet, quod pater æternus daturus erat iustis in beatitudine propter eiusdem Christi filij sui merita. O benedictus, & glorificatus sit talis Dominus, qui sic bona malaque nostra sensit. Quanto iure prophe-
ta Zacharias ait: Ero eis Dominus in iustitia, & veritate. Vbi gloss-
sa ait: Non in mendacio: sicut sunt plutimi, proh dolor! qui Domini sunt tantum, vt subditos excorient, non autem, vt bonis eorum congaudeant, & malis condoleant, nec, vt in necessitatibus eos protegant. Hunc ergo diuinum magistrum dilectissimi, in hac charitate erga proximos nostros imitemur. Ietro quanuis rusticus, & Gentilis esset, de eo tamen legitur: Lætatus est Ietro super omnibus bonis, quæ fecerat Dominus Israeli, eò quod eruisset eum de manu Ægyptiorū: & ait: Benedictus Dominus, qui eruit populum suum de manu Ægypti. O quàm magna confusio Christianis hæc est, vt homo Gentilis eos excellat. Ne huiusmodi rem dilectissimi patiamini, sed diuinam celsitudinem cū cordis lætitia glorificate propter beneficia, quæ proximis vestris confert. Nec tantum propter bona, quibus proximos donat illum laudate, & glorificare debemus, sed etiam propter excellētiam, & perfectiones, quibus creaturas tam sensibiles, quàm insensibiles insigniuit. Hoc enim facere nostrum est, nostroq; muneri incumbit, siquidem illæ suum cōditorem laudare minime possunt. Venit Rex in vicum, seu rus aliquod, vnus ex rusticis, qui magis peritus est, regem alloquitur pro alijs omnibus, qui minus idonei sunt. Similiter homo loco omnium creaturarum, quæ loqui nesciunt, nec suum conditorem collaudare, debet vices gerere, & Deum pro eis glorificare. Dicet quis: Quomodò

Exod. 12.

Hebr. 12.

Zach. 9.

Exod. 18.

Simile.

creaturæ irrationales, & insensibiles Deū laudare nesciunt, cùm Regius Dauid in psalmo, Laudate &c. inuitat omnes illas ad laudē sui cōditoris? Et similiter illi tres pueri in fornace Babylonis fecerūt, nā omnes creaturas ad id inuitabāt. Dico quod est phrasis sacræ scripturæ dicere, quod creaturę insensibiles, & irrationales benedicunt, & laudant Deum, quoniam suis perfectionibus mouēt nos, vt eum laudemus, & glorificemus, qui virtutem & excellentias ad seruitium, & vtilitatem nostram eis communicauit. Vnde postquam illi sancti iuuenes omnes creaturas ad laudandum Deum inuitarunt [*Echaron el sello*] Dicentes; Benedicite filij hominum domino, laudate & superexaltate eum in secula, tāquam ei, cui stat vicem creaturarum gerere, quas antea enumerauerant. Si ergò pro omnibus creaturis Deum laudare debemus, quid erit illis, qui in tota die vix os aperiunt, nec mentem eleuant saltim, vt dicant glorificatus Deus sit, nec pro acceptis beneficijs gratiam referunt? O homines brutis animantibus magis ingratos. O pater luminum, illumina illos domine, vt à tam grandi malo resipiscant, & antequam furor tuus illos absorbeat sibi remedium adhibeant.

Psalm. 148.

Dan. 3.

Et factum est in die octauo, venerunt circuncidere puerum. Est hîc valde ponderandum, quod ambo coniuges in eandem sententiam iudiciumque inciderunt. Ambo namque puerum Ioānem vocādum subscripserunt: & ratio est, quia eūdem mentem spiritū haberetis, tot discordiæ, totq; rixæ inter coniuges nō essent quot sunt. Ex rebus præcipuè à Deo cōmendatis vna est, scilicet, cōcordia: & inter res magis Deo odibiles vna est, discordia, vt in discursu sacræ scripturę patet. Et hinc magnū mysteriū cognoscetis. Nā, vt cōstat ex Genesi, de omnibus rebus quas tūc Deus creauit, ibi dicitur: vidit Deus, quod esset bonū, nisi tantū illa, quę secunda die creauit. Ratio, quæ adduci solet huius est: quia dies secundus, qui numerum binarium continet, primus est, qui ab vnitate recedit, quæ vnitas concordiā & amorem significat, in quibus animę perfectio consistit: Et etiam, quia diuisionem aquarū ibi facer textus refert, his verbis: Diuisitque aquas, quæ erāt sub firmamento ab ijs, quæ erāt super firmamentū. In his omnibus manifestatur quāto odio prosequatur Deus cordiū diuisionem, & animorum discordiā: & etiā ostenditur, quantum malū, sit dis-

Gene. 1.

cordia, & quod malorum plurimorum fons & origo est in il- 17
Prou. 106. lis verbis psalmi: Effusa est contentio inter principes, & errare fecit eos in inuio, & non in via. Vbi ad literam dicitur, quod contentio, & discordia fecit eos errare in inuio infidelitatis, ne inviã fidei redire nouissent. Et est valdè ponderandum verbum illud, effusa, inquo denotatur discordiam esse instar pestiferi liquoris, qui per totum hominem dilabitur, tã, scilicet, per potẽtias interiores, quam exteriores, eumq; omni malo & colluuie adimplet. Notandum est etiam aliam translationem habere, contemptio, & sic est in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica: sic etiã. B. Hieronymus, & B. Augustl. legunt. In quo denotatur, quòd ex discordia, & rixa, contemptus vnius ad alterum dimanat, vt quotidie experimur. Nam mox, vt aliqui inter se discordes sunt, clanculò alter alteri detrahit subsannatq; & non tã 18
tum sibi inuicem vitam demere moliuntur, sed etiam honorẽ famamq; tollunt. Liberet nos Deus fratres à tã magno malo, cuius modi hoc est: siquidẽ tam odibile Deo est, quia tot malorum est causa. Si ergo discordiã inter extraneos tã magno odio prosequitur Deus, quantò magis si inter coniuges sit, de quibus Deus ait:
Gene. Erunt duo in carne vna? Et quemadmodum vna caro sunt, vna voluntas, vnusq; amor esse debent. Obsecro fratres. S. Apostoli
Eph. 5. notabilia quidem verba attendatis, quæ ad Ephesios scribẽs ait Viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. Qui suã vxorẽ diligit seipsum diligit: nemo enim vnquã carnẽ suã odio habuit, sed nutrit & fouet eã. Ex his verbis planè constat, quã concordiã inter se coniuges habeant, æquum est. Etiam ponderatione dignum est quod sanctus Zacharias scripsit dicens, *Ioannes est nomen* 19
eius. In quo denotauit nomen hoc à se impositum non esse, sed potius à Deo. In eo namq; beati, glorioſiq; pueri magna excellẽtia manifestatur. Quia, siquidẽ Adã cunctis animantibus, arboribusq; secundũ cuiusq; naturã nomina imposuit, nã omne, quod
Gen. 2. vocauit Adam ipsum est nomen eius, multò magis nomẽ, quod alicui à Deo imponitur erit secundũ ea, quæ in eo sunt, accõmodatũ. Quod si per cũcta nomina rerũ sigillatim discurramus, prẽter sacratissima nomina, Iesus, & Maria, nullũ hoc nomine Ioãnes excellentius inueniemus, quod idẽ significat, ac gratus, dilectus, priuilegiatus, priuatus, Dei amicus, qui maximus omniũ titulus est, quos creatura rationalis sortiri potest, nẽpe eã gratã,

acceptam

20 acceptamq; suo Creatori esse. O beatũ puerũ, qui ex ore altissimi Dei tam excelsum nomen adeptus es. Et sicut de hoc diuino domino præcinit Dauid: Secundũ nomen tuũ Deus, sic & laus *Psal. 47.*
tua in fines terræ: ita aliqualiter huic diuino puero dicere possumus. Secundũ nomen tuũ puer, sic & laus tua in fines terræ. Etiã planum fit ex hoc, quod postquam glorioſus Euangelista natus est, & Ioannem nomine eum vocauerunt, id ratione sancti Ioannis Baptistæ fecisse, quia eius erat cognatus, & Ioannes vocabatur. Nam si prius Euangelista natus esset, quippe nõ dicerent hi: *Nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine.* Et cum pater loqueretur (antea enim mutus fuerat) & mira prophetaret obstupefacti omnes dicebant: *Quis putas puer iste erit?* Tam mirificus eis puer iste videbatur! & iure optimo, nam in vita sua adeò mirificus
21 fuit, vt sicut in alijs sanctis commendandis testimonijs vtimur longe petitis: sic diuino præcursori rationes, & testimonia quærere fuit opus [*para desautorizarlo*]. Nam mundi erga ipsum opinio nimia erat: ipsum nanque Messiam esse multi existimabant, ideoque sanctus Euangelista testimonium de illo reddens ait: Non erat ille lux. Quando eximius primusque artifex de *Ioan. 1.*
nuo in aliquam ciuitatem venit, vt sui ingenij ostensionem fa- *Simile.*
ciat, opus summa industria, mirifice elaboratum in lucem edit, ex cuius pulchritudine, & perfectione ingenij sui dexteritatem ostentat. Christus Dei filius, summusque artifex, in mundum veniens, vt suæ infinitæ maiestatis, potentiæ, scientiæq; testimoniũ præberet, vnum S. Ioannem Baptistam fabricauit. Vn *Ioan. 1.*
de, B. Euangelista ait. Ille venit in testimonium, vt testimonium
22 perhiberet de lumine. Eccè quã mirificum opus est hoc, cum quo Christus summus artifex voluit mortales in admirationem rapere, vt operis magnitudine cõspecta opificis excellentia digno sceretur: & nũtij præcursoris; dignitate visa, Regis Dominique post illum venientis dignitas manifestaretur, cuius metatus [*apo sentador*] tam magnus illustrisque erat. Sanctus Dionysius ait, *Dionys. li. de*
quod ascendentibus nobis sermones contrahũt. Ideſt: quãtò am *mystica Theo*
plius intellect⁹ noster altiora inquirit, minùs verba, quibus ea appellet inuenit. Vnde libro de diuinis nominibus ait, ꝙ cũ rẽ nominatã nomina nõ adequãt, aut dignitatẽ eius satis exprimunt, hoc remedij superesse, scilicet: multis nominibus tituliſque illam nuncupare, vt vnum alterius defectum suppleat. Vnde

sacra scriptura multis nominibus Deum appellat propter suam 23
incomprehẽsibilem essentiã. Eodẽ stylo vtitur erga sanctissimã
virginẽ Mariam Dominã nostrã, quia singula nomina non suffi
ciunt eius perfectionẽ exprimere. Hoc etiam priuilegio placuit
Deo hũc glorioſum infantẽ propter nimiã eius excellẽtiã insig-
nire, scilicet, vt multis etiã nominibus nũcuparetur. Vocat illũ
Mala.3. Angelũ apud Malachiã: Eccè ego mitto Angelũ meum, qui prę
parabit viam tuã ante te. Nam, sicut Angelus, qui est substantia
spiritualis, si aliquandò corpus phantasticũ sumit non manet cũ
eo ligatus, nec eius curã gerit, vt pascat, nutriat, impinguet, aut ei
indulgeat, nec proinde aliquas eius pasiones sentit. Ita Beatus
Ioannes aliquomodò spiritalizatus erat, vt viuens non in phan-
tastico, sed in vero, & mortali corpore, quasi videbatur animam
non ligatam nec coniunctam illi esse. Tam parum siquidem de 24
corpore curabat, & cũ illo sic se gerebat, acsi phantasticũ corpus
Matth.1. esset. Vnde summa veritas eius testimonium reddens ait: Venit
Ioãnes non mãducans, nq; bibens, quod dixit propter eius absti
nentiã, & parsimoniam nimiam, quam in victu seruabat, quod
magis Angelicum, quàm humanũ erat. Quoniam secundum B.
D. Hier. Hieronymum, in carne præter carnem viuere, non humanum,
sed Angelicum est. Nec putetis ex eo, quod hic sanctus vir natu-
ra Angelus non esset, sed gratia tantum, obid minoris honoris es
D. Chryſ. se. Nã Diuus Chrysostomus de laudibus Sancti Ioãnis ait: glorio
sius fuit Ioãni: quod cum homo esset Angelus vocaretur: quàm
Simile. si illud esset, & nomine & natura. Nam dicite, obsecro, quodnã
est maius, aliquem esse regem ex eo, quod proprijs viribus, in-
signibusque virtutibus regnum obtinuit: aut regem esse quia à 25
patre regnum hæreditauit? Planum est primum maius esse hoc
secundo. Nam regem esse aliquem iure hæreditario [*Ni grado ni
gracias*]. Quia sicut à Rege fuit genitus, ità à rustico pastore gigni
posset, & tanquam rusticus gregẽ custodiret. Qui natura Ange-
lus est a deò illud esse hæreditauit, nec suis meritis id obtinuit;
Deus enim sua misericordia illum tã excellentẽ, tamq; perfectũ
voluit creare. At verò quod Diuus Ioannes Angelus sit tãta gra
tia ornatus, & in virtute tã eximius, hoc certè fuit, quia suis pro-
prijs virtutibus, & heroicis gestis consecutus est, diuino, inquã,
fauore adiutus, & hoc, maior honor est. Præterea dicite, quodnã
Simile. est maius, arborẽ pulchram, odoriferam, pomiferamque esse; in
hor-

26 horto tamen, terraque temperatissima plantatã, vbi quotidiana
cura excolitur, & copiosissimis aquis irrigatur, aut si alia arbor
sit tam viridis, tam fœcunda, pulchra, odorifera, tamque fructi-
fera in excelsa tamen terra, frigida, sterili, & inculta plantata?
Certum est hoc secundum mirabilius priore esse. Quod Angeli
sint arbores virides pulchræ, & floribus, frontibus, fructibusque
virtutũ onustæ, & sanctis desiderijs refertæ, nihil mirum, siqui-
dem in horto paradisi cœlestis conditi fuerunt, vbi ab instanti
suę creationis tam abundanti gratia irrigati, cultique fuerunt.
At verò, quod Sanctus Ioannes arbor fuerit in rupe frigida, ste-
rilique originalis peccati plantata, & nihilominus tot perfe-
ctionibus, totque virtutibus Angelicis exuberet, non secus ac
ipsi Angeli, hoc certe magnam admirationem parit. Vocat
27 etiam illum hominem. Vnde glorioſus Ioannes Euangelista,
postquam sicut aquila volauit, abditissima Sanctissimę Trini-
tatis arcana profunde penetrans, ad inferiora resque humanas
descendens primum, de quo egit hic diuinus Baptista fuit, di- *Ioan.1.*
cens: Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Singu-
lariter illum hominem vocat, quia, ex vtero materno, tanquam,
si vir perfectus esset, ratione vti cœpit: ex quo mereri cœpit, nẽ-
pe in illo actu amoris & reuerentiæ, quo verbum Dei humana-
tum coluit. Et tanquam homo adhuc puerulus, & tener, relictis
paternis delicijs se contulit in vastam solitudinem, inter be-
stias absque vllo terrore degens, sine domo, sine foco, sine ig-
ne, sine lecto, sine socio, caumatibus, soli, aquæ frigori, imbribus
que subiacens, vbi nuda humus eius lectus erat, dies noctesque
28 in orationis contemplationisque studio insumens. O miraculo-
se puer, qui in natiuitate tua mundo terror fuisti, nũc in deserto
cœlo Angelisque stupor es. Hi nanque obstupefacti, vt rem
tam prodigiosam spectarent è cœlo descendebant. O quis illum
in deserto hoc offenderet, interrogaretq;. Quid hic diuine puer
agis, & quisnam rigor hic est? quæ pœnitentiæ austeritas? Quæ
nam flagitia commisisti? quæ homicidia? quæ adulteria? quæ sa-
crilegia? quæ scelera patrasti, quia tam duram, rigidamque pœ-
nitentiam agis? O sancte puer! qui nondum peccare nouisti &
iam contemplationi vacare, dolere, & pro Dei amore pati didici
sti? O nos miseros peccatores, sub quorum pedibus infernus ar-
det, & viuis flammis, vt nos absorbeat, expectat, nisi emenda-

bimur. Quibus alterutro opus est, aut citò pœnitentiam age- 29
re, aut in æternum ardere. Væ nobis, qui cum tot peccatis op-
pressi simus nolumus vel leuem pati laborem; diem ieiunij for-
midamus, vigiliæ vnam horam, orationem humilem, pusil-
lum frigoris formidamus? O quantæ confusioni nobis puer hic
tener, & delicatus est, qui tanta austeritate vitæ, tot lobores pa-
tiebatur. Ecce quanto iure homo vocetur adhuc puer: & quam
Simile. intempestiuus homo cœpit esse. Cùm aues rete capiuntur, iam
magnæ, semper refugæ manent (*Esquiuas y Zaharcñas*). At si auis
in nido paruula capiatur facilè mansuescit. Cæteros Apostolos cepit Deus rete misericordiæ suæ iam grandæuos: & ideò
magna cum difficultate (*Perdieron la esquiuez*). At verò hunc sanctum virum cepit Deus in nido hoc est in vtero matris suæ ad-
huc pullum & infantem, vnde ab infantia sua fuit mansuetus, 30
& diuinæ voluntati obtemperantissimus: semperque in suis
operibus tanquam verus perfectusque homo prudentia & ratio-
Ioan. 5. ne vsus est. Vocat etiam illum lucernam. Vnde Dominus de ip-
Simile. so ait: Ille erat lucerna ardens, & lucens. Vt lucerna illuminet de
bet consumi, & paulatim liquari. O præclarissime Baptista, qui
vt bonę doctrinę, & exẽpli hominibus lucẽ dares liquatus es, &
ex omnibus rebus mundanis te exemisti, omnibus delicijs & vo
luptatibus seculi renuntiasti. Quid ergò erit nobis dilectissimi,
nisi in viam lucis lucernæ huius ierimus? Et, nisi eius imita-
tione à seculi vanitatibus nos expedire studuerimus mortifi-
cantes corpora nostra per veram pœnitentiam? Obsecro fratres
per immensam Dei pietatem, amodo incipiatis hæc tam condu-
cibilia apprehendere, vt sic gratiam obtinentes tandem gloria 31
perfruamini, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eodem Festo Natiuitatis Sãcti Ioannis Baptistæ Concio Secunda.

Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium &c. Luc. 1.

Sancti

1 Sancti glorioſiq́ue Ioannis Baptiſtæ dignitas, & excellentia tanta fuit, tamq́ue eius vita mũdo prodigioſa extitit, vt omnes ſacri Euangeliſtæ Sancti Euangelij enarrationem ab ea exorſi fuerint. Quos dirus Mahoma imitari volens in ſui Alchorani initio huius ſancti viri longam mentionem facit, exiſtimans ex hoc ſuæ falſæ doctrinæ maximam autoritatem accumulari. Et quamuis omnes ſacri Euangeliſtæ de vita miraculoſa huius ſancti viri egerint, ſanctus vero Lucas extenſius rem hanc tractãdam ſuſcepit. Ait enim, fuiſſe in Iudæa ſacerdotem honorabilem, Zachariam nomine, nobili matronę Eliſabeth nomine matrimonio cõiunctũ. *Et erant* (inquit) *iuſti ambo ante Deum.* Magna quippe res eſt, aliquẽ iuſtum eſſe corã Deo, de quo in Prouer- *Prou. 16.*
2 bijs dicitur: Spirituũ põderator eſt Dominus. Iuſti coram mundo multi quidem ſunt, qui ſanctitatem mentiuntur, quales illi erant, de quibus Sanctus Apoſtolus ait. Transfigurantes ſe in *2. Cor. 2.*
Apoſtolos Chriſti. Et nõ mirũ, ipſe enim Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis, nõ inquam mirũ, ſi miniſtri eius transfigurentur. Tales illi etiam erant, de quibus Dominus per Zachariã *Zacha. 7.*
querebatur dicens: Cum ieiunaretis, & plangeretis nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? Et cum comediſtis & bibiſtis nunquid non vobis comediſtis, & vobiſmetipſis bibiſtis? Id eſt, omnes feſtiuitates, quas celebraſtis, & ieiunia, quæ ieiunaſtis, omnia propter humanos reſpectus feciſtis, abſq́ue eo, quod recordaremini aliquod horum operum meæ gloriæ, aut honori tribuere. O diram amentiam & abominabilem peruerſitatem, vt homines
3 ſuis operibus alijs placere ſtudeant, & non Deo. Lignum putri- *Simile.*
dum, & carie confectum nocte relucet, & quaſi res pretioſa apparet, die tamen eius vilitas, & corruptio oſtenditur. Modò ſumus omnes tanquam in nocte obſcura & tenebroſa. Et quã plurimi cum ſint corrupti, & carie peccati confecti, vitijſq́ue pleni fictis vultibus mentitiſq; virtutibus micare contendunt, boni videri cupientes: at poſtquam dies clarus illuxerit, cùm ante iudicem apparebimus, tunc quidem reuelabitur quis lignum putridum, & quis non putridum ſit. Vnde Diuus Paulus ait: Nolite *1. Cor. 4.*
ante tẽpus iudicare, quoaduſq; veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tũc laus erit vnicuiq; à Deo. O quãta vultus cõfuſione tũc multi

afficien-

Universidad de Deusto Biblioteca

afficiẽtur, qui sub palliata, fictaq; sanctitate tot flagitia cõmittẽ 4
bãt. Ideò fratres studeamus hos venerabiles cõiuges imitari, qui
erãt ambo iusti ante dominum. Et perpẽdite quod dicit, Ambo:
nã rarò cõtingit, vt inter coniuges vnus sit iustus, alter verò pec-
cator: nã eorũ qui iustus est vehementissime peccatorem attra-
1. Cor. 7. hit. Vnde B. Paulus ad Corinthios ait: Quod, si qua mulier ha-
bet virũ infidelẽ, & hic cõsentit habitare cũ illa, non dimittat vi-
rũ. Eccè Apostolus existimat propter cõmunẽ amorẽ coniugũ
alterum ab altero conuerti, & proindẽ cohabitare eos permittit.
Et ideo subdidit dicens: Sanctificatus est enim vir infidelis per
mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum
fidelem. Et ità quidam pater concionator Imperatricis, testifica-
tus est mihi se in Germania vidisse tres nobiles dominas magnis
tribus hæreticis coniugatas quæ vt erant catholicæ, ad fidem Sã 5
ctissimæ Romanæ Ecclesiæ illos conuerterunt.

Dicit præterea Sanctum Euãgelium, quod hi ambo iusti, *Erãt incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.* Ex quo infertur, quod ad hoc, vt aliquis sit iustus, non sufficit aliquod legis mandatorum custodire, nisi omnia obseruet. Ideò
2. Cor. 6. quẽ Beatus Apostolus nos admonet dicens: In omnibus exhi-
beamus nosmetipsos, sicut Dei ministros. Et postquam mag-
nũ catalogũ virtutũ inseruit, in quibus nos exercere debemus
addidit: per arma iustitiæ, à dextris & à sinistris; hoc est, vt vnde-
Simile. quaq; virtutũ armis nos protegamus. Nã quãuis eques omnibus
armis munitus sit, si saltim armorũ fragmentũ desit [*Per sola vna pieça aque la falte*] Propter illud solet vitam amittere. Similiter con
tingit, vt ob vnum vitium duntaxat pereat homo, quanuis mul 6
Luc. 11. tis alijs virtutibus munitus sit. Sicut pharisæo oranti in templo
euenit, qui, etsi multa opera bona, de quibus gloriabatur, opera-
tus esset, humilitatis tamen defectu omnia perdidit. O quam
ti viuunt decepti, qui aliquibus bonis operibus confisi nõ atten-
dunt alijs flagitijs, quæ operantur, ea delent, & labe inficiunt.

Et erãt sine querela. Quod dupliciter potest intelligi. Vno modo, quod viuebãt sine querela inter homines, nullũ malũ exẽplũ eis
Rom. 14. præbentes. Hoc Diuus Paulus tanquã rẽ maximè necessariam
nos admonet dicẽs: Bonum est non manducare carnẽ, & non bi-
bere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandaliza-
1. Timo. 6. tur, aut infirmatur, scilicet, facere. Vnde ad Timotheum scri-
bens

7 bens, seruis catholicis, qui Gentilibus dominis famulabantur ni-
mis commendabat, vt magna diligentia tale seruitium exhibe-
rent, ne nomen sanctissimum Iesu Christi blasphemaretur, sic
dicens: Quicunque sunt sub iugo serui dominos suos omni ho-
nore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, & doctrina eius blas
phemetur. Vos etiam dilectissimi fratres obsecro vt huic maxi-
mam diligentiam adhibeatis, nè vestro malo exemplo occasio-
nem proximis præbeatis, vt iniqui fiant. Sæpè enim contingit,
vt alij peruertantur, & iniquitates suas peccatis aliorum excu-
sent. Et ita vbi nos legimus: Desiderium impij monimentũ est *Proue. 12.*
pessimorum, alia translatio habet: Desiderium impij munimen
tum est pessimorum. Vbi plane ostenditur, qualiter mali solent
peccata propria aliorum peccatis excusare. Liberet nos Deus nè
8 ad tantum malum perueniamus, vt, scilicet, desideria nostra ta-
lia opera producant, quod tam iniquum effectum in proximis
nostris efficiant. Secundus sensus horum verborum, sine quere-
la, est, quod taliter hi duo coniuges vitam agebant, vt neuter in-
ter se querelam haberet. O quanta confusio est his temporibus
tot inter coniuges querelas cerni. Sed cur non conqueretur, & iu
re maritus, coniugis suæ tantam dissolutionem videns, quæ pro
pter excessiuos sumptus pompæ, monilium ornatus, & indu-
mentorum varietatem, facit miserum reptare, & pignoratũ sem
per esse, & illicitis cõuentionibus quàm plurimis vti? Et cur etiã
mulier non conqueretur, sciens virum suum concubinarium es-
se, & plus concubinæ impendere, quàm sumptus faciat cum to-
ta familia? Non vtique huiusmodi querelæ inter hos coniuges
9 erant: quia. *Erant ambo iusti ante Deum.* Ex tantis parentibus mag-
num Baptistam nasci oportebat. Nimis confert ad vnius sancti
tatem ex honestis, bonisque parentibus nasci. Eorum nanq; me
rita, bonorum morum instructio, doctrina, & disciplina, obseruã
tiaque nimium confert, vt filij probi euadant. Vnde Diuus Pau *Rom. 2.*
lus ait. Si radix sancta, & rami.

De his beatis coniugibus subdit ibi Sanctus Lucas dicens: *Et non erat illis filius, eò quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.* In his verbis duplex mysterium denotatur. Alterum *D. Chrysost. super Matt.*
est, quia sicut Diuus Chrysostomus præponderat, hæc Beatæ
Elisabeth sterilitas, similiter aliarum sanctarum fœminarum, Sa
ræ, Rebeccæ, & Rachelis non casu fuit, aut propter earum cul-

pam,

pam, sed diuina prouidentia id factum est, scilicet, vt mundus crederet Christum Redẽptorẽ nostrum ex matre virgine remanente natum fuisse, ideò prouidit, vt hæ sanctæ fœminæ conciperent, cùm alias essent steriles: & ita mundus crederet, & cor humanum ex vnius fide ad fidem alterius veniret. Quemadmodum saltatori contingit, qui, vt longè prosiliat, magnũq; saltum edat, priùs duos, vel tres minores saltus facit. Inæstimabilis fuit saltus, quẽ Deus dedit transiliens è cœlo, vt homo fieret, & è virgine matre nasceretur. Antè ergó, quàm sic prosiliret, præordinauit, vt Isaac, Iacob, & Ioseph, & gloriosus Baptista de parentibus sterilibus nascerentur: quæ res naturæ facultatẽ superat, & solus Deus id efficere potest. Vt homines hoc, quod parum est crederent, & sic disponerentur ad credendũ quod maius est, scilicet, virginem sacratissimam concipere, & virgine permanente parere posse. Alterum mysterium denotatur in illis verbis: *Et ambo proficiscerant in diebus suis.* Nempe quod voluit Deus, vt hæc sancta mulier conciperet Baptistam, cum iam suę iuuentutis passiones exiccatæ erant, vt aliquo modo filius carnis nõ esset: hoc est, ex voluptate carnis genitus. Vnde. D. August. super hunc locũ ait: Partus Elisabeth non est ablatus, sed dilatatus, donec transiret opus carnis, passio corporis: reuiuiscit senectus, fides cõcipit, parit castitas, nascitur maior homo, par Angelis, tuba cœli, prę co Christi. Fides concipit (ait) quia virtute Dei hi duo coniuges confisi genuerunt, cũ tam longæuæ ætatis essent. Quia, sicut ad construendas portas magni ædificij, ligna sicca, quæruntur, ne si viridia sint arcuentur, torqueanturq;, & ne putrefiant, aut cariẽ generent, in lunæ decremento scinduntur: similiter, quia Beatus Ioannes porta fuit, per quam diuini redemptoris notitia, fidesque in mundum intrauit, vnde sanctus Euangelista Ioannes de ipso ait: Fuit homo missus à Deo &c. hic venit, vt omnes crederent per illum, maximè oportuit, vt hæc porta fabrefieret, ex lignis siccatis, & à labe seu voluptate carnis purgatis, vt illa caro castitate concepta à carnali turpitudine magis libera esset. Cùm ergò hi duo iusti crebris orationibus benedictionis fructum à Deo postulassent, placuit diuinæ eius celsitudini eorum preces exaudire.

Simile.

D. August.

Simile.

Ioan. 1.

10

11

12

Et factum est cùm sacerdotio fungeretur Zacharias, sorte exijt, vt incensum poneret. Ingressus in templum Domini, & omnis multitudo populi

13 *puli erat orans foris hora incensi.* Per ineffabilem Dei charitatem hoc dilectissimi notate. Attendite precor qua reuerentia illis temporibus loca sacra colebantur, & quisnam cultus mysterijs, rebusque sacris exhibebatur. Quia dum sacerdos incensum in altari Domini offerret populus foris longè segregatus erat. Nunc verò cum altissimum altaris mysterium celebratur, vbi vnigenitus Dei filius in sacrificium offertur, non contenti estis, nisi omnes altari sacro adhæreatis, vnusquisque hoc pro maiori honore reputans, quò magis incompositus, immodestusque contra Deum, & diuina eius mysteria se ostendit. O sacrilegam abominationem. Si cum hominibus vrbanis & viris mundi illustribus hæc politia solet obseruari, nequis humerum humero adæquet, & contrarium immodestia inurbanitasque reputatur, quid magno Deo maiestatis infinitæ debebitur? Cum Christianissimus Imperator Constantinus sanctæ Synodo generali Constantinopoli celebratę adesset, ei tantum concessum fuit intra cancellos maioris sacelli intrare, non, vt interesset diuinis, sed tantùm ad offerendum munus. Nec intrauit tanquam illo priuilegio gaudens, sed, ne sacerdos, qui rem sacram celebrabat, extra exiret, quod factum videretur contra autoritatem, quam minister in similibus officijs debet obseruare. Et concilium: Turoni cum decernit, vt nullo modo laici in Ecclesia clericis misceantur. Et cùm sanct. Ambrosius Mediolanensis Episcopus esset, & serui Imperatoris Theodosij vellent stratum Imperatoris intra sacellum maius Ecclesiæ ponere, vbi erat chorus clericorũ, sanctus Episcopus id non permisit, sed extra in Ecclesiæ corpore sterni iussit, Imperatori dicens: Sacellum, & locum illum non fuisse factum, nisi tantum sacerdotibus, & eorum ministris: secundum antiquum ritum sanctæ Ecclesiæ. At bonus Imperator Hispaniæ nostræ corona, & decus, à qua oriundus erat, illam sanctam correctionem humiliter accepit, tanquam si ab Angelo sibi facta fuisset. Qui postea cùm Constantinopoli adesset, & serui similiter vellent stratum intra sacelli cancellos sternere iussit foras extrahi, dicens: Quòd postea quam Episcopum vidit, qui rectè munus suum exercere nouerat, ipse quoq; boni Imperatoris munus exercere didicerat, scilicet, in reuerentia, quam quisque bonus fidelis

14

Syno. 6. general. Can. 69

Conci. Turon. 2. Can. 3.

D. Amb.

15

delis in Ecclesia debet obseruare. Quid vobis dilectissimi vide- 16
tur de zelo illorum sanctorum prælatorum, & de obedientia illius temporis Imperatorum? Et quidem non mirum, vt hæc reuerentia haberetur altissimis legis gratiæ mysterijs, quæ in sancta Ecclesia celebrantur, quãdoquidem legis antiquę mysteria, & sacra officia tanta reuerẽtia & obseruantia celebrabãtur, quæ omnia vmbra solùm erant eorum, quæ modo administrantur.

Ios.3. Quondam filijs Israël præcepit Deus, vt apud Iosue habetur, vt cauerent, nè nimiùm appropinquarent arcæ fœderis, cùm iter præbebat eis per aquas Iordanis, sed, vt inter eos, & arcam duum millium cubitorum spacium saltim esset, nè fortè eos occideret. O summe Deus, & quomodo hæc audiẽdo non obstupescimus, & etiã cũ videamus, quę in locis sacris aguntur? Dicitur Christus

Marc.2. Redẽptor noster tantã reuerẽtiam templo habuisse, & ità ab om- 17
nibus, vt reuereretur voluisse vt non sineret quemquam per tẽ-

Simile. plũ vas transferre. Dicite, si crimen læsæ maiestatis quis admisisset, & regium palatium intraret, vt veniam criminis à Rege postularet, qualiter, & quanta cùm confusione intraret? quanta cũ humilitate, & corporis animiq; submissione adiret, vt ante regẽ procideret? Quis dies est, in quo diuinam celsitudinem non offendamus? Cùm in Ecclesiam venitis, vt ab eo veniam impetretis acceditis; quarè ergò cum tanta pompa, & autoritate intratis? Quomodo intrantes angulum statim non quæritis, vt confusibiliter à longè stantes tundentes pectora coram tanta celsitudine quam offendistis vsque ad abyssum humiliari cupientes veniam poscatis? Illuminet vos fratres lux de cœlo, vt deinceps sic faciatis. 18

Cum ergò Sanctus Zacharias huic ministerio vacaret apparuit ei Angelus Domini dicens: *Exaudita est deprecatio tua, Vxor tua Elisabeth, pariet tibi filium &c. Erit enim magnus coram Domino, Vinum, & siceram non bibet: & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.* O admirabilis prærogatiua, magnum, scilicet, esse co-

Psalm.38. ram Deo. Regius Dauid ait: Et substantia mea tanquam nihilũ ante te. Nec mirum videbitur, si hoc Sanctus Dauid de se pronũ

Isai.40. tiauerit, cùm Sanctus Isaias dicat: Omnes gentes, quasi non sint,

Sap.11. sic sunt coram eo, & quasi nihil, & inane reputatæ sunt ei. Et sapiens ait: Tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in ter-

ram.

19 ram. Si Angeli per se considerentur tam excellentes sunt, vt S. Ioannes Euangelista pronus ceciderit coram Angelo, qui loquebatur ei, existimans illum Deum esse: at Angelus illum admonuit, dicens: Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum. Quasi di- *Apoc.22*
ceret: Ah Ioannes, Ioannes, magnus tibi videor? quid si Deum cerneres? Et fortè Angelus ille ex inferioribus erat, quia superiores ad nos mitti non solent. O Christiane, si in cælum ascenderes, si vias illas stratas cælestis curiæ deambularet, & Angelum duntaxat offenderes, vtique Deus esse tibi videretur, & viso Archãgelo, multò magis obstupescerес; & Thronus in maiorem admirationẽ te raperet, & Dominatio multo magis. Et si vlteriùs incederes, & vnũ ex Seraphim cerneres, quos antea vidisses, in eius comparatione parũ tibi viderentur. Quod si vlteriùs trans-
20 cenderes, vt Deum tam excelsum cerneres, vtique videreris tibi iure optimo dici posse: Omnes quasi non sint sic sunt coram eo. Et ideò ipse Dominus de se ipso ait: Ego sum qui sum. Om- *Exod.3.*
ne esse in comparatione mei esse nihil est. Vnde Diuus Diony- *D. Dionysius de diu.*
sius non vocat esse de esse, sed supra esse: non vitam, sed supra vi- *nom. & de myst.*
tam, non amorem, sed supra amorem. Et vnum ex præcipuis mi- *Theolo. ca-*
raculis, quæ Deus operatur, est eleuare intellectum tam Angeli *pit.2.*
cum, quàm humanum quodam admirabili artificio, quod lumẽ gloriæ Theologi appellant, ad hoc, vt clarè, & distinctè illam incomprehensibilem abyssum lucis diuinæ secũdum suam essentiam, & existentiam intelligat. Si ergo hæc ita se habent, quomodo ait Angelus: *Erit magnus corã Domino?* Responsio facilis est. Non enim dicit, quòd in comparatione, seu respectu Dei ma-
21 gnus erit: sed coram Domino, id est, in acceptatione Dei, quod creaturæ rationalis omnis valor est. Pro quo est notãdum, quòd aliqui sunt magni corã hominibus, alij coram se, alij corã Deo. Magni coram mundo, & hominibus sunt diuites, & potentes seculi; & hæc magnitudo vana fallaxque est. Nam sicut cibus, quẽ *simile.*
non manducas, nec te nutrire, nec impinguare potest: similiter magnitudo, quæ intra te non est, nec te magnum efficere potest. Diuitiæ, familia, primogenitura, res familiaris, hæc omnia extra te sunt: [*Todo esto por defuera te cae.*] Si propter hæc magnus diceris, tanquam nanus magnus eris, qui perticatis soleis incedit, [*Que anda en çancos.*] Quæ magnitudo est, quam febris solo æquat? Fingite magnum Imperatorem in nocte æstatis in lecto *simile.*

Universidad de Deusto Biblioteca

iacentem, clamitantem, appellantemque seruos. Quidnam velit interrogatus? respondet, culicem illum pungere, & quòd ciniphes eum dormire non sinũt. O miseram magnitudinem, quã culex inquietat, & formica angit. O vtinã oculos nostros Deus aperiret, vt cerneremus quanta sit vanitas, & miseria in his rebus mundanis, in quibus tantum confidimus. Cùm Diuus Paulus in rerum cælestium contemplationem raptus esset, ità oculos perspicuos lucidosque habebat, vt omnes res inferiores non veræ ei viderentur, sed quasi rerum imagines, & vmbræ. Vnde
1.Cor.7. Corinthijs dicebat: Qui vtuntur hoc sæculo, tanquam non vtentes sint; præterit enim figura huius mundi. Alij sunt magni coram se, quibus Sanctus Isaias ait: Væ qui estis magni coram oculis vestris; iure optimo dicit: Væ, quia contra huiusmodi superbos, & elatos solet Deus seueritatem suæ iustitiæ maximè exe-
Iob.10. qui. Et ita vbi nos legimus apud Sanctum Iob. Propter superbiam, quasi leænam capies me: alij transtulerunt: Propter superbiam, quasi leæna capies me. In quo denotatur, quòd se vertit Deus contra superbos, quasi leæna fera. Ideòque Diuus Paulus
Gal.6. ait: Si quis existimat se aliquid esse, cũ nihil sit, ipse se seducit. Alij verò sunt magni coram Domino: & hæc est vera magnitudo, quam vt habeamus omnes studere debemus.

Et quia Sanctus Zacharias non adhibuit integram fidem verbis Angeli, dixit ei Angelus: *Ecce eris tacens, & non poteris loqui vsq; in diem, quo hæc fiant, pro eo, quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.* O rem stupendam, in hoc siquidem manifestatur, quã sit Dñs vltor criminũ, quãq; amentes sint, qui existimãt impunè laturos, postquã tot flagitia cõtra diuinã celsitudinẽ admiserint, cùm suo familiari Zachariæ, vel leue peccatũ veniale Deus nõ dissimularit, tua mortifera inulta remanere existimas? Et lætus valdè manes, eò q̃ statim vt peccas ærũnæ labores̃q; tibi nõ superueniũt? Erras, erras, & falleris ingenuè: quia tibi dicit Spiritus Sanctus: Ne dixeris, peccaui, & quid mihi accidit triste: altissimus enim est patiẽs redditor. Quod si in hac vita
Eccle.5. te non punit, nisi pœnitueris, in alia æternis supplicijs solues. In hoc se gerit Deus cũ hominibus, tanquã pater, qui, si filius suus,
Simile. vel leuẽ nęniã cõmittit, illũ punit: at quãuis extraneũ, aut alienũ filiũ videat multa crimina committentẽ nõ tangit illũ. Cùm Io
Ion.1. nas Propheta nauigãs diceret: Propter me orta est hæc tẽpestas, nautæ

25 nautæ in mare proiecerunt eũ, statimq; cessauit tẽpestas; & illa nauis qua seruus Dei Ionas vehebatur, plena erat idololatris, & infidelibus, quos tamẽ protũc Deus nõ puniuit, & de inobedientia serui sui Ionæ vindictã tulit. Ex quo infertur, quãuis nos fideles videamus in tãtis periculis positos, & tãtis naufragijs laborũ immersos, & videamus Mauros, Turcas, & alios infideles in tanta fœlicitate, & prosperitate viuere, non ob id existimare debere nos in oblitione apud Deũ esse, nec proinde animo linqui nos debere, quia in hoc tanquã cũ filijs valdè dilectis nobiscũ se gerit, & hac inuctione, & iudicio vtitur Deꝰ, vt emẽdemur, & soluamus hîc quod debemus, ne in æternũ puniamur. Vos autẽ peccatores hæc attẽdite, & in alieno periculo resipiscite, quia hoc intẽdit Deus, vt alij ex aliorũ supplicio experimentũ sumamus. In Numeris legitur, cùm quidã viri sacerdotij ministeriũ *Num. 16.*
26 vsurpare attẽtarent, & incensum in altare Domini offerrẽt, descendisse ignẽ de cęlo, & consumpsisse eorũ ducentos quinquaginta. Et cũ ibi thuribula remanerẽt præcepit Deus, vt tollerentur thuribula, & in laminas producerẽtur, & altari affigerẽtur; vt quoties sacerdotes ad offerendũ accederẽt tanquam signum, & memoriale coram oculis haberent illas, & formidarẽt valdè, ne fortè peccati labe infecti ad altare accederent, sed maxima cũ puritate, & sanctitate. Ita æquum est, vt discamus nos, & ex diuinis iudicijs, pœnisque alijs inflictis exemplum sumamus, ne in eiusmodi supplicia incidamus propter scelera nostra.

Sanctus Zacharias mutus permansit, quousque adimpletum fuit quod ei ab Angelo nuntiatum est, scilicet, S. Elisabeth con-
27 iugem suam concepturam esse. *Et impletum est tempus pariendi, & peperit filium.* In cuius circũcisione, postquam Sanctus Zacharias scripsit: Ioannes est nomen eius. *Apertum est illico os eius, & loquebatur benedicens Deum.* Diuus Ambrosius ait: Vide quam bonus *D. Ambros. Hom. super hunc locũ.*
Deus, & facilis indulgere peccatis, nõ solùm ablata restituit, sed etiã insperata concedit. Ille dudũ mutus prophetat. Nemo veterum conscius delictorum præmia diuina desperet: nouit Dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Sicut in hoc sancto viro factum ostenditur, qui non solùm fecit, vt loqueretur, sed etiam repletus est Spiritu sancto. Quis pietatis huius consideratione motus, quantumuis peccator existat ad tam bonum Deum non conuertetur. O peccator, miserum statum

in quo iaces, & mala, in quæ incurristi, & bona, quæ amisisti pro 28
fundè considera, & quomodo cum venia te inuitat Deus, & in-
super, vt ineffabilibus beneficijs te afficere vult, & hac saltim
consideratione motus veram pœnitentiam ages. Ideòque San-
Ezech. 18 ctus Ezechiel loquens de illo, qui verè pœnitet, ait: Considerās,
& auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est,
vita viuet, & non morietur. Primum, quod dicet, est: Consi-
derans. In quo denotatur ex consideratione prouenire; vt quis di-
uino fauore adiutꝰ, verè pœniteat, & à peccato discedat. Est etiã
hîc valdè notandum, quòd parentes Sancti Ioannis ambo pro-
phetarunt Spiritu sancto pleni. Sed, vt Diuus Ambrosius ibidẽ
ponderat, Beata Elisabeth pauca verba locuta est, & Zacharias
plura, cùm nihilominus ambo eundem spiritum haberent, qui,
vt oportebat eorum linguas mouebat, mulieris linguam, vt pau 29
ca loqueretur, nam silentium fœminis maximè quadrat, quan-
uis alijs multis virtutibus ornatæ sint, viro tamen pulchrum est
[*Se le aßienta bien,*] non solum bene operari, sed etiam bene loqui,
& docere. Hîc etiam fratres vobis considerãdum est, quòd sta-
tim vt S. Zachariæ os apertum est gratias agere Deo cœpit pro
beneficio, quod mundo Deus conferebat, dicens: *Benedictus Domi-
nus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ.* Non tan
tum dixit, quia hunc filium mihi donauit. Et ita ad eius imitatio-
nem primum, quod facere debetis, statim, vt manè è lecto surgi-
tis, si possibile est, non solùm gratias agere propter beneficia
à Deo vobis collata, sed etiam propter ea, quæ hominibus con-
Psal. 65. fert. Sic Regius Dauid faciebat, cum dixit: Circuiui, & immola-
ui in tabernaculo eius hostiam vociferationis, cantabo, & psal- 30
mum dicam Domino. Id est; Circuiui per omnia opera, & bene
ficia Dei, tam mihi, quàm hominibus collata; & sic lustrans ea
inflammatione grati cordis accensus, compulsus fui magnos cla-
mores edere, & in laudes benefactoris rumpere. O si sic quoti-
die cum memoria circuissemus considerantes, quanta pro nobis
Deus fecit. Et quomodo fieri posset, vt cum maxima animi affe
ctione illum non laudaremus? Sed dicet quis: Quomodo in na-
tiuitate Diui Ioannis Sanctus Zacharias gratias sic agit, dicens:
Quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Nunquid in natiuita-
te huius pueri redemit Deus mundum? Hoc dixit, quia redem-
simile. ptio valdè propinqua erat. Contingit aliquem ægrotum esse, &
in

31 in nocte perlonga maximis doloribus, maximoque tædio illũ
afficit, qui pertæsus suspirat, vociferatur, diemque venire im-
plorat, excitat famulum vt surgat, aperiat fenestram, & videat,
si fortè lucescit. Ait seruus, minimè. Secundò & tertio idem fa-
cit: aitque, adhuc non lucescit. Tandem reuertitur, dicẽs: Domi
ne iam lucescit. In quo vides? Quia Lucifer ortus est, inquit.
Quod ægrotus audiens, ait: O benedictus Deus, quia iam illu-
xit. Similiter in illa nocte perlonga legis antiquæ, cùm propter
diem redemptionis mundus suspiria dabat. Bonum nuntiũ (ait
Sanctus Zacharias) lætamini, quia (benedictus Deus) iam illu-
xit. In quo id cernis Zacharia? quia Lucifer Sanctus Ioãnes or-
tus est. Etiam est hic valdè notandum, primum, quod glorioſus
Baptista ex ore patris sui audiuit laudes Dei fuisse. Vtinam sic
32 modò fieret, vt prima verba, quæ pueri ex ore parentum audiũt
diuinæ laudes essent. Sed heu dolor, quàm è diuerso fit: priùs
enim pueri maledicere, & dęmonem inuocare sciunt, quàm dul
cissimum nomen Iesu: prius cantilenas turpes discunt, quàm
Dominicam orationem, & Angelicam salutationem. Confun-
dimini parentes tam iniquos præceptores filiorum vestrorum
existere: & cauete nisi fortè huic malo remedium adhibeatis, ne
grauiter à Deo puniamini,

Et super omnia montana Iudææ diuulgabãtur verba hæc: Quibus ob-
stupefacti dicebant ad inuicem: *Quis putas puer iste erit?* Etsi quidẽ
illi non responderunt, interrogo vnumquemque vestrum: Quis
putas puer iste fuit? Dicetis fortè, taurorum agitator, arundinũ
agilis lusor, æquatarum hastarũ certator strenuus, maior, quàm
33 visus sit: nam in his, & similibus ludis diem sanctum hunc consu
munt homines. O terribilem vanitatem, quod existimemus no
stris profanitatibus, & ludis sanctos honorari, cùm reuera ludi,
& corporeæ festiuitates tam nociuæ animabus sint. Vnde hodie
deprecamur: Da Ecclesiæ tuæ spiritualium gratiam gaudiorum,
non, inquam, agitandi tauros, aut arundinibus ludendi. Et quan
doquidem in hoc, scopum nõ attigistis, interrogo vlterius: *Quis
putas puer iste erit?* Dicet quis, Pater fuit fortè maior herbarius om
nium, qui vsq; hodie fuerũt: hodie nanq; herbę floreſq; agri odo
riferæ leguntur. O terribilem amentiam eorum, qui putant, pro
pterea quòd hodie herbæ colligantur, maiorem virtutem suaue
neficia esse habitura; & hoc titulo legendi, scilicet, flores & her-

bas turpissima vitia hodie cõmittuntur. Et si quidẽ nec etiam in hoc scopum attigistis, vlteriùs interrogo: Quis putas puer iste erit? Dicetis fortè, iuuenis omnium, qui fuerunt maximè perpolitus, elegans, lautus, inuentor vestium, cultus inquisitor, amãs, vorator, & potator: nam in his peculiariter hodie studentes se exercere. Hodie nanque homines ornant, & poliunt: hodie lasciuiæ, hodie spectacula, adulteria mentis; hodie se inuicẽ spectant & concupiscunt amantes, hodie lauta parantur conuiuia. O rem sanguineis lachrymis deplorandam, quòd in maioribus solennitatibus, diuina celsitudo magis offendatur. Minimè certè hunc miraculosum virum imitamur, quem, vt sanctitatis exemplar, temperantiæ, & castitatis speculum nobis proposuit Deus in mundo. Confundamur ergo, dilectissimi, nostram dissolutionem considerantes, eiusque vitam gloriosam imitemur, vt sic gratiam & tandem gloriam impetremus: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodem Festo natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ Concio Tertia.

Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Luc. 1.

HODIE Sancta Ecclesia singulari fidelium lætitia, & iucunditate glorioſi Baptistæ natiuitatẽ celebrat: non illam natiuitatẽ, qua ad vitam immortalem natus est, sed qua ex visceribus maternis ad hanc laboriosam vitam est ortus. Et mirabile est, quòd sancta Ecclesia maiori gaudio diem hunc celebrat, in quo ad tantos labores perferendos in hanc miseram lachrymarum vallem introiuit, quã diem illum, in quo per suam mortem sanctissimã ab his omnibus miserijs ereptus est. Præcipuè cùm aliorum sanctorũ natalitia non soleat obseruare, sed dies illos, in quibus ab hac vita victores discesserunt, eosq; natiuitates eorũ appellet.

3 pellet. Ad hoc tamen respondetur, quòd sancta Ecclesia diem hunc celebrat, non attendens ad id, quod vtilius, glorioſiusque eidemmet sancto fuit, sed ad id, quod vniuerso mundo magis profuit. Et quia eius natiuitas prænuntia fuit natiuitatis sacratissimæ Domini nostri ac Saluatoris Iesu Christi, tam hominibus desideratæ, quàm necessariæ, ob id eius natiuitas cum tanto gaudio celebratur. Et meritò quidem eius natiuitas maximo cũ gaudio, vt celebretur æquum est, qui tam bonum nuntium attulit mundo, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Ioan. 1.* Et quantum bonum fuit hoc illi, tantum sicut oportet sentient, qui nouerint quantum malum peccatum sit. Quemadmodum Regius Dauid senserat, cum ait: Miser factus sum, & curuatus sum, tota die contristatus ingrediebar, afflictus sum & humi- *Psal. 37.*
4 liatus sum nimis, rugiebã à gemitu cordis mei. O miram contriti cordis vehementiam. Et quis hunc gradũ pertingeret, vtiq; sentiret quãti ponderis sit dicere: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quod idem est, ac si peccatori diceretur: Ecce malorum tuorum remedium. Ait ergo sanctum Euãgelium: *Elisabeth impletum est tempus pariendi.* Quam potens est Deus, qui ex malis nouit bona deducere, siquidem ex sterilitatis opprobrio sua diuina potentia tam sanctum filium eduxit. Non mirum quòd ex malis pœnæ educat Deus bona, quandoquidem tam mirificus artifex est, vt ex re tam vili, & ignominiosa, quale est peccatum, rem tam nobilem depromat, qualis est propria cognitio, humilitas, & formido, & desiderium martyrij. Mirificus, eximiusque *simile.*
5 artifex profectò ille esset, qui purgans argentum ab scoria, non solum illam scoriam non perderet, verùm etiam vas pulcherrimum, quo Rex biberet inde fabricaret. Hocigitur est mirificũ Dei artificium, qui ex vilitate, & scoria peccati res tam excellentes, quales recensuimus depromit. Nam postquam magnum peccatorem ad verã peccatorum cõtritionem attrahit, & ad hoc, vt ex cordis contriti teneritudine proprijs lachrymis dissoluatur, simul cum lachrymarum fusione solet statim iniungere desiderium fundendi sanguinem pro suo amore. In locis Armeniæ sunt quædam aues harpyię nomine, quæ vultum humanum habent, vncas manus & pallida semper ora fame. Et harpyia ferox *simile.*
nimis est, quæ hominem infestat atque occidit, quem postquam occidit ad lauandum in aquam se confert, vbi conspiciens

vultum suum similem esse illi, quem occidit tanto mœrore, & rabie in se afficitur, quòd sui similẽ occiderit, vt proprijs vnguibus se dilaceret. Similiter verè pœnitentibus contingit, pro quorum peccatis Christus verus Deus, & homo mortuus est, qui in fonte lachrymarum veræ pœnitentiæ immersi, ibique conspicientes se fuisse in causa, vt ille, qui tantum eos diligebat, moreretur; & qualiter pro suo amore, eorum formam accipiens, similem eis se fecit; adeò in eis dolor accrescit, & mori cupiant, vt id boni per pœnitentiam recuperent, quod per peccatum amiserunt, effundendiq; sanguinem desiderio ardent, propter illum, qui cum tanto amore pro illis suum fudit. Hoc ad literam Regius
Psal.67. Dauid præcinit, dicens: Dixit Dominus, ex Basan conuertam, conuertam in profundũ maris, vt intingatur pestuus in sanguine. Dixit, id est, disposuit Dominus ab æterno ex Basan, id est, 7 de turpitudine huius sæculi, conuertam peccatores ad me, etiam eos, qui submersi sunt vtque in profundum maris, id est, in peccatorum abyssum. Vel, vt alia translatio habet: Conuertam in profundis maris, id est, non solum conuertã eos, qui in vno peccato fuerint submersi, sed etiam eos, qui in plurimis delictis consepulti fuerint. Et ita conuertentur, vt sint pes tuus, ô sancta Ecclesia, vt in sanguine martyrij balneari immergique desiderent. Hoc enim significat illud, vt intingatur pes tuꝰ in sanguine. Vbi est valdè ponderandum illud verbum, pes tuus, in quo admirabile Dei artificium denotatur, scilicet, cùm ex illo, qui persecutor S. Ecclesiæ fuit faciat pedẽ, virtute cuius Ecclesia sancta sua currat, vt patet in Diuo Paulo, & alijs sanctissimis viris, qui in ea fuerunt. O benedictus & glorificatus sit talis Deus, talia equi 8 dem opera, tantam celsitudinem, tantamque pietatem decent. Per tuam infinitam clementiam te Domine obsecro, vt hæc mirabilia hodie in his fratribus meis operari digneris, si fortè hic adest aliquis in peccati corruptionem immersus.

Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa. De hoc diuino Domino ait S. Dauid: Et mi
Psal.144 serationes eius super omnia opera eius Id est: nunquam fecit opus, quin misericordia coopertum fuisset; sed vnum inter omnia, in quo hæc Dei misericordia magnificentior ostenditur est, scilicet, aliquibus parentibus filios probos, virtutibusq; insignitos tribuere. Ob idq; maxima obligatione adstricti tenẽtur huiusmodi

9 iusmodi parentes, pro tanto beneficio ingẽtes illi gratias agere, & ex animo seruire. Quin etiã diuitias hominibus Deus donat, vt bonis tanquam murus sint, & præsidiũ contra peccata, & etiã contra dæmones. Et ita non est ausus dæmon S. Iob aggredi, videns illũ diuina protectione, honoreq; ac diuitijs vndiq; circunseptum. Vnde loquens cũ Deo ait: Nonne tu vallasti eum? quasi *Iob.1.* diceret: Non mirũ Domine, si Iob te amet, timeatq;, quandoquidem tot bonis illũ affecisti, atq; vndiq; vallasti, quòd nullũ anfractum, seu rimulam inuenio, qua illũ aggrediar. Aufer Dñe ab eo bona, & cùm huiusmodi muris munitus non fuerit, nec diuitijs & honore stipatus, tũc audacter illũ aggrediar, vincamq;. O rem dictu, auditu horribilem, scilicet, eo humanã malitiã peruenisse, vt cum diuitiæ olim murus, & præsidiũ cõtra dæmones
10 hominibus fuerint, & ad amicitiã Dei conseruandã eis valdè cõduxerint: nunc illis tanquam armis muniantur, quibus contra Deum bellum gerant. Quod si diuitias, quæ tam exiguum bonũ sunt Deus hominibus impertiuit, vt cum eis excitẽtur, & in sui amore conseruarentur; quanto maiori beneficio astricti manebunt, tantum bonum sicut filios probos, virtutisq; sectatores accipientes. Ex quo infertur abominabilẽ peruersitatẽ esse, si quis pater filios virtute præditos haberet, ille verò improbus existeret. Regius Dauid ait: Exaltauit mãsuetos in salutẽ. In quo deno *Psal.148.* tatur, q̃ boni ex omnibus beneficijs, quæ à Deo recipiũt, ansam sumũt, vt meliores fiãt. Et si Deus exaltat illos diuitijs, filijs, aut alijs bonis, omnia sunt in salutẽ, hoc est, ad ipsorum commodũ, & vtilitatẽ. Vbi alij transtulerũt: Exaltabit mansuetos in salu-
11 tẽ: & sic est in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica. In quo designatur, quã assiduus, & constãs Deus sit, qui nõ lassatur benefaciẽdo bonis, cùm viderit eos gratos esse. Ideòq; dilectissimi vos obsecro, vt studeatis bene vti omnibus beneficijs, quæ à diuina misericordia accepistis, præcipuè hoc, quo Deus magnificat, hoc est, magnificã misericordiã suã vobis ostẽdit, dans vobis liberos, studiosos, qui loco præceptorũ, & cõcionatorũ domi vobis sint, & corã diuino cõspectu intercessores pro vobis existãt. *Et congratulabantur ei.* Nõ sic faciũt inuidi, sed propter quodcunq; bonũ, aut prosperitatẽ proximorũ, aut cognatorũ, etiã fratrũ, indignãtur, & rabie amaritudineq; afficiũtur. Ideòq; illos odio prosequũtur: sicut filijs Iacob euenit, vt in Genesi habetur; vbi dici-

Universidad de Deusto Biblioteca

tur Israel diligebat Ioseph super omnes filios, fecitque ei tunicã 12
polymitam, idest, manibus artificis mira varietate distinctam.
Videntes autem fratres eius quod à patre plus cunctis filijs ama
retur oderant eum, neque poterant ei quicquam pacificum lo-
qui. O rem stupendam, quod in vna domo vnus solus filius bo-
nus est, & tot mali inuidia, doloque pleni, & hoc propter vnam
tunicellam, quam pater magis bene merito donauit. Attendite,
dilectissimi, à quo tam leui & imo principio res tam distinctæ
emanauerunt, vbi hominum malitia, Deique potentia, & mira
prouidentia reuelata est. Propter tunicam inuidiatus (vt ita dicã)
& etiam venditus fuit, ex quo captiuitas Aegypti consequuta
est: Deinde exitus ad mirabilis Ægypti, Ægyptiorumque vasta-
tio. Ex quibus colligitur ex paruo malo multa ingentiaque ma-
la oriri solere. Ergò dilectissimi die ac nocte instantissimè Deũ 13
precemur vt ab hac peste nos eripere dignetur, & corda nostra
charitate adimpleat, quo bonis proximorum lætemur. Tempo
re verò circuncisionis huius miraculosi pueri, cùm adhuc pater
eius Zacharias mutus permaneret.

Apertum est illico os eius, & lingua eius loquebatur benedicens Deum.

In hoc facilè cernes frater, quisnam os tuum operiat. Si Deum
benedicis, & laudas, Deus aperit os tuum: si mentiris, & iuras
Num. 19. diabolus aperit illud, & etiam si proximo detrahis: & efficit, vt
tot strages facias. In lege veteri præcipiebat Deus, vt vas, quod si
ne operimento esset, haberetur immundum. In quo denotabat,
quod homo, qui os suum non claudit immundus odibilisque suę
D. Bern. diuinæ maiestati erit. Et. D. Bernardus ait: Detractor dæmoniũ
habet in lingua. Et huiusmodi lingua Sathanæ penicillus est, 14
non ad pingendum sed ad obscurandum, labefactandumq; pro-
ximorum famam, & prius oblinit, & deturpat animam eius-
D. Gre. 4. dem miseri. Sanctus Gregorius in dialogis quandam religiosam
li. dialog. fœminam, iam defunctam fuisse refert, quæ etsi in vita sua ca
stissima extitisset, attamen aliorum honori famæque maxime
detrahebat. Cumque sepulta esset, quædam soror inuigilans vi-
dit cateruam dæmonum, qui illam emortuam effoderunt,
& coram altari per medium secantes, caput & pectus combus-
serunt, reliqua corporis membra relinquentes incombusta,
vt in illo facto, denotarent, quod ex illo maledicto pectore di-
ra verba, quæ alijs detrahens loquebatur, procedebant. Quid

dicetis

15 dicetis ad hoc vos, qui os vestrum vix aperitis, nisi, vt misero
muneri studeatis, quod hæc misera exercebat? Quomodo non
tremitis & confundimini rem tam horrendam audientes, cum
in eadem damnatione sitis, eademque pœna digni? O stulti, stul
ti, stulti, Deus vobis intellectum tribuat, Deus oculos mentis
vestræ adaperiat, sensus cordaq; illuminet, vt resipiscatis, & in tã
torum malorum cognitionem deueniatis. S. Ioannes ait: Impij *Apo. 16*
commanducauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt Deum cœli præ doloribus, & vulneribus suis. Hi forte erãt
qui mordacibus linguis in hac vita fuerunt, quia propter hoc
peccatum peculiariter, puniebantur, torquebanturque in eis.
Et in Prouerbijs dicitur: Domini est gubernare linguam. Ergò *Prou. 16.*
dilectissimi summis precibus à Deo contendamus, vt sicut B.
16 Zacharię, sic linguas nostras gubernare, & ora nostra aperire dig
netur, vt die noctuque à suis diuinis laudibus, & præconijs non
cessemus. Auditis mirabilibus, quę in circuncisione huius pueri
contigerunt, omnes adinuicem dicebant: Quis putas puer iste
erit? Et siquidem hi responsum non dederunt id quæramus ab
eis, qui nobis respondeant. Possemus certè à sanctis prophetis id
quęrere, quorum nonnulli, vt Malachias, Isaias, & Hiere-
mias de hoc sancto viro mira prophetarunt, sed, vt breuita-
ti consulamus satis nobis sit id à sancto Ioanne Euangelista *Ioan. 1.*
discere, qui de ipso testificatur: Fuit homo missus à Deo, cui
nomen erat Ioannes, hic venit in testimonium, vt testimonium
perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. D. Paulus *Eph. 4.*
ait: Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram do
17 nationis Christi. In quibus Apostolus docet nos, quòd quanto
ad maiorem dignitatem, & ministeriũ Deus aliquem designat,
tantò potiora dona ei communicat. Et siquidem. B. Ioannem mi
sit Deus, vt rem tam arduam mundo persuaderet, qualis erat ad
uentus filij Dei in carne humana [*para tan grande empresa*] magna
autoritate magnoque Dei auxilio opus erat. Sed interrogo vn-
de prouenit hunc articulum adeò esse difficilẽ? Dico, quod cùm
Deus res altissima sit, homo autem vilissima, abiectissi-
maque, facilè intellectus humanus fertur, vt rebus altis-
simis Dei assentiat, & vilissimis hominis. Et è contra, si in-
fima quæque de Deo loquamur, de homine verò altissima
intellectui, difficillimum est creditu. His verò in articulo incar-

natio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nationis verbi diuini debet fides adhiberi, scilicet, quòd Deus 18
ita abiectus fuit, vt homo passibilis fieret, & quòd fuit sputis fœ
datus, flagellatus, iniurijs lacessitus, & cruci affixus: quænam vi
liora de Deo dici possunt? E contra verò debet fide teneri hunc
hominem sic abiectum, & crucifixum, creatorem cæli & terræ
esse, principium finemq; omnium rerum. Et propterea quòd tã
vilia, & abiecta de Deo dicuntur, de homine verò tã excelsa ve-
rificantur, ideò tam difficilia creditu sunt. Aliud mirabile in hac
missione fuit, scilicet, quo medio Diuus Ioannes facturus erat, vt
hoc altissimum mysterium omnes crederent. Ad rem siquidem
tam difficilem commendandam magna miracula patrari opus
Ioan.10. erat. At verò de isto viro eximio legitur: Ioannes quidem nul-
lum signum fecit. O rem mirabilem, quòd mysteria illa fidei, 19
quæ sancti Apostoli mundo prædicauerunt, vt crederentur mi-
Marc.16. raculis confirmauerunt, vt apud Sanctum Marcum dicitur: Illi
autem profecti prædicauerunt, vbique Domino cooperante, &
sermonem confirmante sequentibus signis: glorioſus autem Ba
ptista sola autoritate, & sanctitate propria, vt id crederetur, ef-
fecit. Hæc est vna ex præcipuis laudibus huius sancti viri, vt
quicquid Sancti Apostoli mediantibus miraculis effecerunt,
hic præclarissimus vir sua admirabili vita, & singulari virtute
Simile. effecerit. Si Rex ignotus huc veniſſet, & habitu vili indutus in-
cederet sine comitatu, sine pompa vlla, vt nobis persuasum es-
set illum esse Regem, magna autoritate opus erat alicuius, cui
fides adhiberetur. Et si aliquo dicente: Ecce Rex, omnes statim
crederent, magna illius testificantis esset autoritas. Hac tanta
autoritate placuit Deo magnum Baptistam insignire, vt illi soli 20
absq; miraculis fides adhiberetur: vt eo dicente de homine abie-
cto, pauperculo, & solitario, & qui ibi miracula non fecerat
Ioan.1. nec gloriam suam operibus manifestauerat: Ecce agnus Dei,
ecce qui tollit peccata mundi, omnes crederent per illum. Vn-
de meritò hodie sancta Ecclesia illum Isaiæ verbis magnificat,
Isai.49. dicens: Audite Insulæ, & attendite populi de longe, Domi-
nus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus
est nominis mei. Et posuit os meum, quasi gladium acutum.
In vmbra manus suæ protexit me. Et posuit me quasi sagit-
tam electam, in pharetra sua. Abscondit me, & dixit mi-
hi, Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et paulò
inferius

21 inferius: Hæc dicit Dominus; Formans me ex vtero seruum sibi.
Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum
terræ. O mirifica verba, & quomodo huic mirabili viro qua-
drant. Vult Dominus, vt ea non solum Israelitę audiant, sed etiã
populi de longe. Vbi septuaginta interpretes transtulerunt: At-
tendite gentes. Vnde meritò dicere possumus hunc sanctum vi-
rum Apostolum vniuersalem fuisse à Deo delegatum, non so-
lum ad vnam prouinciam, aut regnum, sed etiam ad vniuersum
mundum. Dicit ergo Sanctus Propheta nomine eiusdem San-
cti: Dominus ab vtero vocauit me. In his verbis, & in illis: For-
mans me ex vtero seruum sibi: denotatur id, quod Gabriel An
gelus dixit, scilicet, Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero ma
tris suæ. Arbores vetustæ, si transponãtur, non ita tenaces & for *Simile.*
22 tes radices emittunt, acsi nouellæ transponerentur: vnde fit, vt
flante vento forti facilè eradicentur. Cæteros Apostolos, quos
Deus à seculi statu ad suum seruitium trãstulit, iam grandæuos,
non statim profundas radices in illo miserunt, quales oporte-
bat; vnde flãte vento, procellaque passionis suæ excitata non per
manserunt, sed protinus à fidelitate abscisi, eradicatique sunt,
vt Sanctus Matthæus affirmat, dicens: Tunc discipuli omnes re- *Matt.26.*
licto eo fugerunt. At Sanctus Ioannes Baptista, vt fuit ad gratiæ
statum transpositus, cum adhuc tenera esset plantula, nempè, ex
vtero matris suæ, tam fortes radices in fidelitate quam Deo debe
bat, misit; vt nullus ventus, procella nulla sufficiẽs fuerit illũ di-
uellere ab ea. Magna calamitas nostra est, dilectissimi, quòd
absque vlla tempestate qualicunque vento à seruitio Dei diuel-
23 limur. In hoc etiam quod loquitur Dominus cum hoc paruulo,
adhuc in vtero matris suæ existente denotatur rationis vsum an-
ticipatum ei esse. Quibusdam sensus aduenit post decẽ annos,
alijs post quindecim, quibusdam post viginti, nonnullis post
triginta. Et alios videas, qui post septuaginta, octogintave non-
dum sensu præualent. Vnde videbitis huiusmodi senes octoge-
narios vanos, perpolitos, puellarũ amatores. At verò Diuo Ioa-
ni intempestiuè sensus aduenit. In visceribus siquidem mater-
nis nouit Deum, ibi illum adorauit, eiusque voci obediuit.

Dicit præterea: Posuit os meum quasi gladium acutum. O
quantum hic gladius acutus opus erat mundo, qui tam durus est,
vt nullus sit gladius, qui eum penetrare possit. Sicut his tempo- *Simile.*
ribus

ribus tormentorum bellicorum varia instru mentorum genera 24
reperta fusaque sunt ad expugnandum, similiter diuersa genera armorum defensiuorum adinuenta denuò sunt, etiam castella, & arces terriplenæ & opere signino ita constructæ, vt nulla vi tormenti bellici expugnari possint: ita quanuis validissimæ rationes denuò formentur ad prædicandum, & corda dura emolliendum, sunt corda hominum, dæmonis astutia & hominum malitia, ita obstinata, & noua duritie obdurata, vt nullum vestigium in eis diuina verba, & quæque rationes efficacissimæ efficere possint. Ideò dilectissimi humiliter summisque precibus à Deo sic postulemus, Deus maiestatis, potentiéque infinitæ pro tua Domine clementia mitte nobis gladios acutos similes huic, qui corda nostra penetrent, & tua charitate saucient, & obedientiæ tuæ diuinæ subdita sint. Red- 25
dit deinde rationem sanctus Propheta, ob quam gladius acutus fuit dicens: Sub vmbra manus suæ protexit me. Vmbra protectionem, auxiliumque denotat. Et sub vmbra alicuius esse est ab eo protegi, & defendi, veluti vmbra eos protegit, qui
Iudic. 9. à solis ardore ad ipsam confugiunt. Vnde Iudicum nono dicitur. Si regem me constituistis venite, & requiescite sub
Thre. 4. vmbra mea. Et Threnorum quarto, Sub vmbra illius viuemus inter gentes. Vnde verba hæc: sub vmbra manus suæ protexit me denotant maximè peculiare auxilium, & protectionem potentiæ Dei, qua hic diuinus vir protectus fuit. Et hoc est etiam, quod sanctus Lucas hic denotat dum inquit: *Etenim*
4. Reg. 13 *manus Domini erat cum illo*. In libris Regum habetur, quod Ioas Rex Israel misit sagittam, quam salutis vocauit, & manus Eli- 26
sei prophetæ adiuuit illum. Similiter Diui Ioannis, verba, vt erant sagittæ acutæ à potenti manu Dei adiutæ (etenim manus Domini erat cum illo) ideo corda hominum vulnetabant. O Christe mundi reparator, manus æterni patris potentissima, da virtutem verbis meis obsecro, vt sint hodie sagittæ acutæ, quæ corda horum fratrum meorum vulnerent, & amoris tui vulnere sauciata maneant. Nec tantùm huius diuini prænuntij verba erant instar sagittæ acutæ, verùm etiam totus ipse suaque vita erat efficacissima sagitta. Vnde statim subdidit: Et posuit me quasi sagittam electam. O maledicta anima, quæ tali sagitta non patitur se vulnerari, tali exemplo,

& san-

27 & sanctitate. Est nehic homicida aliquis, aut aduiter, aut auarus, aut qui proximum suum odio prosequatur? Obsecro te frater, quicunque es, tui saltem miserearis: fige oculos mentis in vita glorioſa huius sancti viri, tanta asperitate plena, tanta abstinentia nuditate, & puritate perfulgente, & erit tibi tanquam sagitta, quæ præcordia tua transfiget, & ad seruitium Dei te conuertet

Et subdit: in pharetra sua abscondit me. Quando aliqua sagitta bona, & probata est, & iactum rectum fecit, pluris eam æstimat sagittarius, eam seruat in pharetra, vt cùm ea iaculetur sæpe. Concionatoris munus quasi sagittæ est, scilicet, vulnerare, & occidere animas Deo. Vnde bonum ei esset, postquam concionatus est, in pharetra lateris sacratissimi filij
28 Dei se abscondere, & pro cunctis statibus deprecari, peculiariter pro ijs, quibus prædicauit, & fugere conuenticula, & vagationes de domo in domum. O præclarissime Baptista, & quo modo te recipere, & in corde Dei abscondere, postquam populo prædicaueras solitus eras. Et propterea quod bene suo munere fungeretur dicebat ei Dominus, Seruus meus es tu, quia *Simile.*
in te gloriabor. Contingit matrem plures filios habere, & vni eorum, qui voci suę obtemperat, dicit, ad aliorum confusionem, & ignominiam, Hic est filius meus, & talem filium habere maximè glorior. Similiter ad confusionem, & ignominiam nostram, quia voluntati Dei parere nescimus, huic sancto viro peculiariter Deus ait: Seruus meus es tu, & in te gloriabor. O quam pauci modo sunt, in quibus Deus glorificetur, & seruos sibi
29 illos habere honorabile ducat Quinimò ità viuimus, vt meritò nobis dici possit, quod Paulus ad Romanos scribens *Rom. 2.*
ait: Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes. Et concludit Dominus dicens: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Hæc est lucis peculiaris excel- *Simile.*
lentia super omnes alias qualitates corporeas, quod sine impedimento qualitatis contrariæ ab oriente vsque ad occidens velociter, & in instanti suum cursum perficit, quod aliæ qualitates non habent. Nam ad hoc, vt calor corpori adhæreat, & in corporetur ei, opus est, vt præuijs dispositionibus intret, & hoc propter resistentiam frigiditatis, quam in corpore calor inuenit. Et similiter de frigiditate dici potest: vt expellat calorē ab aqua,

& se

& se ingerat ei paulatim tepescit aqua, & tandem frigefit. At verò lux nullam resistentiam in tenebris offendit, sed in instanti totum hemispherium illuminatur solis præsentia. Hæc fuit vna ex differentijs inter vitam huius sanctissimi viri, & nostram miserorum. Nos enim tam ex parte carnis nostræ, quàm ex parte mundi quamplurimis contradictionibus impetimur, quæ animabus nostris impedimẽto sunt, quominus iter rectum ad Deũ velociter faciant. Quorum nomine Beatus Paulus ait: Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato, &c. Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum id ago. Huius verò rationem reddit, dicens: Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. At verò hic spiritualis vir, sic suas deuicit passiones, & ita eis dominabatur, vt quodammodo ei, quasi non inesse viderentur: vnde instar lucis velociter per viam virtutũ cucurrit. Et est valdè notandum, quòd salutem spiritualem, quam hęc cælestis lux inter gentes operata est, scilicet, exemplo & doctrina, & quam vsque hodie per vniuersum operationem fructumque facit, vocat Deus suam dicens: Vt sis salus mea, quia tantum ei placet illam ab hominibus recipi, quasi (si illa indigeret) eam ipse reciperet. O æterne Domine, te omnes Hierarchiæ cælestes, te omnis terræ iustorum cœtus collaudent, qui sic nos amas, & nostro bono congaudes. Hunc ergo dilectissimi tam bonum Deum totis visceribus diligite, & hanc salutem amplectimini, quam sanctitas, & exemplum sancti Ioannis vobis offert, vt diuina gratia ornati perueniatis ad gloriam, quam mihi & vobis donare dignetur Iesus Mariæ filius

Amen.

Rom.7.

30

31

32

In

In eodem Festo Natiuitatis Sãcti Ioannis Baptistæ Concio Quarta.

Quis putas puer iste erit? Luc.1.

REfert Sanctus Lucas, quod audientibus habitatoribus montanæ Iudææ mirabilia, quæ in circuncisione miraculosi pueri Ioannis euenerunt, obstupefacti dicebant: Quis putas puer iste erit? Ædificia sumptuosa à fundamẽtis magnitudinem suã futuram ostendunt; sic Sancti Baptistæ primordia designabant magnum quid illum esse futurum. Et siquidem illi quæsiti de hac re non responderunt, hanc nos proponamus quæstionem ijs qui nobis respondeant, quia hunc glorioſum Baptistam tam homines, quam Angeli adhuc & ipse Deus laudauerunt. In quo denotatur amplius de eo dici posse, quam quod homines possunt explicare. Postquam enim prophetæ laudibus eius finem imposuerunt Angeli cœperunt, & ipsis finientibus cœpit ipse Deus (*Tomo la mano el mesmo Dios*) Integras conciones de eius laudibus habens. Omissis ergò hominibus, Angelis hanc quæstionẽ proponamus: Quis putas puer iste erit? Ad quod Sãctus Gabriel respõdet: Erit magnus coram Domino. Viam, per quam quisque magnus fit in diuina acceptatione summa veritas Christus ostendit dicens: Omnis, qui se humiliat exaltabitur. Tantam vim humilitas humanis cordibus ingerit vt pene omnium vitiorum generale remedium existat. Hoc Diuus Chrysostomus ponderat dicens: quod Diuus Paulus studens cupiditati diuitum remedium adhibere, non præcepit eis, vt pauperes essent, aut diuitijs renuntiarent siue eas cõtemnerent, sed tantum, vt essent humiles, quia humilitas sufficiens est, non solùm appetitum superbiæ eradicare, sed etiam cupiditatis. Nec solùm purificat animam à prauis cupiditatibus, sed etiam disponit illam ad suscipiendum dona Dei, quæ illam magnificant, & efficit, vt coram Deo nuda præsentetur, & mendica, vt assidue à diuina li-

similes

Luc.1.

Luc.18.

D.Chrys.

Universidad de Deusto
Biblioteca

beralitate illa imploret. Quidam ex sanctis patribus legitur, ma- 4
ximo & iterato cordis affectu solitus esse dicere: Deus meus, no
uerim te, nouerim me, optabat quidē hic sanctus vir duas luces
inhabitare in anima sua, vnā, qua immēsitatē Dei, & alterā, qua
suæ miseriæ abyssū contemplaretur. Nā ex his duabus notitijs
amor Dei, & proprius cōtemptus emanat, & ex his duabus vir-
tutibus aliæ quamplures rēsultant. Et cognoscens anima boni-
tatis ac liberalitatis Dei magnitudinem, & suarum miseriarum
abyssum sine intermissione suspirat remedium illis postulans,
& hac profunda humilitate, & proprio contemptu quæcun-
Simile. que facit modica esse ducit. Quemadmodum ei, quires à longe
contemplatur, quantūuis in se magnę sint, paruæ tamē vidētur:
ita vero humili contingit, qui à suis operibus lōgissimè per amo
rē abest, quantūuis magna sint, parua ei apparēt: vnde amplius 5
operari festinat, quasi sibi parum aut nihil operatus fuisse videa
tur: ex quo prouenit, vt ditetur & in diuina acceptatione crescat.
Iob.9. Huius mirū exemplum in Sācto Iob habemus, qui dicebat: Ve
rebar omnia opera mea, sciens, quod non parceres delinquen-
ti. *De todas mis obras me recelaua, y de ninguna dellas me fiaua.*] Dic no
bis vir egregie, nonne ille es tu, de quo dæmoni Deus dixit: Nū
quid consideraſti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in
terra, homo simplex, & rectus, ac timēs Deū & recedens à malo?
Quare ergo dicis: Verebar omnia opera mea? Expende nobis: &
narra qualia tua opera fuerint? Consurgens diluculo offere-
bam holocausta per singulos filios meos, dicebam enim: Ne for
te peccauerint filij mei: sic faciebam cunctis diebus. O mirum
studium, miram sancti curam, & quanta vigilantia familiam 6
suam custodiebat, siquidem propterillud duntaxat: si fortè pec-
cauerint, tot sacrificia, & oblationes faciebat, quid si illos pec-
casse reuera inueniret? Et præterea quia dicit ibi: Mittebat ad
eos Iob, & sanctificabat illos, hoc est, sanctas exhortationes, mo
nita, & consilia filijs suis mittebat, vt probi euaderent. Ad hæc
sancte vir scire desidero, qualiter rem familiarem expenderes,
Iob.29. & cū proximis quomodo te gereres? Huic respondet alibi: Ocu
c.30. lus fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperum. Et alibi: Fle-
bā super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pau
c.31. peri. Et alibi: Foris non mansit peregrinus, ostium meum via-
tori patuit. Mirabilia quidem exercicia hæc sunt. At nonnulli
sunt,

7 sunt, qui huiusmodi pietatis operibus se exercent: cæterùm
alunde rimas habent, per quas omne meritum dilabitur, scili-
cet, quia simul hæc operantes carnales existunt, nec peccati occa
siones amittunt. Sed qualiter sancte vir erga passiones carnis te
gerebas? Ad hoc alibi respondet dicens: pepigi fœdus cū oculis
meis, vt ne cogitarē quidē de virgine. Hoc est, ne leuem saltem
prauam cogitationem haberem de eo, quod mihi nocere posset,
oculos meos claudebam. Nam ex eo, quod homo rem specio-
sam intuetur, tandem fit vt illam mente contempletur. His ergo
cunctis perfectionibus, vir egregie quanti te æstimas? Iam di-
xi: Verebar omnia opera mea, sciens, quia non parceres delin-
quenti. Hoc intelligendum est, quod ei, qui actualiter peccat,
Deus non parcit, nam qui deliquit, & posteà verè pœnitet absq;
8 dubio verè Deus ei remittit. Et quia noui Deum rectissi-
mum esse vereor semper opera mea, si fortè grata ei sint. Co- *Simile.*
quus, qui magno principi delicatissimi gustus cibos præparat,
quanuis in condiendis illis summum studium, summamque so-
licitudinem adhibeat, semper tamen veretur: nunquam sine ti-
more est, nusquā quiescit, quousq; eius Dominus eos deguſtat,
& approbat. Ita viri iusti, quanuis in operibus bonis exequēdis
peruigilent, semper tamen verentur, quousque sua opera à Deo
probentur, & grata illi esse nouerint. Et hoc est quod Ecclesia- *Eccles.1.*
stes ait: Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei,
& tamen nescit homo, vtrùm amore, vel odio dignus sit: sed om
nia in futurū seruantur incerta. Non loquitur hic de illis, qui sciē
ter mortaliter peccant, nam hi rectè nouerunt secundū fidē, quā
9 habent se in Dei indignatione viuere: sed de his tantum, qui om
nibus viribus suis Deo studēt famulari. Hi sunt qui cum hoc san
cto timore viuunt, & sancti Iob imitatores sunt, scilicet, in pro-
funda humilitate, quam his verbis ostendit. Et alibi, vbi pro eo, *Iob.10.*
quod nos legimus, Et opprimas meopus manuum tuarum, ex
Hebræo vertitur: Et opprimas pauperem: & sic etiam habetur
in paraphrasi Chaldaica. In quo denotatur, quomodo sanctus
Iob cùm alias plenus virtutibus esset, & bonis operibus insuda
ret, illis se carere fatebatur, & sic tanquam mendicus, & pau-
per se Deo præsentabat, & ità se disponebat ad maiora benefi-
cia recipienda. Etiam humilitas efficit, vt anima sit grata: hu-
milis namq; nullius rei dignum se existimat. Ideoque nimis gra

tum se ostendit: gratitudo etenim est velut hamus, quo liberalis quicunque dominus ad beneficia conferenda trahitur. Nã, *Aristo. 9. Ethic.* sicut magnes ferrum, ità gratitudo homines attrahit. Et sicut Aristo. ait: Benefaciens diligit beneficiatum, tãquam proprium effectum, quia non est artifex, qui non diligit opus suum. Et merito hoc Philosophus asserit, quia statim, vt aliquis beneficijs vos afficit tanquam opus manuum suarum vos diligit, vnde vulgo dici solet: (*Este hombre es hechura de tal señor.*) Quia multa beneficia ab illo recepit. Et cùm ille, qui beneficium ab aliquo recipit, & à beneficiente diligitur (si gratum se ostendat) ostium aperit ad recipiendum maiora beneficia, propterea, quia humilitas facit animam gratam, est via ad hoc, vt humilis coram Deo magnus sit. Vnde, quia gloriosus Baptista humilissimus fuit tot virtutes & dona à diuina manu impetrauit, vt meritò de eo dici posit: *Magnus coram domino.* Hanc humilitatem vita, & operibus ostendit, præcipuè quandò miserunt ad eum Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes, & Leuitas, & interrogauerunt eum: propheta es tu? Vbi Theophylactus, & omnes Græci doctores legũt: propheta *Matth. 16.* ille es tu? Et idem Theophylactus apud Matthæum in confessione Petri sic legit, Tu es Christus ille filius Dei viuentis? Qui humiliter respondit dicens: Non sum dignus, vt soluam corrigiam calciamenti eius: & in hac profunda humilitate se conseruauit vsque ad mortem. Vnde cum Dominus, vt baptizaretur *Matth. 3.* ad illum veniret ait: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Super quo quædam glossa dicit: Non audebat sanctus vir tangere sanctum Dei verticem, sed clamat cum tremore. Sanctifica me Saluator. O profundam viri humilitatem. Aristoteles in Meteoris ait: quod in montibus valdè sublimibus non flant venti. Hoc exemplo & experientia comprobat, quia in monte Olympo quotannis ignis accenditur, & cùm iterum homines ascendunt superioris anni cinerem ibi coaceruatum reperiunt; in quo manifestè ostenditur ventos illuc non peruenire. Ita sanctus Ioannes fuit mons sanctitate ita excelsus, vt venti quatuor passionum, scilicet, timoris, spei, doloris, & lętitiæ nũquam per- *Simile.* tingere potuerint ad hoc, vt cinerem humilitatis tollerent. Cineres sunt reliquiæ ignis; sic humilitas effectus quidam est, & reliquia ignis charitatis. In nobis verò, vt sumus parui in virtute, tã fortiter hi venti passionum perflãt, vt cinerem humilitatis à nobis

bis auferant. Nõ sic in S. Baptista fuit, sed potius ob magnitudinẽ, & perfectionẽ eius omnis cinis humilitatis in ipso remãsit. Iure quod sapiens admonet hunc cœlestẽ virũ implesse cernimus. Ait enim: Quãto magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiã, quoniam magna potẽtia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Donis naturalibus, & corporeis pulchritudinib⁹ solent homines euanescere, & etiã dona spiritualia solent aliquibus ansam superbiẽdi tribuere: ideò q; sapiẽs hic admonet dicẽs: Quanto magnus es humilia te in omnibus. Si cũ artifex lignũ de- *Simile.* dolat, mox lignũ accrescceret, & excrementa stipulæq; denuo orirẽtur, semper, vt dedolaret, opus ei esset. Eiusmodi est humana natura, & miseria, quã etsi semper dedolemus, denuo virescit, & superbit: quapropter nos eã semper dedolare oportet, sanctis cõ- sideratiõnibus & pietatis exercitijs nos humiliãtes & supra modũ fugiẽtes omnẽ pompã, & vanitatẽ huius seculi. Recordamini dilectissimi illius tremendę sentẽtiæ: Scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Quæ verba D. Bern. sic exponit: Qui scrutatur, *Prou. 25.* quomodò maiestatẽ, & gloriam sæculi lucrabitur, eadẽ gloria vana opprimet illum, & constringet cor simul, & animam, illumq; torquebit: & quando non putat, cum magna sui confusione ab ea excidet. Ergò dilectissimi huiusmodi magnitudines ne quæratis, quandoquidem tam nociuæ sunt. Et qui in mundo honorificatos, & maximi habitos vos cernitis, timete valdè memoria recolentes illud, quod Dominus ait. Quod hominibus altum est *Luc. 16.* abominatio est apud Deũ. Ideò fingite, & vobiscũmetipsis cõsiderate, si forte (quod absit) abominabiles odibilesq; Deo estis, quãuis in mũdi æstimatione magni sitis quid vobis proderit? O quã necessaria hæc doctrina est, eã Spiritus sanctus in visceribus vestris imprimere dignetur, vt nunquam eius obliuiscamini.

Nõ solũ Angelus de B. Ioanne nuntiauit magnũ fore coram domino, ideſt, in Dei acceptatione, sed subdidit: *Vinũ, & siceram nõ bibet,* Magnã eius abstinentiã, tẽperantiãq; denotãs. O quàm pauci huius sancti viri imitatores hodie sunt in hac virtute! Maior si quidẽ pars hominũ bonũ suæ vitæ tẽpus consumunt, inquirẽdo quomodò impinguabũtur: quomodò corporib⁹ indulgebũt: Ex quo, heu dolor, multa damna subsequũtur. In Numeris legitur, *Num. 2.* quod Israelitæ in deserto gula stimulati gemẽtes dixerũt: Quis dabit nobis carnes ad vescẽdũ? Quorũ desideriũ ad corũ incõmo-

dum dominus impleuit: nam subdit ibi sacer textus: Quod ad 16
huc carnes erant in dentibus eorum, & ecce furor Domini concitatus est in populum suum. Percussit eum plaga magna nimis. Et quæ plaga illa fuerit, ibi non explicatur. Cæterum illud hinc elicimus quòd vsq; in hunc diem Deus plaga magna nimis voracitates, intemperantiasq; in cibo, & potu punire consuescit. Nunquid, ô miser homo plaga magna nimis non est, quod ex nimio cibo, & potu prouenient, vt turpis sis, corpus, & quod peius est animã inquines? Nunquid plaga magna nimis non est, mille ægritudines, in quas propter nimium esum homines incidunt? Nunquid non est plaga magna nimis, iræ, rixæ, & murmurationes, quę procedũt ex eo, q; ex nimio cibo, & potu homines alienati sunt? Nunquid nõ est plaga magna nimis, sumptus, debita, & pignoratos vos cernere, humipetasq;, à maximo vsq; ad minimũ fere, & hoc propter excessiuum potum & cibũ? Liberet nos 17
Deus à vitio, à quo tot mala procedunt, quæ instar plagarum, & flagella, & pœna peccati sunt. Vnũ, dũtaxat, nos deberet mouere, & hoc sufficere, vt vitiũ gulæ fugeremus si profunde id velle mus considerare: nam certè consideratione dignũ est. Postquã
Luc.2. enim summ⁹ mũdi magister Christus Dñs de iudicio vniuersali egit, & de districta ratione, quã in die illa reddituri sumus, immediate subdidit dicẽs: Attẽdite autẽ vobis, ne forte grauentur corda vestra crapula, & ebrietate. Ecce quomodo nos Dñs ante omnia, vt gulã tanquã fontem, ex quo tot tamq; innumera dãna dimanãt, fugiamus, hortatur, ne in illo tremẽdo iudicio dãnemur. Per immẽsam charitatem Iesu Christi saluatoris nostri dilectissimi hoc cœleste consilium, perquam necessariũ amplectamur, 18
& deinceps omni posibili temperantiæ studeamus.

Postquã Angelus de abstinentia, tẽperantia & sanctitate eximia S. Ioannis egit, addidit statim: *Et multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum.* In hoc denotans ad peccatorum cõuersionem, abstinentiam, reformationem, & sanctitatem concionatorum necessariam esse. Præcipiens Dominus Prophetę Hie
Ierc.27. remiæ, vt Hebræis annuntiaret, quomodo futurum erat, vt obstinati permanentes non sentirent flagella, quibus illos puniturus erat, dixit ei: Ego tollam à te cras vxorem tuam, & non plan ges illam, neq; fluent lachrymæ tuæ, vt hoc signo eis ostendas, & quasi velis dicere: Sicut ego non plango, nec vxoris meę mortem

19 tem sentio, similiter & vos non plorabitis, nec luctum facietis propter desiderabilia, & res, quæ magis amatis, dum à vobis ea Deus aufert. Et Alibi iussit illi, vt multis diebus pauco pane, & *Isa.4.* in mensura vesceretur, & illo fimo stercoreq; cooperto, & hoc faceret coram populo dicens: Sic comedẽt filij Israel panem suũ pollutum inter gentes, ad quas eijciam eos. Quàm graues & molestas ceremonias præcipiebat Deus suis sanctis Prophetis, & quot difficultates faciebat eos pati ad hoc, vt eorum doctrina in cordibus audientium maiorem fructum efficeret! Et insuper, vt in hoc denotaret, quanto cum sui dispendio debet concionator suum munus exercere, quia, siquidem ieiunium prædicat, debet ipse ieiunare, orationem cõmendat, ipse debet orare, & cum
20 pœnitentiam prædicat, debet ipse pœnitentiã agere. Et ita conuertet multos filiorum hominũ ad dominum Deum ipsorũ, ad exemplar glorioſi Baptistę, qui tam ex animo pœnitentiam suscepit, vt suo exemplo & doctrina peccatores ad Deũ conuerteret, vt summa veritas dicat: A diebus Ioãnis Baptistę vsq; nunc *Matt.2.* regnũ cœlorũ vim patitur, & violenti rapiũt illud. Et hæc quædã magna prærogatiua, & excellẽtia huius præclarissimi viri est. *simile.* Aliquem honoratum, seu magnũ in sæculo esse, in hoc solet discerni, q; quandoq; subsequitur, aliquãdo antecedit omnes. In processione vltimus plus solet reuereri, & æstimari. Similiter in processione veteris testamenti patrũ vltimus S. Ioannes Baptista fuit. Vnde Dñs ait: Omnes prophetæ & lex vsq; ad Ioannẽ *Matt.2.* Prophetauerunt, & quia post omnes venit iuxta Hebdomada-
21 rium Christum, ideò honorificẽtior est. Et quando ad aliquod *simile.* castellũ, seu arcẽ scalis cõscenditur aut expugnatur vrbs, primus scalarũ conscensor reportat honorem, quia in hoc virilitatis animi sui signũ ostẽdit. Et cùm Dñs dicat: à diebus Ioãnis Baptistæ regnũ cœlorũ vim patitur, sequitur ille prior expugnator fuisse, qui scalas regni cœlestis ascendit vnicus & singularis, & omnibus præpositus, qui ante illum fuerunt. Rectè vidistis, quid Angelus de isto glorioso puero nobis annuntiauerit. Verumtamen hoc tam singulari testimonio non satis contenti simus, sed insuper quod maius est ab ipso Domino quæramus, qui non tantum in vita, sed in morte amorem suum eximium erga illum ostendit. In vita quia prius quàm quicquã faceret homo factus mundúq; intrans illum visitauit. Si potentissimo Regi in aliquã *simile.*

ciuitatem aduenientē, antequam è curru, siue vehiculo descēderet, amicum ibi commorantē viseret, nōnè magnæ amicitiæ hoc signū esset? Christus summus princeps in hunc mundū intrās, antequam è vehiculo virginei ventris suæ sacratissimæ matris descenderet, hunc Angelicum virum visitauit, quod maximi amoris signum fuit. In morte quoq; amorem erga illū singularē ostē-
Simile. dit. Quandò enim Regis familiaris moritur id sentit secundum amorem, quo illum diligebat: at verò cùm filius eius, aut vxor, siue frater è vita discedit, absens sit, & se recipit: in qua absentia ostendit amorem suum erga illum. Sic Christus Redemptor noster videns, quod sanctus Ioānes interfectus esset tanto mœrore affectus est, tamq; intime id persensit, vt discesserit in montes,
Marc. 6. vt patet Mar. 6. vbi dicitur: Quo audito abijt in desertum locum veruntamen non semel, & bis, sed pluries illum laudauit summisq; præconijs, & singularibus verbis illum extulit, atq; commendauit. O quanta gloria, quantaq; excellentia est, eum talem, ac tātum laudū suarū, & virtutū præconē habuisse. Sanctus
D. Hier. Hieronymus in vita Hilarionis refert, quod cùm Alexander ad sepulchrum Achillis peruenisset fœlicem illum prædicauit, eò quod Homerum suorum facinorum præconē habuisset, qui tam egregijs, luculētisq; carminibus eius gesta retulit. Quātò fœlior B. Ioannes Baptista æstimādus est, qui non Homerū, sed filiū Dei suarū virtutū egregiū, & præclarum meruit habere præconē? Quāuis omnes cœlestes Hierarchię à laudibus eius vsq; ad finem sæculi non cessarent, non tanti ponderis id esset, quanti eū
Matth. 2. ab ipso Deo laudari. Et est valdè notandū, quòd S. Matthæus refert; dicens: Cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioāne. Ideſt: quod 24
quanuis magnis laudibus illum extulit, nihilominus finem non imposuit: sed tantum cœpit. Ergò Christe sapientia infinita, & verè honorificator tuorum fidelium amicorū, quis putas puer iste erit? Ad hoc ibi respondet, postquam laudes eius decantauit dicens: Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Ex his verbis nonnulli inferunt maiorē esse, qui surrexit inter natos mulierum. Quia Diuus Paulus ait:
1. Cor. 15. alia est claritas Solis alia claritas Lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Ex quo inferunt nullum sanctum in gloria alij æqualē esse in gloria & claritate. Et siquidē nullus est Ioāne Baptista maior,

& se-

25 & secundū horū sententiam non habet æqualē, sequitur omnes illo minores esse. Si quis dicat non sequi, est maior ergò melior: nam in domo principis ipse est maior, & tamen non semper est melior: quin imò sæpe contingit, vt in acceptatione Dei eius coquus, aut vetulæ abiectissimæ sui palatij meliores sint: dico in tēporalibus ità esse; fieri enim potest, vt multi magni sint: in spiritualibus verò peiores cūctis, & vereor ne fortè cōmuniter ità sit at verò in spiritualibus non sic se res habet: sed ille maior est, qui melior. Nam coram Deo non est alia maioritas, nisi meliorē aliquē esse. Vnde dicēs: Non surrexit maior, vtiq; dixit, nō surrexit melior. Et in hoc verbo, surrexit, insinuauit, quomodò sacratissimam virginem matrem suam excepit, quæ nunquam surrexit, quia in nullam culpam, siue originalem, siue actualem inci-
26 dit. Reliqui verò omnes surrexerunt, quia ceciderunt. In sacris
Isai. 64. literis peccatum casus appellatur, vt apud Isaiam: Cecidimus quasi folium vniuersi. O quanti huiusmodi casus quotidie in mundo eueniunt, & quot hic adestis, qui sic misere excidistis, nec tamen vestrum miserum casum attenditis, & lutum, in quo
Apoc. 2. iacetis. Quibus meritò dicere possumus illud Apocalypsis: Memēto vnde excideris. Et quomodò peccator cecidisti, qui tā misere discerptus exulceratusq; es? Aliqui excidūt, veluti artifex, qui
simile. postquā magnā excelsamq; fabricā extruxit super ambulacrū incautè gradiens excidit. Sic nonnulli sunt, qui postquā magnā fabricā spiritualem extruxerūt minùs cauti per superbiā ex hoc excelso ędificio excidūt. Propter quod Diuus Paulus nos admonet dicens: Qui se existimat stare videat ne cadat. O quātus, heu,
27 dolor est cernere, quā vane homines perdunt magna merita, quę acquisierāt. Ergo, ò homo memēto, vnde excideris, & quomodò excideris. Cadit etiā peccator instar pueri, qui per cancellos sola-
simile. rij fortè cecidit, & mortuus est. O quanti à se ipsis excidunt per cancellos, & rimulas sensuum. Exit enim anima eorum per oculos, dum ea, quæ non decet intuetur, & affectat. Exit præterea per os, & reliquos sensus. Ideò Regius Dauid gratias Deo agebat
Psalm. 114. dicens: Eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Ideſt: Eripuit me à lachrymis, quas si peccasse fundere debebā. Cadit etiā peccator, sicut Regis amicus
simile. ab eius amicitia cadit. Quādo aliquis Regis amicus est nullus audet, vel illum alloqui, omnes illum timent, omnesq; reuerentur:

at verò quã primũ à Regis amicitia excidit etiam lapides in eum 28
insurgunt tanquam omni præsidio destitutũ. Idẽ homini cõtingit: nam dum in gratia Dei perseuerat honoratur ab Angelis, timetur ab hominibus, sed quoties mortaliter peccat, ab illa gratia, & Dei amicitia cadens statim dæmones, vitiaque in eum irruunt: vt patet in psalmo, dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia nõest qui eripiat. Nullus non eum inuadere audet omnesq; præsumunt ab eo reportare victoriam, paucas eius vires agnoscentes: peccator autem pusilla nimitate, & ignauia ab omnibus se vinci patitur. Quod plane in Cain figuratũ cernimus: qui postquam peccauit Deo dixit: Ecce eijcis me hodie, & ero vagus, & profugus in terra. Omnis igitur, qui inuenerit me occidet me. Idest, errabũdus incedam, eius domini ero qui me voluerit recipere. Hanc Caini pusillanimita- 29
tẽ, & ignauiam communiter peccatores habent, quibus videtur impossibile esse, quin peccent, impossibile esse concubinam relinquere, ludum, ambitus, & cupiditates. O miseros, & infœlices: vobis vtiq; hoc prouenit, quia à gratia excidistis. Cadit etiã peccator tanquam mercator, qui à fide excidit propria qui cùm bonam fidem apud homines haberet nimium lucrabatur, qua fide amissa parum aut nihil lucratur. O quantam fidẽ habet homo apud Deum, quãque dives est, quando est in gratia, & quot thesauros sibi lucratur & acquirit, quoties bonũ opus facit, etiã ex indifferentibus operibus si ea in Deũ referat meritũ depromit. Quia vt D. Paulus ait: Diligẽtibus Deum omnia cooperãtur in bonum. Postquam miles militari signo se subdidit, non solùm dum pugnat stipendium facit, sed etiam, comedens, bibensque. 30
Similiter iustus non solùm meretur ieiunans, orans, pœnitens, &c. verum etiam dum comedit, bibit, & dormit, quia omnia in Deum refert. Cæterùm cùm peccat, quia ab hac bona fide [*De fide credito*] Excidit, gratiam, & gloriam non potest mereri. Et, quod peius est, postquam homo in peccato misere cecidit, non curat surgere Deo manũ ei præbente: quod Regius Dauid insinuauit. Vbi pro eo, quod nos legimus: Non resurgunt impij in iudicio ex Hebræo transferri potest: Non cõsurgent impij in iudicio: & sic est in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica. Et iudicium hîc significat, sententiam & consilium, quod iusti eis præbeat nomine Dei, vt surgant. Hoc patet ex illo, quod subsequitur.

Psalm. 70.

Gene. 4.

Simile.

Roma. 8.

Simile.

Psalm. 1.

31 tur. Nec peccatores in consilio iustorum, scilicet, consurgent. Et ex Hebræo potest hîc transferri, In concilio iustorum, & sic est in paraphrasi Chaldaica, & etiam Beatus Hieronymus sic legit. Et in consilio iustorum denotat, quod non prodest peccatoribus consilium, quod quilibet iustorum eis dat. Etiam in consilio iustorum denotat, quod nec etiam vtantur consilio, quod eis iusti dant. O terribilem pertinaciam, O diram cæcitatẽ quòd hac via singulari beneficio affecti, & à pontenti manu Dei adiuti nolint tãto bono vti. O fratres dilectissimi in Christo Iesu per ineffabilẽ Dei misericordiã vos obsecro, si forte cecidisse, & solo æquatos vos intuemini, miserum statum, & periculũ, in quo versamini cõsiderate, & hac cõgrua opportunitate vtimini, siquidẽ cũ venia vos inuitat Deus. Et quanuis gloriosus Baptista ab hoc lapsu nõ
32 surrexerit quãdoquidẽ adhuc ex vtero matris suę sanctificatus, & in gratia cõfirmatus fuit, & ideò mortaliter nunquã peccauit, at verò à peccati originalis lapsu surrexit, sicut omnes filij Adã. Et de omnibus, qui prolapsi sunt Dñs ait: Nullꝰ surrexit maior Ioãne Baptista. Ille potẽtissimus Deus, qui hũc sanctũ virum tãtis virtutibus illustrauit, nobis pro sua clementia auxiliari dignetur, vt illum imitemur; quô sic gratia ditati perfruamur gloria, Quam mihi & vobis donare dignetur Iesus Mariæ filius. Amẽ.

IN FESTO SANCTORUM Apostolorum Petri, & Pauli Concio Prima.

Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi. &c. Matt. 18. 16

MAGNAM Admirationẽ parit cernere, quantum Deo curæ sit, & quanti æstimat, nè homines inique de eo loquantur. Hoc cum Sanctus Moyses recte cognouisset pro viribus Deum placare studebat propter irã, & indignationẽ, quam in Hebræos habebat (quia abominabilẽ idololatriam cõmiserant) illũque

que inclinare satagebat, ne illos destrueret, hoc ante oculos eius 2
statuēs: Ne quæso dicant Ægyptij, Callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra, quiescat ira tua & esto placabilis super iniquitatē populi tui. Quasi diceret: Parce eis Dñe, nè fortè causentur Ægyptij, & maledictis te lacessant, & te Deū
Num. 14. falsum & deceptorem dicant. Et alibi, cùm iterum Deus contra Hebræos indignatione commotus esset (dixerant enim: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum) eosque pestilentia consumere decreuisset, simili ratione sanctus vir Deum placare cœpit dicens: Vt audiant Ægyptij, de quorum medio eduxisti populum tuum, & habitatores terræ huius, & dicant: Non poterat introducere populū in terrā, pro qua iurauerat, id circo occidit eos in solitudine. Quod si Deus tanti facit [*El que diran del,*] Cū alias suus honor, suaq; gloria nullū detrimentū pati 3
possint, nec decrescere, cur homines non verebuntur, & cautè viuere studebūt, nè fortè aliquā occasionē præbeant, vt eorū honori alij detrahant? Equidem signū valdè manifestum conscientiæ corruptæ hoc est. Non vos latet dilectissimi in prouerbijs
Prou. 18. scriptum esse: Mors, & vita in manu linguæ. Dicit, in manu linguæ: nam, vt lingua verba vitæ, & ædificationis loquatur debet à diuino amore duci, quo quasi manu illa ducitur. Et quoties verba mortis loquitur à contraria manu, quæ est malitia ducitur. Et alij interpretes ex Hebræo transtulerunt: Mors & vita in manibus linguæ, & sic etiam Venerabilis Beda legit. In quo denotatur, non sufficere ad hoc, vt lingua verba vitæ loquatur, amorem habere, sed insuper ab alijs duabus manibus, scilicet, prudentia, & sapientia duci necessum esse. Nam sine his 4
amor tanquam cæcus erit, nec illo duntaxat lingua, quæ decet loqui sciet. Et lingua illa, quæ à malitia ducitur, si duabus insuper manibus adiuuatur, ira, scilicet, & inuidia, quod malum contra proximū non machinabitur, & loquetur? Nā malitia per se sola non tantū mouet, ac si iræ inuidiæque sit coniuncta: ergò, si his superuenit occasio, quam præbes, dum minus cautus, incircunspectusq; viuis, vtique plus illa lingua commouebitur, vt venenum suum super te & super honorem tuum effundat. Quapropter, dilectissimi, vt Deum vestrum imitemini, & qualiter viuatis circunspicite, nemini dantes vllam offensionem. Quod si à me quæratis, quare Deus tanti æstimet, ne de illo homines

5 mines peruersè loquantur, quandoquidem, etiam si omnes creaturæ illum blasphemare eiusque celsitudinem maledictis impetere nunquam cessarent, nullum detrimentum ei posset prouenire, vt vobis respondeam, mihi prius, vt respondeatis velim. Interrogo vos, quarè Deus à bonis laudari vult, quandoquidem, etsi æternaliter à cunctis creaturis laudaretur suæ gloriæ siue honori nihil accresceret? Et certè mirabile est Regis Dauid studiū, qui ferè in omnibus psalmis, vt laudemus Deum nos inuitat. Nonnunquam enim dicit: Laudate Dominum de cœlis, vbi tā cœlestes, quàm terrestres creaturas ad hoc inuitat. Alibi inquit: Lauda Hierusalem Dominum. Alibi: Laudate Dominum omnes gentes. Laudate pueri Dominum &c. Molestum esset recitare loca, quibus, vt Deum laudemus nos inuitat. Et certum est
6 Sanctum Prophetam vana, aut impertinentia verba non loqui. Sed potius, quæcunque loquebatur diuino spiritu dicta erant. Et mirabilius multò apparet, quod videtur Deus honoris cupidus, aut quod in hoc sua res agatur, siquidem per suum sanctum Prophetam tam enixè, vt illum laudemus nos iubet. Si magnus *Simile.*
ac potens imperator maximam solicitudinem adhiberet, vt à vilibus, & rusticis pastoribus, à subulcis, & alijs abiectissimis hominibus laudaretur, habens in sua curia viros illustres, vrbanos, & ingenuos abundè satis, qui ei honorem deferrent, eumque laudarent, nonnè hunc stultum, amentem, vanumque esse iudicaretis, qui à tam vilibus sicut illis laudari vellet? Quid ergò de te dicemus Deus maiestatis, & gloriæ infinitæ, qui cū tam lucidum laudantium numerum, quales sunt cœlestes angelicæ Hierar-
7 chiæ in curia tua habeas, in quorum comparatione nos vilitas, & abiectio ipsa sumus, & nihilominus studeas, præcipiasque, vt te laudemus? Vt quid hoc Domine? quo fine? qua ratione hoc facis? O ineffabilem Dei bonitatem, quod in omnibus, quæ præcipit plus nostro, quam suo cōmodo studet. Vnde, si præcipit, vt illum laudemus, hoc certe facit, vt ingentes coronas coram sua celsitudine mereamur. Hoc enim vnū ex exercitijs est, quod plus efficit, vt anima lucretur coram Deo. Quapropter Regius Dauid non contentus erat alias solummodò creaturas ad laudem conditoris inuitare, sed etiam se ipsum excitabat dicens: Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo *Psalm. 143.*
meo quandiu fuero. Anima mea, inquit, quia ille tantum, & verè di-

re dicere potest, anima mea, qui à peccato liberam mundatam 8
que habet, nec eam alienauit propter appetituum suorum exe-
cutionem. Vnde iniqui, qui per viles, & abiectas mundi res eam
vendunt, non verè dicunt: Anima mea. Et Dominum dicens, de
notat obedientiam, quam Deo obseruabat. Nam quid tibi pro-
dest, Deum, Deum esse, nisi dominationem in te exerceat? Qui-
cunque dæmoni obedit, & si Deum tanquam Deum colat, dæ-
monem verò tanquam Dominum habet. Non sic sanctus hic
vir faciebat, sed potius quadam obedientia, & puritate animam
suã excitabat, vt perpetuo Deum glorificaret: igitur, sicut Deus
pluris æstimat, vt homines perpetuô illum collaudent, propter
eorum commodum, ita nimis offenditur, si de eo male loquãtur,
& blasphemijs iniurijsque illum afficiant propter damnum, ℣ 9
eis prouenit tam horrenda peccata committentibus.

Vnde in hodierno sacro euangelio Dominus suos sanctos di-
scipulos interrogat. *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Non
propterea quod sua aliquid interesset: hoc dixit: sed propter vtili
tatem hominum. Quæsiuit, quod sciebat, vt tu interroges, quod
nescis. De quodam Rege memini me audisse, qui bene gubernã
di desiderio ardens, mentiri habitum solitus erat, & sic persona-
tus (*disfraçado*) inter suos incedebat, quærens ab eis; Quid de hoc
Rege dicitur, qualiter gubernat, quid facit, quid ve faciendum
relinquit, & sic emendabat se, & vitia corrigebat. Nemo enim
Simile. est, qui pauciores in mundo veritates, quã Rex, & princeps noue
rit. Quemadmodum hæc misera anima carceri corporis inclusa
est, & quicquid scit per fenestras sensuum intrat, & hi eam deci
Simile. piunt vnum pro alio repræsentantes. Sicut qui intra templum 10
nutritus esset, nec solem vnquam vidisset, sed tantum per vitrũ
coloribus tinctum transeuntem, putaret quidem solem cęruleũ,
viridem, & rubicundum esse, quia sic per vitrum repręsentatur:
similiter cùm omnia per vitreas sensuum fenestras in animam
intrant, tales ei res esse videntur, quales à tinctis sensibus repræ-
sentantur. Ita prorsus fit, vt Rex, aut princeps, quæcunque
scit, per illos tres, siuè quatuor amicos, & familiares, qui à la-
tere sunt intrent, quibus sua negotia communicat, hi ad au-
rem ei loquuntur, blandiuntur, assentantur, auresque demul-
cent, exaggerant res, in cœlum vsque attollunt, aut sit libet eis,
ita extenuant, & annihilant, vt varijs coloribus rem apparere
faciant,

11 faciant, & hoc quia magis sua interest propter suas cupiditates,
& ambitus, ex quo incommoda magna, iniustitiæ quam plures,
ingentesque tyrannides in regno resultant. Vnde Rex ille pru-
denter agebat rei veritatem propter commodum Reipublicæ il
la via inquirens. Qui hunc Regem in hoc imitari nolunt, saltem
verum magistrum Iesum Christum imitentur, interrogantes
non adulatores, sed viros Apostolicos, & studiosos. *Quem di-*
cunt homines &c. Quid de me vulgo circunfertur? Quid in mea
gubernatione desideratur? Quod vitium ostenditur? Et hoc in
terroget duntaxat zelo proficiendi, & corrigendi defectus. In *Psal. 70.*
psalmo vbi nos legimus: Cogitauerunt, & locuti sunt nequi-
tiam, alij transtulerunt ex Hebręo, Locuti sunt in nequitia, & sic
est in contextu Græco. In quo denotatur, quod ex eo, quod ali-
12 quis in nequitia multo tẽpore iacet, loquitur nequitiã. Ideo huius
modi interrogationes non sunt faciendæ hominibus iniquis.

Et est res notatu consideratuque dignissima, quod ad hoc, vt
summus mundi magister Christus testimonium & fidei confes
sionem exigeret ab illis, à quibus per vniuersum mundum fides
propaganda erat, à Hierusalem & àfinibus eius illos eduxit tulit
que secum in partes Cæsareæ Philippi inter Gẽtiles idololatras.
Quid oportebat (dicet quis) Dñm segregare illos à loco, vbi no
tus erat, & in terra Gentiliũ illã quęstionẽ proponere? Dico illũ
hoc fecisse vt nos doceret, quod fidem confiteri, vbi omnes cre-
dunt nihil mirum. Tunc fides nostra omni laude digna esset, quã
do inter infideles eam profiteremur. Quid enim mirum fidem
confiteri inter fideles, & passim operibus negare illam? Christia
13 nos ab anis quadringentis vos prædicare, longo sanguine censeri, & simul concubinarios esse, adulteros, fures, & alieni sangui-
nis fugillatores? Sicut. D. Paulus dicebat: Confitentur se nosse *Tit. 1.*
Deum factis autem negant. O miseros nos, qui fide sola con-
tenti viuimus. Sæpe contingit, vt quis literas regias prætori no- *Simile.*
tificet, & certò credit Regis chirographum esse, & tanquam ta
le reueretur: at verò quantum ad executionem decreti ait: Nõ
habet locum. Sic nos facimus, ad quos mittit Deus literas manu
propria, & suæ infinitæ autoritatis sigillo subscriptas, facrum, sci
licet, Euangelium, nos autem credimus Dei Euangelium, &
quæ in eo continentur infallibilem veritatem esse: at vero
quantum ad executionem eorum, quæ in eo præcipiuntur

dicimus

dicimus: Non est opportunitas. Scitote fratres, quod Christia- 14
nos esse, sicut oportet credere ad salutem est castos esse, humiles, charitatiuos, mansuetos & omni virtute ornatos. Ideo per viscera Iesu Christi crucifixi vos obsecro, vt sic fidem profiteamini, & sciatis, quòd profitentes eam absque vllo vestri detrimento non multum facitis, sed insuper promptos, & paratos vos esse debere, ad reddendum testimonium inter infideles, si fortè se offerret occasio; quia vt doceret hoc Christus Redemptor noster, eduxit suum sacrum discipulorum collegium, à loco vbi notus erat, & vbi mirabilia eius homines viderant, & in terram infidelium duxit, vt ibi sacratissimam illam confessionem faceret.

Et interrogabat discipulos suos dicens. *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Si modo ego interrogarem: Quid sentiunt homines de Deo, & in qua reputatione apud illos est, equidem respõdere possetis, & meritò, quod re vera minus de Deo sentire videntur, & eum minoris æstimationis apud illos esse, quam quẽlibet hominem etiam mundi abiectissimum, siquidem coram diuino eius conspectu ea facere non formidant, quæ coram vilissimo homine facere non auderent. Dicito miser turpitudines, & abominationes, quas coram illo tam magno Deo committis, quem magis præsentem habes, magisque intimus tibi est, quam tu tibimet, coram homũculo, quantumuis vilissimo auderes cõmittere? Crediderim certe, quod nõ: ergo minoris æstimationis ipse Deus apud te est, quàm ille homo vilis. O cœlum ô terra, ô creaturæ insensibiles, vestræ naturæ limites nunc transcendite, & tantam peruersitatem mortalium nobiscum sentite. Nec solũ 16
miser minoris Deum æstimas, quam homines, verùm quantum in te est sub pedibus illum conculcatum habes, ô Christe Angelorum, & beatarum mentium gloria, quod te (de quo Sanctus Apostolus ait: Cum sit splendor patris sedet ad dexteram maiestatis in excelsis) homines sub pedibus conculcatum trahant, sicut idem Sanctus Apostolus alibi affirmat, vbi ponderat maiora supplicia mereri, qui in lege gratiæ peccat, quàm qui in lege scripta peccabat, his verbis: Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla intermissione duobus, vel tribus testibus moritur, quantò magis putatis deteriora mereri supplicia: qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Ecce vo

Hebr. 1.

Hebr. 10.

bis

17 bis ô miseri homines, quanti Deum vestrum æstimatis, quando quidem sub pedibus conculcatum habetis. Nunc ergo dilectissimi confundimini vos obsecro, & verecundamini nimis, sic tantã maiestatem tam vili modo tractare, quam omnes cælestes potestates collaudant & reuerentur, & omni cura inuigilate tam terribilis abominationis pœnitentiam agere.

At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij Heliam, &c. Admirabilis quidem sanctitas Beati Ioannis Baptistæ fuit; siquidem antequam Christus Redemptor noster mundo se manifestaret, illum Christum esse homines putabãt. Et postquam Christus verus Deus, & homo miris operibus, & signis mundo se manifestauerat Ioannem Christum esse existimabant. Vnde Herodes di- *Marc. 6.*
xit: Quem ego decollaui Ioannem hic surrexit à mortuis. Fuit
18 tanti ponderis hic Regis error, vt in toto suo regno, & extra illud opinio esset summum mundi Dominum Christum Ioannẽ esse. Ecce quam efficacia tam dicta, quàm facta Regum, & principum sunt, ad seminandos errores, & vitia introducenda, & adducẽdum post se millia millium animarũ in infernum. Si enim sunt mendaces, voraces, lusores, turpes, tyranni, omnes illos sequuntur, quia illud vitium esse non putant, aut si putant, vitium regium, & principe dignum æstimant. O vtinam verbi diuini præcones, & prælati, quos Deus Ecclesiæ suæ rectores, & principes posuit in suis verbis, & operibus tantam efficaciam ostenderent, ad ducendum animas in cælum, quantam vim, & energiã isti habent ad ducendum post se eas in infernum. O quàm meritò per Isaiam peculiariter de eis conqueritur Dominus, dicens:
19 Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandũ *Isa. 5.*
vsque ad vesperam, vt vino æstuetis: cithara, & lyra in conuiuijs vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino, & descendẽt fortes eius & populus eius, & sublimes gloriosique eius ad eum. O quàm tremẽda verba hæc. Et quodnã est saxum quod hæc audiens timore non frangatur? Attendite viri illustres, & ingenui num Deus ad vnguem exacteque vitam, vitiaque vestra in capita redacta habeat, qui tam lautè tamque perseueranter vestris voluptatibus operam datis. Quibus vanitatibus dediti, nec opus supernæ redemptionis consideratis, nec alia multa opera ad diuinam miseri-

ricordiam, & iustitiam spectantia, quæ Deus in hoc mundo ope- 26
ratus est, quorum memoria efficax est ad separandum homines
ab omni malo, & in bonũ trahendũ contẽplamini. Et hoc malo
exẽplo efficitis, vt infernus impleatur his, qui vos imitantur.

Vos autem quem me esse dicitis? Nunquid Domine interrogando: Quem dicunt homines esse filium hominis? in hac quæstione discipuli tui non comprehenduntur? Nunquid, & ipsi homines nõ sunt? Aduertite, quòd hoc nomen, homo, aliquando vilitatẽ denotat, & miseriam. Et ita quando quis grande malum committit vulgo dici solet: Tandem est homo. Mulum supellectilibus
Simile. culinę principis onustum, videlicet, sartaginibus, lebetibus, fuscinis, caldarijs verubusque stragulo mulio cooperit, & ita supellectilium fuligo, nigredoque operitur: sic vulgo dicere, [*Al fines hombre,*] est quasi stragulum desuper sternere, quo omnis mise- 27
ria humana velatur. In hoc sensu Diuus Paulus ait: Cum enim
1. *Cor.* 3. sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundũ hominem ambulatis? nonne homines estis? Nonnunquam verò homo, significat excellentiam. Vnde quando quis heroica facinora patratus est dici solet: [*Hizolo como hombre.*] In hoc sensu accipit Ecclesiastes, cùm inquit: Deum time, & mandata eius
Eccle. Vlt. serua, hoc est omnis homo, id est, perfectus homo. Ecce quomodo etsi tam bonis, quàm malis hoc nomen quadrat, malis vituperium, & ignominia est, bonis autem gloria & excellentia. Et ita hic Dominus discrimen ponit inter homines & discipulos suos, denotans illos non esse homines, sicut cæteros.

Vos autem, quem me esse dicitis? Quasi diceret: Vos, quos è mũdo 28
eduxi, quos tã singularibus donis affeci, quid de me sentitis? Ab
illis, quos maioribus beneficijs Deus donauit, plus petit. O patres sacerdotes attendite, quòd peculiari à Deo beneficio affecti estis, & ideò vult Deus, vt in vobis illustrior fidei confessio sit amore, & bonis operibus ornata, quã in alijs plebeijs hominib⁹.
Dionysius lib. de cæl. Hier. c. 9. Sanctus Dionysius significare volens, qua bonitate & perfectione religiosi clarere debent, quadam exaggeratione & sacerdotũ exemplo ait: Tam boni ferè religiosi esse tenentur, ac sacerdotes. Cùm ergo illius ætatis religiosi magis recollecti, & pœnitẽtes etsẽt, qua hui⁹ nostri tẽporis, heu dolor, & illi sacerdotes debebãt imitari, vt essent perfecti, quales sacerdotes illius ætatis esse debebãt? O quã magna nimis cõfusio est hæc cõsideratu, quãdo sacer-

23 sacerdotibus nũc videtur non debere tantam perfectionem, & sanctitatẽ obseruare, sicut religiosi, quin imò ita aliqui viuũt, vt mala exempla eorum pallium sint, quo alij peccatores operiuntur, & se excusant. Per Hieremiã de Iudæa conquerebatur Dominus, quod suis iniquitatibus Samariæ occasionem dederat, ne tam abominabiles ei idololatriæ viderẽtur, in quibus iacebat, sicut re ipsa erant, dicens: Iustificauit animam suam aduersatrix *Ier.* 3.
Israel, comparatione præuaricatricis Iuda. Hoc re vera inter Ecclesiasticos & seculares hodie contingit: quod videntes sæculares aliquorum Ecclesiasticorum abominationes, & dissolutiones solent hoc clypeo se protegere, excusantes peccata sua. Ex quo satis apparent dãna, quæ hi Reipublicæ inferunt. Hoc tanquam grauissimo flagello orbi Dominus cõminatur per Isaiam
24 his verbis: Ecce Dominus dissipabit terram, id est, dissipari per- *Isa.* 24.
mittet. Et qualiter id fiet? Et erit, ait, sicut populus, sic sacerdos. Pœna grauissima Reipublicæ est propter peccata præterita, quod ad tantam confusionem & ignominiam ipsa Respublica perueniat, vt tam iniqui, tam profani & dissoluti Ecclesiastici, ac seculares sint. Liberet nos Deus pro sua infinita clementia, ne in tantum malum incidamus. Et vos fratres mei seculares attendite, quia siquidem fidem Christianam profitemini, maiori proinde obligatione adstricti estis aliam distinctam cognitionẽ de Deo habere, & vitæ puritate, morumq; integritate illũ confiteri, quàm reliquæ mundi gentes: nam & peccata vestra maiori supplicio digna erunt, quàm eorum. Vnde per Hieremiam di-
cit Dñs: Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue ada- *Hier.* 17.
25 mantino. In quibus verbis significatur, quòd peccata populi à Deo pluribus beneficijs affecti, quales tunc erant Iudæi, & nũc sunt Christiani, remissu difficiliora sunt. Sunt peccata ita dura, quę si semel intrãt, & adhęrẽt, vix aut nunquã exeunt: & quoniã super tantã ingratitudinẽ cadunt, iusto Dei iudicio fit, vt ita cordibus imprimantur, vt difficulter ab eis diuelli, & radi possint.

Vos autem, quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tues Christus filius Dei viui. Quasi diceret: Extra hanc congregationem, extra Ecclesiã hanc Domine, variæ opiniones de te vulgo circumferuntur, & omnes falsæ, omnesque erroneæ sunt. Verũ quod hîc fide tenetur, quod omnes vno ore profitemur est: Te Christũ filiũ Dei naturalẽ esse. Extra Ecclesiã verò oẽs Mauri &

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæretici, & Iudæi quãplures errores, & falsitates de Christo Do 26
mino credunt. Et in Ecclesia sancta & Catholica solum est vera, pura & infallibilis fidei confessio, vbi Iesum Christũ verũ Dei filiũ omnes confitemur esse, & penes ipsam Ecclesiam omniũ mirabilium mysteriorum, quæ operatus est, fides residet, & eorum quæ docuit. *Respondens autem Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis.* Quasi diceret: Hoc nõ inueniſti in Credo Pharisæorum, qui me blasphemant, nec aliqua alia persona humana id tibi reuelauit, sed Pater meus. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* O benedictus & glorificatus sit talis Deus. Aduertite dilectissimi, quàm grato Deo seruimus, qui propterea quòd ei dicitis, quod in se est, vt sitis, quod antea non eratis, vobis concedit. Nam dicite, quam gratiam quis illi habe- 27
simile. ret, qui ei diceret: Domine oculos habes, nares habes, os habes, manus habes. Quid mea, dicet ille, etiam vel te tacente hæc habeo. O ineffabilem Dei bonitatem, qui propterea quòd laudantes illum dicimus: O Domine infinitã potentiam habes, infinitam bonitatem habes, pulchritudinem infinitam, gloriam perennem, hoc nimis gratum habet, & efficit, vt simus quod non eramus: nam adaugens nobis gratiam efficit, vt iustiores simus, quàm antea eramus. Sed notãdum vobis est, quòd, vt laudes hæ valdè meritoriæ sint, & diuinæ celsitudini acceptæ, debent esse quidam excellẽtes actus amoris. Nam de quolibet attributo, seu excellentia, quam in Deo laudantes ponimus, debemus magis lætari, quòd Deus illam possideat, quam si nos eam haberemus. Vnde, dilectissime, cùm lingua profiteris, dicens: O Deus meus 28
infinitus es, omnipotens es, sapiens es, &c. debes complacere, & tecum lætari, quod Deus hæc sit magis, quàm si per impossibile tu eadem esses. Quod si huc non pertingis saltim hanc habere
Psal. 58. complacentiam, & gaudium opta. Et ita vbi nos legimus: Exaltabo mane misericordiam tuam. Alij transtulerunt: Exultabo mane misericordiam tuam: & sic est in contextu Græco. Et etiã Beatus Hieronymus sic legit. Et etiam ex Hebræo potest transferri sic: Laudabo mane misericordiam tuam. In quo denotatur gaudium, quo afficitur plena amoris laudandi Deum, & quòd laudes Dei gaudia spiritus, & cordis sunt. Et ita crediderim, quòd cum Diuus Petrus hanc confessionem faciebat, dicens: Tu

es

29 es Christ⁹ filius Dei viui, maiori gaudio afficiebatur, quòd Chri
stus hoc esset, quam ipsemet is esset. Sed ô miseros nos, quàm longè nostræ laudes dissimiles his sunt.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo Ecclesiã meam. Quando Basilica ædificatur, artifices fodere solent quousque petram viuam offendunt, & desuper illam fundamentalem petram, quam primam dicimus iaciunt. Petra viua, Christus verus Deus, & homo est. Vnde Sanctus Apostolus ait: Fundamen- *1. Cor. 3.*
tum aliud nemo potest ponere præterid, quod positũ est, quod est Christus Iesus. Et super fundamẽtum hoc, & petram viuam ponitur in Ecclesiæ ædificio prima petra fundamẽtalis, quæ est *Basil. de*
Sãctus Petrus: vt egregiè adnotant sancti Doctores, de quo mul *pœnit.*
ta scripserũt. Et super hanc petram, posuit Dominus alios Apo- *Ambros.*
30 stolos tanquam petras fundamentales huius sacri ædificij; sed *in Luc.*
primum omnium fundamentorum est Diuus Petrus, & caput. *c. 9.*
Quia quãuis Dominus immediatè totius vniuersi prælatos sin- *Paulin. in*
gulos suos sanctos Apostolos cõstituit: at verò Diuum Petrum *epist. ad*
omnium prælatum posuit, & voluit, vt hæc vniuersalis pote- *Seuerum.*
stas in solis Petri successoribus maneret, non autem in succesſo- *Dionys. in*
ribus aliorum Apostolorum. Tunc adimpletum est quod quæ- *epistol. ad*
dam sancta fœmina præcinit, dicens: Domini enim sunt cardi- *Timoth.*
nes terræ, & posuit super eos orbem. Hi sunt sancti Apostoli, su *Cyprianus*
per quorum humeros totum mundum, omniumque curam Do *epist. ad*
minus imposuit. Quæ petræ tã afflictæ, & lassatæ fuerunt? Quã *Quintũ.*
curam & solicitudinem adhibuerũt, quot labores perpessi sunt, *Theoph.*
vt omnes salui fierẽt? Qua charitate nos dilexerunt, sicut Diuus *Luc. 22.*
31 Paulus nomine omnium significat, dicens: Non angustiamini *Epiphan.*
in nobis; angustiamini autem in visceribus vestris, id est, vnus- *in lib. an-*
quisque nostrum vos omnes amplissimo charitatis sinu comple *coratus.*
ctitur, cum tamen vos amoris huius vicem nobis rependere noli- *Tertul. li-*
tis. Hunc etiam feruidum amorem ad Philippen. scribens signifi *bro de*
cauit, dicens: Coarctor autem è duobus, desiderium habens dis- *præs.*
solui, & esse cum Christo, multo magis melius, permanere autẽ *D. Chryso.*
in carne necessarium propter vos, quid eligam, ignoro. Id est, cer *homil. 55.*
tamen intra meipsum inuenio, quod meum cor constringit, affli *in Matth.*
gitque, cum corpus meum famelicum cerno flagellatum, multis *Cyril. lib.*
laboribus oppressum, & animam meam sitibundam aspicio dis- *2. in Ioan.*
soluẽdi, & cum Christo dilecto suo esse desiderio affectam. Tum *c. 12.*

Vier. Isai. 2. & 16. & in epist. ad Marcel. & Matt. 16. Hilar. Matth. 16. Ambros. sermo. 47. de fide Petri. 1. Reg. 2. 2. Cor. 6. Philip. 1.

verò amor vestri me detinet, & spes vtilitatis, quæ ex vita, & conuersatione mea prouenire potest. His duobus coarctor, quid eligam, ignoro; duplici spe pendeo, neutram eligo; quia, quanuis merendi occasionem hic habeam, vellem nihilominus meliori frui, inillis, scilicet, brachijs dilectissimi Redemptoris mei me cernere. Tandem propter amorem hunc carceribus inclusi fuerunt, & denique glorioſum ſanguinem fuderunt. Eodem enim die hi duo ſanctæ Eccleſiæ principes è carcere educti ſunt, præcone clamante: Hæc eſt iuſtitia, quæ Imperatoris iuſſu exercet in his duobus hominibus alienæ ſectæ innouatoribus, & Deorum cultũ prohibentibus, &c. O quis cernere dignus eſſet has geminas ſanctæ Eccleſiæ columnas, binas ſanctuarij ianuas, duo mundi lumina, veros Dei Apoſtolos ferreis cathenis circundatos, & militari comitatu obſeſſos, quibus verbis, quibus lachrymis, quæ cordis teneritudine ab inuicem diuiſi ſunt. Nam, quia Diuus Petrus piſcator erat, ignobilium ſupplicio nempè crucis erat puniẽdus. At verò D. Paulus, vt nobilis capite trũcandus. Vnde in diuerſis locis paſsi ſunt. Quæ lingua explicare poſſet, illos dulces amplexus, interioremque animi dolorem, quo vltimum vale ſibi dixerũt. Diuus Paulus benedictionẽ poſcens à Sancto Petro Pontifice ſummo, dicebat: O Eccleſiæ Sanctæ princeps, ac Domini mei Ieſu Chriſti præcipue vicarie, impende mihi obſecro tuam benedictionem, & vale, ô paſtor egregie. E contra Diuus Petrus reſpondit. O Doctor Gentium, vas electionis Dei mei, tuba cæli, & prædicationis ſancti Euãgelij dux, Dominus tecum ſit in hac vltima hora. Gaude interim, & lætare, quia parum hæc noſtra abſentia durabit, citò in illa perenni gloria nos videbimus, conglorificabimur, & ſimul ſemper erimus. Hunc glorioſum diſceſſum Sanctus Diony ſius, qui præſens fuit, refert ad Timotheum ſcribens. Et cùm ſeparatentur, Sanctum Petrum eius diſcipuli ſecuti ſunt, & ſimiliter Diuum Paulum eius diſcipuli comitati ſunt: cordibus tamen non ſunt diuiſi. Cùm autem Sanctus Petrus ad locum martyrij peruenisſet, videns ſanctam crucem genu flexo procidit, miniſtriſque ait: Obſecro fratres ne me crucifigatis eo modo, quo magiſtrum meum amantiſsimum Iudæi crucifixerunt, quia non ſum dignus ſic eſſe. Inclinate crucem, & ſic caput verſus terram me crucifigite, vt melius cælum intendere poſsim: & ita illum crucifixe-

cifixerunt. O glorioſiſsime Princeps, quam luculentum ſuggeſtum, quam ſpecioſam cathedram habes, ô concionatorum caput. Hinc Sanctus Apoſtolus proclamabat, dicens: Filioli mei dilectiſsimi mihi, diligite inuicem, ſupportate inuicem: in cæleſti doctrina, quam vobis prædicauimus perſeuerate. Citò enim labores hi finem accipient, & in æternum cum veſtro cæleſti magiſtro Ieſu Chriſto conglorificabimini. Hæc dicens, ſanctiſsimam illam animam Deo reddidit. O quis ex alia parte Sanctum Paulum cerneret, qua maxima deuotione potuit genu flectere, qui horam tam deſideratam appropinquare cognoſcens, dat collum ſanctiſsimum gladio, & ſimul cor & viſcera iungens Chriſto ſuo obtulit. Abſciſſo venerabili capite ſapientia pleno, ſemel proſiliens dixit: IESVS: & protinus fons inde emanauit. Secundò proſilijt, dicens: IESVS: & fons iterum ibi erupit. Tertiò proſilijt, dicens: IESVS: & fons inde emanauit. In nomine ſanctiſsimæ Trinitatis. O animæ fideles quanti Deo veſtro ſtetiſtis, qui non contentus eſt dare animam ſuam redemptionem pro vobis, ſed etiam ad veſtrum exemplum ſanctos Apoſtolos, alioſque ſanctos quamplurimos mori permiſit. Placeat ſuæ diuinæ celſitudini vobis ſpiritum impertiri, vt eos imitemini, contradictiones, quæ in vitæ huius curriculo ſe ſe offerunt æquo animo tolerantes, & alijs pijs operibus intendentes, quibus mereamini gratiam copioſam, & tandem gloriam adipiſcamini: ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius, Amen.

In eodem Feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Concio Secunda.

Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi. Matth. 16.

HANC eandem hiſtoriam Diuus Marcus referens, ait: In via interrogabat diſcipulos ſuos, dicens: *Quem me dicunt eſſe homines?* Chriſti filij Dei totius ſanctitatis exempli, hic mos erat, quod iter faciens verbis ædificationis plenis ſuos exhortabatur. Non ſic hodie Chriſtiani faciunt, ſed vt primum *Marc. 8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum faciendi iter se offert occasio, fundere preces omittunt, 2
nec rem sacram audire curant, nec in via verbum saltim Christiana religione dignum loquuntur, quibus videtur siquidem iter faciunt ad nihil boni se obligatos esse, adsiter facere, illos ab omni Christianæ religionis opere immunes redderet. O terribilem cæcitatem, quòd in itineribus, vbi plura inconuenientia solent offerri, & infortunia maxima, Dei obliuiscamini? Imò tunc plus Dei reminisci debebatis, & cum maiori efficacia eius diuinæ misericordiæ vos commendare. In Actibus dicitur de Eunucho Reginæ Candacis, qui venerat adorare in Hierusalem, & reuertebatur super currum suum, legensque Isaiam Prophetam. Ecce hic, licet Gentilis esset, exercebatur in via lectioni sacræ vacans, ex quo illum Deus illuminauit, & in fidei cognitionem adduxit. Tu verò cum sis Christianus, mille commenta, mille fabulas, & turpiloquia in via misces? Sanctus Lucas eandem historiam referens, ait Dominum quæsiuisse: Quem me dicunt esse turbæ? Vbi Diuus Chrysostomus adnotat, cur non interrogauit Dominus: Quem me dicunt esse Pharisæi? Ratio est, quia manifesta erat malitia, & odium, quo illi Dominum prosequebantur, & non est ratio habenda de his, quæ ab hominibus dolo, & passione affectis dicuntur. Vnde Diuus Paulus dicebat: Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Et alibi: An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Hominibus, id est, peccatoribus, & iniquis: nam huiusmodi homines, nisi sibi similibus non gaudent, illosque tantum collaudant. Vnde Seneca ait: Tam triste sit tibi laudari à turpibus, quam si ob turpia laueris. Et ita Diogenes Laertius de Philosopho Antistene refert, qui cùm ab hominibus insimæ notæ se cerneret laudari, exclamare cœpit: O me miserum, metuo, ne in crimen aliquod inciderim. Et cũ alius ei diceret: Quare cruciaris, nonne vides, vt te isti collaudant? Philosophus respondit: Quid mali feci? Vtique huic Philosopho videbatur, quòd mali non nisi sibi similes laudare sciunt. Ideòque Dominus interrogat: Quem dicunt turbæ me esse? quasi diceret: Gens syncera plebis, sine dolo, sine malitia, & sine inuidia, quem me esse dicit?

Act. 9. *Luc. 9.* *1. Cor. 4.* *Gal. 1.* *Senec. lib. de Virtutibus.* *Diogenes Laer. de vita Philoso. lib. 6.*

3 4

At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam. Hæc asserentes, magna iniuria Christum mundi Saluatorem afficiebant. Nam quãuis hi viri

5 hi viri sanctissimi extitissent, nihilominus comparãtes eis Christum, infinitum honorem ab eo auferebant. Et magna calamitas nostra esset, si Sanctum Ioãnem Baptistam, Heliam, aut Hieremiam in Deum haberemus. Nam præter errorem, scilicet, Deũ existimare illum, qui non erat, Helias tamẽ biliosus erat, & ignis de cælo, vt descederet faciebat (quamuis merito.) Quid flegmatici facerent, si Deum tam cholericum haberent? Hieremias melancholicus erat, semper lachrymis dissoluebatur; quid lætis, & iucundis esset, si Deum tam melancholicum haberent? Sanctus Ioannes homo syluestris montanusque erat, pœnitens, non mãducans, neque bibens; quid vobis amatores, societatis & colloquij facerent? Bonum profectò nobis esset, si tales dij nobis essent. [*Buenos son para Santos, pero no para dioses.*] Ratio ob quam oculus non habet colorem (inquit Aristoteles) est, quia, si aliquo co- 6 *simile.*
lore infectus esset, omnia eiusdem coloris sibi apparerẽt: & quia discernere debet inter colores, ideò colorem nõ habet. Deus nec est biliosus, nec melancholicus, nec sanguineus, nec flegmaticus, nec alijs huiusmodi peregrinis passionibus subiacet. Est infinita bonitas, quæ omnes apprehendit, nobilissimus, qui omnes recipit, tam biliosum, quam flegmaticum. Vnde Sanctus Dauid ait: Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic. Omnes Dei domus, & viscera eius capiunt, dummodo velint homines peccata relinquere, & diuina misericordia vti. *Psal. 86.*

Dicit illis Iesus: Vos autem, quem me esse dicitis? Quia licet inter homines opinionum, iudiciorumque diuersitas sit, nõ sic inter vos debet esse, sed omnes vnam sententiam tenere, idemque iudi-
7 cium sequi debetis. Vnum inter ea, quæ Reipublicæ Christianę maximum nocumentum afferunt, est disparitas iudiciorum inter concionatores, confessores Theologos, & Iurisperitos, quando ignari sapientibus opponuntur. Contingit aliquem confiteri & confessarius negat absolutionẽ, quia vere si absolueret, peccaret ob indispositionem illius. Statimque consurgit, & ad alium confessarium se confert, qui eum absoluit. Talis quidẽ confessarius illum perdit, eique nocet. Petit quis consilium à Iurisperito, Iurisperitus ille subscribit: nequaquam fieri posse, quod postulat, quia iniustum petit, nec tali contractu ei vti licere. Mox ille alium, & alium adit, quousque imperitum reperit, qui iure id fieri posse, subscribat: qui maiorem fidem præstat, quia

Universidad de Deusto Biblioteca

secundum proprium beneplacitum decernit, & subscribit nec 8
tamen quid loquatur, penitus intelligit. Vnde merito Diuus
1. Cor. 1. Paulus affectu quodam efficacissimo dicebat: Obsecro vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Profectò ingens miseria est nõ esse peccatorem, qui quantumuis indispositus ad confessionem accedat, sin minus hic, alibi saltim non inueniat pœnitentiariũ, qui eum absoluat, & quantumuis illicitum commercium gerat, non reddat securum, & iure id fieri posse nõ affirmet. Ne ita fiat patres, & domini mei per infinitam Dei misericordiam, obsecro, sed omnes ligare, qui ligandi sunt, omnesque soluere quos oportet parati simus, propter vtilitatem tot hominum perditorum, qui in mundo sunt.

9 *Vos autem, quem me esse dicitis?* Dicite fratres, si forte Dominus hoc vos interrogaret diceretq; Vos autem quem me esse dicitis? quid de me sentitis? quid, obsecro, de illo sentire potestis, qui nec in oratione, nec in sacratissima cõmunione illum tractatis? Deus est fons infinitæ suauitatis, & dulcedinis, soletq; animæ cõmunicari duabus vijs, seu canalibus, orationis scilicet, & diuinorum sacramentorum vsu. Quam ergò de Deo cognitionem habebitis qui nec per dimidiæ horæ saltim spatium cũ eo agitis orationi, aut contemplationi vacando, nec diuina sacramenta gratia, & sanctificatione plena frequentatis? Accedite dilectissimi, accedite, properate ad hos canales, per quos hic diuinus fons se communicat, & quid in vobis sentietis experiemini. Id pro-
Psal. 118. fecto, quod Regius Dauid sentiebat, cùm dicebat: Defecit in sa- 10
lutare tuũ anima mea: vbi alia translatio habet: deficit in salutare tuum anima mea, de præsenti, & sic est in contextu Græco: & etiã B. Ambrosius sic legit. In quo denotatur q̃ anima, quæ assidue contẽplationi vacat, semper expauet opera diuina videns. Vnde non debemus contenti esse orationi, & contemplationi vacasse, sed etiam actualiter huic sancto exercitio, vt plurimum vacare. Hoc enim denotatur in illo, deficit in salutare
Psal. 36. tuum anima mea. Ad hoc etiam idem sanctus Dauid nos inuitat alibi dicens: delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Si cibo, & potu delectaris bruto similis effectus manes: si ludo, musica & alijs corporalibus exercitijs. Cun-

11 cta oscitando finiuntur: mox enim satiant, fastidium generant, & ad nauseam prouocant. Stude in Deo delectari, cum eo agendo: hoc enim est quod desiderio & petitioni cordis tui satisfacit. Quod enim maximopere desiderat est, gaudium gustumque verum habere, cum quo quietè vita transigitur Diuus Augustinus ait: Angeli Deo fruentes beati sunt, quo & nos frui desideramus: & quantum in hac vita iam fruimur, vel per speculum, vel in ænigmate, tanto nostram peregrinationem, & tolerabilius sustinemus, & ardentiùs frui cupimus. *D. Aug. li. 1. de doctri. Christ. c. 30.*

In his etiam verbis: *Vos autem, quem me esse dicitis*, Nos docet diuinus magister, quòd quantò potiora beneficia tam spiritualia, quàm temporalia à Deo recepimus, tanto maiori obligatione tenemur excellentiorem, & magis amicabilem
12 confessionem suæ magnitudinis, & maiestatis infinitæ facere. O quanta super hoc lugendi occasio se offert, siquidem, vt plurimum maiores magis Dei oblitos cernimus. Sanctus Hieremias dicebat: Ibo ad optimates, & loquar eis ipsi enim *Hiere. 5.* cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei sui. Et ecce magis hi confregerunt iugum, ruperũt vincula. Quod si calamitas hęc ibi finem acciperet, non admodum dolendum esset: sed heu dolor, quia ad vsque nostra misera tempora peruenit. Nam dicite obsecro, vbi magis dissolutiones, vbi audaciæ in Deum committuntur, quàm in domibus regum, & seculi magnatũ? Ibi contra Iesu Christi Euangelium coniuratur: ibi fœdera fiunt: ibi diuinæ illius legis iura franguntur, & diuinorum ipsius præceptorum vincula rumpuntur: & ibi minus de Deo sentitur, quàm
13 apud Arabes & Turcas. O ingrati, sic beneficijs, quæ à diuina & liberalissima Dei manu accepistis retribuitis? Verecundamini fratres, & confundimini pro tanto malo antequam ira Dei vos rapiat, & æternis tormentis soluatis. *Vos autem quẽ me esse dicitis?* Ad vos ô discipuli, qui mecum agitis, & conuersamini, me verto. Quid de me sentitis? Ah domine, quid respondebunt? Da eis domine, quid respondeant, & tunc scopum attingent. Attendite dilectissimi benignitatem Dei nostri: ipse enim interrogabat eos, & etiam quid deberent respondere intus suggerebat. Vnde interrogans mittit è cœlo fulgur & Diuum Petrum diuino splendore diuinoq; amore imbuit. Sanctus propheta Ezechiel nubem flammigeram vidit, & ibi *Eze. 1.*

sancta

Universidad de Deusto Biblioteca

sanctailla quatuor animalia. Nubes illa sacratissimam Redem-
14 ptoris nostri humanitatem figurabat imbuta, vnitaque diuinita
tis igne, quæ venit, vt mundum combureret. O si per affectionẽ
intra nubem hanc nos ingereremus, & sub vmbra illius requie-
sceremus, quos diuinos splendores, quas luces & ardores in no-
stris spiritibus reciperemus?

Cùm ergo D. Petrus singulari amore huic nubi iũctus esset,
eius meritis fuit illuminatus, & amore accensus, respondit: *Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bariona.* O supernam Redemptoris mei bonitatem, te Domine cæle-
stes Angelorum cœtus, & iusti terrę benedicãt; qui non contentus es tuis sacris confessoribus gloriam reseruasse, sed etiã in hac vita eos præmijs afficis. Vix D. Petrus Christum confessus fuerat, cùm in eodem instanti retribuit ei dicens: *Beatus es Simon Bario-*
1. *Tim.* 4. *na.* Vnde meritò D. Paulus ait: Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Huius veritatis iusti testimonium reddunt, qui eiusmodi consolationes, quæ
Dan. 3. exprimi nequeunt, in se experiuntur. Cùm illi sancti iuuenes in medio fornacis Babylonicæ essent, Angelus Domini descendit, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquam molesti intulit. O quam gratus est Deus, quantum curæ illi est, suos consolari in hac vita. Quot iustos videbitis flammigeris fornacibus inclusos, videlicet, paupertatis, nuditatis, ægritudinum, persecutionum, ieiuniorum, silentij, & alijs quamplurimis pœnalitatibus immersos, qui humano iudicio in magna affectione positi, & cordis amaritudine affecti videntur; 16
& in medio harum flammarum in rinsecus animas eorum tãlibus roribus consolationis visitat Deus, vt omnes hos labores superent, & pœnalitates exteriores vincant, & in medio eorum cum magna consolatione viuant. Et peccatores in vitijs consepulti, si verum fateri volunt, vtique fatebuntur, quàm onerosæ, & molestæ voluptates eis sint, quámque tristes & infœlices fines habeant. O fratres mei, qui in vitijs sepulti estis, prpendite obsecro, quàm copiose retribuat Deus in hac vita, & in futura eis, qui conuertuntur ad illum. Relinquite dæmonem, qui vos deceptos trahit, & quid vobis donet in hoc sæculo, nihil habet, nisi amaritudinem, & in futuro ignem æternum.

Quibusdam

17 Quibusdam peccatoribus per Ieremiam dicit Deus: Non con- *Iere.* 16.
soleris eos, quia abstuli pacem meam à populo isto. In quo significatur non esse consolationem veram his, qui sunt in peccato extra pacem Dei. Hic Dominus Diuum Petrum laudans patris eius mentionem facit, dicens: Beatus es Simon Bariona. Et etiã quando summum illum Pontificem creauit, vt patet Ioan. 21. Simon Ioannis diligis me plus his. Quare ô bone Iesu, tali tem- *Ioan.* 21.
pore, & occasione mentionem patris illius facis? Quia volo, vt Christianus, quoties ad aliquam dignitatem, & honorem illum prouexero, paupertatis suæ, vilitatis generis sui, & cuius filius sit recordetur, vt hac memoria vinum honoris & dignitatis temperet, nec euanescat. Si hoc quamplurimi considerarent, qui ab infimis primordijs ad maximos honores, & dignitates prouecti
18 sunt, non vtique tantum superbirent, nec honor, aut dignitas illa in dedecus, & ignominiam eorum redundaret, vt re vera propter humilitatis defectum resultat. Vnde in Prouerbijs, vbi nos legimus: Stultorum exultatio in ignominia, alia trãslatio habet: *Prou.* 3.
Exaltatio stultorum in ignominia. Et sic est in contextu Græco, in quo significatur, quòd superborũ lætitia, honor, & dignitas, omnia in eorum incommodum resultant.

Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Quan- 4 *Regum*
do Nabuchodonosor tempore Ioachin dominatus est regni Iu- 24.
dææ, constituit Matthaniam patrem eius pro eo, imposuitque ei nomen Sedechiam. Vbi Nicolaus de Lyra ait, quòd hoc *Lyra. sup.*
nomẽ ei impositum fuit, vt iuramenti fidelitatis quod ab eo deposcit 4. *Regum*
recordaretur, vt in Paralipomenone patet, vbi sacra Scriptura 24.
19 commemorat, quòd iurare eum fecit vectigal fideliter redditu- 1. *Par.* 26
rum, & in memoriam huius iuramenti imposuit ei nomen Sedechias, id est, iustitia Domini: ita vt nomen illum obligaret adimplere quod iurauerat. Ita Christus Redemptor noster Simonem, appellat Petrum, quo tempore filium Dei viui illum confessus est, vt hoc nomine memoraretur simul obligari in hac confessione fideliter perseuerare. Similiter æquum est, vt quilibet Christianus nomen suum adimplere studeat. Tu qui religiosus diceris, tu clericus, tu prædicator, tu iudex, tu pastor, tu prælatus, id quod nomen denotat esse studeas. De quibusdam peccatoribus Sanctus Iudas in sua Canonica ait, quòd erant nubes sine aqua *Iud. c.* 1.
quæ à vento circunferũtur. Nubes sine aqua inutilis est, sic sunt

homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines vacui qui vix aliud quam nomen habent. Nil enim eius quod nomen eorum denotat efficiunt. In hoc etiam quandam fidei firmitatē significauit quā ei in quantum Deus cōmunicabat, & quæ nunquā deficere debebat. Vnde alibi dñs ei dixit: Simon ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticū ego autem rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua. Rogaui inquam quatenus homo. Quando purgatur triticum per cribri foramina grana exeunt: at vero paleæ & aceres intus manent. Hoc etiam Sathanas intendit scilicet extra sanctam Ecclesiam bonos pellere & ꝙ mali in ea maneant. At vero Christus redēptor noster ne in tantam calamitatem D. Petrus deueniret scilicet vt fidem amitteret rogauit pro eo, & ita nunquam perdidit eam etsi non amisit fidem. Quomodo ergo dominus subdidit: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos? Quia quamuis fidem non amisit negando Christum, nihilominus mortaliter peccauit, & ex toto corde conuersus est. Vnde B. Matthęus ait: Egressus foras fleuit amare. O quantum robur hoc peccatoribus est & quanta illis occasio spei. Merito quod S. Dauid præcinit hic quadrat: Petra (ait) refugium herinacijs. Peccatores herinacijs similes sunt peccatorum spinis pleni. Diuus autem Petrus his herinacijs petra & refugium est. Confidite peccatores quòd sicut Deus homini tam ingrato pepercit, & qui cum tot beneficia ab eo recepisset tam grauiter Deum offendit, & ob tam leuē occasionem, etiam vobis parcet si quemadmodum ille ita vos extra exibitis, & plorabitis. Nonnulli sunt qui quanuis sua peccata fleant, extra tamen non exeunt quia peccandi occasiones non amittunt. Hoc dilectissimi non satis est nisi foras exeatis, omnem mali occasionem relinquentes tūc enim fletus & lachrymæ vobis proderunt. Hoc Spiritus sanctus vos admonet per Ieremiam dicens: si reuerteris ad me Israel, ad me conuertere, si abstuleris offendicula tua à facie mea non commoueberis. Ecce quomodo ad hoc vt vere pœniteamini, & ad Deū conuertamini necessarium est omnia obstacula, impedimenta, & occasiones peccandi tollere. Ideo Regius Dauid sapientissime postulabat dicens: Eripe me de luto vt non infigar, & de profundo aquarum. Nonne iuxta profundas lacunas, luteos anfractus vidistis, desuper limosos & putridos, & quasi induratos, & casu quis pedem figit inopinatęq; cingulo tenus se immergit? Ideo sanctus

Luc. 22.

Simile.

Matt. 26.

Psal. 103.

Simile.

Iere. 4.

Psal. 68.

Simile.

23 ctus Dauid enixe hæc deprecatur à peccatis profundis se eripi, in quibus fortissimi quique mergi solent. Et quia ab illis pelagis ereptus poterat inquinari in luto quod est iuxta oras (scilicet in occasionibus) ideò non tantum dixit: Eripe me de profundo aquarum, sed etiam petit dicens: Eripe me de luto vt non infigar. Quia hominem occasioni se offerre est peccare, & ab ea non separari est à peccato non exire. Ergo peccator exi foras, vt possis cum D. Petro amare flere & veniam sicut & ipse impetrabis.

Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Prius petram eum fecit & deinde super hanc Petram Ecclesiam suam fundauit. Lutum quod liquidum est ignis indurat & tanquam lapidem vertit, vt patet in lateribus decoctis, qui postea mag- 24 num ædificium sustinent. Et etiam videmus lapides duros igne molliri & in calcem conuerti. Hic vir egregius in suis primordijs debilis & miser fuit. At vero postea diuini amoris ignis taliter illum inflāmauit, combusit, & fortificauit quòd instar lapidis durus remansit. Et idemmet ignis qui Diuum Petrum fortificauit Diuum Paulum ita mollificauit vt ille qui tanquam lapis durus percutere solitus erat eos qui sanctissimum nomen Iesus inuocabant, instar calcis contabuit & mollificatus est dicens: Domine quid me vis facere? Et quidem hoc maxime oportebat: nam Deus cum ædificaturus esset Ecclesiam lapide, & calce ei opus erat. Diuus Petrus fidei petra solida est: Sanctus vero Paulus doctrinæ calx, cum qua huius sanctæ Ecclesiæ ædificium ædificatum & 25 ornatum est, & semper ædificabitur & ornabitur. Et sicut illi, qui ædificant maiores præcipuosque lapides in fundamento iaciunt qui maxime ædificium fortificant, & postea in operis prosecutione non sunt tam magni lapides: sic Deus in sanctæ Ecclesiæ fundamento sanctos illos, fide, fortitudine & charitate pleniores locauit, & ita nullo modo asserendum est in prosecutione huius sancti ædificij aliquos iustos fuisse qui sanctitate beatos Apostolos equarent. Et si- *Simile.* cut videmus in aliquo magno templo in fundamento & parietibus maiores potioresque lapides sitos esse & tandem summitas ædificij seu pinnaculū proteo. 1. [*Delta*] terminari qui quolibet vento agitatur & absq; vllā constantia & firmitate mutatur:

sic

sic heu dolor, nostris oculis cernimus in hoc sanctę Ecclesiæ ædi 26
ficio, quæ tam firma & pręcipua fundamenta habuit, & tot, tan-
tisque sanctis illustrata fuit. Nunc verò vt sumus iam, in quos fi-
1. Cor. 10. nes sæculorum deuenerunt, vt Diuus Paulus dicebat: Et sumus
tanquam ædificij summitas, & pinnaculum, nõnullos videbitis
Protheis similes & ipsis mutabiliores, quos quilibet ventus flãs
post se tollit. Nam quæuis minima tentatio, quantumuis leuis,
occasio: hinc inde miseros vertit, & volutat. O magnam populi
Christiani calamitatem, ô rem sanguineis lachrymis deplorandam. Quodnam est cor ita durum, vt considerans sanctitatem illam, in qua hæc sancta Ecclesia fundata fuit: charitatem, & feruorem temporum præteritorum: frigiditatem & miseriam præ
sentium non frangatur, & mœrore tabescat? Illis temporibus Di
Rom. 8. uus Paulus sic proclamabat: Quis nos separabit à charitate Chri 27
sti, tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an persecutio, an
gladius? Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, nec An
geli, neque Principatus, nec creatura alia poterit nos separare à
charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Hæc fœ
licium temporum illorum firmitas erat. Sed his miseris tempo-
ribus: proh dolor, ferè omnia immutata sunt, ita vt aliter, & verè
interrogare possimus: Quis nos nõ separabit à charitate Christi?
quæ mundi res quantũuis leuissima erit & minima, quæ in plu-
rimorum Christianorum cordibus hoc non perficiat? quod par-
uum lucrum, quis minimus honoris ambitus, quæ modica volu-
ptas, quæ exigua vanitas quolibet temporis momento à Christi
charitate nos non separabit? O tempora, ô mores, ô calamitas, ô
Christiani nominis ignominia, ô religionis sanctæ dedecus, & 28
vituperium æternis lachrymis deplorandum. Vtique quod in
Prouerbijs dicitur, adimpleri nunc cernimus. Ait enim sapiẽs:
Prou. 1. Auersio paruulorum interficiet eos; siquidem nęniæ & puerilia
nos vincunt, & à Christi charitate nos separant.

Et siquidem dilectissimi hoc tantum malũ, tãtamque calami
tatem verbis exprimere, nec exaggerare satis possum, illud vo-
bis remitto qui Dei spiritum habetis, vt id ruminetis, & vobiscũ
consideretis, sentiatis, & cordis lachrymis deploretis, considerã-
tes charitatem illam, quam fidei nostræ patres habuerunt, qui
tot labores perpessi sunt, & quam mirabilis Deus in eis se osten-
Psal. 92. dit: & quam merito illud Psalmi dicere possumus: Eleuauerunt
flumina

29 flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam, eleuauerunt
flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum: mirabiles
elationes maris, sed mirabilior in altis Dominus, qui tyrannorũ
omnium atque totius huius magni maris procellam, in sancta ni
Ecclesiam elatam inuicibili amore & sanctorũ illorum patrum
virtute sedauit. Dicens dominus: *Super hanc petram ædificabo Eccle-
siam meam*, Sanctam Ecclesiam ædificium, & fideles petras appel
lauit, in quo significare voluit opus nobis esse tanquam lapides
expoliri & ab imperfectionibus nostris mundari vt inuicem cõ
nectamur & conueniamus. Ideo maximę curæ Deo est tanquã
singulari artifici, tunsionibus, pressuris, malleis & excussorijs,
laborum ægritudinum & persecutionum nos dedolare, tundere
& expolire, vt sic absque cupiditate, ira, luxuria superbia, & va-
30 nitate maneamus. Nam impossibile est his imperfectionibus ob
sessos conformari & fraternitatis fœdere conuenire in pace &
amore. Beatus Hieronymus de quodam monacho Ægypti re- S. Hier.
fert qui carnis stimulo agebatur, quod cum Abbati innotuisset
diligentiam adhibuit, quo pacto monachus ille externis persecu
tionibus tribularetur, vnde die vno apud Abbatem ab aliquo ac
cusabatur, die altera ab alio, qua affliction cùm afficeretur eum
tẽtatio reliquit. Ita vt vix recordaretur an carnẽ haberet nec ne,
nã vt Ecclesiasticus ait: malitia horæ obliuionem facit luxuriæ Eccle. 2.
magnæ. Malitia idest labor, & sicut labor luxuriam aufert, ita &
alias imperfectiones. Hoc sanctus Iob cũ recte cognouisset dice Iob. 9.
bat: in turbine conteret me & multiplicabit flagella mea etiam si
ne causa. Sine causa (inquam) quæ ei innotescret quia peccati
31 mortiferi scrupulum in se non sentiebat. Rectè enim nouerat
Deum absque ratione & causa nihil facere. Et inferius de Deo lo
quens ait: anima eius quæcumque voluit fecit, & cum expleue-
rit voluntatem suam, tot flagellis me afficiẽs, prẽsto sum ei idcir
co à facie eius turbatus sum, & considerans cum timore solicitor,
scilicet quia iudiciorum eius celsitudinem intellectus meus non
potest obtinere. Huius sancti viri timor magnopere securitatẽ
nostram condemnat quia cum sciret flagella illa nõ esse propter
peccata sua, nihilominus iudicia Dei profunda tantopere formi-
dabat. Quãtò ergò equius esset vt timeremus nos miseri tot pec-
catis onusti, tot flagellis affecti & in nihilo prorsus emendati? O
lapidibus duriores, illi enim tunsionibus & ictibus expoliti qua

Universidad de Deusto Biblioteca

dratiq; manent, & recte inuicẽ cõnectuntur. Nos verò tã fortissi 32
mis ictibus contusi semper cum eisdem imperfectionibus mane
mus, & à nostris proximis separati. Ex his verbis B. Iob plane col
ligitur, vnã ex vniuersalioribus causis propter quas Deus homi-
nibus labores mittere solet esse scilicet propter peccata, siquidẽ
sanctus vir in se peccatũ nõ sentiẽs dicebat labores suos sine cau-
sa esse quapropter dilectissimi cũ tribulatos nos viderimus, cau-
Cant.5. sam propter quã sic nos Deus cõmuniter visitat tollamus. Sicut
sponsa fecit nam sponsus stabat ad ostium pulsans magnas que
rimonias proponens & interim dulcia verba miscens. Nempe:
Aperi mihi soror mea amica mea quia caput meum plenum est
rore & cincinni mei guttis noctium. Videns autem hæc verba vt
ei aperiret non sufficere tetendit manum suam & tetigit illam,
& verbis contactum addens statim illa tremens surrexit vt ibi 33
dicitur: surrexi vt aperirem dilecto meo. Nam nisi emendabi-
mur, Deus in hoc mũdo augebit labores & æternaliter in alio pu
Baruch.3. niet, quemadmodum Sanctus Propheta Baruch affirmauit di-
cens: Quid est Israel quod in terra inimicorum es? Inueterasti in
terra aliena coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum de-
scendentibus in infernum, dereliquisti fontes sapientiæ nam si
in via Dei ambulasses habitasses vtiq; in pace super terrã disce
igitur vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus vt scias si
mul vbi sit longiturnitas vitæ, & vbi sit lumẽ oculorum & pax.
Quid clariùs hoc dici poterat? Attendite quomodò Deus illorũ
labores prolongauit quia illi prolongabant malitiam. Et quo-
modo etiam sanctus Propheta pacem & gaudium illis promit-
tebat si à peccato discederent. Deus nos illuminet vt inuentioni 34
bus quas dominus quęrit vti sciamus vt à miserijs nostris nos pu
rificet & sua gratia nos perfectos efficiat cũ qua gloria acquiri-
tur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eodem Festo Sanctorũ Apostolorum Petri & Pauli Concio Tertia.

Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi. &c. Matt. 16.

Pri-

1 PRisci Philosophi asseruerunt, omnium quæ excogi
tari poterant optimam sententiam hanc esse: Homo
nosce teipsum. Quam vt singularem in prolimine tẽ-
pli inscriptam habebãt. Vt vnusquisque ingressurus
templum vt oraret in eam sententiam intenderet, & secum consi
deraret: quisnam esset, nam ex profunda sui ipsius, & defectuum
propriorũ cognitione facile quisq; scire poterat, quid conueniẽs
sibi foret postulare vel forte (quia propriam cognitionem tam
necessariam hominibus esse nouerant) hæc verba in templi facie
inscripta habebant, vt hi qui ingrediebantur intuentes, memora
rentur in oratione hanc propriã cognitionem à dijs suis postula-
re ne re tam necessaria carerent. Iussit Deus vt templi fenestræ *3. Reg. 6.*
obliquę essent id est ex parte interiori maiores amplioresque. In
2 quo significare voluit quod homines qui verum Dei templum
sunt, maiorem claritatem, maioremque suimet cognitionem,
quam aliorum habere debent. Hæc enim cognitio propria, mag
na præparatio ad animarum reformationem est. Vnde Sanctus
Apostolus magno spiritus feruore à Deo fidelibus postulabat di *Coloss.1.*
cens: Non cessamus pro vobis orantes & postulantes vt impleа-
mini agnitione voluntatis eius (scilicet Dei) in omni sapientia,
& intellectu spirituali, vt ambuletis digne, Deo per omnia pla-
centes in omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia
Dei. In illa particula: in omni sapientia & intellectu spirituali,
includitur etiam propria cognitio: nam parum prodesset aliarũ
rerum scientiam habere, si homo seipsum ignoraret & prius po-
nit agnitionem Dei & voluntatis eius, nã ex hoc propria cogni-
3 tio emanat, & prouenit etiam vt in scientia Dei homo crescat, &
dicens, scientia Dei, postquã dixit: in omni sapientia in hoc signi
ficare voluit aliquam etiam sapientiam quæ non est rerum diui-
narum, & harum maxime necessaria est propria cognitio. Vn-
dè patet ibi Sãctum Apostolũ cognitionẽ propriam à Deo po-
stulare. Et quanuis verum sit quod propria cognitio Dei donum
est, & vt tale Diuus Paulus refert ad Romanos scribens, vbi Spi *Roma.12.*
ritus sancti dona enumerans ait: Non alta sapientes sed humili-
bus consentientes, nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Et
ita cum maxima instantia à Deo debet postulari, nihilominus ta
men ex parte nostra aliquid agere debemus & diligentias ali-
quot adhibere vt id obtineamus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Et vna ex præcipuis est, quam diuinus magister Christus in 4
hodierno sacro Euangelio nos docet, discipulos suos interrogãs:
Quem dicunt homines esse filium hominis? Non de alijs, sed de seipso
dominus interrogat. Et quãuis vt verus Deus recte nouerat quẽ
illum esse homines dicerent, & quam opinionem de ipso haberent, quæsiuit quod sciebat vt nos doceret interrogare quod ne-
simile. scimus non vitam proximorum sed propriam. Oculi enim quãuis res alias vident, tamen seipsos, & partes valde sibi coniunctas
cernere nequeunt. Sic nos proximorum defectus & imperfectiones peruidemus, nostras vero imperfectiones & peccata difficile
Psalm. 9. intuemur. Hoc Spiritus sanctus significauit, vbi pro eo quod nos legimus: delicta quis intelligit in contextu Græco & in paraphrasi Chaldaica habetur: delicta quis intelliget de futuro. In
quo denotatur cognitionẽ propriorũ delictorũ in hac vita adeo 5
difficilem esse quod nemo adipiscitur nec perfectè adipiscetur absque maximo peculiari Dei auxilio. Et hanc interrogationẽ vnusquisq; debet facere à viris studiosis, & Dei timoratis cũ quibus agit, & de quibus sperat verum ei consulturos esse, & quod recte sentiunt dicturos. Etiam dilectissimi, interrogare potestis oculos vestros, & munus, rem familiarem, vestros contractus & negotiationes, & munus vestrum quid de vobis sentiunt? Quos dicunt vos esse? Vt si fortè aliquid horum defectuũ in vobis notãt maxima cum diligentia remedium adhibeatis. Attendite si forte oculi vestri vobis dicunt quod finitis eos abire vt quæcunque eis libet videant. Si aures dicunt quod laxas habenas eis præbetis vt quæ non decent audiant. Et res familiaris quod sit male parta vobis nuntiat. Et vestri contractus, & negotiationes illici- 5
tas se esse vobis dicunt, attendite inquam & omne possibile remedium adhibete. O Deus infinitę maiestatis pro tua clementia te Domine obsecro, hanc doctrinam in cordibus horum fratrum meorum imprimere digneris vt cum maxima affectione rem tam sibi necessariam amplectantur.

At illi dixerunt: alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam. &c. Nõ
referunt discipuli quod sciebant Pharisæos de suo diuino magistro dicere, scilicet: quòd erat vorax & homo iniquæ conuersationis, & cõtractus vt patet in Matt. quãdo dixerunt. Ecce homo
Matth. 12. vorax & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Nã dominus eos interrogauit: *Quem dicunt homines esse filium hominis?*

Et illi

7 Et illi qui tale asserebant non homines sed diaboli erant. Etiam Sancti Apostoli noluerunt hoc referre quia sciebant totum hoc magnum mendacium esse. O quam perutilis doctrina. Discite dilectissimi ab his sanctis viris quod cum auditis proximis vestris detrahere & id mendacium falsumque testimonium esse scitis, ne illud ei dicatis, velut nonnulli faciunt qui sub prætextu amicitiæ quod ab alijs audierunt ad eos deferunt, de quibus id dictum fuit quanuis omne mendacium esse nouerint, vnde absque vlla vtilitate illos tristantur & torquent. Imò cum maximo discrimine animarum id faciunt quia occasionem eis præbent vt ira, & odio tabescant, & vt sæpissime contingit maximæ discordiæ & inimicitiæ, & alia quam plurima damna inde oriantur. Hoc Spiritus sanctus manifestauit dicens: lin- *Eccles. 28.*
8 gua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatum effodit, virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit. O quàm dirum & crudele instrumentum lingua iniqua est, siquidem tot strages facit. Quis ergo hæc audiens non refrenabit linguam suam, & studebit detractiones & murmurationes, quibus inuicem homines consumuntur palliare, ne tot mala, cædes, & discordiæ inde oriantur?

Dixit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Nũquid Domine dicendo: Quem dicunt homines esse filium hominis discipuli tui ibi non includuntur? Nonnè etiam ipsi homines sunt? In hoc dominus velle videtur quod sui fideles amici (siquidem aliqualiter magis vitam diuinam, quam humanam viuunt) homines
9 non appellentur sed dij. Et ita Diuus Hieronymus super hunc *D. Hier. l. 2.*
locum ait: Apostoli nequaquam homines sed dij appellantur. *sup. Matth.*
Dixit Deus Moysi: ecce constituite Deum Pharaonis quasi di *Exod. 7.*
ceret. Ne timeas Pharaonem quanuis Rex sit, Nam quis fortior est Deus, an Rex? Sit sibi rex quantum voluerit, Deum eius te constitui, nihil tũa: nam in minimo etiam tibi nocere nõ poterit. Te ille, non tu illum timere debes. O mirificam iustorum dignitatem, & quanto eos Deus æstimat & honorat qui suam potẽtiam, virtutem, sapientiam, bonitatem, insuper & nomen suum eis communicat. O terq; quaterq; beati, qui tam bono domino famulãtur. Nolite fratres seruire Sathanę, siquidẽ in magnũ dedecus & ignominiam, damnumq; vestrũ redundat. Et

huic liberalissimo & magnificentissimo Domino seruite qui eos tam singulariter honorat qui fideliter ei famulantur. Vnde illud Psalmi. Nimis honorificati sunt amici tui Deus nimis confortatus est principatus eorum ex Hebræo transferri potest. Nimis honorificatæ sunt cogitationes tuæ Deus vbi Emphatice iusti cogitationes Dei dicuntur quia eos semper Deus in suis cogitationibus portat. Et hic confortatus quasi magnificatus & sublimatus significat. Vt in eodem psalmo paulo antea dixerat: Mirabilis facta est scientia tua ex me confortata est & non potero ad eam. Id est, dū contēplor Dñe qualiter me creasti, & quid in me posuisti, tuā mirificā scientiā considero & confortata est id est, valde sublimis efficitur, non possum eā obtinere. Ita hic, Nimis confortatus est principatus eorū. Id est status, & dignitas Dei amicorū est valde sublimis. Super hoc fratres rem perneccssariā vobis adnotetis velim. Fuit certe magna dæmonis astutia dare hominibus alios homines perditos & sensuales loco deorū suadēs eis vt tāquā deos illos colerēt, vt facerēt homines quod deos suos fecisse nouerant, & ita turpes essent vt Iuppiter, intēperati vt Bacchus, vltores vt Mars, & etiam modo studet vt illi quos Deus nobis tanquam deos dat, quales sunt eius ministri & familiares, peruertantur, & peccata nōnulla cōmittant vt alia plebis gens vidēs illos quos omnipotens Deus tanquam deos eis donauit tam miserè in peccatis proiectos suis malis securitatem sumant, & peccandi ansam & dicant: quid nimis si nos peccemus cum illi tam sublimati & honorati à Deo ita libere delinquant? Ideo vos qui à Deo supernos fauores accepistis, oculos aperite, & cum maxima vigilantia & tremore viuite ne forte id quod dæmon intendit obtineat & victoriam ex vobis reportet cum maximo reipublicę nocumento.

Psal. 138.

Respondens Simon Petrus dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Quamuis Dominus omnes interrogauit solus Diuus Petrus pro se & omnibus respondit tanquam qui caput omnium futurus erat, & sicut patet in discursu sancti euangelij non tantum semel vt hic sed multoties idem fecit vt cùm dixit: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te quid ergo erit nobis? Et alibi cum Dominus parabolam de seruo vigili referret, Diuus Petrus ait: Domine ad nos dicis hanc parabolam an ad omnes? Et quando Dominus ad duodecim ait: Nunquid & vos vultis

Matth. 19.
Luc. 12.
Ibid. 6.

vultis abire? Diuus Petrus respondit: Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus quia tu es Christus filius Dei. *Respondens autem Iesus dixit ei, Beatus es Simon Bar-iona. &c.* Res notatu digna valde est quòd etiam. B. Martha dixit. Ego credidi quia tu es Christus filius Dei viui. Et Nathanael ait: Tu es filius Dei, tu es rex Israel, & tamen eos non laudauit sicut hic Diuum Petrum, & huius ratio est quia quemadmodum vitiorum inuentores maiori supplicio sunt digni quam alij vt Adam inobedientiæ inuentor, Cain homicidij &c. sic virtutum inuentores maiori præmio digni sunt alijs quia sicut illi exemplum & scandalum mali relinquunt ita boni exemplum boni & ædificationis, vnde Diuus Paulus de Abel ait: fide primam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo per quam testimonium consequutus est iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Nam per illam suæ vitæ innocentiam & seruitij Dei studium singulare, fidem, & patientiam omnia tanquam exemplar & prototypum mundo reliquit & ita virtutes eius semper vsque in finem seculi loquentur & docebunt homines vt eas imitentur: Ita secundum Diuum Hieronymum in Petro incepta est confessio fidei explicitæ verbi incarnati simpliciter necessaria ad salutem, & ab illo in mundum deriuata est, & ideo tam magnifice a Domino laudatur. Quemadmodum cùm solennissimæ vesperæ in quadam Ecclesia Cathedrali celebrantur, hebdomadarius est quidam venerabilis senex & cœpit submissa voce antiphonam intonare & quæ vix aure percipitur. At statim cantorum chorus modulo vocem eleuat, hymnos personat, & suaui concentu super eo quod hebdomadarius intonuit discurrit. Sic venerabilis senex Diuus Petrus tanquam hebdomadarius fidei verbi incarnati confessionem cœpit intonare ibi vbi à paucis audita fuit. Et super illam. S. Petri confessionem, omnium credentium laudes & confessiones fundatæ sunt. Et dico vt B. Hieronymus asserit. Diuum Petrum primum fuisse, quia etsi alij dixerunt: Tu es filius Dei non intelligebant filium Dei per naturam. At verò S. Petrus illum primo confessus est filiū Dei naturalem. Et hic articulus reliquorum omnium fundamentum est quia omnes per hunc probantur. Nam firmiter credendo

Ioa. 14.
Ioa. 1.
Heb. 2.
D. Hier.
Simile.

Universidad de Deusto Biblioteca

dendo Iesum Christum filium Dei naturalem esse hinc etiam 16
probatur omne quod dixit & docuit infallibilem veritatem esse. Et ita inquacunque fidei tentatione ad hoc debet recurri dicendo: Dominus meus Iesus Christus est filius Dei naturalis, & idem Deus cum patre & Spiritu sancto ergo omne quod de sacramentis gratiæ, de gloria, & inferno docuit & dixit, est firmissima & infallibilis veritas. Ille in nihilo decipi potuit quia sapientia summa est, nec fallere quenquam potuit quia est summa bo-
1. Pet. 5. nitas. Hunc fidei defensionis modum Diuus Petrus in sua canonica assignat dicens: Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide.

Hęc igitur est ratio ob quã diuinus Redemptor adeo Diuum Petrum collaudat dicens: *Beatus es Simon Bar-iona. Et ego dico ti-* 17
bi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam? Hic dominus Sanctam Ecclesiam suam petrarum ædificium appellat, ad denotandum quod sicut in materiali ædificio vna petra sustinet onus alterius petræ, quæ super illam est, & hæc ab inferiori sustentatur; nam omnes illi lapides graues sunt & alterius grauitatem alter sustinet, sola petra viua quæ est præcipuum fundamentum sustinet onus omnium aliarum ipsa vero à nulla sustentatur: sic debet esse in hoc sanctæ militantis
1. Pet. 2. Ecclesiæ ædificio. Loquens Diuus Petrus cum fidelibus in sua canonica ait: Ad quem scilicet Christum accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum & ipsi tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales. Vnde tanquam lapides inuicem nos fer- 18
re debemus. Omnes namque onera & miserias habemus. Et siquidem volumus vt alij onera nostra portent, similiter vt nos aliorum onera portemus æquum est. Et cum iniuria afficimur indulgeamus quandoquidem remitti nobis volumus cum alios offendimus. Solus Iesus Christus qui est petra viua, & præcipuum huius sanctæ Ecclesiæ fundamentum omnes suffert, omnium onera portat, & nullam necessitatem habuit ab alio supportari, quia quid supportaretur nõ habuit. O benedictus & glorificatus sit talis dominus. Qui omnibus parcere, omnes tolerare vult, nullam occasionem præbens vt illum offendamus imo innumeris beneficijs nos afficiens, quarè ergò proximos nostros non

19 non patiemur? præcipue quia vt plurimum si nos offendunt
prius nos eis occasionem præbemus. Hoc ad literam Diuus Pau *Gala. 6.*
lus admonet dicens: Alter alterius onera portate & sic adimplebitis legem Christi.

Dicit præterea dominus: *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* O Christe summa veritas quæ nam portæ hæ sunt? Nunquid domine mi infernus portas ligneas aut ferreas habet? Non equidem sed inferni portas peccata appellauit, hæreses, hæreticos & peccatores qui suis malis exemplis, aut persuasionibus alios peruertunt: quia sicut per portam in domum intratur, sic *Simile.*
per peccata, per hæreses, & per malos homines in infernum intratur. O quã latæ inferni portæ Mahoma, Arrius, & Lutherus fuerunt per quos tot millia animarũ intrauerunt & intrabũt in infer-
20 num? O miseros & infœlices peccatores, quibus malos esse non sat est sed etiam vt alij iniqui fiant studetis. Attendite quod nomen hic vobis Deus imponat inferni portas vos appellans. Saltim vestri miseremini obsecro ne tanti mali causa sitis, aduertite quod æternis supplicijs dum Deus erit puniendi estis, non tantum propter peccata quæ commisistis sed etiam propter omnia quæ vestra occasione committuntur. O rem dictu, auditúque horribilem quomodo fratres hæc audientes non tremitis? Illuminet vos Deus vt id sentiatis & dum tempus habetis remediũ adhibeatis. Dicit ergò dominus: firmabo super te ô Petre Ecclesiã adeò fortẽ, quod omnes peccatores, omnes tyranni, omnes hæretici, omnia deniq; mala quæ in eam insurgẽt non præualebunt vt conterant illam. Et quando aliqualiter solo
21 equata esse videbitur, tũc re vera magis erecta erit, & triumphãs, vt contigit cum Reges & imperatores tyranni & infideles erant animarum tria millia simul & quadraginta millia per martyriũ in cœlum ascendebant. Et nunc quanuis humano iudicio omne consummatũ est passim multi martyres sunt, vt patet apud Galliam, Angliam, & Germaniam. Nam non in multitudine beatitudo consistit prẽstat enim paucos eosq; probos esse quam multos & improbos. Et illi qui nunc in suis erroribus moriuntur in pœnam suorum delictorum sic terminantur. Nam quanuis hæretici alias non essent nihilominus damnandi erant & hoc Diuus Paulus significauit de Antichristo loquens, quòd ve- *2. The. 2.*
niet (inquit) in omni seductione iniquitatis ijs qui pereunt eo

quod charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent, ideo 22
mittet illis Deus (scilicet permissiue) operationem erroris vt
credant mendacia. O terribilia verba! quomodò fratres hæc au-
diendo non obstupescimus? Timete dilectissimi ne fortè pro-
pter delicta vestra in tam magnam calamitatem & pœnam in-
cidatis.

Simile. *Et tibi dabo claues Regni cœlorum. &c.* O fœliciſsimum verbum beati illi qui tam bonum nuntium audiunt si illo vti sciunt. O mira temporũ immutatio. Solet faber ferrarius ex frusto gladij aut cultri rubigine cooperto infornacem mittens illud claues fa bricare cum quibus preciosissimus thesaurus reseratur. Gladius quẽ Cherubim in paradiso terrestri habebat vel vt melius dicam id quod per gladium illum figurabatur, scilicet, pesulum & sera cœli iam per ignem qui infornace diuini pectoris ardet 23
qui est eius amor in claues regni cœlorũ se conuertit. Et has cla-
ues ad maiorem consolationem nostram in manibus hominum
Simile. Deus eas ponit, quod quidem sacerdotij dignitatem vehemẽter magnificat. Si Rex alicui ius & potestatem committeret, vt om-
nes sententias contra omnes male factores apud primam sedem
pronuntiatas reuocare posset, & ipso dicente, ego hanc senten-
tiam à Rege latam contra te reuoco, & ipso facto reuocaretur, di
cite cum quanta diligentia & anxietate, malefactores omnes, ho
micidæ, fures, & alij ad mortem damnati, ad eũ properarent, &
quanta cum humilitate & instantia postularent ab eo vt sen-
tentias illas in se illatas reuocare vellet? Notum sit vobis dile-
Simile. ctissimi, quod statim vt quis lætaliter peccat in eodem instanti
apud Sanctissimæ Trinitatis tribunal fertur in eum sententia 24
vt æternaliter in inferno crucietur. Et quemadmodum cum la-
ta est sententia contra furem vt suspendatur stant tortores ad
ostium carceris expectãtes vt quam primum malefactor exeat
in eum manus injciant & illam sententiam exequãtur: ita Dei
tortores, qui sunt dæmones expectant vt quam primum mise-
ra anima è corporis carcere exeat illam rapiant & superni iu-
dicis sententiam exequantur. O miserum concubinarium, ô
infœlicem turpem & carnalem, ô auarum infœlicem, ô miserum
& crudelem tyrannum, ô infœlicem iniuriarum vltorem! quia
circa lectos in quibus iacitis in vtrãq; aurẽ dormientes, & in cir-
cuitu mensarũ in quibus cũ maximo gustu splendide comeditis,
& po-

25 & potatis, adsunt dæmones iustitiæ Dei ministri vt quã primũ
vestræ miseræ animæ à vestris corporibus exeant in manibus ra
piant & in profundum inferni ducant vt in eius furca vos su-
spendant. Ideò cito resipiscite remedium adhibentes, siquidem
Deus talem potestatem suis ministris & sacerdotibus dedit, vt
sententiam ab eo latam secundum prẽsentem iustitiam reuoca-
re possint. Curam maximã adhibete ad eorũ pedes cum debita
animi præparatione accedere, cum vero peccatorũ dolore, & fir
missimo correctionis proposito, & sic humiliter cõfite mini pec
cata vestra & à suo diuino ore per suũ ministrũ audietis quomo-
do sententiã illatam reuocat dicens: Ego te absoluo ab omnibus
peccatis tuis. Hoc est, ego reuoco sententiam quam Deus contra
te tulerat ne æternaliter in infernum crucieris, ad hoc siquidem
26 claues dominus reliquit in sua sancta Ecclesia, nempe ad clau-
dendum infernum & cœlum reserandum. Sed vę, vę, vę, quam
latus campus hic patet & quanta lugendi occasio se offert cùm
videamus tam paucos esse, qui tanto bono vti velint, & re vera
ad confessionem nonnulli vt coacti accedunt & iam ad finem
quadragesimæ. Qui quidem nec peccatis onustos se cernere,
nec magnarum festiuitatum totius anni solennitas eos mouet
vt in aliqua earum confiteantur. Super hæc verba consideratu
dignissimum est, quod hunc glorioſum virum & Apostolum
quem dominus tot encomijs hic extulit, & quem tantum hono-
rificauit, tantisque beneficijs affecit, & in tam magna potesta-
te constituit, deniquetantis laboribus illum commiserit, & tan-
tis afflictionibus tradiderit vt Diuus Chrysostomus hic pon- *D. Chryſ.*
27 derat dicens: Quid enim dicam, aut quid loquar vestras con- *ſerm. de San*
templans afflictiones nescio quot carceres sanctificastis? Quot *ctis Apoſto.*
catenas decorastis? Quot tormenta sustinuistis. Quot male- *Petr. & Pau*
dicta toleraſtis? Quomodo Christum portastis? Quomodò *lo.*
ergò permisit vt illi quos tantum diligebat in tantis afflictioni-
bus constituerentur? O mirum Dei artificium quo pacto osten-
dere voluit quid in suis sanctis haberet & quam perfecti es-
sent. Qui aureum pretiosissimum ponderat, ab vna statera *Simile.*
in aliam transfert vt vtraque statera ostendatur aurei pondus
& qualiter conueniant inter se. Sic Deus efficit qui fideles amí-
cos in statera prosperitatis collocat, & inde in stateram aduersi-
tatis & afflictionis transfert, vt in vtrisque perfectionem &
amoris

Universidad de Deusto
Biblioteca

amoris gradus quos iusti habent ostendit. Sanctum Iob in statera secundæ fortunæ posuit, & ibi sanctitatis suæ signa dedit, & deinde in stateram aduersæ fortunæ illum transtulit, & patientia plenus in hæc verba prorupit: sicut domino placuit ita factum est sit nomen domini benedictum. Et sacer textus statim addidit dicens: In omnibus his non peccauit Iob in labijs suis. Et de Sancto patriarcha Abraham legitur quod peregrinatus est in Geraris. Magna quidem huius sancti viri patientia fuit, siquidem cum in miseram sortem incideret animus eius non fuit deturbatus. Paulò anteà enim ex domesticis & subditis suis exercitum comparauerat cum quo prælijatus est contra quatuor illos reges à quibus victoriam reportauit. Et post paulum temporis in tantam paupertatem deuenit quod baculo in manu versus Geraris peregrinabatur inops & mendicus. Eccè quomodo illum Deus ab vna in aliam stateram transferebat vt vtrobique ostenderet quam vera eius sanctitas esset. Idem omnino cum his duobus sacris Apostolis fecit. Cum Diuo Petro tam mirificam reuelationem ei ostendens, tamque glorioſa verba ad eum loquens, & tam mirabilem potestatem super Ecclesiam suam ei tribuens. Cum Diuo Paulo quia statim in suæ conuersionis initio vsq; ad paradisum Dei rapuit illũ, & alijs quam plurimis & peculiaribus fauoribus illum donauit, & ex hac statera in tot carceres & tribulationes illos transtulit, quæ pro eius amore perpessi sunt. Et in vtrisq; stateris satis eorũ valor eluxit. Nam Diuus Paulus tantum decus existimabat pro Christo crucifixo pati vt cum mos ei esset in exordio suarum epistolarum Apostolus vocari dicens: Paulus Apostolus Iesu Christi &c. postquam verò propter Euangelij prædicationem in vinculis coniectum se cerneret nomen Apostoli consulto tacens, cæpit vocari. Vinctus in Christo Iesu, glorioſius sibi reputans pro Christo mundi Redemptore vinci & ligari quam eius Apostolus esse. Sic solent magnates facere qui cum ad maiorem dignitatem promouentur titulum minorem amittunt veluti si dux Nauarchus fiat vel si structor œconomus creetur, alter ducis nomen amittit & appellatur Nauarchus, & structoris titulũ alter perdit & vocatur œconomus. Diuus Chryſostomus super illa verba Pauli, obsecro ego vos vinctus in domino sic ait: Vinctum esse propter Christum illustrius est quã siue doctorẽ, siue

Iob. 1.

Gen. 20.

28 29

30

Simile.

D. Chryſo. sup. Eph. 4.

31 siue Euangelistam siue Apostolum esse. Et sic nusquam imperator de torquibus aureis ita gloriatus est quantumuis pretiosissimis, sicut Diuus Paulus de ferreis cathenis. Vnde in Actibus prę cordis lætitia dicebat: Propter spem enim Israel cathena hac circundatus sum. Regius Dauid in laudem ducis Abner, postquam mortuus fuit dicebat: Nequaquam vt mori solent in naui mortuus est Abner, manus tuæ non sunt ligatæ & pedes tui nõ sunt compedibus grauati. At vero hodie laudemus hos sanctissimos viros, quia vinculis & ferreis cathenis ligati fuerunt, & carceribus inclusi. Quia quanuis in prælijs corporeis ligari & vinci ignominia sit tamen propter Christum ligari summũ decus summusque honor est. Et Diui Petri patientia in tolerandis laboribus planè ostenditur, nam cum Herodes sententiam contra eum

32 tulisset & cum iam nuntiatum esset illum postera die capite plectendum dicitur de eo in Actibus: Erat Petrus ipsa nocte dormiẽs inter duos milites vinctus cathenis duabus, & sicut ibi ostẽditur discalciauerat se & vestimẽtum deposuerat, & in vtramq; aurem dormiebat, siquidem opus fuit vt Angelus accederet, & percusso latere Petri eũ excitaret. O quã merito in Prouerbijs dicitur: Non contristabit iustum quicquid acciderit ei. Attendite dilectissimi quam tranquillus hic sanctus vir erat cum morti tam propinquus esset. Alius fortè si sic esset somnum oculis negaret & peruigil per totam noctem exclamaret dicens: O Deus & quomodo sic fit vt innocens sic iniuste pereat? Nihil horum sanctus vir imprecabatur nec querebatur, sed quiete pacifice & tranquille omnia tulit. Et vt nos id cerneremus posuit eum do-

33 minus in his duabus stateris vt secundum eius exemplum discamus diuinam celsitudinem glorificare tã in prosperis quam in aduersis, nam ita facientes in vtroque diuinam gratiam obtinebimus cum qua adipiscitur gloria. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. s.

Amen.

Acto. 28.

2. Reg. 3.

Acto. 12.

Prou. 12.

In eo-

In eodem Festo sanctorũ Apostolorum Petri & Pauli, Concio Quarta.

Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi. Matth. 16.

SAnctus & diuinus ille vates Dauid magno cordis
sui affectu Dominum orabat, dicens: Ne simul tra
Psal. 28. das me cum peccatoribus, & cum iniqua gentibus
ne perdas me. Et alij interpretes transtulerunt ex
Hebræo: Ne simul trahas me cum peccatoribus: 2
& sic est in contextu Græco & in paraphrasi Chaldaica. In quo
denotatur S. Dauid non tantum postulare hoc scilicet: Ne me
condemnes Domine, & cum peccatoribus perdas. sed quòd etiã
deprecabatur, scilicet. Ne me permittas Domine cũ iniquis age-
re, & conuersari: nam hac via in condemnationem deueniam.
Et est quidem magna verbi exaggeratio hæc, nempe dicere: Ne
simul trahas me, quia significare videtur, quasi coactè Deum ali
quem ad iniquorum cõsortium trahere permittens eum in pœ-
nam præcedentium delictorum cum hominibus corruptis & sce
leratis conuersari: in quo manifestatur quantum malum sit à bo
norum consortio aliquem separari, & cum malis agere. S. Isaias
Isai. 6. se excusans, ꝙ labia immunda haberet, & ad prædicandum di-
uina mysteria minus idonea his verbis: væ mihi, quia tacui, quia
vir pollutus labijs ego sum, addidit statim causam, vnde illud ma 3
lum sibi prouenerit dicens. Et in medio populi polluta labia ha-
bentis ego habito. Vbi illa particula, Et, est causalis, quæ pollet,
Matth. 10. vt, Quia. Sicut Dominus dixit: Veni separare hominem aduer-
sus Patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & inimici
hominis domestici eius? ibi etiam, Et, causalis est & perinde sig-
nificat ac si diceret: Quia inimici hominis domestici eius. San-
Isa. 2. ctus Isaias tanquam miraculum refert dicens: Habitabit lupus
cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, leo, & ouis simul mo
rabuntur. Et ita profectò mihi videtur, ꝙ sicut miraculum esset
hæc animalia ferocia inter mansueta habitare absq; eo, ꝙ illa in-
terficerent, & vorarent: ita vtcunq; miraculum est hominẽ de-
bilem

4 bilẽ, miserũ & ad malũ propẽsum inter peccatores degere absq;
eius damno. Vnde sacra scriptura inquit: Et factum est grande *Num. 26.*
miraculum, vt Core pereunte filij eius non morerẽtur. Nam mi
raculosa certe res est, ꝙ filij cum patre iniquo agentes, vt agunt
non labefactentur, & iniqui fiant. Hęc dixi, quia hodiernũ sacrũ
Euangeliũ de quadam maximè singulari confessione agit, quã
D. Petrus de Christo filio Dei vnigenito fecit, cùm esset inter il
lam sanctam ac venerabilem Apostolorum societatem. Qui po
steà cum in domo Caiphæ impiorum societati ministrorũ Sata-
næ interesset suum diuinũ magistrum nõ semel tantum, sed bis,
& ter etiam iureiurando negauit: quod præsagium fuit, quã plu-
rimos, scilicet, hunc Dominũ fore negaturos, ex eo, ꝙ inter cor-
ruptorum hominum congerie se intromittunt, quales illi erant.
5 Quapropter in Christo Iesu dilectissimi vos obsecro huiusmo-
di consortia fugere tanquam pestem, & ad huc amplius: nam pe
stis ad summũ corpus interficit, at societas praua (vt vidistis) oc-
cidit animam.

Ait ergo sanctũ Euangelium: *Interrogabat Iesus discipulos suos: Quem dicunt homines esse filium hominis?* Vnicuiq; nostrum dilectis-
simi, ita viuere opus est, vt nullus vitæ nostræ aliquam notam
obijcere possit: sicut de illa sancta Iudith legitur. Et hæc erat (in- *Iud. 8.*
quit sacer textus) in omnibus famosissima, quoniã timebat Do-
minũ valde neq; erat qui loqueretur de illa verbum malum. Et
multo plus hominibus in dignitate constitutis hoc congruit, qui
nõ debent tantũ contẽti esse cum interiori virtute, sed maxima
6 obligatione tenentur eam extrinsecus ostendere. Vnde Diuus
Paulus de quolibet eorum ait, Oportet illũ testimonium habere *1. Tim. 3.*
bonum ab his, qui foris sunt. In Leuitico præcipiebatur sic: Om *Leu. 2.*
nis oblatio, quæ offertur Domino absq; fermento fiat, nec quic-
quam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini. Et ra-
tio ob quam hæc vetabantur est, quia mel & fermentum in ignẽ
mittantur male olẽt. Et cum sacrificia cremarentur noluit Deus
vt essent ex male olẽtibus rebus. In quo significauit nõ satis esse
hominem dulcem esse, sicut mel, si aliàs male olet: ideſt, non suf-
ficit bonitas interior, cum malo nomine. Hinc plane colligitur
quantum errat ille, qui ait: Quid meã si de me homines male lo-
quantur & murmurẽt: possum detractorum ora claudere? Etiã,
quando aliqua specie malę murmurationis occasionem prębes.

Habet

habet innocentissimus Iesus suæ famæ rationem interrogãs quẽ 7
dicunt homines esse filium hominis? Vt nos doceret de nostro
nomine curam habere.

At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam. &c. Vi
dẽtur discipuli in hoc adulatores se ostendisse, nam rectè noue-
rant Pharisæos dicere solitos esse, eorum magistrum, seductorẽ,
Samaritanum, dæmoniacumq; esse, & in virtute Beelzebub eij
cere dæmonia, & nihil horum ad suum diuinum magistrum de-
tulerunt, sed illud tantum quod honoris & decoris erat. O quam
vsitatum est hoc in mudo. Conuersaris cum aliquo apud omnes
infimę notę, tu verò ne verbum quidem correctionis ei loqui au
des, quin imo assentaris ei eius vitam peruersam laudans. De qui
Ezech. 13. busdam diris hominibus, qui populum seducebant dicitur: Ipse
ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque pa- 8
Isai. 39. leis. Ille parietẽ ædificat qui malũ opus facit, cũ quo quasi quo
dam pariete diuiditur & separatur à Deo. Vndè Isaias dicit: Ini-
quitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Et adula
tores hunc parietem adulationis luto liniunt dum dicunt: Quid
mirum, parum mali hoc est, non multũ est hoc perpetrare quia
fragiles sumus, homines sumus & ad malum propensi. Dicit lu-
tum absq; paleis quod non firmiter adhæret parieti, sed cito ca-
dit. Quia adulatio quanuis in principio excæcat, & peccati cog-
nitionem tollit, quandò illud Deus puniet (quod cito erit) planè
grauitas culpæ apparebit ab omni assentatione exuta. De Mag-
no Alexandro legitur quendam Philosophum à se fuisse dimis-
sum, & ab eius domo cui dixit. Ego tanquam homo erro, tu verò
vt sapiens meos defectus arguere debueras, id minime facis, si 9
hoc facis quia defectus meos non cognoscis sequitur quod non
es sapiens. Quod si defectus meos nouisti & taces verus amicus
non es. O quanta confusio Christianis est, hæc verba ab homine
gentili audire, & contrarium in nobis experiri, quin imo mordi-
cus eos consumere volumus qui minimum etiam consilium no-
bis præstant, quãtumuis peccata nostra enormia, manifestaque
sint quod quidem nostræ damnationis æternæ magnum prog-
Prou. 15. nosticum est. Nam in Prouerb. dicitur: Doctrina mala deseren-
tium viam vitæ, qui increpationes odit morietur, quod si etiã di
catis: Qui increpationes diligit morietur dico hîc, morietur, æter
naliter intelligi. Et alia translatio sic habet: Doctrina mala dese-
renti

10 renti viam vitæ. Vbi denotatur, quod non solum mali qui à via
vitæ deuiant, malam doctrinam docent; sed vt plurimum cui ma
gis imprimitur, est ille, qui deserit viã vitæ, id est, qui à lege Dei
separatur, hic est cui magis insedit & quadrat, & sequitur infe-
rius: Non amat pestilens eũ qui se corripit, nec ad sapientes gra-
ditur. Quis verba hæc audiens non contremiscit, agnoscens san-
ctam monitionem, fraternamque correctionẽ quanto odio pro-
sequatur? Certè hoc non timere pessimum etiam signum est: ex
hoc quod tantum diligunt homines laudationem, & tam mole-
stè ferunt reprehensionem & veritatem prouenit, vt illi qui cum
eis conuersantur & agunt, eis assententur. Hæc autem Aposto-
lis digna essent, & veritatem suo diuino magistro non dicerent?
Dico eos hoc non fecisse vt suo diuino magistro adularẽtur, sed
11 quia nouerant Pharisæos dolo & inuidia plenos, immaculato
agno falsissimè illa imponere, vnde referre noluerunt nisi quod
populi turba, syncera & sine dolo sentiebat. Et primum quod re-
ferunt, est aliquos dicere illum Ioãnem Baptistam esse, quæ opi
nio maioris ponderis alijs opinionibus erat, quia Rex Herodes
id asseruerat. Solent seculi magnates & principes seruos habere
parum studiosos, & ita parum de Deo sentiunt. Iam Ionæ præ- *Ion. 3.*
dicatio totam ciuitatem impleuerat, quando ad aures Regis nun
tiũ peruenit. Vnde dicitur ibi, quòd prædicãte Sancto Prophe-
ta crediderũt viri Niniuitæ in Domino, & prædicauerunt ieiu-
nium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem, & per-
uenit verbũ ad Regem Niniues. Ecce quomodo vltimus ad quẽ
fermo Ionæ peruenit Rex fuit. Idem Herodi Regi contigit, qui
12 anno vltimo quo Christus Redemptor noster prædicauit, quan
do iam mundus suis miraculis plenus erat, ait Sanctus Lucas: Au *Luc. 9.*
diuit autem Herodes Rex omnia quæ fiebant ab eo. Nam qui
cum eo conuersabantur, ei minimè ea nuntiauerant. O mundi
optimatum ingens calamitas, qui vix aliquem habent, qui eis
rem bonam nuntiet. Prius enim concionator vitam consumpsit,
& plebs rudis eius doctrinam accepit, quam multi seculi prima-
tes, vel vnicam (duntaxat) eius concionem audiant, quia non ha
bent viros spirituales qui eis id nuntiẽt, sed tantum Sathanæ mi
nistros qui eis ea referunt, quæ eorum animas in damnationem
adducunt. Vix sancta fœmina Sara Ægyptum intrauerat cum *Gene. 12.*
Pharaonis Regis ministri, coram eo illius pulchritudinem lau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gene. 20 dauerũt. Et postea Regis Geraris Abimelech ministri, idem Regi de Sara nuntiauerunt. Et quanuis infœlix hic Herodes mirabilia Domini sero audiuit, si tũc eis vsus esset, huic damno remedium adhibuisset; veruntamen non solum hac bona opportunitate non est vsus, sed ansam ex eius miraculis sumpsit, vt in magnum errorem se præcipitaret. Nam dixit: Quia Ioannes Bapti
Marc. 6. ista surrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo. Et quoniam Rex id asseruerat, ideò gens plebis ita esse credebat: nimis debent aduertere principes magni, & prælati quomodo loquantur. Nam munus, & dignitas in qua constituti sunt eorũ verbis autoritatem tribuit, & mox eorũ subditi post illos abeũt, quanuis irrationabilia & fatua loquantur.

Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Cui nimium tribuitur, nimium ab eo exigitur. Quod si postquam Deus maius ingenium, maioremq; lucem tibi tribuit, eos qui tot beneficia à Deo non receperunt, virtute non superes eius diuina iustitia te puniet tanquam seruũ inutilem, infidelem, & sceleratum. Respondit Diuus Petrus: *Tu es Christus filius Dei viui.* Hoc est: Tu es verus Messias, Spiritus sancti copiosa vnctione vnctus, & filius Dei viui, in quo Dei vita ostenditur; siquidem gignere nisi vitam ha
1. Tim. 6. beret non posset. Vnde Diuus Paulus ait: Solus habet immortalitatem, & ita Deus essentialiter viuus dici potest. Quemadmodum enim immortalitatem habet ex se, ita vitam quę nunquam incepit, nec finietur. Et dicens: Tu es filius Dei viui, filium Dei naturalem illum esse confitetur. Cæteri iusti filij Dei vocantur propter dona Dei quę ab eo receperunt, & per adoptionẽ quod factum est in virtute mortis Iesu Christi: vnde meritò filij Dei mortui dici possunt, solus Iesus Christus est filius Dei viui à Patre genitus vitali actu, tanquam filius eius naturalis. Attende ergo, ô anima Christiana hunc Deum viuum res mortuas nolle.
Ezech. 16 Apud Ezechielem ait Dominus: Transiens per te vidi te cõculcatam in sanguine tuo, & dixi tibi: Viue. In quo denotatur quid ab animabus peccatricibus, & immũdis Deus postulet: nempè, vt conuertantur, & viuãt, & quòd opera emortua extra tendãt. O anima peccatrix (ait Dñs) conuertere ad me, qui sum Deus viuus, viuat in te fides, viuat in te charitas, viuat in te proficiendi feruor, viuat in te honoris mei, & vtilitatis proximorum zelus, negligentia, & remissio procul exulet: in omnibus, & per omnia

16 nia gratia in te regnet, quæ vita tua est, per quam viuam in te, & ad vitam æternam te disponam. O fœlix anima, quæ huius pij Patris vocibus obtemperauerit. Itaque dicens: Viue, non tantũ nos admonet, vt vitam gratiæ habere studeamus, sed etiã, vt accidiam, quæ animam torpere facit, penitus expellamus. Et ita vbi nos legimus: Dormitauit anima mea præ tædio; alia translatio *Psal.* 118. habet: Stillauit anima mea præ tædio: & sic legit etiam Beatus Ambrosius. In quo significatur, quod quemadmodum herbæ, *simile.* flores, & lilia, quantumuis excellentissimum colorem, odoremque habeant, si tamen destilleatur, & premantur virtutem, colorem, & odorem perdunt, & aridæ absque vlla virtute manẽt: similiter anima, quæ cum gratia Dei est rosa pulchrior & floribus: accidia tamen, destillata exiccata, indeuotaque manet. O
17 admirabilis metaphora, cum qua exaggeratur damnum, quod pigritia animæ infert. Ideò dicit Deus: Viue, hoc est, studę vitã feruidam, solicitamque agere.

Et Dominus respondit: *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, &c.* Quasi diceret: Vnde Simoni Ioannis filio vili, ac pauperculo piscatori prouenit, qui nusquam aliud didicerat, quàm retia reficere, & piscari, tam mirificam cognitionẽ habere, tamq; mirificam confessionẽ facere? Certè hæc pater tuus, ô Petre nõ te docuit; sed pater meus, qui in cælis est. Vnde S. Iacobus in sua Canonica ait: Omne datũ optimũ, & omne do *Iac.* 1. num perfectũ de sursum est, descendens à patre luminum. Patrẽ luminũ Deũ appellat, quia ab eo lux emanat, & peculiariter illa, cũ qua supernaturalia mysteria cernũtur, quo lux naturalis ra
18 tionis non peruenit. Ille hoc altissimum mysterium D. Petro reuelauit, & per suam infinitam misericordiam nos quoq; in lucẽ, & agnitionem huius infallibilis veritatis traxit; quod quidẽ ineffabile beneficiũ est. Nam quanuis naturali lumine obtinetur, vnum Deum esse, vnde de illo, qui hoc negaret ait Sanctus Da- *Psal.* 13. uid: Dixit insipiens in corde suo, nõ est Deus. Quasi diceret: Nõ lingua id pronuntiare ausus est, quia ab omnibus illuderetur. Si *simile.* quis per desertum iter faciens, casu domum miro artificio fabricatam offenderet, & sericis, pretiosissimisque tapetibus ornatam, & mensam ibi stratam opiparis epulis refertam, & super tectum domus strepitum audiret, & tabulas stridere, & moueri cerneret, iure optimo hic dicere posset, certè habitatores

huic domui sunt. Vnde nosti? quia id oculis cerno, & auribus 19
percipio, & qui hoc negaret fatuus iudicandus esset. Similiter vi
dens homo ratione præditus hanc domum, quæ est mũdus tam
singulari artificio fabricatam, fulgidissimis astris, planetisq; or-
natam, plantis, herbis, & floribus odoriferis consitam, mensam
copiosissimis optimisque epulis & viaticis plenam, & vestigio-
rum strepitum, nempè cælorum motus tam singulari ordine, &
perseuerantia, meritò quidem dicere potest: Sine dubio domi-
nus est huic domui, qui eam gubernat & regit. Quis ergo potest
esse, nisi Deus, qui hæc cuncta creauit? veruntamen cognitio hęc
Rom. 1. est imperfecta. Quia, etsi Diuus Paulus inquit: Inuisibilia ipsius
à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciun-
tur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas; tamẽ, quia om-
nium rerum perfectiones simul, in comparatione infinitæ perfe 20
ctionis Dei nihil sunt; ideò notitia Dei, quæ per illas obtinetur,
imperfecta est. Et quanuis Sanctus Isaias inquit, illa beata Sera-
Isa. 6. phim, quæ vidit dicere: Plena est omnis terra gloria eius. Nam
in omnibus mundi rebus bonitatis Dei gloria relucet, sapientia,
& bonitas eius: cæterùm hic mundus, hæc terra, & aliæ innume-
ræ si essent omnes, quod nobis repræsentarent, parum esset respe
ctu eius, quod in se Deus est. Vnde singulare beneficium illud
fuit, quod hic luminum pater nobis contulit, dans nobis aliam
perfectiorem cognitionem eius, quod in se est per lumen fidei,
quam in intellectibus nostris infudit. Cum qua alia mirifica my
steria adipiscimur, quæ rationis lumine non obtinentur, & om-
nium fundamentum est. Hunc, scilicet, Deum verum, vnicum
filium naturalem habere à se æternaliter genitum, & hunc Re- 21
demptorem nostrum Iesum Christum esse: quanuis hæc noti-
tia imperfecta est, respectu eius quam in gloria habebimus. Et
sic Sanctus Dionysius ait: quod minimum scire de Deo, est cogno
Dionysius Epist. 1. scere illũ rectè comprehendi non posse his verbis: Perfecta eius
ignoratio, eius vera cognitio est, quia ipse super omnem men-
tem, & substantiam noscitur. Hunc ergo pijssimum Patrem, di-
lectissimi, cum maxima instantia deprecemur, vt fidei suæ lu-
men, quod in cordibus nostris effudit conseruet, & semper ad-
augeat, & ignorantiæ tenebras, & cuiuscunque erroris ab eis
releget, & quod lumine eius, increatum lumen (quod ipse est)
cernere mereamur.

Et

22 *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Eccle siam meam.* O benedictus & glorificatus sit talis Deus, qui tã peculiarem rationem de hominibus gerit, & sic illos honorat post-quam homo factus est. Non vtiq; Angelos sanctæ Ecclesiæ suę, vt fundamenta posuit: quinimo dignum, & honorificum valdè ipsi sibi esse reputant coadiutores in hoc sacro ædificio se præbe re, fidelium saluti consulentes & fauentes. Eam tamen ædificat super hominem Petrum nomine. Huic dicit: *Tibi dabo claues regni cælorum.* Sed notate interim, quòd priùs ei Dominus dicit: *Pater meus reuelauit tibi.* Quasi diceret: Si quidem Pater meus tibi scientiam impertiuit, ego claues regni cælorum tibi dabo, & Ecclesię meæ potestatem tibi committam. In quo docuit, quòd si dona & sufficientiam alicui Deus non impertit ad aliquod munus ad
23 ministrandũ, nullatenus tale munus debet ei committi. Pauper Diuus Petrus erat, & piscatoris filius, apud homines nullius pon deris, seu æstimationis erat: sed per id quod à Deo acceperat Ec-clesiæ sanctæ huius prelatus creatus est. Hoc non ex dotibus car nis & sanguinis, sed ex cæli pignoribus quæ habebat, im petra-uit. Et ita quando Diuinus Pastor Christus voluit ouium curam ei committere, non interrogauit eum, an nobilis esset, an inge-nua prosapia natus: nam generis nobilitas parum sine vir-tute prodesset, vt quis prælatus crearetur: sed interrogauit eum: Simon Ioannis diligis me plus his? Nam ad huiusmodi mu *Ioan. 21.* nus exercẽdum magno Dei amore opus est, ob cuius defectum tot mala communiter fiunt, totque damna succedunt. Et non di-cit ei: Do tibi claues; sed, dabo tibi. Dum Christus Redemptor
24 noster in hac vita vixit, noluit curam ouium suarum alteri com-mittere, nec etiam Diuo Petro: ipse nanque vsque ad mortem eas pascere voluit. O quã singularis doctrina prælatis, vt discant super curam ouiũ suarũ ipsimet inuigilare, quantũ possibile fue-rit, nec de ministris confidant quantumuis optimi videantur.

Tibi dabo claues regni cælorum. Claues sunt scientia ad discernen-dum inter dignos & indignos, & potestas ad aliquos admitten-dos, alios verò excludendos, ad sanciendas leges & precepta sta-tuenda, ad sacramentorũ administrationem, & sacram Scriptu-ram elucidandam, & tandem ad reliquum omne, quod ad regi-men sanctæ Ecclesiæ necessariũ est. Tempore famis & frumenti *Simile.* penuriæ dominus, & paterfamilias clauem frumentariam solet

semper secum afferre, nec seruo eam committere audet; at tem- 25
pore vbertatis, & copiæ frumenti facilè eam illi cõmittit. Ante Christi Redemptoris nostri mortem magna paradisi fames, & bonorum eius penuria erat: tantum in manibus domini eorum clauis inueniebatur: at verò post passionem eius sacratissimam, quia maximæ vbertatis tempus est claues seruis sacerdotibus, scilicet, commissæ sunt, quorum caput est Diuus Petrus, ne homines vllam excusationem haberent, dicentes se cælum obtinere non posse. Nam ad impetrandum veniam peccatorum, non ad inuisibiles substantias, & alterius naturæ nos misit Deus, aut ad innocentes, quales sunt Angeli cæli, qui nunquam peccauerunt, sed mittit te ad Diuum Petrum hominem, sicut te peccatorem, & forte maiorem te, qui post tot beneficia à Deo accepta, ter illum, & iureiurando negauit. Quid igitur respondebis mi- 26
ser, si hac via tam facili veniam impetrare contemnis? Age dilectissime, ne tuimet tam intimus hostis sis obsecro. Nunc quia claues sunt propera, & accede ad pedes confessarij, nam postquã in inferno inclusus fueris, exeundi locus non erit.

Attende quid Dominus dicat: *Quodcunq; solueris super terrã, erit solutum & in cælis.* Dum super faciem terræ viuis, pœnitentiam age: plange peccata tua, ad pedes confessoris accede, & peccata tua humiliter confitere, & pete absolutionem. Nunc enim Diui Petri claues tibi proderunt, non autem postquam è vita discesseris. Ieremias ait: Concluſit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit. Hæc verba cuicunque inferni damnatorum adaptari possunt. Nam fletus, fames, & paupertas, quę via cæli esse solebant, in infernum retorserunt; nam ibi hæc omnia abunde 27
sunt: Ibi enim erit fletus, & stridor dentium; in quibus, nec vtilitas, neque meritum erit. Inquit Sanctus Ioannes quendam se vidisse, qui ei dixit: Ego sum primus, & nouissimus, & habeo claues mortis & inferni: Hic est Christus Redẽptor noster: & has claues hic cælestis Dominus non sacerdotibus, non summo Pontifici eas tradidit: nam neque sacrificia sacra, neque indulgentię, neque absolutiones damnatis proderunt ad hoc, vt inde exeant. Super hæc mirabilia beneficia, & alia quãplurima, quibus Euangelium hodiernum plenum est, quæ Dominus Diuo Petro contulit, potest magna consideratio in laudem & gloriam eius fabricari. Diuus Paulus inquit: Ne magnitudo reuelationũ extollat me,

Thren. 3.

Apoc. 1.

2. Co. 12.

28 me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Vbi Diuus Hieronymus ait, hoc simile fuisse cõsuetudini Romanorum quando triumphabant, quorum lateri præco adhærens de mortalitate eos admonebat, ne superbirent ob victoriam partam. Ita in Diuo Paulo, ille carnis stimulus tanquã præco erat, qui eius mortalitatẽ & fragilitatem prædicabat, ne forte tot Dei fauoribus superbiret. Et res quidem mira est, vt Diuo Petro in tanta celsitudine, & dignitatis honore constituto huiusmodi spiritus non fuerit datus, ad eius humilitatis conseruationem, cum res tam singularis sit, vt vmbra tantum corporis sui omnem infirmitatem, omnemque langorem sanaret, quod nusquam alicui alteri sancto concessum legimus. Ex quo potest colligi, quòd, quemadmodum ille diuinus ædificator, & artifex
29 tam excelsum ædificium fabricauit, etiam profundissimam humilitatem in eo posuit, vnde non fuit opus sicut Diuo Paulo stimulum carnis ei dare, & ita perseuerauit in hoc diuino ministerio singulari cum sanctitate Ecclesiam gubernans, & tot innumeras animas ad fidem & obedientiam Christi Domini conuertens, vsque ad sanguinis effusionem: vna siquidem & eadem die cum eius coapostolo Diuo Paulo glorioſum martyrium compleuit. Quòd si olim Roma in signum magnæ gratitudinis Imperatorem triumphantem, & è bello reuertentem, cum tanta lætitia & trophæo suscipiebat, quanta gloria & trophæo existimamus hodie in cælo susciperentur illi, qui tot prouincias & regna à dæmonis imperio, & tyrannide erepta, legitimo Christi Domini imperio subiugarunt? Quòd si cælum ita lætatur, quid ter-
30 ra nostra facere debet, quæ vsque hodie vberrimo doctrinæ semine eorum, fertilis est, & indies æternæ vitæ fructus producit?

Quo amore & reuerẽtia diligere, sequi, & imitari debemus hos fidei nostræ patres, vt imitantes eos in virtutibus gratia pleni, cum eis gloria perfruamur, quam mihi & vobis donare dignetur Iesus Mariæ filius, Amen.

(·.·)

IN FESTO VISI- 1
tationis sacratissimæ Virginis Mariæ Concio Prima.

Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione.
Luc. 1.

Simile. RES odoriferæ eò magis suum odorem communicant, quo plus tractantur. Campus floridus, hortus diuersis floribus consitus, nisi aer 2
flans illos moueat, parum odoris emittunt: at si flante aura flores liliaq; moueantur, statim magnam fragrantiã, magnumq; odorem emittunt. Vnde sponsus in Canticis dicebat: Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Hinc est, quòd sicut Sanctorum exempla odor vocã
Cant. 4. *2. Cor. 2.* tur (vt D. Paul. ait:) Christi bonus odor sumus, alijs odor mortis in mortem, malis, scilicet, qui inuidia, & rabie pleni inuicem se mordent, & inuicem consumuntur, bona iustorum exẽplo olfacientes: alijs odor vitæ in vitã, bonis, scilicet, qui odore boni exempli Sanctorum meliores efficiuntur) eo minus proficiũt, quo rarius de eis loquitur, & agitur: tunc verò vberem fructum efficiunt in humanis cordibus quando cogitatione ruminãtur, mente euoluuntur, & in lectione, sermone, & colloquio de eis agitur. 3
Cant. 4. Hortum Deus habebat nimis occultum, de quo in Canticis dicitur: Hortus conclusus soror mea, sponsa hortus cõclusus. Hic hortus purissima Virgo domina nostra est, multo præstantior illo,
Gene. 2. de quo dicitur: Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat. De illo dicitur, In principio respectu temporis: de hoc autẽ: Ab initio, & ante sæcula creata sum, respectu perfectionis, & puritatis, in qua ab initio Angelos creauit. In illo voluptatis paradiso, ex costa Adæ formata fuit Eua: in hoc verò paradiso secũdus Adam Iesus Christus ex costa Euæ, hoc est, ex purissimis Virginis

4 ginis sanguinibus fuit formatus. Ex illo paradiso primus Adam cum ignominia, vituperio & tristitia fuit eiectus: in hũc verò paradisum secundus Adam Dei filius cum magno trophæo, & lætitia, tam hominum quam Angelorum intrauit & exiuit. In paradiso illo quæcunque arbor, secundum genus suum fructum afferebat: pyrus, pyra dabat; malus, mala; nux, nuces: at in hoc horto, arbor fructum super omne genus, & naturam reddidit; nam pura mulier verum Deum protulit. Ille hortus voluptatis paradisus dicebatur: hic etiam paradisus dicitur, id est, parens risum: nam risum & gaudium terræ cælorumque peperit, & fuit primus paradisus, in quo primo anima Deum vidit, & beatifica eius visione fruita est. Et hæc est vna ex præcipuis Virginis huius sacratissimæ excellentijs. Nam prima anima quæ Deum vi-
5 dit, & fuit beata, anima sacratissima Christi Redemptoris nostri fuit, & hoc primo in virgineo vtero sanctissimæ fœminæ huius factum est. De hoc horto Diuꝰ Hieronymus ait: Hortus deliciarum, in quo sunt consita vniuersa florum genera, & odoramenta virtutum. Et ad communicandum hos odores, postquam adimpletum est quod Angelus dixit: Spiritus sanctus superueniet in te, tanquam aura, quæ perflat in horto eam concitauit & mouit.

Et exurgens Maria abijt in montana cum festinatione. O quos odores & fragrantias illis communicauit, cum quibus egit ab eius domus egressu vsque ad reditum? Quod si quis dicat in eodem loco vbi sacra Scriptura hanc sacratissimam Virginem hortum appellat etiam fontem eam dicere. Vnde postquam dixit: Hortus conclusus, subdidit dicens: Fons signatus. Si ergo est fons, quo-
6 modo ascendit? Ad hoc respondeo, quòd Aristoteles in Meteoris aliquot causas assignauit, propter quas aqua ascendit. Prima est, propter grauioris corporis infusionem: si enim in fontem lapis magnus injciatur, statim aqua ascendit. Secunda causa est, ne detur vacuum in natura: si enim vrna fictilis, quæ sit calefacta *Simile.* fumatur, & super aquam frigidam collocetur, statim aquæ gutulæ in vrnam ascendunt. Et ratio est, quia cum vrna illa fictilis sit calida, etiam aer, qui intus est, & quia aer calidus est rarus, & frigiditate adueniente spissatur, & contrahitur, ne detur vacuum ascendit aqua. Propter hanc ergo duplicem rationem hodie Virgo sacratissima cùm esset fons ascendit in montana Iudææ. Primum, propter infusionem corporis grauioris: cecidit enim in

Aristo. 2. Meteo.

1.Cor. 10. illam lapis ille pergrandis, de quo Diuus Paulus ait: Petra autem erat Christus: & hæc cœlestis petra illam mouit, ascendere 7
D. Amb. in Homi. sup. hunc loc. que fecit. Vnde sanctus Ambrosius ait: Quo enim iam Deo plena, nisi ad superiora ascenderet? Secunda ratio, ob quam [illegible] ascendit est, ne detur vacuum: & propter causam hanc hic sacratissimus fons hodie ascendit. Erat enim anima pueri Ioannis gratia vacua, & originalis peccati labe infecta. Ascendit fons, ne illa anima vacua esset, &, vt adimpleretur Angeli
Luc. 1. promissum dicentis: Et Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Et sacrum Euangelium ait. *Quod abijt in montana, cum festinatione.* Nam idem Dominus, quem in suis sacratissimis visceribus gestabat, illam mouebat, vt eo modo abiret festinans. In quo ostendebat cum quanta cura, & studio ani-
Psal. 39. marum salutem operabatur. Regius Dauid ait: Dominus so- 8
licitus est mei. Idem Diuus Ioannes asseuerare potuit: nam mox, vt in mundum intrauit cum solicitudine perrexit, vt illum sanctificaret, & animam eius possideret. Potentissimus
Esther. 1. ille Rex Assuerus inter omnes Imperij sui vrbes, Susam ciuitatem maxime dilexit, & in maximo honore habuit, propterea quòd ciuitas illa prior fuit omnium quæ possederat. Vnde sacer textus inquit: Quandò sedit in solio regni sui Susa ciuitas regni eius exordium fuit. Ideò que in ea principibus, & magnis regni, sui insuper & vniuerso populo splendida conuiuia fecit. Sanctus etiam Dauid magno amore prosequebatur Sion ciuitatem, quam peculiari priuilegio vrbem suam appellabat, quia prima fuerat, quam sibi adscripserat: Vnde eam honorificauit arcam fœderis in ea locans. Nam illam rem, quam plus dili- 9
gimus, amplioribus beneficijs donamus. Ità prior ciuitas, quam potentissimus, ac cœlestis Imperator Christus postquam in mundum intrauit à dæmonis imperio eripiens sibi deuinxit, sancti Ioannis Baptistæ anima fuit: & ita maximo honore illam affecit, maximeque dilexit. In hoc verbo, *Cum festinatione.* Verorum Dei seruorum ingenium denotatur, nempè in rebus
D. Amb. in Hom. super Luc. ad eius seruitium pertinentibus solicitos se ostendere. Vnde Diuus Ambrosius ait: Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Et ita vnum ex præcipuis signis, quæ sacri doctores assignant prædestinationis alicuius est, curam & solicitudinem in eo cer-
simile. nere in famulando Deo. Quæ à magnete tacta sunt non quiescunt

docunt, donec septentrionale sydus aspiciant, id est, [*el norte*], vt patet [*En la aguja de marear*], & in acu solaris horologij, quæ nunquam quiescunt, donec sydus illud aspiciunt, hoc est [*Hasta que estén enfrente del norte*]. Sydus nostrum septentrionale Deus est, & tacti magnete diuinæ prædestinationis eius semper mouentur, & gyrant, semperque in suo famulatu laborant, nec quiescunt, donec coram eius diuinæ celsitudinis conspectu appareant. Et è contra. S. Isidorus ait, quòd pigritia, & indies pœ- *S. Isid.*
nitentiam differre, signum manifestum reprobationis alicuius est. Exo. 8. dicitur, vnam ex deterioribus plagis, quas Ægypto *Exo. 8.*
Deus misit, ranas fuisse. Et ascēderunt ranæ, inquit sacer textus, operueruntque terram Ægypti: ita vt tam lecti, quam mensę, domus, & reliqua omnia ranis scaterent. Si bibere volebant ranæ
11 in potu apparebant: si edere ranis cibus exuberabat. Cùm autē Pharao à Moyse & Aaron postularet, vt plagam illam magnā auferrent, Moyses respondit: Constitue mihi quando deprecer pro te, & pro seruis tuis, vt abigantur ranæ abs te, & tantū in flumine maneant. Cui Pharao dixit: Cras. O amens sine cōsilio, & sine prudentia quomodò tam graui plaga affectus, & in tam terribili afflictione constitutus dicis. Cras? Quarè non dicis deprecamini statim pro me. [*Pues para luego es tarde*)? Vidistis vnquam fratres talem hominis cæcitatem? Non admiramini tyranni huius amentiam, qui cum posset statim ab illa afflictione eripi in posterum distulit? Vtique dicetis: Maximè. Quarè ergò magis vosmetipsos non admiramini, & de vobis obstupescitis, qui die vna, & alia, & pluribus in peccato lethali estis, & cū statim ex-
12 ire inde possetis, cunctamini & in posterum pœnitentiam differtis? Quodnam est peius, dicite mihi, ranis circundari, an peccatis, & diabolis obsideri, & ad æterna supplicia damnari? Equidem longè maximum malum hoc est. Admiramini Pharaonē ranis vallatum dicentem, Cras, & vos peccatis, & diabolis obsessos non admiramini nec obstupescitis? Illuminet vos Deus, vt resipiscatis & tantam calamitatem agnoscatis, vt dum tempus habetis remedium adhibeatis, ante quam ira Dei super vos descendat. Nè respondeatis dilectissimi sicut Pharao respondit, Cras, quod verbum reproborum est. In actibus cùm *Act. 13.*
Apostoli prædicarent, audientes gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini, & crediderunt quot quot erant præ-

præordinati ad vitam æternam. Quid clariùs id, de quo agimus, 13
dici posset; siquidem prædestinati soli verbo Dei lætabantur, &
illud glorificabant? Verbum Dei glorificare est opere illud exe-
qui cura, studio, & feruore. Nam qui negligenter, & tepide ope-
ratur, videtur verbum Dei contemnere, & iniuria afficere. Nam
ille, qui sic remisse operatur quasi significare videtur, promissa,
& minas, quæ in ipso continẽtur non credere. Etiam illud, ga-
Aristo. uisæ sunt, perseuerantiam denotat. Nam secundum Philo-
sophum: Delectatio conseruat operantem in opere. Eia dile-
ctissimi oculos vestros aperite, & hunc torporem, & desidiam
procul à vobis pellite. Incipite nunc vere pœnitentiam age-
re, nec quiescatis donec coram sydere hoc diuino sitis. Hoc
Psal.117. Sanctus Dauid verbis subobscuris significauit, dicens: Con-
stituite diem solennem in condensis, vsque ad cornu altaris. 14
Quod celebramus (inquit) solennitates in densitatibus, quæ
sunt peccata, quæ mox inuicem connexa sylua condensa in
anima fiunt. Et quomodo in peccatis solennitas celebrari
debet? Dico festum peccatis celebrare, est illa flere cum fir-
Simile. missimo proposito deinceps non peccandi. Tunc enim tau-
ris festum celebratur, quando agitantur, & telis confodiun-
tur: similiter cum peccata vestra telis pœnitentiæ & lachry-
marum cordis confoditis, festum eis celebratis: sicut Dominus
Luc.15. ait: Gaudium fit in cælo Angelis Dei super vno peccatore pœ-
nitentiam agente, &c. Et hoc festum debet celebrari vsque ad
cornu altaris, id est, quousque in cœlo cum Christo glorietur ho
mo. Nam ille est cornu, & vis altaris, ab ipso nanque vis, & vir-
tus in altare, Ecclesiam, sacrificia, & sacramenta descendit. Plo- 15
rate ergo, & mortificamini dilectissimi, quousque ad verum au-
strale sydus, in quo est tota vita perueniatis. Nã de iustis S. Isaias
Isa.40. inquit: Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem: assu-
ment pennas sicut aquilæ, current, & non laborabunt; ambula-
bunt, & non deficient. Quasi dicat: Prius ad malum fortes
erant, nunc verò ad bonum sine lassitudine volant. Nullus di-
cat, quando iuuenis eram, ieiunaui; iam multis bonis operi-
bus me dedi, & pijs exercitijs incubui, nunc quiescere, nunc
mihi indulgere volo. Auertat à nobis Deus dilectissimi, vt
tale verbum ore proferamus, siquidem ipse nobis præcipit
ne quiescamus, sed quòd vsque ad cornu altaris curramus.

Vbi

16 Vbi nos legimus apud Sanctum Iob: Non peccaui, & in amari- *Iob.17.*
tudinibus moratur oculus meus; ex Hebræo transferri potest:
Non peccaui, & in amaritudinibus morabitur oculus meus, de
futuro, & sic est in paraphrasi Chaldaica. Si ergo ille, qui morta-
liter non peccauit, vt hic ipse affirmat, non solum flebat de præ-
senti, sed in venturis seculis sibi fore flendum prædixit: quid fa-
ciant æquum est hi, qui oculos suos in vitam præteritam verten
testantam multitudinem, & congeriem peccatorum, quæ admi
serunt, cernunt? Hæc omnia dixi eius occasione, quòd sanctum
Euangelium inquit: *Exurgens Maria, abijt in montana cum festinatio-
ne.* Considerate fratres hoc sacratissimæ Virginis iter, & quomo
do hæc prior processio solennis fuit, in qua corpus Christi san-
ctissimum gestatum est, quam non psallentium, & laudantium
turbæ, sed Angelorum chori beatissimam Virginem comitan-
tes, & laudes Deo decantantes, ornabant.

17 *Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth.* Quæ lingua
suauissimam illam Virginis preciosissimę vocem explicare suf-
ficiet? Illud: Salue cognata? Illud, Sanctam Elisabeth cum vene
rabili eius senectute coram cæli Regina genu flectere? Quis etiã
illos dulcissimos amplexus vtriusque exprimere possit? Perpen
dite primũ quod Sanctus Euangelista refert, esse quomodo ter-
ræ cælorumq; Regina salutauit Elisabeth. Eia dominæ hanc hu-
militatis lectionem discite. Quia senior non expectat, vt iunior
eam salutet, sed ipsa illam præuenit, ipsa præit: humilitas enim
& vrbanitas gratiam comitantur, & vbi ambitus, vani respe-
ctus, inurbanitates, ibi gratiam Dei minimè cohabitare signum
18 est. O quot adinuenta inurbanitatum, inciuilitatumque Sathanas adinuenit, omnia in superbia fundata. Quàm plurimæ enim
dominæ mutas esse se fingunt, cùm loquaciores sint, quàm opor
teat. Nonnullæ verò cæcas se esse simulant, cùm lince, aut aquila
acutiorem visum habeant. Nonnullæ paralysi, aut podagra labo
rare videntur, aut ægritudinum occasiones obijciunt, ne alijs as-
surgant: velut, qui pileum in manu continet, antequam alter in-
grediatur, vt eum alloquatur, ne fortè caput ei aperuisse videa-
tur. O diram vanitatem, in quam plurimarum amicitiarum iactu
ram introductam, & in charitatis destructionem statutam. Nã,
vt quidam ait: multos conciliat comis, & blanda salutatio. Vnde
Diuus Paulus commendat, dicens: Charitatem fraternitatis in-

uicem

uicem diligentes, honore inuicem præuenientes. In quo S. Apo 19
stolus denotat, quòd ad conseruationem charitatis maximè necessarium est nos honore inuicem præuenire, comiter, festiuè, & vrbanè. Et hoc peculiariter cum senioribus, & prouectæ ætatis hominibus debet obseruari. Olim apud gentiles in maxima veneratione senes habebantur, adeò, vt Petrus Apianus refert, ꝙ
Petrus Apia. in Gades insula in fano senectutis, quod quidam Græci Gentiles illac transeuntes erexerunt, ibi senectutem deam colebant, vt vitæ magistram, & magnarum rerum reuelatricem, & sensua litatis etiam mortificatricem. Vnde fertur quòd illis temporibus, sicut modò ad templa sacra malefactores confugiunt, ità fures, & homicidæ, & alij ad senes tanquam ad sacrum locum confugiebant. Quòd si apud Gentiles talis honor senibus deferebatur, quid faciant æquum est hi, qui religionem Christianam co- 20
Leu. 19. lunt? In Leuitico præcipiebat Deus: Honora personam senis.
Thre. 4. Et inter alias iniurias, de quibus. S. Hieremias in Babylonios conquerebatur cum filios Israel ab Hierusalem in Babylonem captiuos duxerunt vna est: Facies (inquit) senum non erubuerunt, neque miserti sunt, scilicet, eorum. Et etiam Propheta Ba-
Baruch. 4. ruch, de eodem conqueritur dicens: Eduxit super illos gentem de lõginquo, gentem improbam, quæ non sunt reueriti senem.
Sap. 2. Et vbi sacra scriptura refert mala, quæ nonnulli peruersi homines perpetraturi erant, hoc inter illa assignat dicens: Opprimamus pauperem iustum, non parcamus viduæ, nec veterano, nec reuereamur canos multi temporis. Ex his omnibus locis planè colligitur quanta obligatione adstringamur ad senes venerandos, & quanta abominatio coram Deo sit id non facere. Disca- 21
mus fratres ab hac cælesti magistra, quæ honore senem præuenit.

Et salutauit Elisabeth. Quo salutationis genere aut quo pacto eam salutauerit non legimus, sed piè credi potest, non fuisse salutatam aliqua harum salutationum, quæ modo visitantur, quarum etiam Sathanam autorem extitisse crediderim, vt paulatim cuncta aboleat obliuio eorum, quæ animam in Deum tollere possunt, factorem rerum omnium illum fatendo. Quid sibi vult. [*Beso las manos de. ỽ m.*] Mane, meridie, & vesperi? Præstaret quidem, vt sicut olim, sic inuicem vos salutaretis dicentes. Bona dies frater, Fausta nox vobis sit, Deus det vobis suam pacem,

aut

22 aut gratiam, &c. Tandem tandem, vt operamur sic loquimur: & sicut intrinsecus tam parum spiritus Dei habemus, ita exteriùs id minime communicamus, aut ostendimus: *Luc. 6.* Nam, vt summa veritas ait: ex abundantia cordis os loquitur. Eia dilectissimi amore Dei vos obsecro, vt Deum in corde, & in lingua gestare gloriemini, & intus extraque probos esse vos ostendatis.

Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infãs in vtero eius. Super hoc notare licet, quòd vox salutationis Beatissimæ virginis fuit quoddam instrumentum, & vehiculum, per quod Christus Iesus emisit spiritum sanctificationis in Ioannem, sicut cochlear est instrumentum, cum quo liquor medicinalis propinatur ægroto: & spiritu sanctificationis non solùm à peccati originalis labe fuit mundatus, & in gratia confirmatus,
23 verùm etiam vsu rationis intempestiuè præuentus ad Deum cognoscendum, vt communiter tenetur. Et ita D. Ioannes prius matre eius spiritu sancto plenus fuit, quia audita voce exultauit in vtero matris, & mox repleta est spiritu sancto Beata Elisabeth. Itaque quanuis sacratissimæ Virginis vox prius per aures matris transiuit, operationem tamen prius in eius filio fecit. Et non est mirum, quia radij solares priùs per medium *Simile.* aërem transeunt, quàm terram pertingant, sed priùs calorem in terra producunt, quàm in aëre, quia in terra terminantur, & sistunt, posteà verò per reflexionem calorem in aëre producunt. Sic in hodierna sacra visitatione contigit. Christus verus sol emisit virtutem sanctificatiuam per os matris suæ in Ioannem transeuntem per aures Beatæ Elisa-
24 beth: & hæc virtus fecit reflexionem in anima Beati Ioannis, & inde in animam matris transiuit. Et cognoscens puer Deum suum vultum ad eum conuertit. Nam, vt naturales aiunt, fœtus in ventre faciem versus matris tergum habet, & Ioannes vertit se, vt Deum, quem nouerat adoraret: & hæc adoratio meritoria fuit, quia facta fuit in gratia, & cum diuino amore. Itaque hic sanctus puer ab vtero matris suæ cœpit mereri. Nec tantum mundi saluatorem ibi adorauit, sed etiam laudauit, & prædicauit, ad hoc tanquam instrumento eius matris lingua vtens. Et ità munus suum hodie exercere cœpit, quod quidem erat, sicut

Diuus

Universidad de Deusto Biblioteca

Ioan. 1. Diuus Ioannes Euangelista ait: Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illũ. Hæc est magna, & peculiaris laus, & prærogatiua Sancti Ioannis, qui post sanctissimam Virginem dominam nostrã primus fuit, qui verbum diuinũ incarnatũ nouit, & prior, qui hoc incarnationis sacratissimum mysterium promulgauit. Et postquam ille cognouit, & promulgauit, secundò Sancta Elisabeth, deinde pater eius Zacharias, deinde Sanctus Ioseph, deinde pastores, deinde reges, & etiam bestiæ illum cognouerunt.

Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit voce magna. Nũ quid sancta fœmina, hæc tua autoritas, grauitas, & serenitas vultus tui est, quia, vt amens clamas? Ah, quando alicuius domus ardet, nunquid ille poterit se continere, quin vociferetur? Beatæ Elisabeth viscera comburebantur, & quomodo non magnos clamores ederet? Musicus, qui organa pulsat, facit fistulas resonare, secundum quod intrinsecus in corde sentit. Hæc sancta fœmina organum erat, & eius filius musicus, qui viscerum eius organa pulsabat, & sic eam resonare faciebat secundum quod ipse in corde habebat. Vnde exclamans Beata Elisabeth ait: *Benedicta tu inter mulieres.* In duplici statu mulierum genus diuisum est, scilicet, in non virgines, & virgines. Primus status à mundi initio fuit maledictus, vt in Genesi patet, vbi fœminæ Deus dixit: In dolore paries filios tuos. Et etiam secundus status virginum infœlix reputabatur. Vnde communiter inter Hebræos dici solebat: Maledicta sterilis, & quæ non parit. Itaque omnes maledictæ erant illæ, quia in dolore filios pariebant, hæ verò, quia fructum non reddebant. Veruntamen per Hieremiam dicit Deus: Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Quasi diceret: Omne pretiosum manebit, quod factum cernimus in hac sacratissima fœmina. Sublatum est enim à matribus, quod eas maledictas efficit, nempè in dolore parere, & etiam à virginibus maledictum ablatum est, scilicet, fructum non dare, & quod pretiosum est, remansit puritas, scilicet. Et hæ duæ excellentiæ in illa conuenerunt, vnde benedicta inter mulieres remansit. Nam omne bonum, quod in eis est, in ea simul inuenitur, quæ sola mater & virgo est. Etiam hæc verba significant hanc sanctissimam virginem, omnium aliarum mulierum tam veteris, quam nouæ legis benedictionem habuisse. Nam in veteri lege matres benedictæ

Simile. 26

Gene. 3. 27

Hiere. 15.

28 ctæ erant: in noua verò lege virgines benedicuntur. Et cum hæc cœlestis regina, & mater, & virgo sit, vtrarumque benedictionẽ habuit. Ideò dicit ei: *Benedicta tu inter mulieres & benedictus fructus ventris tui.* Quandò Angelus salutauit eam dixit: Benedicta tu in mulieribus, & non amplius dixit. At vero Sancta Elisabeth addidit: E benedictus fructus ventris tui. Quando primo vere arborem flore plenã cernitis, dicere soletis: Benedictus qui te creauit, quæ tam speciosa es. Cęterũ quando autũni tempore fructu onustã eam videtis, dicitis: Benedicta sit arbor, quæ talem fructũ affert. Quandò Gabriel Angelus sanctissimã virginẽ salutauit, quasi primum ver erat, quã vt arborẽ floribus plenam vidit gratia, scilicet, donis, & virtutibus, & ideò ait: Aue gratia plena, Benedicta tu in mulieribus. At verò Sãcta Elisabeth hanc sanctam
29 arborem fructu onustam vidit, erat enim sanctissima virgo pręgnans, & ideò ei dixit: Benedictus fructus ventris tui.

Simile.

Dicit prætereà: *Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Hæc laus excelsior est, quam huic sanctissimæ virgini referre possumus, & quod ei magis placet, nempe, Dei matrem illam nuncupare. Nestorius hæreticus miratur, quare mater Dei appelletur. Et ait ille non debere appellari, nisi matrem hominis. Et reddit rationẽ, quia cum Christus duas naturas habeat humanã, scilicet, & diuinam, à matre non nisi humanam accepit: igitur non debet dici, nisi mater hominis. Cui Sanctus Ignatius aduersus hæreses respondet dicens: Ego tibi probare volo, ô Nestori, hanc sanctissimam fœminam Dei matrẽ esse. Dicito mihi, mulier, quæ te peperit est mater tua, nec ne? Etiam. Et hæc mater
30 tua nonne corpus tantũ tibi dedit? Maximè: nã animam Deus creauit. Ergò quemadmodum, quæ te peperit mater tua dicitur, quia corpus tibi dedit, in quo anima continetur; ita Maria sacratissima Dei mater est, quia corpus ei dedit, sub quo natura diuina continetur. O mirificam gratiam, & excellentiam, vt vna pura mulier verè affirmare dicereque possit, Ego mater Dei sum. Et in hac dignitate, & titulo matris Dei significatur Deum in alueo introiisse [*Que Dios entro en madre*]. Quando fluuius extra alueum currit solus eius aspectus terrorem affert: nã turbidus est, rapido cursu defluit, arbores eradicat, sata euellit, & destruit, & alias complures strages facit: at verò postquam in alueũ intrat, tranquille, & placidè fluit, perspicuus, & lucidus est; ad eũ acce-

Simile.

ditis, & suauiter eius dulcem aquã degustatis. Similiter, antequã 31
Deus homo fieret quasi fluuius extra alueum erat: & ita Moy-
ses illum appellabat: Deus magnus, & potens, & terribilis: & Sã
Deut.10. ctus Dauid: Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Et tanquam rapi
Psalm.75. dus fluuius extra alueum magnas strages faciebat, rigidè homi-
nes puniens, vt in diluuio, & in ciuitatibus Sodomę, & Gomor-
rhæ patuit, & in multitudine hominum, quos propter idololatrias, quas in deserto cõmiserunt, vt interficerentur præcepit, &
in alijs quam plurimis supplicijs ab eo illatis, quæ sacra scriptu
ra cõmemorat. Tandem hominibus tã terribilis erat vt aspectũ
Exod.20. eius horrerent & Moysi dicerent: Loquere tu nobis, & audie-
mus, non loquatur nobis Dominus, nè fortè moriamur. At post-
quã fluuius hic in alueũ introiuit, scilicet, in purissima virginis
viscera, factus homo, vt fluuius liquidus splendidusque manst, 32
tranquillus, & hominibus suauis, vt ad ipsum cum spe viuã acce
damus, & eius dulcissimas diuinasq; aquas bibamus ad sitim cõ-
cupiscentiæ nostræ extinguendã, & irę ardores mitigandos. Vn
Ioan.7. de Diuus Ioannes refert, eundẽ Dominũ iam hominẽ factũ, &
in medio multitudinis hominũ in die magno festiuitatis clamas
se: Si quis sitit veniat ad me, & bibat. O fœlices illos, qui affectio
ne accedunt, vt ex hoc trãquillo flumine bibãt, & eius aqua pec
catorũ suorum maculas lauẽt. Quoties ergò dilectissimi dein-
ceps aliquem dicere audieritis: Mater Dei, recordamini huius
ineffabilis beneficij, quod Deus nobis contulit, fluuiũ intra al-
ueum se faciens ad animarũ nostrarũ remedium, & hunc fluuiũ
Psalm. 64. esse, de quo Sãctus Dauid præcinit dicens: Flumen Dei repletũ
est aquis, scilicet, gratiarũ & beneficiorũ. Et ita vbi nos legimus: 33
Psalm.83. Benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutẽ, alij
transtulerunt. Benedictiones dabit legislator. Et sic est in cõtex
tu Græco, & in paraphrasi Chaldaica, & sic etiã legit B. Hierony
mus. Vbi innumeræ gratiæ benedictiones denotantur, quæ fi-
lius Dei humanatus mundo attulit, vt eis nos diuites effecti ea-
mus de virtute in virtutem proficientes quousque Deum in glo
ria cernamus.

Et cùm venerabilis matrona Elisabeth vereretur nè fortè ca-
stissima virgo vultu confunderetur quod eam mater appellasset
excusat se reddens rationem, ob quam id dicat, & ait: *Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis exultauit infans in vte-*

34 *in vtero meo.* Quasi diceret: O domina statim, vt locuta es, tua te
verba manifestarunt; tui met signa dederunt: nam statim ab ore
tuo odorẽ Dei dedisti. Nè mireris Beata Elisabeth, nam mox,
vt quis odoriferum cibum aliquod comedit si os aperiat, odor,
qui exit suauitatis, & fragrãtiæ, quę intus in pectore est, testimo
nium reddit: & ita hæc cœlestis virgo, quę te salutat, ô Elisabeth
Deũ olet, quia paulò ante eius viscera introiuit; intra se cibũ odo
riferum portat Deum humanatũ nempe. Ità credo (inquit illa)
nam puer, quem in vtero meo porto sensit, & hoc reuelauit arca
num. Res mira videtur id quod Sancta Ecclesia circa hoc canit di
cens: Hinc parens nati meritis vterq; abdita pãdit, scilicet, quod
ambo pueri parẽtes eius meritis prophetarunt: sicut olim Deus
de spiritu Moysi accipiens septuaginta illis viris coadiutoribus
35 eius dedit: sic de spiritu B. Ioannis accepit, & parentibus eius de
dit: Moyses enim, & Sanctus Ioannes tanti ponderis, & æstima
tionis viri apud Deum fuerũt, vt spiritum alijs mererentur. Etiã
hic Beata mater Elisabeth confitetur Domini præsentia in-
fantem in vtero eius exultasse in gaudio. Peccatores etiam læ-
tantur sed non Dei præsentia. Vnde in Prouerbijs dicitur: Qui *Prou.2.*
lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Læ-
tantur in vindicta, quia quod intendebant adipiscuntur, sed hoc
non est in gaudio, est gaudium vanum, quia ex rebus externis,
& temporalibus dependet, nec pertingit vsque ad interiora spi-
ritus. Imò quod lætentur de hoc miratur Sanctus Iob dicens: sic *Iob.24.*
in tenebris, quasi in luce ambulant. Sacra scriptura vitæ prospe-
ritatem lucem, & aduersitatem tenebras appellare consueuit:
36 Et de hoc non intelligitur, quod Sanctus Iob hic inquit: nam id
potius laude, quàm reprehensione dignum est, nempè tam pro-
spero, quàm aduerso euentui æquam mentẽ obseruare, eundẽq;
vultũ ostendere: id nanq; iustorum potiùs est, qui tanquam sco-
puli in mari tam firmi tempestati, ac trãquillitati perstant. Alio
modo lux significat vitam studiosam, & tenebræ vitiosam. Vn-
de Diuus Paulus ait: Abijciamus ergò opera tenebrarum, & in- *Roma.13.*
duamur arma lucis. Et væ illis, qui tam securi lætique viuunt in
obscuritate peccati, & in mala vita sicut si essent in gratia Dei.
De his Sapiens ait: Sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iusto- *Eccles.8.*
rum facta habeant, sed & hoc vanissimum iudico. Et de his lo-
quitur Sanctus Iob dicens, quod sic in tenebris, quasi in luce

ambulant auertat à nobis Deus dilectissimi talem lætitiam. 37
Sit fratres mei lætitia, & gaudium nostrum in rebus tantũ diuini seruitij occupatos esse, & coram eius diuino aspectu incedere. Et hoc modo huic diuino Domino seruitium exhibentes gaudio, & lætitia cordis in virtute crescemus & in gratia, cũ qua cœlestis gloria impetratur, ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amẽ.

In eodem Festo Visitationis sacratissimæ Virginis Mariæ Concio Secunda.

Exurgens Maria abijt in montana cũ festinatione. 1
Luc. 1.

Arist. lib. 1. de Gener. ARistoteles in lib. de Generatione ait: Cessante motu cœli cessat omnis generatio, & corruptio. Nã nisi cœlum moueretur, solem secũ non afferret, qui est tanquã terræ maritus, cuius calore, & influentijs, terra fœcundatur, & fertilizatur. Vnus ex titulis, qui iure optimo sacratissimæ virgini Mariæ Dei matri aptatur est cœlũ eam appellare. Vnde verba illa quæ Deus per Isaiã dixit. Mystice de ea possunt intelligi: Sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris. Viæ quibus in hunc mundũ venimus matres nostræ 2
sunt. Et viæ, quibus Deus in hunc mundum venit, corpus, & anima purissimæ virginis sunt, quia ad verbi diuini admirabilẽ incarnationẽ concurrit anima intellectu credens, & voluntate consentiens, & corpus materiã purissimã administrans, ex qua sanctissimũ Redemptoris nostri corpus cõpactum est. Et inter alia vnũ discrimen, quod inter matres nostras, & Dei matrem versatur est, discrimen, quod inter cœlum, & terrã versatur. De cœlo inquit Philosophus, quod non recipit peregrinas impressiones, & sic virgo sanctissima tanquam cœlum eas non recepit. Nulla impressio magis peregrina, & contraria homini est, quàm peccatum. Nã nihil est, quod naturali rationi, qua homo insignitus est ita

Isai. 55.

Arist. 2. de cœlo tex. 36.

3 ita contrarietur (vt Augustinus ait) ac vitium & peccatũ: & proin de nihil ita rationi naturali consentaneum est, quàm virtus. Vtrũque ostẽdit Diuus Dionysius dicens Bonum hominis est secundum rationem viuere, malum verò præter rationem esse.

August. lib. 3. de libero arbit. c. 13. paulo ante fin tom. 1. Dionys. de diui. nom. c. 4. D. Th. 1. 2. q. 71. art. 2. D. Hier. ad Demetriad.

Et hinc intelligetis id, quod Diuus Hieronymus ad Demetriadem scribit de virginitate seruãda. Quam excellens, inquit, est natura, quam Deus nobis communicauit, quod aliquod peccatum perpetrantes naturaliter mœsti, & tristes manemus, nec alicui omnino innotescere vellemus. Nam peccantes contra nostram naturam intus, & aliquod bonum operantes naturaliter lætamur, &, vt omnibus innotesceret vellemus: nam tunc secundum ingeniũ naturam mq; nostrã operamur. Et hęc est lex (inquit D. Hieronymus) de qua Paulus loquens ait: gentes, quæ legem
4 non habent naturaliter eà, quæ legis sunt, faciunt. Eius modi legem nõhabentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimoniũ reddente illis conscientiã ipsorũ & inter se inuicẽ cogitationum accusantiũ, aut etiã defendentiũ. Et alia translatio id magis explicat, quæ habet. Cogitationibus accusantibus, aut etiã defendẽtibus, & sic legit etiam B. Ambrosius. In quibus verbis D. Paulus manifestat, etiã, Gentiles sine lege, & fide naturaliter gaudere cũ bene operãtur, & naturaliter etiã tristari, cũ inique agunt. His ergò peregrinis impressionibus sanctissima virgo minimè subiacuit instar cœli, quas omnes matres nostræ receperunt, sicut terra: quę peregrinas impressiones solet recipere. Cœlũ, vt inquit Aristoteles, natura sua nõ est incorruptibile, nisi quia non habet contrariũ: similiter hæc cœlestis regina nõ fuit impeccabilis natura sua; sed, quia Deus per mi
5 sericordiã suã eã præuenit, ne restã cõtraria, & iniqua quale est peccatum ad eam accederet. Et quia peccatũ ità malum est sapiẽtissimus vir Eleazarus dixit: Præmitti se velle in infernũ, potiùs quã leges Dei trãsgredi. Nec solum actuale peccatũ magnũ malum est, sed etiam originale deterius est cunctis inferni tormentis: quapropter placuit Deo virginem sanctissimam ab eo immunem liberamque facere. Et ità Spiritus sanctus de illa in canticis inquit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Assero hæc verba de ea dici, quia secundum doctrinam Beati Thomæ, omne quod in communi de Ecclesia sancta dicitur, de aliqua persona particulari debet verificari. Et siquidem

Aristo. primo de cœlo tex. 20. & 2. de cœlo. tex. 1. 2. Mach. 6.

Cant. 4.

hoc de sancta Ecclesia dicitur, de nulla persona in particulari 6
æquius est, vt id verificetur, quam de illa, quæ electa fuit, vt Dei
mater esset. Quod si quis dicat, verificatum fuisse in ea illud: To
ta pulchra es amica mea, & macula non est in te, postquam san-
ctificata fuit, id profecto parum est. Nam Sancta Ecclesia sem-
per fuit tota pulchra, & sine macula: ergò etiam sanctissima vir-
go (de qua, vt diximus æquius est, vt hoc in particulari verifice-
tur semper immaculata fuit.) Hoc ergò cœlũ, quod solẽ iustitiæ
Iesum Christum in se continebat, hodie motum est, vt genera-
tio, & corruptio fieret, vel, vt propriùs loquamur corruptio &
productio. Nam eius diuino aduentu in domum Zachariæ pec-
catum originale animæ Sancti Ioannis annihilatum fuit, & etiã
diuina gratia creata & in ea infusa.

Vnde Sanctum Euangelium inquit: *Exurgens Maria abijt in mõ* 7
tana cum festinatione. Tanquã cœlũ, quod mouetur ad fœcundan-
dum, & fertilizãdum terram. Quòd, si hoc purissimum cœlũ no
stri non misereretur, & compateretur, quid nobis miseris esset?
O virgo sacrata, quantũ opus nobis est, te semper deprecari, vt
nobis succurras, nostriq; miserearis, & nunc potiori iure id face-
re tenemur, cùm videamus te hodierna die tam solicitã te ostẽ
disse egenis subueniẽdo, siquidem tam longũ inter agebas cum
festinatione. Naturalium philosophorum sententia communis
est, & certa, tunc potentiarum vnamquamque ad suam operatio
nem magis moueri, quandò propria obiecta præsentia habẽt. Et
ità experimur, gustũ ampliùs excitari, quando cibos præsentes
habet. Idem etiam experimur in potentia visiua: tunc enim ocu 8
li magis displicantur, & aperiuntur, quando rem pulchram præ-
sentem habent. Aures etiam tũc viuaciores, & attentiores se præ
bent, cùm suauem concentũ, & dulcem harmoniam audiunt. Et
ità contingit, vt aliqua potentia per sui obiecti præsentiã, quod
ei delectat, ita absorpta, & alienata sit vt efficiat, vt reliquæ potẽ
tiæ suarum operationum obliuiscãtur, vt edendi, dormiendi, &
aliarum naturalium operationum. Hæc cùm vera sint, & cum
pauperis miseria, diuitis liberalitatem, & misericordiam habeat
pro obiecto, tunc ampliùs excitatur pauper ad postulãdum, cũ
diuitem operibus liberalitatis, & misericordiæ vacantem videt.
Et cùm hodierna die cœlestem imperatricẽ oculis mentis cõspi
ciamus, cũ tãto feruore & solicitudine spirituali animę necessita

ti Beatã

9 ti B. Ioannis incũbere, hęc liberalitas, & misericordia miseriã no
strã hodie excitat, vt maiori affectu remediũ sibi deposcat. Nam
si cessãte cœli motu, omnis generatio, & corruptio in his inferio
ribus cessat, vnde absq; hoc motu terra sterilis esset, sterilior mul
tò vita nostra esset absque huius cœlestis virginis pio motu.

Sed scitu dignũ est, siquidẽ Sanctũ Euangeliũ inquit: *Exurgẽs*
Maria. Vnde exurrexit? Huic dubio verba Ecclesiastici respon-
dẽt, quibus Sãcta Ecclesia hãc glorioſam Angelorũ reginã glori *Eccles.24.*
ficare, & laudare cõsueuit, scilicet: Ego sicut aquęductꝰ exiui de
paradiso, dixi, rigabo hortũ meũ plantationum & inebriabo par
tus mei fructũ. O virgo benedicta, nondum paradisum intraue-
ras, quãdo hanc visitationem fecisti, etiam à paradiso existi? De
quo paradiso Domina mea existi? E mea paupercula domo, ab
10 illa quiete, & contẽplatione, cui ibi incũbebam. Illã recollectio-
nẽ, illã orationẽ, illã paupertatẽ, illam assiduã meditationẽ, in
quibus sanctissima virgo ibi se exercebat, paradisum appellat,
& inde hodie exiuit. O dilectissimi mihi, si hæc experimento
probare velletis, re vera comperissetis nullum paradisum prẽter
hunc in terra esse. Veritas infallibilis est, quam Dñs asserit: Bea- *Eccles.14.*
tus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabi
tur, & in sensu cogitabit circunspectionẽ Dei. Et de hoc ipso in- *Eccles.15.*
ferius inquit: Iucunditatẽ & exultationẽ thesaurizabit super il-
lum. Ad horum verborum intelligentiã notandum vobis est du
plicem rerum cognitionẽ esse. Aliqua enim cognoscimus, quia
plura de eis audiuimus, aut legimus: alia cognoscimus, quia vim
& virtutẽ eorum experti sumus. Aliter enim dolores partus mu-
11 lier, quæ peperit nouit, & aliter qui eos dicere audiuit: & aliter
mel, qui illud degustauit, cognoscit, aliter verò, qui eius proprie-
tates tantum audiuit aut perlegit. His duobus modis in hac vita
Deus cognoscitur: nam lectione, siue auditu venit homo in Dei
cognitionem, & aliarum perfectionũ eius. Secundo modo Deũ
cognoscimus familiariter cũ eo agẽtes, toto corde illũ amãtes, &
assidue perfectionum eius profundæ contẽplationi vacantes: sic
enim aliqualiter eius dulcedinẽ experimur, & degustamus. Et
hęc notitia, quę Spiritus sancti virtute, & magisterio adipiscitur,
est illa diuina sapientia, quæ ex præcipuis Spiritus sancti donis
vnum est. Et nomen hoc sortitur deriuatum à sapore, idest, sa-
porosa sapientia, & quia donum Dei est. Propheta Baruch

Baruch.3. de ea loquens ait: Nō est qui possit scire vias eius, nec qui exquirat semitas eius ex se, sed qui scit vniuersa nouit eam, adinuenit eam prudentia sua. Idest, Deus solus ex se, & à nullo doctus adinuenit eam, & secum habet, & cui ei placuerit reuelabit illam. Et donum hoc sapientiæ non solum fidei donum præsupponit, sed etiam donum spei, & charitatis. Nam hæc, sicut Diuus Thomas inquit, sunt principia scientiæ Dei, & doctrinæ, & religionis Christianæ. Huius sapientiæ opus & munus est bonitatis & pulchritudinis diuinæ quædam altissima contemplatio: vnde iusti nonnūquam ita in hac contemplatione delectātur, vt absorpti, & pene alienati à se maneāt. Et ita Diuus Bernardus ait: In hoc genere contemplationis interdum exceditur & secedi tur, etiam à corporis sensibus, vt se mens non sentiat, quæ verbū sentit. Hæc sapientia omne, quod terrenum sapit, facit contēnere. Demus hominem, quem Deus à vili sorte, & infimo statu in sublimem prouehat, omnium imperiorum dominum illum constituens, & hic post parum temporis ab illo fœlici statu, prosperitate, & dominatu deiectum se videat, quē Deus in summo paupertatis statu collocet, hac tamen conditione, vt illo superno dono eius animam imbuat, sicut sanctorum animas imbuit, & refecit, ita vt in eo hęc verba adimpleantur: iucunditatem, & exultationem thesaurizabit super illū, cui Deus dicat, Fili ad vitam æternam præordinatus es, in quiocunque statu viuas, siue diues, siue pauper sis, optio tibi datur, vtram malueris sortem elige. Nū fœlicitatem temporalem, quam anteà habebas eligis, an spiritualem quam modo habes? Præsuppositō, vt dixi, quod vtrouis horū statuū tam differentium saluaberis, siquidem ambo diebus quā plurimis expertus es, dico sine dubio illū potiùs in illa paupertate, penuria, indigentia, & nuditate velle viuere cum illo, in quam, spiritus gustu, quam hoc priuari, & in maxima illa prosperitate voluptate, & honore vitam degere. Quis hoc nō mirabitur, & obstupesceat? Hoc verò ita esse sacra scriptura, quæ errare non potest testatur: Sapientiæ. 7. his verbis: Et præposui illā regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec cōparaui illi lapidem pretiosum? quia omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquā lutū æstimabitur argentum in cōspectu illius. Super salutē & speciem dilexi illā, & proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen

D. Thes. 3. p. q. 62. art. 3.

D. Bern. sup. Cant. serm. 85.

Sap. 7

mē illius. In his verbis Spiritus sanctus omniū bonorum, & rerum temporalium genera comprehendit, quæ seculi homines tā enixe appetere, & tā ardenter, & affectuose solent amplecti. Argentū, & aurū, lapides pretiosos, diuitias, dignitates, regna, imperia, & tandem salutem corporalem, pulchritudinē, & reliqua, quæ sub his nominibus continētur, hæc omnia, inquit Spiritus sanctus, sapientē contēpsisse, & tanquā lutum, & arenam in comparatione illius ęstimasse. Quod ergò testimonium lucidius hoc esse potest? Quis huic diuinæ bonitati cōtradicere audebit? Hoc autē, quod diuina sapientia hic asserit, Regum plurimorū, principum, & magnatum exempla confirmant, qui postquā hoc diuinū donū degustarunt, cuncta, quæ possidebant Dei amore reliquerūt. Sacram Diui Benedicti religionē, centum & duodecim Imperatores, & Reges vnum & viginti intrasse legitur, qui relictis imperijs, diadematibus, & sceptris propter pauperculā cucullā illa cōmutauerunt, maiorem gloriam, & celsitudinem in Christi paupertate inclusam inuenientes, quàm in regijs sceptris. Inter quos duo maximi nominis viri extiterunt, alter Bamba Hispaniæ Rex, qui anno Domini sexcentesimo quinquagesimo vixit, alter verò Ramirus Rex Aragoniç, qui anno redēptionis nostræ millesimo centesimo quadragesimo septimo floruit. Innumerę sunt stellę, & astra, quę noctis tenebras expellūt, sicut Deꝰ Abrahę dixit: Numera stellas cœli si potes. Et cū tot tamq; innumerę sint vnus (dūtaxat) sol plus omnibus illuminat. Si ergò inter creaturas vna alias ita excellit, quid Deꝰ super omnes creaturas efficiet, & quātò plus ad lętificandū, & solādū hominē prę̄sta bit, siquidē cūctę creaturę respectu Dei nihil sunt? Existimo fratres nullū vestrū ergā res diuinas ita remissū esse, qui hæc audiēs tātę fœlicitatis desiderio nō exardescat, & quib⁹ vijs tātū bonū adipiscitur non scire cupiat. Huic S. Iob respondet. Qui postquā dixit quomodò Deus singulis quibusq; rebus locū cōstituit, interrogat: Sapientia, vbi inuenitur. Et postquā dixit, nō inueniri in terra suauiter viuentiū, & quod abyssus, & mare dicunt: Non est mecū, & quod volucres cœli latet, (vbi volucres cœli mundi sapiētes superbosq; appellat) concludit dicens: Deus intelligit viā eius, & ipse nouit locū illius. Et inferiùs: ecce timor Domini ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia. In quo docet non solum vbi sit, verùm etiam iter, quo illuc peruenitur, scili-

simile. Gene. 15.

Iob. 28.

Universidad de Deusto Biblioteca

cet, vt anteà diximus, vitæ puritate, & charitate. Vnde Diuus 18
Philip. 1. Paulus ait: Hoc oro, vt charitas vestra magis, ac magis abundet, in omni scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora. In his verbis sanctus Apostolus significat, cognitionem & intellectum ad eligendum potiora à charitate dimanare, ideo Diuus
D. Aug. Cant. 5. Augustinus ait: Qui vult cognoscere amet. Et in Canticis adolescentulæ sponsam interrogauerunt, qualis, & quam pulcher esset sponsus: in hoc quasi significantes, quòd qui illum plus diligit melius illum cognoscit: & quòd sponsa quæ illum nimis diligit, nimis illum cognoscit. De hac Dei notitia dulci, &
1. Ioa. 4. delectabili intelligitur illud, quod Diuus Ioannes in sua canonica inquit: Qui non diligit non nouit Deum: quia, etsi peccatores non diligunt Deum attamen fide cognoscunt non tamen illa notitia affectiua & delectabili. Hinc scietis quam ob causam 19
de spiritu sancto confitemur: Qui locutus est per prophetas quãuis opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa: & loqui filio potiùs conuenire videtur, qui est verbum patris, & etiam patris sapientia, ad quem docere potiùs pertinere videtur, quam ad spiritum sanctum. Et ratio est, quia spiritus sanctus est amor, & quia amor efficacissimus, & perspicacissimus est ad intelligendum, & loquendum res diuinas. Et iam ad hanc sapientiam impetrandam
Sap. 7. magno eius desiderio, & oratione assidua opus est. Et ideò sapiens ait: Optaui, & datus est mihi sensus, inuocaui, & venit in
Isa. 56. me spiritus sapientiæ. Et per Isaiã Deus inquit: Lætificabo eos in domo orationis. Hæ sunt dilectissimi viæ, quibus hoc tam singulare bonum adipiscitur, quod paradisus in terra dicitur. Et de hoc paradiso intelliguntur verba, quæ initio, nomine sacratissi- 20
mæ virginis diximus: Ego sicut aquæductus exiui de paradiso. Inde quippe hodie exiuit, sicut aquæductus ad rigandũ hortum plantationum. Hortus hic est B. Elisabeth, & plantæ eius sunt potentiæ animæ S. Ioannis, & totus hodie irrigatus mãsit, quia B. Elisabeth repleta est spiritu sancto, & sancti pueri intellectus fide, & cognitione Dei illustratus est, & voluntas gratia, & amore plena, & memoria gratitudine referta. Et id, quod inquit: Ine briabo partus mei fructum, est quædam mirifica exaggeratio: in qua Beatissima virgo denotat: ipsam filium suum vnigenitũ inebriasse, & extra se exire fecisse, vt hanc sanctificationem operaretur. Ergò fratres ab hac sanctissima virgine discamus, quia,

vt

21 vt D. Ambrosius ait: Mariæ vita omnium nostrum exemplar *D. Amb.* est, & disciplina. Et siquidem ab illa profunda contemplatione exurrexit, vt pietatis officio vacaret, similiter nos faciamus. Bonum est receptaculum, & solitudo, & quantum in nobis est hãc animi quietẽ debemus inquirere, nostram fragilitatẽ agnoscentes. Sed cùm Deus vocat, & charitatis, muneris q; debitum postulat, proximorum necessitatibus tam corporalibus, quã spiritualibus succurrendũ nobis est. Væ enim mihi est, dicebat. D. Paul⁹, *1. Cor. 9.* si non euangelizauero. Electus à Christo in eius Apostolũ hæc dicebat? Mihi credite, vnũ ex præcipuis, & certioribus signis, q, scilicet, Deus alicuius animę insit, est feruidissimũ vtilitatis proximorũ desiderium habere. Quandò iussit Deus illas ciuitates *Deut. 19.*
22 refugij ædificari, vt ad eas homicidæ confugerent, simul præcipiebat maximã curam adhiberi, vt viæ, quibus malefactores illi ituri erant planæ, & mundatæ essent, dicẽs: Sternentes diligenter viã. Et hoc præcepit, ne illi miseri afflicti, dũ quærerent refugiũ, & vitæ saluti consulerent aliquod offendiculum ne currerent eis impedimento esset. Quis te Domine ædilẽ constituit, & vt viarũ curã geras? His Dominus docere voluit, qualem oporteat animũ eorum esse, qui timent Deũ erga proximorum labores, & necessitudines: quæ non secus, ac si propriæ essent debẽt sentiri, nec minori studio succurri. Quòd si ad subueniẽdũ corporalibus necessitudinibus, tantã curã, & solicitudinẽ, vt adhibeamus nobis opus est, multò magis circa spirituales proximorum
23 necessitates solicitos nos præbere debemus. Sanctissimũ quippè, & maximè meritoriũ est pro peccatorũ conuersione orare, & hoc magnos effectus corã Deo solet operari. Et ità, vbi nos legi- *Psal. 103.* mus: Deficiãt peccatores à terra, & iniqui, ità, vt nõ sint, scilicet, peccatores, alia trãslatio habet: Deficiẽt peccatores à terra: & sic est in paraphrasi Chaldaica. In quo denotatur, nõ solũ hæc verba deprecationẽ esse, sed etiã prophetiam, quæ denotat futurũ esse, vt sanctorum desideria, & orationes Deus adimpleat, quorum precibus peccatores conuertet. Ideò sanctissimum est orare, vt peccatores conuertantur: hoc enim plurimum iuuat, vt eos Deus conuertat. Ergo orate, vt deficiant peccatores a terra, & deficient. Cæterũ hoc tantũ non satis nobis debet esse, sed insuper oportet, vt quãdo opus fuerit à quiete spiritus exurgam⁹, & verbis curisq; nostris pro viribus studeam⁹, vt â suis peccatis exeãt

& con-

& conuertantur. Plærique; sunt, qui à contẽplationis studio exur- 24
gunt, non vt pietatis operibus incumbant, sed tantum, vt inutili bus rebus vacent, & diuertantur. Itaq; & Deo vacare volunt, & suis voluptatibus, & corporis delicijs operam dare, & suis deambulationibus, & colloquijs frui. Tandem Deum gustare volunt, & seculi vanitates non relinquere. Hi sacratissimæ virgi-

Leuit. 2. nis huius veri imitatores non sunt. In Leuitico præcipiebat Deus, vt aues, quæ simul natant & volant, vt immundæ, & reprobæ ad sacrificium haberentur: quibus existimo figurari illos, qui diuinæ contemplationi vacare volunt, & simul sub voluptatum, & illecebrarum aquis immergi. O virgo sacrata tuum vnigenitum filium deprecare, homines illuminare dignetur, vt vere discant, diuinæ eius celsitudini vacare, mundo, pompis, ac voluptatibus eius terga dantes. *Abijt in montana cum festi-* 25
D. Amb. l. 2. sup. Lucã. *natione.* Super hoc Diuus Ambrosius inquit: Discite virgines nõ demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festina in publico mansit apud cognatam suam tribus mensibus. Ego verò non tantum virginibus hæc commendo, sed omnibus in communi: nam ingentia sunt damna, quæ anima recipit ob ea, quæ per aures, & oculos intrant

2. Pet. 2. in vijs & plateis. D. Petrus in sua canonica inquit. Iustũ Loth oppressũ à nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit: aspectu enim, & auditu iust⁹ erat, habitãs apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Vbi Sanctus Apostolus docet, quod ex eo quod oculis & auribus castus erat Loth fugiens illorũ consortia, ne eorũ turpitudines cerneret, aut audiret, eripuit illum Deus, ne cum eis contaminaretur. Eccè 26
quanti interest mundi mala non intueri, aut attentè audire.

Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Quandòcun

1. Reg. 16. que spiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharã, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius se habebat; recedebat enim ab eo spiritus malus. Hic spiritus malus, Dñi spiritus dicitur, quia iustitiæ diuinæ instrumentũ est, nec potest in aliquo hominibus nocere absq; eiusdẽmet Dei licentia. In hoc figuratũ est quod hodie est adimpletũ. Christus enim Redẽptor noster tanquã alter Dauid tollẽs instrumẽtũ musicũ, & citharam matrem, scilicet, eius sanctissimã, illius labia mouebat, & dulci melodia resonare fecit, quæ fuit illa sanctissimæ virgi-

27 virginis salutatio, cum qua fugatus est dæmon, qui animæ Beati Ioannis dominabatur, cuius spiritus gratia sanctificationis cæpit refocillari & Domini præsentia lætari. Vndè Sanctus Euãgelista inquit: *Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth exultauit infans in vtero eius.* In toto sacro Euangelio nullibi legitur Sãctum Ioannem exultasse, nisi in ventre matris inclusum. O quã mirifica doctrina hæc Ecclesiasticis est. Sacerdos enim extra cubiculũ, & receptaculũ non debet exultare, nec monachus extra suum conuentum, & Monialis similiter. Vilitas, & abiectio mag- *simile.*
na esset, vt cum Rex aliquem in cubicularium suum, & à secretis eligeret, hic vt verreret in catabulũ bestiarum abiret, & vt equos stringeret, & curam eorum ageret. Quis hunc non irrideret, subsannaretque, & vt amentẽ reputaret? Maior ergò vilitas, & abie-
28 ctio, & irrisione, vel, vt meliùs dicam res ploratu digna, quod Ecclesiastici, qui in cubicularios, & à secretis Dei sunt electi, vt præcipuam vitæ partem orationi, & contemplationi vacantes insumant, hæc sacra exercitia omittant, & alijs secularibus, & parum vtilibus curis se immisceant. Hoc maximo animi dolore prophe ta Hieremias deplorabat dicens: Qui nutriebantur in croceis am- *Thren. 4.*
plexati sunt stercora. O res sanguineis lachrymis deploranda: quam plurimos Ecclesiasticos videre, qui in suis primordijs, in magna virtute enutriti, sanctissimis exercitijs operam dederunt (hoc enim significat: Nutriebantur in croceis, nempè in tapetibus, & in auro & serico, hoc est in maximis virtutib⁹) post hęc hu ius mundi vilia, & abiecta toto animo amplexati sint. Hoc enim significat: amplexati sunt stercora. In materni ventris cubili in-
29 clusus Sanctus Ioannes exultat, & mundi Redemptoris præsentia lætatur: quia, nisi vbi Deus est, nullibi verum gaudiũ inuenitur, & in eius absentia omnis lętitia est vana. Vanum quippè est *simile.*
gaudium, quo aues exultant, dum in retibus aucupum grana pascunt: & pisces similiter vane exultant, qui esca ab hamo pendẽti delectantur, siquidem tam propinquũ mortis dolorem habẽt. Multò magis vana est lætitia, quã in humanis voluptatibus mali recipiunt, siquidem quando non putabunt æternis supplicijs soluent. Nam, vt Diuus Paulus inquit cũ dixerint, pax, & secu- *1. Thes. 5.*
ritas repentinus eis superueniet interitus. O miseri peccatores, quàm decepti, illusiq; manebitis, cùm vos videatis propter tam breues voluptates æternis tormẽtis puniri. Nolite paruuli effici

sensi-

2.Cor.14. sensibus, idem S. Apostolus dicebat. Plus æstimat puer arun- 30
dineum equum quam verum. Ergo dilectissimi, ne pueris simi-
les sitis. Ne voluptates vanas, & mendaces pluris faciatis, quam
veras, & solidas nempe spirituales.

Exultauit infans in vtero eius. Apud D. Ioannem ait Dominus:
Ioa.8. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit
& gauisus est. Si tantum hoc scire Abraham: nempè verbum
diuinum fore incarnandum, sic præ gaudio tripudiauit, quomo-
dò Diuus Ioannes non exultaret, sentiens illum præsentem es-
se, cuius diem videre ita Abraham concupierat? O Christe An
gelorum gaudium, quomodò homines gaudio non exuberant,
credentes te illa iam operasse propter eos, quæ tandiu ab anti-
quis patribus desiderata fuerunt? *Exultauit infans in vtero eius.* De
aduentu creatori suo illum iustificans iubilans gratulabatur, 3
& gratum se præbuit, diuinam celsitudinem glorificans, pro
beneficijs diuina eius præsentia sibi exhibitis. Vnam quere-
lam, quam de nobis inter alias Deus habet est, quia non saltа-
Luc.7. mus secundum sonum quem nobis facit. Vnde ipse ait: Cui er-
go similes dicam homines generationis huius & cui similes
sunt. Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus
adinuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibijs & non sal-
tastis. Plurima sunt beneficia, quæ quotidie à magnifica manu
Dei accipimus: in quo quasi sonum nobis facit, vt laudibus, &
gratitudine coram eius diuino conspectu saltemus, & tripudie-
Simile. mus sicut S. Ioannes exultans fecit. At nos instar lapidum in-
sensibiles sumus Mola aquaria gyrat dum aqua fluit, at statim, 32
vt aqua fluere cessat, illa similiter sistit. Et quoniam Deus nouit
lucri nos auidos esse, & quòd non molimus, nec vertimur, nisi
dum beneficiorum eius aquæ decurrunt, quibus sistentibus, so-
lent etiam homines sistere, curat, vt quantum in se est huius-
modi beneficiorum eius aquæ currere nunquam cessent. At in
hoc nostra ingratitudo manifestatur, quòd cum beneficiorum
fluxum Deus nunquam detineat, quin assiduò currant, nos mi-
seri passim sistimus, tanquam molæ aquariæ perturbatæ, nec
molimus, quanuis aquæ copia sit. O cœli Seraphines igniti, si
huc descenderetis, & vestris seraphicis linguis hanc magnam
hominum abominationem exaggeraretis, nam apud nos lin-
guæ, verbaque deficiunt, quæ debitam ponderationem eis dare
suffi-

33 sufficiant. Oculos vestros dilectissimi assidue figite, & mentem
locate assiduè meditantes dona, quæ à diuina manu recepistis:
quoniam huius considerationis defectu, ideò vos ingratos erga
Deum ostenditis. In psalmo, vbi nos legimus: Virtutem ope- Psal. 110.
rum suorum annuntiabit populo suo, in contextu Græco, & in
paraphrasi Chaldaica habetur: Virtutẽ operum suorũ annuntia
uit populo suo, de præterito. In quo significatur Deum velle, vt
semper mira opera, quæ pro nobis operat' est corã oculis habea
mus. Et obid Regius Dauid inquit quòd nõ solùm manifestabit,
sed etiam iam manifestauit, vt semper eorũ memoria habeatur.

Et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres. Ecce quam mirificæ operationes
Virginis sanctissimæ salutatione fiunt. Curate dilectissimi vos
34 obsecro huic sacratissimæ matri filij Dei deuotum gerere obse-
quium, & super omnes creaturas debitum honorem ei exhibe-
te, tanquam inter omnes gratia, & sanctitate excellentissimæ.
Eius opem in vestris angustijs, & necessitatibus implorate: sunt
enim verba & orationes eius coram diuina celsitudine efficacis-
simæ. Salomon dixit matri suæ: Pete mater mea, nec enim fas 3.Reg.2.
est, vt auertam faciem tuam. Quanto ergò potiori iure supernus
Rex Regum Iesus Christus hęc sacratissimæ matri suæ dicet, &
eius intercessione communicabit nobis suam abundãtissimam
gratiam? Cum qua gloria perfruamur, ad quam nos perducat
Iesus Mariæ filius Amen.

In eodem festo Visitationis sacratissimæ Virginis mariæ Concio Tertia.

1 *Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione.* Luc.1.

QVandò sacratissimam virginem Angelus salutauit, & sacratissimæ incarnationis verbi diuini cœleste mysterium ei communicauit, inter alia, quæ illi nũtiauit dixit; Ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, quod sacræ scripturæ aduersari videtur. Nam cum olim Deus terram promissio

missionis sorte Hebræis diuisit, ne forte pars, quæ vni tribui con- 2
tigerat ad aliã transiret, & ita quod diuisum erat confunderetur,
Deut. 36. præcepit eis, vt omnes viri ducerẽt vxores de tribu sua, & de cog
natione sua; & cunctę fœminæ de eadẽ tribu maritos acciperẽt,
nec sibi miscerẽtur tribus. Et siquidem sanctissima virgo è rega
li progenie tribus Iuda descendebat, sancta verò Elisabeth è tri-
bu sacerdotali Leui, quomodò ergò cognata eius erat? Venerabi
Beda. lis Beda super hunc locum ait, hoc Angeli dictum ad honorem
Christi Redẽptoris nostri pertinuisse. Nam cùm Deus præcepis
set, nè tribus per matrimonium miscerentur ratione supra dicta,
diuinus legislator dispensauit in lege, nam decebat honorẽ vni-
geniti filij sui, & ita permisit, vt illi de tribu Iuda, & de tribu Leui
inuicem possent nubere: quia Christus verus mundi Redẽptor
etiã quatenus homo & Rex, & sacerdos futurus erat. Et ità inue- 3
nimus Aaron summum sacerdotem vxorem duxisse virginem
D. Aug. ser mo. 25. ad fratres in ere mo. quandam Elisabeth nomine de tribu Iuda, & Diuus August. ait:
Sanctam Ismaram matrem fuisse Beatæ Elisabeth sanctæ An-
næ sororem, vnde sanctissima virgo & Beata Elisabeth erant so
rores amitæ. Sancta Ismara vxor fuit Aphrani de tribu Leui, &
Sancta Anna nupsit Ioachim de tribu Iuda. Hi beati parẽtes has
sanctissimas filias genuerunt. Cùm ergò sanctissima virgo An-
gelum dicentem sibi audiret Beatam Elisabeth cognatam eius
D. Amb. l. 2. sup. Lucã. grauidam esse inquit Sanctus Ambrosius hîc: Non quasi incre-
dula de oraculo, nec quasi incerta de nuntio, nec quasi dubitans
de exemplo, sed quasi læta pro voto, religiosa pro officio festi-
na præ gaudio, in montana perrexit. Et ita Sanctum Euange-
lium inquit: *Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione.* Vt sic 4
seruaret secretum, quod Deus in ea fuerat operatus. Res maximi
momenti ex se obligant, vt eis secretum seruetur. Est vobis fami
liaris quidam cui cordis secretum aperitis; non est opus, vt in re-
bus magni ponderis ei commendetis, vt seruet secretum: nã pla
num est ipso facto illum ad hoc obligari: imo pro ignominia re-
putat sibi dici, vt secretum seruet. Sacrosanctæ incarnationis fi-
lij Dei mysterium res tanti ponderis fuit, quod totius mundi re-
medium intererat: tunc verò sanctissimæ virgini dunta xat reue
Cant. 4. latum erat, vnde secretum seruare debebat, vt re vera fecit. Et ita
verba illa, Mel, & lac sub lingua eius, optime ei quadrant: nam
diuinitatis mel, & humanitatis lac, quæ in eius purissimis visceri
bus

5 bus conuenerunt, quando Deus ex ea carnem assumpsit, hæc nõ
habuit in lingua vt diuulgaret, sed sub lingua, vt secretum seruа-
ret. Et etiam vt audiuit dicere Beata Elizabeth cõcepisse secum
cœpit considerare, & intra se dicere: Si eo viſere illam mea fœcũ
ditas nota erit, & ita reuelabitur mysterium: si nõ viso illam, hoc
pietatis opus erga meam cognatam omitto. Scio quid faciam:
Volo festinã statim abire, & mox redibo antequam fœcundi-
tas mea manifestetur. Et ita abijt cum festinatione. Quæ post-
quam in domum Zachariæ peruenit, & mysterium reuelatum
vidit, mansit ibi per aliquot dies pietatis operibus vacans, vene-
rabili matronæ prægnanti gratum gerens obsequium. Etiam
abijt cum festinatione: nam mos iustis est opera pietatis, & san-
cta exercitia, quibus operam dant maximo studio & cura perfi-
6 cere. De quib⁹ Regius Psaltes ait: Sicut sagittæ in manu potẽtis, *Psal. 126.*
ita filij excussorũ. Filij excussorum Hebraico idiomate signifi-
cat homines, qui maxima cum efficacia & dexteritate à se ex-
pelluntilla, quæ à Dei seruitio illos dimouere possunt, & impe-
dimento esse. Et huiusmodi homines in suis exercitijs tam velo
ces se ostendunt: sicut sagittæ in manu potentis. Et vbi nos legi-
mus inferius: Non confundetur cum loquetur inimicis suis in
porta; alij transtulerunt ex Hebræo: Non confundentur, cum lo
quẽtur inimicis suis in porta. Et sic etiam legit Beatus Hilarius;
& etiam in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica sic ha-
betur. Et secundum hanc translationem versus hic debet referri
ad illud: Filij excussorum. In quo denotatur, quòd soliciti in vir
tute non confundentur cum loquentur inimicis suis in porta, sci
7 licet, huius vitæ, quæ est mors: vbi hostes infernales maiores vi-
res sumunt, vt iustos confundant, & opprimant. Et quoniam hu
iusmodi solicitudine operari, est diuinæ celsitudini maximè gra
tum: addidit Sanctus Propheta dicens: Beatus vir, qui impleuit
desiderium suum ex ipsis, scilicet, exemplis eorum. Hoc est: Bea
ti, qui imitari eos desiderant, & bonum hoc desiderium adim-
plẽt: cuius studij, & solicitudinis defectus, ita animæ nocet, sicut
in Apocalypsi Deus ostendit, dicens: Quia tepidus es incipiam *Apoc. 3.*
te euomere ex ore meo. O terribile verbum, in quo denotatur
tepiditatem viam esse ad perdendam charitatem, & amicitiam
Dei. Et antequã hanc sententiam proferret, ait: Hęc dicit, Amẽ,
testis fidelis & verus. Id est: Hæc dicit verbum, qui est testis fi-

Universidad de Deusto Biblioteca

delis & verax. Hæc omnia dixit, vt sententiæ huius necessitatem 8
amplius ponderaret. Etiam ob diligentiæ, & festinationis defectum plurimi temporis fit iactura, quod est vnum ex maximis
Ephes.5. vitæ huius detrimentis. Propter hoc Diuus Paulus inquit: Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed, vt sapientes, redimentes tempus, quoniã dies mali sunt. Eos, qui tempus male consumunt, hic Sanctus Apostolus insipientes appellat, & eos, qui bene vti tempore sciũt, sapientes vocat: nam hoc sapientia magna est. Pensate verbum illud: Caute,
in quo denotatur cura & solicitudo, quam circa hoc adhibere de-
Simile. bemus, vt circa rem maximè nobis conducibilem. Sartor pannũ optimum bene potest scindere, vt tunicam ex eo faciat: at verò postquam tunica scissa, & formata fuerit, non facilè pallium ex
ea facere potest absque panni detrimento, & insuper segmenta 9
Simile. & repetia insuendo. Ideò antequam forcipes mittat caute sapone lineas ducit, & in mente fabricat vestem, quam debet scindere. Similiter tempus in diuersis studijs possumus insumere: sed operę pretium est, antequam illud conteramus, inspiciamus cau
te qualiter scindamus, aut in quibus illud collocemus: nã postquam semel in aliquo studio collatũ fuerit neutiquam, vel etiã
repetijs, aut segmentis recuperari potest, vt aliquid aliud ex eo
formare possimus. Nec tantum oportet in bonis, & honestis exercitijs tempus collocare, sed etiam, vt hæc bona opera festine
Prou.1. fiant. De malis dicitur: Pedes illorum ad malum currunt, & fe-
Prou.7. stinant, vt effundant sanguinẽ. Et de carnali alibi dicitur: Quod tanta auiditate currit, vt suos carnales appetitus compleat, velut si auis festinet ad laqueum, vbi vitam necessariò debet amittere. 10
Quæ ergo confusio hæc est, quòd festinent homines, vt in infernum abeant; & ita pigri, & desides sint, vt iter in cælum faciant?
O miseri cæci filij Adam, qui veloci cursu, & festino gressu in
Simile. infernum properatis. Cursor equestris, dum currit, secunda quaque hora equũ mutat, vt agiliùs decurrat. Sic vos statim, vt peccatum commisistis, mox aliud committere incipitis, nocte ludo incumbentes, mane turpitudinibus vacantes, meridie ventri indulgentes, serò deambulationibus, vanis colloquijs, & alijs diabolicis cõmercijs operã dantes, & ita cursu velocissimo ad infernum properatis. Hoc est enim habere pedes veloces ad effundẽdum sanguinem, id est, ad perpetranda cuncta peccata. Auertat
à nobis

11 à nobis Deus dilectissimi tam magnam deprauationem. Erubescant ergo qui in cælum iter facere parant, videntes iniquorum sedulitatem & festinationem in sceleribus perpetrandis, & suã negligentiam & desidiam, qua virtutibus student, & huius cælestis Virginis veri imitatores se præbeant.

Et intrauit in domum Zachariæ. In libris Regũ legitur: Quòd ha- *2. Reg.6.*
bitauit Arca Domini in domo Obededõ tribus mẽsibus, & benedixit Dominus Obededõ, & omnem domum eius. Profectò multo magis benedicta domus Zachariæ remansit ob sanctissimæ Virginis mansionem in ea, siquidem in hac Arca fœderis, diuinum manna reconditum erãt, ex quo salus nostra dimanauit. Nã si in eius ingressu tot mirabilia Deus operatus est quid in toto illo temporis spatio esset? In Genesi legitur Iacob dixisse La-
12 ban: Modicum habuisti antequam venirem, & nunc diues effectus es, benedixitq; tibi Deus ad introitum meũ. Omnis multiplicatio, & benedictio domus Laban ob ingressum Iacob rerũ temporaliũ fuit. Cæterũ multiplicatio & benedictio domus Zachariæ ex Virginis ingressu, fuit de rebus spiritualibus, quæ maioris pretij sunt. Iure optimo coniugati consolari debent audientes, quòd priores, quos visit Deus factus homo boni coniugati fuerunt, qui erant ambo iusti, & sine querela. Ex quo fit manifestum, non solum cælibes donis Dei, & eius visitationibus frui, sed etiã bonos coniuges, qui in pace, iustitia, & fidelitate viuunt. *Gene.30.*
In vitis Patrum legitur Sanctũ Macharium vnum ex celeberri *Vitis Pat.*
mis patribus & monachis illius tẽporis, audiuisse aliquando vocem dicentẽ sibi: Nondum ô Machari duarum fœminarũ coniu-
13 gatarum, quæ circiter in quadam vrbe habitant perfectionem attigisti. Quo audito Sanctus vir, vt eas inquireret perrexit. Et factum est, vt diuino ductu domum, in qua illæ sanctæ fœminæ cohabitabant, offendit: & ingressus domum, inuenit duas mulieres, quæ duobus fratribus matrimonio copulatæ erãt. A quibus cùm sciscitaretur ille, & importunis precibus efflagitaret, vt vitæ suæ discursum ei vellent enarrare, tandem precibus eius obtemperantes ei dixerunt: Vndecim annis in eadem domo cohabitasse, in summa pace & concordia inter se, & viros suos, à quibus sæpe enixè postulauerant, vt vitam cælibem agere vellent, quod cum impetrare minimè possent cordis puritatẽ (quod poterant) Deo obtulerũt: & insuper cũ summo studio

inuigilabant, ne verbo saltim, aut opere Deum offenderent. 14
Quod cùm Sanctus vir audiret, exclamare cœpit, dicēs: In quocunque statu cordis puritas Deo placet. Ita vt quandoque puritas coniugatorum, virginum & monachorum puritatem excellat, credibile profectò est, hanc cordis puritatem, glorioſi Baptiſtę parentes obseruasse. Et vos fratres, qui in hoc statu constituti estis, curate hos beatos coniuges imitari, quia eundem hospitem quem illi habuerunt, Dominum, scilicet, & vos habebitis.

Et salutauit Elisabeth. Quando homines, aut animantia rabie laborant, aut infecta sunt, solet adduci psyllus [*Vn saludador que los salude.*] Erat anima Beati Ioannis rabie originalis culpę infecta, *simile.* [*Vino este saludador de la salud,*] huic malo remedium adhibere: [*Y ansi en saludando a la madre*] filius, qui in visceribus eius erat, ab originalis culpæ rabie liber masit. O cælestis domina [*Fues soys Verdadera saludadora, saludad nos a nosotros.*] Nam passiones nostræ, ita animas nostras mordent, quòd omnes quasi infecti, & rabie consumpti incedimus. Quod si tu ô Virgo sacrata coram diuino conspectu nobis opem fers, confidimus in tanta necessitate remediũ animabus nostris adepturos: *Et factum est, vt audiuit salutationẽ Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Et tali spiritu talia verba prodire debebant. Vnusquisque in sermone ostendit quod intrinsecus *simile.* latet. Si horologium, rotas, & artificium intrinsecus rectè compositum habet, & ordinatum cymbalum, extra rectè ordinateque sonat, & è contra. Similiter homo in verbis compositis, & proximorum ædificatione plenis, & laudibus Dei ornatis, quod 16
intus latet, ostendit. At verò quando verba imcomposita loquitur, signum est conscientiam, & quæ intus latẽt perturbata esse.
Prou. 16. Vnde in Prouerbijs, vbi nos legimus: Qui recta loquitur, dirigetur, alia trãslatio habet: Qui recta loquitur, diligetur: & sic est in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica. In quo denotatur, quòd siquidem ille, qui recta loquitur, à Deo diligitur: hoc non tantum prouenit ex eo, quòd recta loquatur, sed etiam propter virtutem & charitatem interiorem, ex qua verba illa composita dimanant. In eo verò, quod Sanctus Euangelista Sanctam Elisabeth voce magna exclamasse, ait, Spiritus illius sanctæ fœminæ feruorem denotat, quæ res diuinæ Maiestati valdè est grata. De hoc

17 hoc gloriabatur Regius Dauid dicens: Adipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. Vbi alia trãslatio habet: Adipsum ore meo clamaui, & laus eius sub lingua, in quo feruor, & spiritus denotatur, quo sanctus vir Deum benedicebat, siquidẽ clamare illum compellebat. Et in contextu Græco, vbi nos legimus: Et exultaui sub lingua mea, habetur, & exaltaui sub lingua mea: & sic legit B. Hilarius, & D. August. Vbi significatur, exaltationem, & laudẽ Dei exteriorẽ, quæ ex spiritus feruore dimanat, causari ex singulari lætitia interiori illius, qui has laudes decantat. Etiã concionatoris clamores signũ sunt feruoris spiritus, & desiderij, quod habet gloriæ Dei, & conuersionis animarum. Et dũ vocem eleuat & exclamat, hoc facit, vt melius eius desideriũ adimpleatur. Ideò Isaiæ dixit Deus: Exalta in fortitudine *Psal. 65.* *Isa. 40.*
18 vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem, exalta, & noli timere. O quanta confusio hoc illis est, qui quandam terribilem frigiditatem in se continuo sentiunt dum Deum laudant, & glorificant; & etiam verbi Dei præconibus, qui tanta desidia, & tepiditate populo prædicant, quo planè ostendunt, quam parum gloriæ Dei, & animarum salutis desiderio flagrent. Et in modo, & stylo dicendi, quasi dicere videntur: Hoc facite, si vobis placet, sin minus omittite.

Et dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Solus Christus Redemptor noster inter homines fructus proprie dici potest: nam fructus è flore, & in eodem flore nascitur. Quòd si intempestiuè decidit arboris flos, non nascitur fructus; vt experimento compertum est, cùm gelu & pruina florem adu-
19 rit, aut ventus siue procella, aut aqua illum tollunt. Itaq; pyrum, malum, prunum, amygdalum, & alia, vt patet in illo flosculo inclusa nascuntur. Omnes autem homines, prius quàm nascamur, aut esse habeamus, iam matrum nostrarum flos virginitatis cecidit: solus Christus Redemptor noster ex flore natus est, hoc est, ex matre purissima, & virgine, & in virginitatis eius flore absque eo, quòd caderet. Et, quia sic natus est in flore, hoc est, matre eius, sanctissima Virgine permanente, & cum tota eius integritate, & puritate, ideò propriè fructus dicitur. Et etiã conuenienter fructus dicitur: nam fructus cibus est, qui ante, & post prandiũ apponitur: & hic cælestis Dominus est totius boni nostri fons & origo, & etiam finis vltimus, in quo beatificari confi-

Apoc. 22 dimus. Vnde ipse de se inquit: Ego sum alpha, &, ω, principium & finis. O fructꝰ dulcissime, beatꝰ ille, qui te degustat, & beatus il li, qui in principio operationum suarum te constituit, & in fine earum te collocant. Dilectissimi mihi, vobis consilium do, salutis vestræ desiderio flagrans, vt quotiescunque opus, siue corporale, siue spirituale vobis est aggrediendum, prius conscientias vestras per confessionem puram, & simplicē præparantes, hunc cælestem fructum in ineffabili altaris sacramento recipiatis, vt quodcunque facere intenditis amplius ad gloriam celsitudinis eius, & ad vtilitatem animarum vestrarum fiat: siquidem ille est fructus, qui, vt diximus, ante, & post operationē apponi debet.

Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Quinimò, ô venerabilis mulier, quæro abs te, vnde nosti hanc sanctissimam Virginem matrem Dei esse? In quo vidisti? Nunquid in habitu regio, quo induta incedit? aut in famulatu, & magno comitatu, quem secum affert? aut in pompa, & regio cultu, & apparatu, equorum, aut cutruum, quibus vehitur? Non equidem: nam pedes incedit, vili induta veste, & pauperculis comitata pedisequis, quas secum domi habebat, & honestis moribus instruebat. Nam Sanctus Ioseph tunc illam non comitabatur. Quia si cum illa venisset, & audiret quod tu, ô benedicta fœmina, plena Spiritu sancto in laudem sanctissimæ sponsæ eius exclamans dixisti, in illam ambiguitatem & animi perplexitatem non incideret, cum vellet dimittere eam, prægnantē illam videns. In quo ergo nouisti eam Dei matrem esse? *Vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in gaudio in vtero meo.* Quasi dicat: Tu, ô domina id mihi dixisti, etiam nolens. Quæ verba loquereturil la, quæ verbum Dei in vtero suo gestabat? siquidem talem effectum cum eis in filio, & in matre Deus operatus est? O qualiter nouit Deus iustorum mutare consilia: ita, vt eorum merita crescant; & eius diuina voluntas in eis adimpleatur. Iusti virtutes suas, valorē, & dignitatē celant, & manifestat illos Deus ad vtilitatē proximorum. Ibat sanctissima Virgo festina ad visendū cognatam suam, & festina incedit, vt dignitatem, in qua illā Deus collocauerat, celaret, & puerulus, qui adhuc in matris ventre inclusus erat, illam manifestauit. Quis vnquam tale posset cogitare? Nemo virtutes suas mundo manifestare satagat: nam, si id conuenire Deo videbitur, qua via homo non putat ipse illas manifestabit.

23 nifestabit. Quanuis enim arbor fructum folijs operiat, si fructus odorifer est, eius odore & se, & arborem manifestat: vnde à longè transeuntes fragrantiam sentientes coniectare solent, & dicere: talis arbor, aut fructꝰ in hoc horto est, quia odore id nouī. Cælestis domina, folijs humilitatis fructū, quem in visceribus portabat, operire studebat. Sed, vt fructus odorifer erat, se & arborem manifestauit: vnde Beata Elisabeth cognouit illā matrem Dei esse. Aduertite etiā huius sanctæ matronæ humilitatem, & quomodo tāti beneficij indignā se prædicat, dicens: Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Vis scire, ô sancta mulier, vnde tantū bonū tibi prouenit? quia te illius indignā reputas. Nam si te eo dignā esse præsumeres, profectò ad te nō veniret. Nam dona Dei ad eos ire solent, qui se illis indignos esse re- *Simile.*

24 putant. Saulem, qui refugiebat honorē, in Regem Deus elegit: vnde postea Samuel dixit ei: Nonne cum parvulus esses in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es? Et quando S. Petrus dixit: Exi à me Dñe, quia homo peccator sum, tunc illum Deus in sui Euangelij præconem confirmat, dicens: Noli timere, ex hoc iam eris homines capiens. O quàm meritò sapiens ait: Quanto magnus es, humilia te in omnibus & corā Deo inuenies gratiā; quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Quod planities sit in vallibus non ita delectat, sicut si planities illa in excelsorum montium cacuminibus sit: nam in montis planitie aquæ detinentur, & prata viridia & venusta fiunt. Quòd si montis cacumen, quasi teli cuspide terminetur, nec planitiem habet, aquæ ibi non detinentur, sed protinus terram ver- *1. Reg. 15.* *Luc. 5.* *Eccle. 3.* *Simile.*

25 sus decurrunt, & crepidines per rupes efficiunt, & montem deuastant & fœdant. Similiter, quanuis humilitas & planities in hominibus plebeijs, & vilibus pulchra videatur, at verò pulchrior in illis apparet, qui propter ipsorum dignitates, nobilitatem, & sapientiam possunt montes excelsi nuncupari: & hæc planities, siue humilitas efficit, vt diuina dona reflexionem in eis faciant. Et ad id, quod ais: Quomodo mater Dei cum sit venit ad te: ad hoc respondeo: Quinimò propterea quod mater Dei est magna, & potens: ideò venit ad te, quæ anus, ægra, & mendica es.

Triplicem creaturarum ordinē condidit Deus, & in omnibus illis statuit, vt maiores minoribus fauerent. Quædam creatu-

rarum sunt pure spirituales, vt Angeli: quædam corporeæ, vt cæ- 26
li & elementa: quædam verò semicorporeæ, & semispirituales, vt hòmines. De illis, quæ sunt pure spirituales, Angelis, scilicet,
D. Diony. cap. 8. de cæl. Hierar. parũ ante med. et c. 6. Eccles. Hierarchiæ. inquit Sanctus Dionysius de cælesti Hierarchia, quòd maiores illuminant, purgant, & perficiunt minores, nempè reuelationibus, quæ à Deo recipiunt. Inter corporeas præstantior est Sol: nam quantum hæc creatura alijs prosit, plane cõstat. Nam si forte hic Sol absconderetur, nec mundum illuminaret, aut verten-
D. Bernar do se illũ lustraret, quid nobis esset? De hominibus verò, qui semispirituales, & corporei sunt, id, quod maius & præcipuũ est, minori fauet. Vnde Diuus Bernardus inquit: Compositio animæ, & corporis charitatem nobis commendat. Nam cum anima sit spiritualis ad imaginem Dei facta, & tam excellens, corpori
27 vili, & terreno iuncta, non illud destruit, imo viuificat, & perficit: ita, vt omne bonum, quod possidet, ab anima sibi proueniat, & illa separata statim corpus corrumpitur. In his ergo omnibus docemur, quod maiores, & sapientiores, & potentiores hoc debent in mẽte fabricari, nempè mundi solem ipsos esse, & animã corpolis Reipublicæ, ad illuminandum, fauendum, & opitulan-
Eccles. 4. dum minoribus, pauperibus, & egenis. Quorum singulos alloquitur Deus dicens: Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacifice in mansuetudine: libera eum, qui iniuriam patitur de manu superbi, & non acide feras in anima tua. In iudicando esto pupillis misericors, vt pater, & pro viro matri illorum, & eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis quam mater. O dulcissima, & mirifica verbà, ea dilectissimi cordibus vestris Deus impri-
28 mat. Pensate amore Dei singula eorum: ponderatione quippè maxima digna sunt, præcipuè illud: Redde debitum tuum: vbi Deus inquit, debitum esse, quod pauperi debetis in eius necessitatibus ei opem ferre. Et illud etiam: Libera eum qui iniuriã patitur. Attendite quantis fauoribus hic pauperes afficiat, quibus non assignat iudicem. Vult enim Deus, vt quotiescunque pauperi iniuria aliqua infertur, quicunque aderit, illum defendat, iudicem, & patronum eius se ostendat. Nouerat enim Dominus pauperum impossibilitatem ad hoc, vt de tribunali in tribunal commearent, & quam vili apud homines æstimentur. Ideò curam eorum committit ei, qui magis ad manum aderit, vt à manu potentis,

29 potentis, & superbi cum maximo studio illos eripiat. Et etiã præcipit ne lentè, seu remisse id fiat, sed festinè. O quanta, heu dolor, hic lachrymandi se offerebat occasio, & loquendi materia, cùm hæc omnia è contra fieri videamus. Videtur enim reuera magnos, & potentes Deũ non fecisse, nisi, vt minores tanquam panem comederent. Ne ita sit fratres, & Domini mei per viscera Dei pijssima, sed omni pietate, & misericordia, quod hic vobis à Deo præcipitur operi mandate, vt vos recipiat, sicut filios charissimos, & vestri plus, quam pia mater misereatur, sicut hic promittit, & eius gratia vos impleat, cum qua adipiscitur gloria: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodem Festo Visitationis sanctissimæ Virginis Mariæ Concio Quarta.

Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione. Luc. 1.

1 REGIVS Prophera cùm maxima spiritus efficacia ad Deum orabat, dicens: Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. In quo sicut in præcedentibus carminibus peccatorũ suorum veniam precatur. In quibus dixit: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Ampliùs laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Ita postulans, vt eius labia Deus aperiat, & os ad loquẽdum, in hoc etiam deprecatur sibi peccata remitti, & vt eius anima sanctificetur. Nam inter ea, quæ Dei magnitudinẽ ostendunt, & quis hic Dominus quãtusque sit, demõstrant; & vt illũ laudent, animam mouent; vnum est conscientiæ puritas, & à peccatis, quæ antea homo committere solitus erat, se liberũ erectumque cernere. Fortè vobis contigit aliquod insperatum pe- *Psal. 50.* 2 *simile.* riculum pertransisse, & postea eius recordatos tremuisse, horruisseq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruisseque non secus ac si præteritum periculum præsens habere 3
tis. Huiusmodi se habet anima, quam Deus illuminat, vt resipiscat, & pœniteat. Dum in peccatis est, sicut ea non æstimat, ita minimè sentit leuiter ea pertransit & cum eis dormit, tanquam cum amicis & familiaribus. At postquam Deus eius oculos aperit, & maximum periculum, quod pertransit considerat, ita tremit, & horret, quòd Deum benedicere, & glorificare nunquam
Cant.2. cessat, qui eam à tanto malo eripuit. Vnde in Canticis, vbi nos legimus: Tempus putationis aduenit, ex Hebræo aliqui transtulerunt: Tempus cantationis aduenit: Vtrumque enim verbum Hebræum denotat. Nam eo tempore propter nouum Solis accessum sanguis animalium feruet, & crescit, & eorum corda quadam lætitia super fundit, & implet, ex quo canendi desiderium in hominibus nascitur. Hæc omnia significant in primo vere 4
gratiæ, & conuersionis peccatoris quædam desideriorum nouella germina in denuo conuerso pullulare, dum contemplatur periculum, & dirum statum, à quo illum Deus eripuit. Hoc etiam
Isai.48. Deus per prophetam Isaiam significauit dicens: Propter nomẽ meum longè faciam furorem meum, & laude mea infrænabo te, ne intereas. Vbi septuaginta interpreres transtulerunt: Propter nomen meum ostendam tibi furorem meum, & gloriosa mea inferam super te, vt non te interficiam. Vbi Deus manifestè ostendit, quòd in peccatoris conuersione iram, & furorem, quibus propter eius delicta dignus erat, illi demonstrat, & etiam ostendit desiderium, quod ex hac Dei misericordia in eo nascitur, ad hoc, vt ipse peccator Deum benedicat, & glorificet, & quomodo cum hac gratitudine conseruatur, ne iterum in pec 5
catum incidat. Et hoc significat: Ostendam tibi furorem meum, & laude mea infrenabo te, ne intereas, vel, vt nõ te interficiam, scilicet, puniendo æternaliter. In hodierno sacro Euangelio hoc satis apparet. Postquam enim beatus Ioannes sanctificatus fuit, & rationis vsu præuentus, & postquam fauores quos à Deo acceperat sensit, per matris suæ linguam illum glorificare, et laudare cœpit, et etiam matrem sanctissimam, quæ illum gestabat, et genuit dicens: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Est valdè notandum, quod ad hoc, vt Dominus hanc sanctificationem opparetur, matrem suam sanctissimam mouit, vt Beatam Elisabeth viseret. Et quanuis verbum Dei incarna-

6 carnatum, poterat absens glorioſum Baptiſtam ſanctificare, abire tamen voluit, vt illum ſanctificaret, et honoraret. Et ita ſanctũ Euangelium ait, q̃ cum ſanctiſsima virgo verbum diuinum concepiſſet, et cũ eſſet prægnãs. *Exurgens abijt in montana cum festinatione.* Animarũ prægnantium duo ſunt genera. Quædã ſunt prægnantes à dæmone: quædã verò prægnantes à Deo. De vna quaq; prægnantiũ á dæmone in particulari dicit S. Dauid: Ecce *Pſal.7.* parturit iniuſtitiã, concepit dolorẽ, et peperit iniquitatẽ. In his verbis ſpiritus ſanct⁹ denotat afflictiones, et amaritudines, quas peccator patitur, vt ſuos turpes appetitus cõpleat. Hoc enim inſinuat parturire iniuſtitiã, ſcilicet, afflictione, anguſtia, et dolore parere. Et quemadmodũ nonnullæ prægnantes ſunt comeden- *Simile.*
di terrã, teſtas, et carbones deſiderio flagrantes: ita harũ maledi-
7 ctarũ prẽgnantiũ deſideria omnia ſunt de rebus terrigenis, et immundis, à quibus inſtar carbonũ fuligine inficiũtur, et denigrãtur, quibus etiã deſiderijs, et anxietatibus perpetuè torquentur. Vnde quidam doctor ait: hominem non impetrare quod è terra deſiderat [*Es en alguna manera vn arrabal del infierno*]. Nã in inferno præter alia tormenta, cruciat etiam maximũ deſiderium rerum earum, quæ ardenti amore in hac vita proſequebantur, et earum appetitus in ſummo gradu vigent, abſque vlla ſpe complendi eos. Et huius typum gerit ille, qui poſt res terreas fertur abſque vlla ſpe obtinendi eas, quia ex eis nihil aliud habet, præter quã deſiderium, quod miſerum torquet. Quod ſi plura ex his, quæ deſiderat adipiſcitur, non ob id magis contentus viuit: nam quo plura obtinet, eò plura amplius exoptat. Velut, qui ſal come- *Simile.*
8 dens ſitim vellet ſedare, aut oleo ignem extinguere ſtuderet, vnde ſapiens ait: Auarus non implebitur pecunia, et qui amat diuitias fructum non capiet ex eis, quibus idem quod cani vena- *Eccleſ.5.*
tico contingit, qui nimio labore, et laſsitudine inter tribulos, et ſpinas prædam ſectans, poſtquam leporem venatus eſt dum *Simile.*
ea veſci exiſtimat, ab eius ore tollitur, ex cuius labore et defatigatione nihil aliud, quàm pili leporis in ore eius relinquitur: ſimiliter auarus laſſatus, et defatigatus per ſpinas, et tribulos, per ſaxa, per ignes, mille difficultatibus, et periculis ſe exponens tandem res mundi adipiſcitur, quibus cum frui ſperat, ecce mors venit, et cunctas ab eo tollit, cui nihil relinquitur, præter quam pili in ore, peccata, ſcilicet,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ cum illis rebus admisit, quæ semper in voluntate manent, 9
quasi in ore. O miseras prægnantes inordinatis desiderijs plenas, & quomodo ęternis tormentis id soluetis, nisi citò remediũ adhibeatis. Quædam verò animæ sunt prægnantes à Deo, qua-
Isa.26. les illæ, de quibus Isaias inquit: A facie tua Domine concepimus, & peperimus spiritum salutis. Et vnũ ex signis magis manifestis, q̃ anima à Deo conceperit est, si charitatis viscera erga proximos habeat, & singulari zelo dimouendi peccatores à suis peccatis æstuet. Hoc desiderio & charitate D. Paulus flagrabat,
2. Cor. 12 cũ dicebat: Ego autem libentissimè impendam, & super impendam ipse pro animabus vestris licet plus vos diligens minus diligar. O mira sancti viri efficacia, qui totus insumi, & tabescere propter proximorum salutem exoptabat, quanuis rectè nouerat se non ita ardenter ab eis diligi. Et Sanctus Moyses antequã 10
nimis familiariter cum Deo ageret, cũ maxima difficultate munus illud acceptauit, eundi, scilicet, in Ægyptum, vt fratres suos è captiuitate & idololatria reuocaret. Et in illis verbis cùm ait
Exod. 4. Deũ alloquẽs: Non sum eloquẽs ab heri, & nudius tertius, & ex quo locutus es ad seruum tuũ, impeditioris, & tardioris linguæ sum, significatur per triũ dierũ spatium Deum ab eo efflagitasse, vt illud munus susciperet. Tantis se occasionibus, & argumẽtis excusabat, onus illud à se repellere studens, q̃ ibi dicitur: Iratus fuit Dñs in Moysen. At postquam familiariter cum Deo agere cœpit, indies similior Deo efficiebatur: & tandẽ tãto populi flagrabat amore, vt quantũcunq; populus ille rebellis esset, & Dei beneficijs ingratus se ostenderet; etiã admonitus à Deo nunquã
induci potuerit, [*Nunca pudo Dios acabar con el*] (si sic dici fas est) vt 11
illum populum rebellem omitteret, & alterius præcipui curam susciperet. Quinimò dicẽte illi Deo: Dimitte me, vt irascatur furor meus cõtra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnã, illum Sanctus Moyses cœpit deprecari, dicens: Cur Dñe irascitur furor tuus contra populum tuum? Cum in illo munere principatus propriam gloriam non intenderet, sed populi duntaxat remedium, non elegit maiorem gerere dominatum, dummodo populus ille, quem ita diligebat, non periret. Vnde inferius dixit: Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Quasi diceret, [*Lo que fuere dellos sea de mi.*] Aut illos Domine mecum libera, aut dele me cũ illis. Quæ

verba

12 verba dixit, vt eximij amoris sui erga proximos signum daret. Quid ergo dicemus de illis, qui vel punctum saltim, aut momentum quietis suæ, & gaudij spiritus amittere nolunt, etiam ob maximam angustiam & necessitatem in qua proximos constitutos vident? O Virgo sacrata [*Que bofetada days*] quã plurimis huius temporis contemplatiuis, qui nec leuem saltim laborem pati volunt, vt proximorum spiritualia vulnera curent. At tu ô domina festina, pergis per montes & nemora, vt animam duntaxat vnã à peccato eripias? Vt fontem illum aquæ viuæ in suis visceribus sensit statim ducere eum voluit, vt plantula illa recenter insita irrigaretur. Discite fratres mei desiderare, vt omnes participent, & degustent ipsum Deum, quẽ vos gustatis, & huic studio maximam curam adhibete: hi enim sunt veræ charitatis effectus.
13 Hoc Sanctus Dauid faciebat cum dixit: Venite, audite, & narra *Psal.65.*
bo omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Etiam dilectissimi ab hac sanctissima Virgine discamus, & per montana vitæ studiosæ eam festine sequamur. Quamuis Deus legem suam iugum appellauit quodquidem onus denotat; at statim subdidit: Suaue est. Ita, etsi vitam studiosam montana vocemus viæ huius ardua, & accliue [*Las cuestas del*] non debent nos terrere: nam in eis suauitas, & dulcedo maxima inuenitur. Si enim in *simile.*
via accliui quarto quoque passu, planities, & ridentia prata, dulcissimi fontes, vmbræ delectabiles, vireta, & nemora grata, & spacioſa inuenirentur; hoc iter profectò plus delectationis, & solatij afferet, quàm lassitudinis. In via ergo virtutis quanuis accliuis, & ardua sit, quia contra carnis rebellionem & sensualitatis
14 repugnantiam iter fit, tamen in vna quaque tentatione, quæ vincitur, & in vno quoque bono opere quod fit statim incipit apparere diuinæ consolationis pratum, quo via suauis fit. Et quanuis aliud solatium non esset, nisi credere, & sperare, quòd post accliue hoc, in eius summitate est illa supernæ gloriæ ciuitas, hoc satis esset ad hoc, vt eius ascensus facilis videretur quantumuis arduus esset. O si profundè mente euolueremus gaudium illud, cum quo ab Angelis sumus excipiendi, & gaudia illa, delectatio nesque perennes, quibus coram diuina celsitudine in eorum societate frui debemus: vtique omnes labores suaues fierent. Sanctus Chrysostomus homilia prima de diuite epulone, & Lazaro super illud: Factum est, vt moreretur mendicus, & portaretur *D. Chryso.*

ab

ab Angelis, notat ibi quomodò cum vnus Angelus duntaxat 15
sufficeret vt illũ portaret, voluit Deus, vt portaretur à plurimis?
Inquit ille: Gaudet enim vnusquisq; Angelorum sanctũ onus
tangere, & libenter talibus oneribus non grauantur, vt adducãt
simile. homines ad regna cœlorum. Sicut contingit in ingressu cuiusdã
hospitis cognati desideratissimi, & cunctis expectatissimi, qui
statim, vt ex equo descendit, in vlnis ab omnibus gestatur, om-
nes illum tangere, omnes ad illum accedere contendunt. Alter
galerum è manu, alter pallium ab humero, alter calcaria tollit, al-
ter ocreas itinerarias soluit: alij mensam sternunt, alij vero ci-
bos apponunt, & tandem omnes obsequium illi præstare ge-
stiunt, & quadam vultus lætitia faustum, fœlicem & omnibus
gratum eius aduentum esse demonstrant: similiter omnes An-
geli iusti in cœlum ingressum totis viribus celebrant. Dilectissi 16
mi mei, vos obsecro, vt hanc sanctam considerationem rumi-
netis, & vestris Christianis pectoribus euoluatis, quia lingua
deest, verba non sufficiunt, quæ debitam ponderationem ei præ
bere possint.

Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Credibile
est non tantum verbo illam salutasse, verum etiam suauissimè
simile. amplexatam fuisse. Nam hæc sanctissimæ virginis visitatio fuit
veluti cognatarum, & amicarũ, quæ quo tẽpore cognatæ partu
riunt, si aliquas venerabiles ac pretiosas Reliquias habent ad il-
las ferunt, vt minus in partu laborent. Et propter hunc effectũ,
cũ Reliquiæ aliquibus schedulis (quas vulgo nominas dicimus)
inclusæ seruentur, & intrinsecus fericis velis inuolutæ è collo pẽ
dentes illas reliquias ponunt. Similiter hæc cœlestis domina 17
(*Era como vna nomina*) quæ intus in sacratissimo vtero eius illam
reliquiam valoris infiniti gestabat, nempè verbum diuinum ve
lis humanitatis inuolutum, extendit vlnas suas sacratissimas su
per collum cognatæ eius prægnantis, & ita piè credi potest pro-
pter contactum illum sanctissimum, beatam Elisabeth minus
in partu laborasse.

Et repleta est spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit voce magna, &c.
Quam dissimilis visitatio hæc visitationibus huius temporis
erat! Quot mala visitationes hæ afferunt, & quot bona illa visi-
tatio intulit! O quantus, heu, dolor est cernere quod in hodier-
nis visitationibus contingit. Hæ duæ sanctissimæ fœminæ in

illa

18 illa visitatione de misericordijs Dei egerunt, vos autem in ve-
stris visitationibus de vita proximorum agitis, eorum honori,
fidei, & nomini detrahentes. Et reuera ob nihil aliud vos visita-
re videmini, nisi quia vos delectat cum alijs detractoribus vestri
similibus conuersari. De hoc grauiter Dominus conqueritur di *Psal. 51.*
cens: Dilexisti omnia verba precipitationis lingua dolosa. Vbi
alij transtulerunt: Dilexisti omnia verba præcipitationis lin-
guam dolosam. Et sic est in contextu Græco. Et sic etiam legit
B. Augustinus. Vbi significatur huiusmodi linguas peruersas,
& iniquas non tantum delectari loquendo iniqua, sed etiam
aliam linguã peruersam, & dolosam diligere vt verba iniqua au
diant. Ne ita sit dilectissimi, vos obsecro per infinitam Dei cha-
ritatem: sed inuicem vos visitate, vt de diuinis misericordijs,
19 quas vobiscũ, & cũ vniuerso mundo hic cœlestis Dominus ope
ratus est, verba faciatis, secundum harum cœlestium magistra-
rum exemplar, quas hodie sanctum Euangeliũ nobis ob oculos
ponit. Et discite à Virgine sanctissima gloriam beneficiorum,
quæ à Deo accepistis ei referre. Attendite quemadmodum post
quam Beata Elisabeth eam maximis encomijs, & clamoribus
laudauit dicens: Benedicta tu inter mulieres, illa, vt Deum lau-
daret, se conuertit dicens: *Magnificat anima mea Dominum.* Qua-
si diceret: Si aliquid in me est, ò cognata, quod me magnam
efficit donum Dei mei est, & magnificentia eius, quòd velit
creaturam ex se vilem, & abiectam ità magnificare. Ideò
Magnificat anima mea Dominum. Nunquid (dicet aliquis)
Deum magnificare aliquis potest, siue magnitudini eius ad-
dere? Minimè gentium: nam magnitudo infinita est. Quomo-
20 do ergo hæc sanctissima domina inquit: Magnificat anima mea
dominum? Dico Deum magnificare esse in intimo cordis quo
dam gaudio spiritus, immensitatẽ magnitudinis Dei in eius mi-
rificis operibus demirari. Regius Dauid excitabat, inuitabatq; *Psal. 145.*
animã suam, vt Deũ laudaret dicens: Lauda anima mea Domi- *Psal. 102.*
nũ, & alibi: Benedic anima mea Domino. At sanctissima vir-
go non inuitat animam suam, sed ait: Magnificat anima mea
Dominum: denotans promptitudinem, quam eius anima habe
bat ad benedicendũ Deum, quoniã actualiter illmu laudabat,
magnificabat, & benedicebat. Vnde ei non opus erat illam in-
uitare. O quãta cõfusio hoc nobis est: siquidẽ nec quã plurimis

etiam

etiam exhortationibus mouemur ad hoc, vt sanctis his exercitijs 21
operam demus, non secus acsi bruta animantia essemus. Nec so-
lum humilibus laudibus non laudamus illum, nec magnifica-
mus, sed quantũ in nobis est illum vilipẽdimus, improperamus,
& illudimus, & occasionem præbemus, vt sanctum nomen eius
ab alijs blasphemetur: sicut illi faciebant, de quibus Diuus Pau-
Rom.2. lus dixit: Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes.
O Deus maiestatis infinitæ, pro tua ineffabili clementia te ob-
secro, vt tanto malo succurras.

Et addidit sanctissima Virgo dicens: *Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Non laudibus humanis spiritus meus exultat, &
lætatur. (Omnia enim, vt vilia reputans sub pedibus habebat)
sed in Deo salutari meo. Ipse enim solus est vera cordis exulta-
tio. O anima fidelis, quæ es æterna, & Deus æternus, & poten- 22
tias capaces Dei æterni habes, & nullus præter ipsum te adim-
Simile. plere, saturare, & perfectam consolationem donare potest. In-
troducite rusticum pauperculum in regium palatium, vt ibi so-
lus inhabitet, & quasi nullus ibi esset, ita videbitur. Est anima re
gium palatij æterni Regis, & habet capacitatem infinitam pasi
uam ad recipiendum illum. Quanuis ergo dæmon, & totus mũ-
dus in eam intrassent, minimè illam satiarent, neque adimple-
rent, sed semper vacua, semper famelica, & desolata maneret.
Psal.71. Ideò Sanctus Dauid dicebat: Quid mihi est in cælo, & à te quid
volui super terram? Quæ verba Diuus Augustinus deuotè ex-
D. Augu. plicat, dicens: Quandam admirationem hæc verba esse, quam
Regius Dauid secum loquens facit, dicens: Tu, ô anima mea, bo
num quod tibi est in cælo non cognoscis? O Domine quid est il 23
lud, quod habeo in cælo, quantum est? quale est? quid est? Cum
ergo te habeam in cælo, quid à te velim super terram? Nunquid
quod habent impij, scilicet, desiderare debeo? quod habent &
mali? quod habent & facinorosi? pecuniam, aurum, & argẽtum,
gemmas, familias, quod habent & scelerati multi? quod habent
multæ fœminæ turpes? multi viri turpes? & quos à te repellis?
Hæc desiderabo à Deo meo super terram, cum seruet se mihi
Deus meus in cælo? Hic, & ibi Domine te desidero, te volo. De-
fecit cor meum & caro mea pars mea Deus in æternum. Id est,
hac consideratione cor meum & anima mea liquantur, tantum
bonum considerantes. Nec hic, nec ibi aliud à te volo, si ibi in
æternum.

24 æternum te debeo habere: volo, vt hoc in æternum âmodo inci
piat, vt nunquam finiatur. O Beata illa anima, quæ nihil præter
Deum exoptat, & in nullo, nisi in Deo lætatur, qui est eius sa-
lus. Nam exultatio, quæ ex rebus terreis sumitur ægritudinem
potiùs, quàm salutem causatur: sicut qui acuto lateris dolore la- *Simile.*
borat qui vinum abunde bibit, & tunc poculo delectatur, at po-
stea miser id vita soluit, quia quod nullo modo decebat de-
gustauit.

Ne exultes ergo frater, nisi in Deo, qui est salus tua, ad imita-
tionem huius sanctissimæ virginis, quæ sic ait: *Exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo.* Exultet spiritus tuus, ô cœli regina quia
cito solues. Mos Dei est initio consolationes, & ineffabiles gu-
stus iustis communicare, cum quibus eos amore accendit, & for-
25 tificat, vt onus, quod posteà impositurus eis est libenter ferant,
& æquo animo patiantur. Vnde Sanctus Dauid inquit: Præue- *Psalm.20.*
nisti eum in benedictionibus dulcedinis. Præbeamus ergo dile-
ctissimi corda nostra amore, & charitate, & puritate ad has con-
solationes diuinas recipiendas, nec posteà earum obliuiscamur
in tentationibus, & aduersitatibus, quæ superuenient. Nam ea-
rum obliuisci plurimum efficit, vt non resistamus viriliter tenta
tionibus, quin potius vincamur. Vnde D. Paulus inquit: Nondũ *Hebr.12.*
vsq; ad sanguinem restitistis, aduersus peccatũ repugnantes, &
obliti estis consolationis, scilicet, Dei. Ergò ô virgo sacrata exul-
tet spiritus tuus in Deo salutari tuo. Tempus enim erit, quando
id solues, scilicet, quando impius Herodes quæret filiũ tuũ, vt in-
terficiat illũ: & hac de causa fugias cũ eo in terram alienigenarũ
26 gentiũ, & cũ eo tam longum laboriosumq; exiliũ pertuleris: &
quando in Hierusalem illũ perdideris, & quando coram oculis
tuis spinis, clauis, & lancea corpus eius sacratissimũ impij crucifi
xores ruperint. Ideò nunc exultationi, & lætitiæ prouide, ad tan
tas cruces perferendas, vt cũ venerint huius exultationis recorde
ris. Exultet etiam puer Ioãnes: *Exultauit infans in gaudio.* Qui etiã
in deserto fame, siti, frigore, & caumatibus per multos dies id sol
uet: & quando Herodes illũ apprehenderit, & in vinculis conie
ctũ, manicis, pedicis, & ferreis cathenis circundatum tenuerit:
& quando caput eius amputari iusserit. In omnibus his tribula-
tionibus, & angustijs prioris solatij memoria valde proderit, &
spes alterius (scilicet gloriæ) incomparabiliter maior.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Insuper pretiosissima virgo addidit. *Quia respexit humilitatẽ ancil-* 27
læ suæ. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ex his
verbis fit manifestum vnam ex præcipuis huius sanctissimæ vir
ginis virtutibus, quæ oculis diuinæ celsitudinis magis gratæ ex-
titerũt profundam eius humilitatẽ fuisse. Quod anteà sponsus in
Cant. 4. canticis significauerat dicens: Vulnerasti cor meum soror mea
sponsa, in vno crine colli tui. Et hæc est humilis cordis eius cogi-
tatio, quæ cor Dei vulnerat, & amore eius inflammat. Tanti põ
deris est apud Deũ profunda & callificata humilitas, quod quan
tumuis magnus peccator quis sit, hoc tantum capillo, & crine
colli placetur ira Dei, eiusque potentissimæ manus ligentur.
Videte Regem impium Achab, qui occidit Naboth, vt illius
vineam sibi vsurparet, & tot tantaque scelera perpetrauit, vt fa- 28
3. Reg. 21. cer textus dicat. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui ve-
nundatus est, vt faceret malum in conspectu Domini. Perpen-
dite qualis fuisse colligitur, siquidem cum plures Reges iniqui
præcessissent, tyranni, & idololatræ, & præcipue Ieroboam, qui
fecit idololatrare vniuersum Israel. Nihilominus de Achab di-
citur: Non fuit alter talis. Ad quem cũ Sanctus Helias Dei no-
mine veniret, vt propter eius scelera ingentia mala, calamita-
tes, & flagella illi comminaretur, inquit sacer textus: Cum au-
disset Achab sermones istos scidit vestimenta sua, & operuit ci-
licio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco & am-
bulauit demisso capite. Et factus est sermo Domini ad Heliã
dicens: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? O bene-
dictus, & glorificatus sit talis Deus. Te omnes cœlestes Hie-
rarchiæ Domine collaudent, & omnes iusti terræ benedicant, 29
propter hanc tãtam pietatem, qui sic vinci permittis vno crine,
vno duntaxat humilatis capillo, quem in homine, quantumuis
maximo peccatore conijcias. Antiquus quippe Dei mos est
dare se illi qui ei se dat & resistere illi qui sibi resistit. Vnde San-
Psalm. 17. ctus Dauid dicebat: Populum humilem saluum facies, & ocu-
los superborum humiliabis. Quid esset Pharaonem cum eius nu
meroso exercitu tam potentem cernere, Dei voluntati resisten-
tem, & in ictu oculi omnes consumi absque eo, quod vestigium
eorum remaneret? Quid de illis factum est? Ille clypeorum
splendor, illa equestrium superba comitia, illi rotantium cur-
ruum strepitus? Submersi sunt in mari rubro: abyssi operue-
runt

30 runt eos: descenderunt in profundum quasi lapis. Hoc San-
ctus Moyses quodam iubilo cecinit, Eccè quantum lucri com *Exod. 15.*
paretur Dei voluntati resistendo. E contra mirum profectò
est cernere Deum sic contra Regem Achab ira percitum, &
tam breui temporis spatio ità placatum esse, vnde Heliam ac-
cersiuit, vt illius pœnitentiam & humilitatem, qua placatus est
cerneret. Quando ergò ô peccator cilicium induis, & in sacco
dormis, & carnem tuam ieiunijs, & disciplinis maceras, & in
Angulo humi proiectus iaces, vt, humiliter peccata tua deplo-
res, scito Deum te intueri, & illum Angelos etiam inuitare,
qui te aspiciant. Ideò in bono cœpto perseuera, & honestis exer
citijs incumbe, quibus cœlesti curiæ places. Quia gaudium
est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, ait sum- *Luc. 15.*
31 ma veritas. Si ergò coram oculis Dei tam potens est humili-
tas, quid illa profundissima humilitas esset à tam puro, & sim-
plici corde procedens quale huius cœlestis reginæ erat? Ad hoc
Spiritus sanctus eius linguam mouebat, & fecit, vt eiusmodi
verba pronuntiaret, in quibus humilitatis eius excellentia ma-
nifestaretur. Et notate, vt quædam glossa inquit illam non di-
xisse: Quia aspexit humilitatem, sed, quia respexit humili-
tatem: nam Respicere est obiectum prius inspectum iterum
aspicere tanquam rem gratam nimis. Vnde sæpe illam Deum
respicere signum est maximè gratam sibi esse, & sæpissimè au-
xilium ei præbere & singularissimis fauoribus eam visitare.
Nam respicere Dei est opitulari & fauere. Hanc ergò cœle-
stem Dominam, quam Deus respexit etiam nos dilectissimi
32 respiciamus, & iterum, atque iterum oculos in eam colloce-
mus, vt eius heroicas virtutes imitemur, & vt deuotum
obsequium ei præbeamus, totis visceribus illam am-
plectentes, vt hac via copiosam gratiam obtinea-
mus, cum qua gloria comparatur ad quam
nos perducat Iesus Mariæ fi-
lius. Amen.

IN FESTO SANctæ Mariæ Magdalenæ Concio Prima.

Rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo. Luc. 7.

HOC Sacrum Euangelium hodiernum est veluti quędā descriptio vniuersi, veluti mappa mundi. Qui regnorum situs, & alias mūdi plagas, & præcipua loca scire studet quan 2
dam mundi descriptionem intuetur, in qua exactè descriptum est, quod nosse desiderat. Si misericordiæ Dei immensæ, magnas singularitates scire optatis, hodiernum sacrum Euangelium diligẽter scrutamini, & attẽtis oculis intuemini, est enim quasi mappa mundi, in quo maximæ illius excellentiæ describuntur, & ob oculos nobis ponuntur. In eo nanq; agitur quomodo Deus peccatores ad se trahat, & quanta benignitate eos recipiat, iustificet, & protegat. Res quidẽ mira videbitur, vt plurimos, quos Deus prędordinatos habet ad gloriam permittat in hac vita in plura, & horrenda peccata prolabi. Hoc autem ob duplicẽ rationem efficit. Primum, vt cum maiori humilitate, vigilātia, & cautione viuant. Et siquis dicat, videtur Sanctũ Ioānem in sua canonica cõ 3
trarium affirmare his verbis; Omnis qui natus est ex Deo peccatũ non facit: & natus ex Deo est prædestinatus, ergò prædestinatus non facit peccatum, dico illum peccatum non facere propter quod condemnandus sit quinimo, id maioris commodi ei occasio est. Nam Diuus Petrus erat natus ex Deo, & prædestinatus, & tamen peccauit, & Diuus Paulus, & Beata Magdalena, & alij complures: sed his omnibus peccata in commodum eorum redũ
darunt. Et ita superilla verba Diui Pauli: Diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum, inquit D. Augustinus: Si fas est dicere, etiam & ipsa peccata, quia ex illis peccatores humilitatẽ, vigilantiam, & cautionem deducunt, ne deinceps prolabantur.

1. Ioan. 3.

Roma. 8.

Et

4 Et hic est legimus sensus illorum verborum: Melior est iniquitas viri, quā mulier benefaciens. Quod difficile apparet. Nā quo modo fieri potest iniquitatem viri, mulieris beneficentia prę sta re? Ad huius dubij intelligentiam notate, hic mulieris nomine intelligi fragilem peccatorem, modo vir, modo fœmina sit, Nam sacra scriptura solet nonnunquam hoc nomen, mulier, rebus vilibus, & abiectis tribuere. Vnde Sanctus Isaias Ægyptios minitans ait: In die illa erit Ægyptius quasi mulieres, & viri nomine hic iustus intelligitur, modo ille vir modo fœmina sit. Et vult Ecclesiasticus in his verbis dicere sæpe contingere iustum in peccatum aliquod incidere, & peccatorem bonum opus operari, & iustũ ab illo peccato exurgere tam profunda humilitate, suimet cognitione, & tã terribili dolore animi affectus eo quod
5 suum conditorem offenderit, & deinceps tam vigilanter, & circũ spectę viuit, ne iterum incidat, quod peccatũ illud in maius bonum eius resultat, quàm bonũ opus peccatori, ex quo occasionẽ sumpsit superbiendi, & præsumendi se bonum esse, cũ minimè sit. Legitur de quodam Hebræo, qui accedit vt Elephantem interficeret, & mortuo Elephante cecidit super illũ & interfecit eũ: itaq; occisus ab occiso, & victus à victo remansit. Similiter ille, qui vires sumit, & munit se, vt bonũ opus exequatur, & magnã tentationẽ deuincat, postea verò superbia, & vanitate inflatse, hic misere occumbit, & vincitur à victo & occiditur à sibi occiso: & huic mulieris nomen optime quadrat, & melior est iniquitas viri, quam hæc mulier benefaciens. Secunda ratio, ob quam Deus permittit prædestinatos in peccata prolabi est, vt diuina
6 misericordia ampliùs reluceat indulgendo eis, & ex magnis peccatoribus magnos sanctos efficiens. Hoc Sanctus Iob nimium ponderabat dicens: Si reuersus fueris ad omnipotentem ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. Idest, dabit pro infirmitate fortitudinem & pro ignorantia, & cæcitate dabit torrentes aquæ sapientiæ salutaris, quæ pretiosior est auro. In his omnibus Spiritus sanctus significat effectus mirificos, quos diuina misericordia in peccatoris conuersione operatur. Antequam sacrum Euangelium aggrediamur (*Me quiero asegurar de vna cosa*) Quæ maxime est formidanda. Ea est. Ne forte hic adsit peccator tam audax, vt Dei misericordia abuta-

Eccl. 42.

Isai. 19.

1. Mach. 6.

Iob. 22.

tur, qui cernens, qua facilitate Deus tam magnæ peccatricis de- 7
Simile. licta remittit, ex hoc ansam peccandi sumat. Est in rosario, rosa, vt pyropus rubicunda, exit aranea, & illam comedens venenum deducit. Similiter in supernæ deitatis rosario, vbi rosæ infinitæ sunt, nempe eius attributa diuina, & perfectiones, & vna harum pulcherrimarum rosarum est eius ineffabilis misericordia, & ex hac rosa tam pulchra aranea, qui est peccator, venenum deprimit dicens: Magna est Dei misericordia, libere peccare possum, & sensualitati morem gerere. Non enim permittet Deus me condemnari: sed sicut Magdalenæ, ita & mihi indulgebit. O cæce, cæce, ne ita dece-
Eccles. 5. ptus viuas. Audi eundemmet Deum dicentem: Ne dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorũ meorum miserebitur. Misericordia enim, & ira ab illo cito proximant. Hoc 8
est: iustitia Dei tam magna est, sicut eius misericordia, & tam cito peccatori supplicium aduenit, sicut iusto præmium suarum
Psalm. 100. virtutum. Vnde Regius Dauid canebat dicens: Misericordiam, & iudicium cantabo tibi domine. Ideſt: si misericors es, ô Deus æterne, etiam es iustus, & ideo vtrumque canere libet. Quem-
Simile. admodum vna & simplici voce canere nullam efficit consonantiam, at canere in duo magis delectat, quoniam concentus suauis fit: similiter cum sola Dei misericordia canere non dulcem harmoniam efficit propter occasionem, quam miser homo ad peccandum desumit: vnde necesse est, canere ad duo, scilicet, diuinam misericordiam, & etiam iustitiam præ-
Roma. 3. meditando, & ita suauis concentus fit. Agens Diuus Paulus de singulari misericordia, quam Deus ostendit dans nobis filium 9
suum, statim iustitiæ eius mentionem facit dicens: Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostẽsionem iustitiæ suæ. Et alia translatio clariùs habet: Quem proposuit Deus propitiationem. Itaque idem opus, & misericordiæ, & iustitiæ opus fuit. Quod dæmon intendit est, vt in alterum horum extremorum incidatis, scilicet, aut quod nimium in diuina misericordia confidatis, vt mors in peccato mortali vos rapiat, aut nimium diffidatis, & instar Iudæ in desperationis barathrum incidatis, vt vtra harum viarum in infernum æternaliter cremandos vos ducat. Ideo dilectissimi, si ab his malis liberari vultis, & sicut Magdalenæ, ità vobis Deus remit-

10 remittat, siquidem sequimini errantem, sequimini etiam pœnitentem. Diuus Paulus ad Galatas scribens dicebat: Estote *Gala. 4.*
sicut ego, quia & ego sicut vos fratres, obsecro vos. Quasi diceret, obsecro vos fratres, vt attendatis, quod aliquando tam magnus peccator extiti, sicut vos modo estis. Et siquidem quod eram estis, curate esse, quod modo sum. Imitatores mei estote fratres, in pœnitẽtia, & in virtute, quandoquidem in vitijs me imitati estis: & ita sicut ego veniam impetrabitis. O quàm ingens amentia est sperare cum sanctis gloria frui, & eorum vestigia non sequi.

Ideò dilectissimi oculos vestros collocate in eo, quod Sanctũ Euangelium refert hanc sanctam peccatricẽ fecisse, vt cognoscatis, quid vos oporteat facere. Quod sic incipit: *Rogabat Iesum qui-*
11 *dam Pharisæus, vt manducaret cum illo. Et ingressus in domum Pharisæi discubuit*. Nonnunquam bonus Iesus manducabat cum Pharisæis, vt eorum superbiam reprimeret, & cum publicanis quandoque manducabat, vt ad pœnitentiam eos prouocaret. Aliquando verò cum familiaribus manducabat, & amicis, vt cum Lazaro, & eius sororibus, vt amorem in eis conseruaret, & augeret. Nonnunquam verò cum suis cognatis & propinquis manducabat, vt eorum necessitatibus faueret, scilicet, aquam in vinum conuertens. Benedictus sit talis hospes, qui semper ditat hospitium, in quod intrat, & fœlix conuiuium illud, cui hic bonus Iesus adest. Nam in huiusmodi conuiuio tam animæ, quam corpori refectio sumitur. Sed væ nobis, qui non solùm illum non inuitamus, verum etiam, nec vllomodo patimur, vt
12 in nostris conuiuijs aliqua eius honesta mentio fiat. Quæ conuiuia Sathanas ita polluit, & infecit, nimijs intemperantijs, & ebrietatibus, susurrijs, & scurrilitatibus, vt Iesus Christus totius puritatis fons minimè dignetur huiusmodi fœtoribus interesse. O dilectissimi amore Dei vos obsecro, vt attendatis Christianos nos esse, & maximè obligari ab his omnibus abstinere. Nox præcessit (inquit Diuus Paulus) dies autem *Roma. 13.*
appropinquauit: abijciamus ergò opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus, non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs. Quasi diceret: Si adhuc in infidelitatis nocte versaremini, non mirum esset his abominationibus vos vti: at postquam lucem

tam magnam acceperitis, qualis est fides, viuite tanquam ho- 13
mines, ità illustrati, & tam singulari Dei beneficio affecti.
Et alibi: operum carnis magnum catalogum texens, dicens- *Gala. 5.*
que: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, im-
munditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia
inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensio-
nes, sectæ, inuidiæ, homicidia, tandem statuit, ebrietates, &
comessationes. In quo significauit has duas res fontes, & ori-
gines esse, à quibus reliqua ista mala oriri solent. Auertat à no-
bis Deus dilectissimi pestem, quæ sic inficit, & corrumpit. Et
posteà concludit dicens: Qui talia agunt regnum Dei non con
sequentur. O sententia tremenda, quod est saxum ita durum,
quod te audit, & horrore non frangitur? Confisus fratres, quod
vos, qui in malis estis, & culpatos vos agnoscitis diuino auxi- 14
lio, gratia & fauore adiuti emendabimini, pedibus vnius cuiusq;
prouolutus vos deprecor vltra hoc studeatis, qui ex vobis diuites
estis Iesum Christum hospitem in mensa vestra habere. Et Ie-
sum Christum hospitem tunc habebitis, si pauperem eius amo-
re ad mensam vestram receperitis. O Deus maiestatis infini-
tæ, si nunc Domine his verbis meis efficaciam præberes, vt his
fratribus meis hoc persuadere possem, quot necessitatibus facilli
Prou. 21. mè, & cũ maximo merito succurreretur. Nam scriptũ est; facere
misericordiam, & iudicium magis placet Domino, quã victimę.
Et in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica habetur: Face
re iustitiam, & iudicium magis placet Domino, quam victimę.
In quo denotatur, facere misericordiam esse facere iustitiam, si-
quidem est rem adeo debitam & adeò commendatam facere. 15

Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod Iesus accu
buit in domo pharisæi &c. De Christo Redẽptore nostro sputis fæ
dato, flagellato, alapis cæso, spinis transfixo, & eius sanctissimo
corpore sanguine tincto Pilatus populo illũ ostendens ait: Ecce
homo. Et de hac peccatrice fœmina Sanctũ Euangeliũ inquit:
Ecce mulier. Et optime hæc inuicem connectũtur, Ecce mulier,
&, ecce homo. Nã meritò dicere possumus: Ecce mulier pecca-
trix, &, ecce homo qui hos labores, ignominias, & ludibria per-
pessus est, vt illã redimeret. Ecce, tali mulieri talis homo. *Quæ erat*
in ciuitate peccatrix. Verbũ hoc, in ciuitate forte S. Euãgelista addi
dit, vt significaret causam, ob quã hæc mulier in tantã calamitatẽ
& mi-

16 & miseriam deuenit fuisse ex eo, quod in ciuitate habitaret,
vbi, vt plurimum peccandi occasiones sese offerunt. Ideò San-
ctus Hieremias dicebat: Fugite de medio Babylonis, vt saluet *Hiere 51.*
vnusquisque animã suam. Et cognoscens, quam prigri homines
essent ad fugiendum incommoda, & occasiones iterum inferius
ait: Siquidem murus Babylonis corruet egrediminide medio
eius populus meus, vt saluet vnusquisque animam suam ab ira
furoris Domini, & ne forte mollescat cor vestrum, & timeatis
auditum, qui audietur in terra. O à quot quantisque malis se ille
eripit: qui mundum fugit & quam mirifice hoc sanctus prophe
ta hic exaggerat. Eripit se ab ira Dei, & ab æterna damnatio-
ne. Et ne audiat verbum illud tremendum: Ite maledicti in *Matth. 5.*
ignem æternum. Et etiam se eripit à pusillanimitate, & cordis
17 mollitie, quam mundani homines habent, vt omne malum in
eis imprimatur. Quid enim vult Sathanas in cordibus eorum im
primere, quod exactam dispositionem ad id non inueniat? Si su
perbiam, cupiditatẽ, luxuriã, aut irã vult imprimere dispositio-
nem congruam ad hoc ibi reperit. Igitur ne mollescat cor vestrũ
nec liquefiat, vt timeatis auditũ, qui audietur in terra. Egredimi
ni de medio Babylonis. Ne timeatis (inquit) auditum. Nã in re-
surrectione vniuersali mali tantum timebunt expectantes quan
do æquisimus iudex rigidam illam & tremendam sententiam
in eos pronuntiabit. Boni nanque huiusmodi timore carebunt:
nam quanuis sententiam audient nihil eis nocebit. O fratres in
Christo dilectissimi, si modo hoc cœleste consilium velletis
amplecti, & eo vti, & angulum quæreretis, vbi quietè Deo fa-
18 mularemini, & à tanto malo vos eriperetis, sicut hæc peccatrix fe
cit (quæ in ciuitate peruersa, & deprauata) vt sancta fieret in va-
stam solitudinem se contulit, vbi triginta annis cum maxima vi
tæ austeritate vixit, cum Deo, & Angelis eius conuersans, & diui
nis studijs assidue vacans. Corruptio morum in ciuitatibus tam
magna semper fuit, vt ob hãc causam olim in portis publicis ciui
tatum tribunalia locarentur, vt auditiones fierent, & ibi populo
rum causæ agerentur, vt pauperculis agricolis, qui è vicis & locis
confinibus confluebant, opus non esset in ciuitates intrare, & for
te corruptis ciuium moribus inficerẽtur. Ecce zelus, qui illis tẽ-
poribus habebatur, ne homines se inuicem inficerent.

Vel etiam dixit, *In ciuitate peccatrix*, Vt significaret illã pecca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tricem esse, & infimæ notæ mulierem. Quædam peccata sunt cordis, nonnulla domus, nonnulla verò ciuitatis, & ab omnibus biberet nos Deus. Peccata ciuitatis sunt peccata publica, quæ signum sunt magnæ corruptionis, & deprauationis. Quando ciuitatis mala in ore omniũ versantur, signũ est, assidua iterataq; esse, quorum remedium nimis difficile esse solet. Et ita vbi nos legimus: Cor eius congregauit iniquitatem sibi, alia translatio habet: Cor eius congregabit iniquitatem sibi, & sic est in paraphrasi Chaldaica. In quo denotatur, quod ille, qui plures iniquitates congregauit sibi, id est, in damnũ animæ suę facit (primus enim cui nocet peccator iniquitatibus suis ipse sibi est.) Et non tãtum hoc satis illi erit verum etiam in futurum congregabit eas in malitia sua perseuerans. Itaque, vt plurimum, qui congregauit, congregabit iniquitatem sibi. Huius mulieris peccata carnalia erãt: quæ quanuis non sunt maioris culpæ, tamen magnæ infamiæ esse solẽt, & causa non parui scãdali, quando publica sunt. A deò est nitida & splendida fama alicuius personæ nobilis, & singularis, quòd quælibet etiam minima res eam obscuret, & deformet. Vnica duntaxat leui dissolutione honor alicuius notabilis personæ infectus & maculatus manet. Qualis ergò esset mulieris illius infamia, quæ anniis mults [*Se empleo en hazer anatomia de coraçones de hombres* ?] & sensualitatis appetitibus morem gerens? Mulier iuuenis, diues, pulchra, & in libertate collocata, quid non faceret? De sancto Ioseph sacra scriptura inquit: Erat autem Ioseph, pulchra facie, & decorus aspectu. Et in hoc sancto iuuene pulchritudo corporalis certè laudabilis erat: nam in corpore pulchro & decoro, animam pulchram habebat. Cæterum confusio magna est, cum pulchritudine corporali, deformitatem spiritualem habere. Socrates philosophus discipulis suis circa hoc salubre consilium dabat dicens: quòd si cõtingeret, vt facies suas in speculo contemplantes se turpes, & deformes esse inuenirent, studerent pulchritudine, & virtutibus animæ corporis defectum compensare: quod si pulchros se esse inuenirent, studerent, ne in corpore pulchro anima turpis esset, quod valde dissonum videretur. Et sic re vera est, prudentem ex corporali pulchritudine occasionem sumere, vt pulchritudinem spiritualem acquirat: quanuis imprudens contrarium facit. Et ita in prouerbijs dicitur: circulus aureus in narib⁹ suis, (id est porci) mulier pulchra

Psal.40. 19 20

Gene.39. 21

Socrates.

Pron.2.

22 pulchra & fatua, id est, incontinens. Nam si in naribus suis aureus circulus ponatur, ne rostro terram effodiat, nequaquam se continet, quinimo nares, & circulum aureum simul in luto, & proluuio immergit, & omnia inficit. O miserabilis creatura, Deus pulchritudine corporali te dotauit, vt cum ea vitia tua frenaret, & magis te obligaret, vt ei obsequium prestares, tu autem omnia in volutabro turpitudinis, peccati luto illinis: & ex Dei beneficijs occasionem sumis, vt illum magis offendas? Huiusmodi erat hæc mulier, & ideò in tantam calamitatem peruenit, vt esset in ciuitate peccatrix. Antiqui Deam Venerem nudatam, & Mineruam indutam pingebant, in hoc significantes discrimen, quod inter carnalem, & prudentem studiosumque virum versatur. Nam qui desiderijs carneis flagrat id statim ocu- 23 lis & verbis manifestat: aspectu ostendit carnalis, quod intus habet. At iustus occultat iustitiã, sapiẽtiamque suam ne gloria inani capiatur. Hęc igitur mulier ita peccatrix ad pedes Domini hodie venit: ab eius diuinis verbis attracta, quæ ex eius cœlesti ore audierat. Experimẽto compertum est animalia debilium capitum, maximè perturbari, quando tonat: & ille sonus tonitrui ab speluncis & receptaculis eorum attonita perturbata, & timore correpta illa deducit. Et hæc est ratio, ob quam anguillę, quæ sunt animalia debilissimi capitis, tonitruum & fulgurum tempore facile capiuntur. Nam sonus ille eas deturbat, & facit eas supra cœnum enatare, & sic capiuntur. Idem serpentibus, & draconibus cõtingit, qui, vt sunt debilissimi cerebri, tonitrui sono exterriti ab speluncis, & cauernis exeunt, & sic facile apprehendũ 24 tur. Hęc animalia, debiliũ capitũ sunt peccata nostra. Nam sicut huiusmodi animalia, si in capite percutiantur intereunt: similiter si in suis primordijs peccata percutiantur, quæ initia sunt eorum capita facilè intereunt, & à corde diuelluntur. Ideò Regius Dauid dicebat: Beatus, qui allidet paruulos suos ad petrã. Quasi diceret: Beatus, qui malis suis in eorũ primordijs remediũ adhibuerit, quæ sunt tanquã capita debilia, quę leui ictu intereunt, & deficiunt. Et alij transtulerunt: Beatus, qui allidet paruulos tuos ad petrã. Et sic est in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica, & sic legit etiã B Aug. Et secundum hanc translationem debent hæc verba referri ad illa, quæ immediate præcesserunt, scilicet, filia Babylonis misera, beatus qui allidet paruulos tuos ad petram:

Simile.

Simile.

Psal.136.

Universidad de Deusto
Biblioteca

petram: ideſt, primos impetus, & ſenſualitatis motus, eos mortifi- 25
cãtes ad imitationem laborũ, & afflictionũ, quas Chriſtus Redẽ-
ptor noſter ſacratiſsimum eius corpus parti permiſit. Hæc enim
eſt petra, ad quã hi paruuli debent allidi, & in ea cõfringi. Et, vt
hæc animalia, ſcilicet, ſerpentes, & dracones, quę ſunt peccata in
tereant, & ab ſpeluncis, & cubilibus conſcientiarũ exeant, neceſ
ſariũ eſt, vt intonet cõcionator, & ab eius ore fulgura, & tonitrua
procedant, verborũ, ſcilicet, terribilium, & minarum. Sed quem
admodum huius modi effectus in illis animalibus non fiunt, ni-
ſi tonitruis, & fulgoribus, qui è cœlo deſcendunt: ſimiliter ad
hoc, vt reprehenſiones, & concionatorum minæ in conſcientijs
peccatorum ſuum effectum operentur, & ſerpentes, quæ in eis
ſunt interficiantur, neceſſarium eſt, illos inſtar cœlorũ eſſe, &,
vt vitam cœleſtem agant. Nam huius defectu fit, vt quam pluri- 26
mæ conciones, quæ in ciuitatibus, & populis prædicantur tã pa-
rũ fructus efficiant, ſicut proprijs oculis cernimus. Ergo dilectiſ-
ſimi patrẽ miſericordiarũ aſsidue deprecemur, vt mittat plures
viros ſpirituales, qui inſtar cœlorum tonitrua mittant, & efficacia
ſpirituque plena verborum coruſcantium fulgura iaculen-
tur, vt tantis malis, remedium adhibeatur. Hoc ergò ad no-
ſtrum propoſitum applicantes, fingite hanc ſanctam pecca-
tricem, inſtar maris eſſe, & quod in cordis ſui cœno multa aqua-
tilia immunda eſſent, quæ erant eius turpitudines, & quod
etiam erat inſtar ſpeluncæ ſerpentibus, & draconibus refertę, &
quod tonitruis, & fulguribus reprehenſionis, & minarum illius
ſuperni cœli Ieſu Chriſti filij Dei cuncta interempta ſunt, & è
corde eius, & conſcientia, quaſi è receptaculo exierunt. Qua pro 27
Pſal. 73. pter illa Regij Dauidis verba dicere poſſumus: Tu confirmaſti
in virtute tua mare, contribulaſti capita draconum in aquis. O
Chriſte vere peccatorum iuſtificator per illam immenſam cha-
ritatem, ob quam tot mirabilia in mari tam elato (qualis hæc mu
lier) operatus es cor eius tanto fœdere & pace tranſquillans te
obſecro eoſdem effectus in cordibus noſtris operari digneris, vt
ſecundum eius exemplar ad te conuertamur.

Cũ ergo Dñs recubuiſſet, eccè mulier hæc ingredietur, conui
uis aſtat, habitu peregrino, & lugubri induta, non conſiderans,
quod more hominum tunc lugendi opportunitas non erat. Sed
verus animarũ ſponſus Chriſtus ſecundum hominum libitũ nõ
ambu-

28 ambulans, quod illis rectum apparet, ei deuium videtur. Non *Simile.*
quidem importune venit, qui donũ affert diſcumbenti, quod
gratum fore nouit, & guſtui illius delectabile. Peccatorum dolo
ris, & contriti cordis ferculum donum eſt quod hunc diuinũ Do
minũ plurimum delectat. Vnde Sanctus Dauid dicebat: Cor cõ *Pſalm. 50.*
tritum, & humiliatum Deus non deſpicies. Non auſa fuit ingre-
di, quo à bono Ieſu videretur præ nimia verecundia, & pudore.
Pudor optime in omnibus apparet, & præcipue in illis, qui, vt
verecundentur cauſam habent quales ſunt peccatores. *Et ſtans re-*
tro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui
tergebat &c. Sanctum Euangelium, non quod hæc fœmina locu
ta eſt, ſed quod fecit enarrat. Nam pœnitẽtia potius in operibus,
quam in verbis compoſitis conſiſtit. Vtinam dilectiſsimi cũ tot
29 verborũ ambagibus peccata veſtra confitemini, plus lachry mæ
loquerentur. Non loquitur Maria, quia ſacerdos, cui confitetur,
corda penetrat. At vero nunc poſtquam in cœlum aſcendit, &
reliquit miniſtros ſuos in terris, neceſſum eſt, vt morbũ animæ
veſtræ manifeſtetis, vt ſacerdos tanquam medicus, quam medi-
cinam debeat applicare cognoſcat, &, vt iudex, quam ſententiã
debeat inferre, & vtrum abſolutione digni ſitis nec ne. Sed ne tot
circumloquijs, ambagibus, & verboſitate confiteamini, vt ma-
gis excuſati, quam accuſati maneatis. Nã tãta ceruſa, ideſt, [*Al-*
uayalde] Æthiopiſſa illiniri poteſt, vt candida videatur. Similiter
poſsibile eſt, vt tot verborum ambagibus, & excuſationibus con
fiteamini, quod vix peccata appareant. Et ſatagite, vt verba ve-
ſtra aliquibus lachrymis comitentur ad imitationem huius ſan-
30 ctæ peccatricis, quæ tam abundantes erant, vt pedes Domini ri-
gare ſufficerent. (*Aßi, aßi, en hora buena.*) Peccata lugeri debent,
& non ſicut ego, & vos, qui tanquam lapides duri abſque vlla
cordis teneritudine, aut dolore ad confeſſoris pedes accedimus.
O magna confuſio gentis ita peruerſæ, vt iam mũdi iacturæ ama
re lugeantur, & animæ damna, & ruinæ, nec ſaltim ſentiãtur. Si
quis mille aureos amittit nunquam à lachrymis ceſſat, ſemper id
proluget. Quod ſi pro huiuſmodi iactura atram veſtem & lu-
gubrem induere in vſu eſſet ſic veſtitus hic incederet: & paſsim
amittitur Deus, & minime ſentitur. Pudeat vos fratres talem
amentiam in vobis regnare: ſed potiùs ſentire ſtudete, quanta ca
lamitas ſit Deũ amittere, & hanc iacturã lachrymis cordis veſtri
de

deplorate, vt sic inueniatis illum per gratiam, postea vero per 31
gloriam ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius Amen.

In eodem Festo Sanctæ Mariæ Magdalenæ Concio secunda.

Rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo. Lucæ. 7.

Rom.9. DIuus Paulus de electis verba faciens inquit: Ostē 1
dit Deus diuitias gloriæ suæ in vasa misericordię, quæ præparauit in gloriam. Vbi ponderatione dignum est valde, quòd appellat Sanctos, vasa misericordiæ. Et ratio est, quia omne illud, quod hominem ad vitam æternam ducit, est propter diuinam misericordiam. Prædestinatio, vocatio, conseruatio, & reliqua alia media, vsque ad collationem gloriæ, omnia misericordia Dei proueniunt. Et ita idem Sanctus Apostolus alibi inquit: Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiā suam saluos nos fecit. Non vult hic sanctus Apostolus dicere, opera in gratia facta non esse meritoria gloriæ, sed, si eam homines merentur per misericordiam Dei est, per quam etiam gratia eis collata est, cum qua operantur. Et per eam facta est promissio, vt operantes ea tali præmio ipsa remunerarentur. Et hæc omnia diuitias gloriæ Dei sanctus Apostolus vocat. Et quoniam animæ hæc omnia dona in se, tanquam in vasibus recipiunt, ideo vasa misericordiæ electos appellat. Et subdidit: quæ præparauit in gloriam. Id est, per diuitias gloriæ suæ vasa illa misericordiæ ad gloriam præparauit, sumpta metaphora ex prę paratione vasorum. Nam sicut aurifex aurum examinans, & ab scoria mundans, & varijs instrumentis poliens, tandem vas pretiosissimum deducit: sic supernus artifex Deus varijs artificijs, & medijs disponit hominem, & tanquam vas apprime fabri catum polit, & ad suscipiendos pretiosos liquores, nempe eius diuina dona aptat. Et verbum hoc, præparauit, denotat curam,

Tit.3.

Simile.

studium

3 studium & Dei artificium, & diuersas vias, quas inquirit, vt nostram salutem operetur. Vnde Beatus Apostolus alibi fideles alloquens inquit: Dei ædificatio estis, Dei agricultura estis, denotans, quod, sicut illi, qui ædificant, aut terram colunt, maximas diligentias adhibent, & alia quam plurima operantur, quousque hæc perficiant: sic se habet Deus erga hominum salutem, qui maximo studio plurima operatur, quousq; perfecti sint, & sicut oportet. O Dei immensam bonitatē. Vtique his omnibus manifestat amorem, quē erga nos habet, & quanto studio salutem nostram operetur, & exoptet. Ad hæc postquam. B. Apostolus vasa misericordiæ iustos appellauit, addidit? Præparata à Deo, quos & vocauit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus, sicut in Osea dicit: Vocabo non plebem meam, *Osee.1.*
4 plebem meam, & non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam. Hic sanctus Propheta de vocatione efficaci loquitur, cum qua Deus mollificat corda, & ad se inclinat. Sanctus Ezechiel de se ipsis inquit: quod cum pronus in faciem suā *Ezech.2.*
cecidisset, venit vox de cœlo, quasi loquentis qui dixit ei: fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum. Et ingressus est in me spiritus, postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Vbi Diuus Gregorius ait: Iacentes vox Domini cō solatur, vt in opere surgamus, sed nostra virtute non surgimus sed spiritus nos implet & leuat, & supra pedes statuit. Vbi mysterij profunditas reuelatur: quod, scilicet, vocatione Dei etiam nouo, & peculiari spiritus sancti auxilio nobis opus est, vt vocationi & locutioni diuinæ pareamus. Vnde post, vocē quā S. Pro
5 pheta audiuit inquit. Et ingressus est in me spiritus. Vbi glossa interl.. Sine quo spiritu adiuuante stare non poteramus. Ideo S. *Psal.39.*
David ait: Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis & statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Ad hæc omnia maxime opus est hominidiuino auxilio. In illis verbis: quos vocauit, non solùm ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, electio gratuita & vocatio Dei manifestè ostenditur: siquidem ex tam innumeris Iudæis, & Gentilibus tantum vocauit quos ei placuit. Ait enim Apostolus: quos vocauit ex Iudæis, & gentibus. Ex his omnibus dilectissimi deducitur quanta obligatione nos Christiani adstringamur diuinæ misericordiæ gratos esse, quādoquidem tot Iudæos, & Gentiles in suis incredulitatibus

relin-

relinquens, nos in lucem eius sancti Euangelij traxit, & domo Sã 6
ctissimæ fidei affecit. Quibus ergò supplicijs digni erimus, si cũ
maxima fidelitate, amore, & studio huic tam liberali Domino,
& erga nos ita pio non obsequemur? O vtinam hæc consideratio assidue in vestris Christianis pectoribus versaretur.

In hodierno sacro Euangelio rectè apparet, quàm merito Diuus Paulus in his verbis vasa misericordiæ electos appellet. In eo namque agitur, quanta pietate, & misericordia Deus magnã peccatricẽ ad se traxit, conuertit, & iustificauit. Vnde ait: Quod cum Dominus in domo Pharisæi discubuisset, *Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix*, Ingressa est vbi Dominus erat, & stans retro se-
Simile. cus pedes eius lachrymis cœpit rigare pedes eius &c. Ceruus ve nenata sagitta vulneratus præ cordis angustijs fontem inquirit, & accedẽs in aquam se proijcit, & ibi euomit quod in stomacho 7
retinet, & statim moritur. Hoc modo Sãctus Dauid vulneratus
Psalm.41. erat cùm dicebat. Quẽadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sic etiam hæc sancta peccatrix vulnerata erat: nam verbum diuinum, & eius inspiratio, quæ sunt sagittæ acutissimæ cor eius vulnerauerunt. Vnde maxima anxietate Iesum Christum vitæ fontem quæsiuit; ad quem perueniens in eum se proiecit, vbi omnium suorum peccatorum venenũ euomuit, & ibi etiam mundo, pompis, & vanitatibus eius mortua est. Vtinam verba sonantia, efficacia plena, & instar sagittarum acuta mihi Deus donare dignaretur, quibus corda vestra dilectissimi nunc transfigerem, & hinc vulnerati discederetis, & eiusmodi cordis angustijs affecti, vt in nulla omni 8
no re mundi huius requiem haberetis, & ad fontem properantes,
ad pedes confessoris vicem Iesu Christi gerentis peccati venenum vomeretis, & lachrymis dissolueremini, vt sic omni malo mortui soli Deo (ad imitationem huius sanctæ peccatricis) viue-
Simile. retis. Sicut ex mari salso ascendunt vapores, & nubes fiunt, quæ in aquam dulcem, & terræ vtilem resoluuntur: sic è corde amaro, & tristi propter offensam Deo illatam suspiriorum, & gemituũ vapores ascendunt, & nubes exhalantur, & feruidæ orationes, quæ in suauem lachrymarũ pluuiam resoluũtur animæ ste-
Psalm.6. rili perquam vtilem & frugiferam: sicut Regio Dauidi contigit cum dixit: Lauabo per singulas noctes lectum meum. Vbi Diuus Hieronymus vertit ex Hebræo: Natare faciam lectum præ abun-

9 abundantia, videlicet, lachrymarũ, ita vt lauari possit in lachrymis. Quod propter exaggerationem dixit: Sunt lachrymæ, quę è corde contrito procedunt, ita efficaces, vt eis regno cælorum vis inferatur, & idem met Deus ab eis vincatur. Nam Dominus *Matth.2.* ait: Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et alibi idem Dominus inquit: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini *Matt.18.* sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. O Christe veritas infinita, qualiter hæ duæ sententiæ à tuo diuino ore prolatæ se compatiuntur? Si ad expugnandum, & rapiendum regnũ cælorum vi, & violentia opus est, quomodo homines id efficere poterunt, si conuersi fuerint, & efficiantur sicut paruuli? Dico hanc sententiam secundam priori non aduersari: quinimò manifestat & docet, quomodo vis & violentia illa regno cælorum debet in-
10 ferri: quæ debet esse instar paruulorum vim parentibus suis infe rentium. Quibus si parentes non concedunt quod ipsi postulãt, vagiunt, & lachrymis resoluũtur, quousq; illos vincunt, & compellunt, vt non solũ quod ab eis illi petunt, concedant; sed quòd etiam blanditijs & suauibus verbis illos leniant, & lachrymas ab eorum oculis abstergant, & dulces amplexus, & oscula eis dent. Benedicant te ó æterne Saluator omnes cæli Hierarchię, qui talem viam miseros filios Adæ docuisti, & talem modum adinueniisti, quo tam facilè ab eis vinci potes. O quãtum anima deuota Deum in amorem conciliat, quæ assiduis lachrymis effla gitans sic petit: O Domine, cælum terramque qui imples, nunquid Domine cor meum duntaxat vacuum relinques? Et siquidem lilia, & flores varijs coloribus vestis me solam nudam relin-
11 ques? Cibum animalibus, escam auiculis paras, viles vermiculos pascis, & me solam fame confectã relinques? Ne quæso tale amore tuo permittas.

Lachrymis cœpit rigare pedes eius. Quando accesserunt Angeli, vt *Gene.19.* ab incendio Sodomæ Loth eriperent pedes eis lauit, & quando bonum nuntium ad Abraham attulerunt de conceptu Isaac, & *Gene.18.* de remedio sterilitatis vxoris suæ, etiam Sara lauit pedes eorũ. Et siquidem magni consilij Angelus Iesus Christus filius Dei hanc mulierem à peiori incendio, & magis diro, quam Sodomæ incendium eripuit, nam illud corpora comburebat hoc autẽ spiritum, & siquidem eius animam sterilem curat, & eam fœcundam fertilem que reddit, æquum erit, vt suaui aqua pedes eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

lauet. *Videns autem Pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic* 12
si esset Propheta sciret vtiq; quæ & qualis esset mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. O terribilis calamitas & miseria, in qua ferè omnes immersi sumus. Nam cum oculos tam perspicuos habeamus, vt aliena peccata videamus, tam cæci sumus, vt nostra contemplemur. Vnde Regius Dauid postulabat, dicens: Obscurentur *Psal.68.* oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Hoc est: Excæca illos Domine, ne aliorum defectus ita acute videãt, sed potius seipsos cernant, & inclina eos versus se. Remedium optimum profectò esset, ne manifestos aliorum defectus perideremus vt nostros occultos intueremur. Sed heu dolor, quia tãtum abest, vt hoc faciamus, quinimò proprios defectus manifestos omittimus, & ad scrutandum proximorum corda nos confe rimus, arbitrãtes illos magnos peccatores esse, cũ non sint, quem 13
admodum hic Pharisæus fecit hanc mulierem iudicans. De qua Sanctus Euangelista inquit, quod erat in ciuitate peccatrix. Non dicit, est, quia tunc peccatrix iam non erat. At Pharisæus inique iudicans, ait: Quia peccatrix est, non dicit, erat; sed est. Quomodo ô Pharisæe peccatricem appellas eã, quam talia operantem vides? tales lachrymas fundentem, tam amare lugẽtem, & tam humiliter procidentem, & sic repentè immutatam veniã imprecantem? O cæce, & amens, quam deceptus viuis. Obsecro dilectissimi, ne in similem errorem incidatis. Nam postquã semel de aliquo iniquè sentitis, quamuis heroica illum facientem videatis, semper de eo male præsumitis.

Dominus autem vt verus Deus huius Pharisæi cogitationes penetrãs, ait illi: *Simõ habeo tibi aliquid dicere, &c vsq;, Intraui in do* 14
mum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, &c. Diuinus magister in hoc discursu significauit, quomodo Pharisæus, qui se iustum esse existimabat, & peccatis non ita grauatum se esse ac mulierem illam; sic non ita obligatum erga eundemmet Christum se sentiebat, nec proinde tantum illum diligebat, & ideò tanta siccitate illum receperat, & erga illius obsequium tam inurbane se gesserat. Cæterùm hęc mulier, cum maximam peccatricem se esse, & erga Dominum maxima obligatione adstrictam se agnoscerer, à quo suorum delictorum veniam sperabat: ideò multum illum dilexit, & his, quæ operata fuit huius debiti signum manifestũ dedit. Quod si Deus ita exprobrat obsequium, quod tepide sibi

præstatur;

15 præstatur, quid tecum faciet, ô dives epulo, auare, qui non solum Christi pauperes non subleuas, sed etiam fastidis? nec solum pedes eorum non lauas, nec amplexibus illos recipis, quinimò fame perire illos finis? O quam strictum te frater iudicium manet, nisi remedium adhibueris. Concludit Dominus dicens: *Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Et, sicut nonnulli exponunt, vt hæc sententia parabolæ cohæreat, illud, quoniam, non causam hic denotat, sed effectum. Id est: Dimittuntur ei peccata multa, ideòque dilexit multũ. Sic sumitur psal. 16. vbi S. Dauid inquit: Ego clamaui, quoniã exaudisti me, *Psal.16.* id est, ideò exaudisti me, quia clamaui. Non clamaui, quia exaudisti me, sed quia clamaui exaudisti me. Vnde in contextu Græco in hoc loco B. Lucæ est quædam dictio, quę significat, quam-
16 obrem, vel, quapropter, vel, ideòque.

Cui autem minus dimittitur, minus diligit. In hac sententia difficultas magna versatur. Nam sequitur ex ea, bonum latronem plus Deum diligere Sancto Ioanne Baptista, & sacratissima Virgine Maria ipsiusmet Dei matre: nam plus dimissum fuit latroni. Ad hoc respondeo, amorem quem erga aliquẽ habemus ex multis radicibus, & causis posse oriri. Hoc patet exẽplo: Demus q̃ chirurgus à lethali vulnere aliquẽ curet, & propriũ filiũ à parua digiti scissura. Postea hi duo, qui vulnerati fuerãt, contendũt verbis, vter eorũ plus diligat chirurgũ. Extraneus inquit: Ego plus te hũc chirurgũ diligo, quia me à crudeliori vulnere sanauit. Filiꝰ è contra respõdet: Quãuis verũ sit, vt hac via plus diligas, & patrem meum diligere maiori obligatione tenearis, quã ego, atta-
17 mẽ multo plura debita mihi sunt, & respectus quãplurimi, quibus illũ plus diligere astringor. Nã me genuit, educauit, aluit, & alijs quãplurimis beneficijs me affecit, & insuper, quia vulnus hoc meum curauit. Ecce hic chirurgus plus diligitur ab extraneo, quia lethale vulnus eius curauit: cæterum in quantum pater plus à filio diligitur. Similiter, qui maximi peccatores extiterunt, maiori obligatione tenentur Deum diligere, propterea quòd mortifera suorum peccatorum vulnera indulgendo eis sanauit. At sanctissima Virgo plus nimis dilexit illum, quia illam *Scot. 4. di*
præseruauit ne caderet, & alia quamplurima & ineffabilia be- *stin. 22. q.*
neficia illi contulit. Subtilissimus Scotus singularem expositio- *1. art. 3. li-*
nẽ horũ verborũ notat, scilicet, cui plus dimittitur, plus diligit. *tera O.*

Simile. Est quidã, verbi gratia, ab alta turri propè casurus. Adest alius, qui illũ tenet dicens: [*Agradeced me esta.*] Cui ille ait: Quã gratiã habebo? De casu. Nã etsi non cecidisti, si te nõ tenuissem vtique cecidisses. Similiter, quia omnia peccata, quæ aliqui homines committunt, poterant etiam alij committere, nisi diuina manu tenerentur: ideò maxima obligatione adstricti manent, Deum pro beneficio tam singulari diligere. Pro hoc Sanctus Dauid ingentes Deo gratias agebat, & maximo studio illi famulari pro-
Psal. 59. ponebat, dicens: Fortitudinem meã ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es. Deus meus misericordia eius præueniet me.
Socrates. Omnia bona quæ possidebat propter hoc beneficium à Deo acceptum in eius seruitio impendere volebat. De Socrate Philosopho dicitur, quod cum aliquando ab aliquo offenderetur, & maledictis impeteretur fur & adulter ab illo appellatus, & id eius 19 discipuli audirent molestè ferentes, & magistri iniuriam vindicare studerent, illis Philosophus ait: Sinite illum, vaticinatus est enim quid de me futurum esset, nisi philosophia me seruasset. In quo significauit, quod peccata illa, & alia quamplurima commisisset, nisi philosophia, quam didicerat illum non adiuuisset, vt passiones suas deuinceret. Quod ergo Socrates philosophiæ dedit nos potiori iure, & verius infinitæ Dei misericordiæ debemus tribuere.

Concludens Dominus sermonem cum Pharisæo ad peccatricem, quæ pedibus eius prouoluta erat conuersus ait: *Remittuntur tibi peccata tua.* O verbum dulce, ô nuntium fœliciſsimum, ô Iesu pijsime, fac me Domine verbum hoc ab ore tuo diuino audire. Regna sibi reges habeant, mundi optimates suos status pos- 20 sideant [*Mucho en hora buena*] & audiam ego ab ore tuo: Remittuntur tibi peccata tua. Hoc mihi diuitiæ, hoc mihi regna, & imperia, hoc duntaxat omnibus sæculi monarchis præstabo. O fœlix mulier, quæ tale verbum audire meruisti, quod initium fuit aliorum magnæ consolationis, quæ postea ei dixit. Quadruplicem ignorantiam in hac vita habemus, quæ nos torquet, & angit. Prima est, quòd nullus scit, an peccatorum suorum veniam impetrauerit. Secunda, an in statu gratiæ sit. Tertia, vtrùm obsequia Deo grata & accepta exhibeat. Quarta, quis eius finis sit. De his omnibus hanc mulierem Dominus certiorem fecit. De prima dicens: *Remittuntur tibi peccata tua.* De secunda dicens: *Fides tua te*

saluam

21 *saluam fecit, vade in pace.* De tertia quando Pharisæo dixit: *Lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos, & vnguento vnxit pedes meos.* Hæc omnia specificauit, denotans sibi grata illa esse. De quarta, cùm dixit: Maria *Luc. 10.* optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Et cum hanc quadruplicem securitatem ab ore summæ veritatis haberet, triginta annis in horrida solitudine vixit. Et tu miser peccator, qui ignoras, vtrùm peccata tua tibi dimissa sint, vix ieiunij diem sustinere potes, vel leuem laborem tolerare, & causaris te debilem & delicatum esse. Quis magis tener & delicatus, quam Maria Magdalena in voluptatibus & illecebris educata? O iners verecundare, & vires assume, respira, & siquidem peccatricem in peccatis sequutus es, sequere pœnitentem in pœnitentia, & do-
22 lore. Attende, vt quolibet instanti te vocet Deus. Finge illum te alloqui, & animæ tuæ dicere, quod in Canticis sponsæ: Reuer- *Cant. 6.* tere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Diuus Hieronymus in tractatu, quem de nominibus Hebraicis composuit, inquit: Sunamitidem miserabilem, & captiuam significare. O *D. Hiero. de nomi.* quam bene nomen hoc animæ tuæ quadrat, siquidem tam mi- *Hebræis.* sera, & captiua in peccatis, quæ commisit, iacet. Et est valdè notandum, quomodo tam breui eloquio hanc miseram animam edoceat, moneatque, vt ad illum conuertatur. Nam certum est longius, & præcipuum iter in conuersione peccatoris esse reuersum ab eo, quod est, quando est in peccato ad illud, quod Deus illum esse vult, & hoc nobis intimat dum quater repetit; Reuertere. Nam si primo illum non audierimus, eo quòd in malis im-
23 mersi, & consepulti sumus, saltim alijs tribus vicibus illum audiamus. Et quod à nobis postulat, est, vt siquidem ob miseriam nostram illum non aspicimus, collocemus nos vbi ille nos intueatur. Et ideò inquit: Reuertere, vt intueamur te. O dulciſsime animarum sponse Iesu Christe fili Dei, quanti nostra interest, vt intuearis nos. Tam potentes enim sunt oculi tui, vt si nos aspicias salus nostra certa sit. Quia si natiuum est Soli, locum, in quem reflexionem facit, calefacere, & gelu pruinasque liquefacere; magis proprium tibi erit animam, in qua oculos tuos collocaueris, mollificare, & amoris calorem intensum ei donare. Ergo ô anima te colloca, vbi hi diuini oculi te aspiciant. Nam postquam in peccatum incideris, tibi surgere impossibile erit,

simile. nisi prius hic cælestis sponsus te intueatur. Si imago, quæ in spe 24
culo apparet versus terram inclinetur, quia qui illam efficit, se
inclinauit; nusquam imago illa resurget, quousque ille, cuius
imago est, se erigat, & oculos in ea collocet. Similiter anima, quę
imago Dei est, si per peccatum cadit, nequit resurgere, quousque Deus oculis suæ misericordiæ illam respiciat, illuminet, mo
ueatque, vt peccatum detestetur, & eius amore flagret. Et collocare se vbi Deus illum intueatur est se disponere, & ex parte sua
aliquam diligentiam adhibere. Non existimet peccator Deum
ipsam gratiam per vim in os eius esse immissurum: sed necessarium est, vt peccator concurrat faciendo quod in se est. Sicut nauigationi ventum prosperum Deus dat, at soluere nauim, tollere
anchoras, & dare vela ventis, hoc ad nautas pertinet: similiter in
hac spirituali nauigatione Deus inspirat, fauet, excitat, & mo- 25
uet. At tibi peccator conuenit occasiones tollere, voluntatis vela pandere, dolore, affectione, & amore, & hoc modo diuini spiritus flatus recipiens, anima viuificatur gratia Dei, cum qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amē.

De Festo Diuæ Magdalenæ tres conciones reperies Feria quinta post quintam Dominicam quadragesimæ, in quadragesimali volumine.

26

IN

1 # IN FESTO SANcti Iacobi Concio Prima.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis adorans, & petens aliquid ab eo. Matth. 20.

SÆPE diuina prouidentia ordinat, vt vbi sancti pallium suũ amiserunt, ibi illud reperiãt, & luctentur: hoc est, vt vbi ignominia affecti fuerũt, postea ibidẽ honorificẽtur. Locus, in quo D.
2 Iacobus maiori ignominia fuit affectus, Hispania fuit. Ne existimetis gloriã, & honorẽ cõcionatoris in hoc cõsistere, videlicet, vt turba multa eos sequatur, & eorũ cõciones summis laudib⁹ ab omnib⁹ efferãtur. Nõ vtiq; hęc ei⁹ fœlicitas est, sed, vt ex eius doctrina vberrimus fructus percipiatur. Quã maxima ignominia seru⁹ Dei cõcionator afficitur, qui postquã per plurimum temporis spatiũ in aliqua prouincia verbũ Dei cum ingẽti labore seminauerit, tãdem parũ, aut nihil fructus inde percipiat. Quãta contumelia sancto Ezechieli fuit, quod illi De⁹ dixit: Filij populi tui, qui loquũtur de te iuxta muros, & in ostijs domorũ, & dicũt vnus ad alterũ: Venite, & audiãmus quis sit sermo egrediẽs à Dño, & veniũt ad te, & audiũt sermones tuos, & nõ faciũt eos, quia in canticũ oris sui vertũt illos. *Ezech. 33.*
3 Hoc te verà hodie cõtingit. Post concionẽ enim in vestris sermonibus, & colloquijs dicitis: Nũquid similẽ huic cõcionatorẽ vidistis? profectò mira loquitur. Nũquam sic loquutus est homo. At verò ex eius concione nullum omnino fructũ percipitis, in quo magna contumelia illũ afficitis. De hoc D. Paul. conquerebatur dicẽs: Vellem autẽ esse apud vos modo & mutare vocẽ, quoniã cõfundor in vobis. Id est, confusus & ignominia affectus sum, vt postquam tot conciones vobis prædicaui, tam parum fructus ex vobis perceperim. Et de illis, qui ex eius doctrina fructum capiebant, Sanctus Apostolus confitetur maxima lætitia affici, & consolatione nimia, & honoris coronam super caput eius ob hoc poni. Vnde ad Philippenses ait: Fratres mei dilectissimi, & *Gal. 3.* *Philip. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

desideratissimi, gaudium meum & corona mea, sic state in Do- 4
mino charissimi, modestia vestra nota sit omnibus hominibus,
Dominus enim propè est.

Gloriosus Apostolus Sanctus Iacobus in Hispania plures conciones prædicauit, & tales, quales hominem Spiritu sancto plenum decebant, attamen modicum fructum in ea fecit, quod secus illi euenit in alijs prouincijs, & locis, in quibus prædicauit. Nam Sancta Ecclesia de eo canit: Prædicante Apostolo iugiter, multitudo conuersa est populorum, dicentium, peccauimus, & impie gessimus. Propterea dico hunc Sanctum Apostolum apud nos ignominia maxima affectum fuisse. Et hic, vbi tanta contumelia fuit affectus, nunc est in maximo honore, & festum hodiernum glorioſumque eius martyrium, magna populorum lætitia spirituali & corporali celebratur: & in hac so- 5
lenni festiuitate hoc sacrum Euangelium canitur, quod sic incipit: *Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi, adorans & petens aliquid ab eo.* In his verbis latus patet campus, & sufficiens materia lachrymarum, & doloris se se offert, si consideremus cum quanta humilitate, & reuerentia, quando hominibus egemus, ab eis petimus nobis succurri, & è contra quàm modica humilitate, & reuerentia ad Deum accedimus, vt remedium nostris necessitatibus imprecemur, cũ Dominus maiestatis infinitæ sit, cui summus honor & reuerentia debetur, & cuius ope ita indigemus.

Simile. Vitis, & hedera cum plantæ debiles sint, surgere nequeunt, nisi adiumento arboris, & magistra natura suggessit eis vincula, & neruos, quibus naturaliter arboribus iunguntur, & ligantur, vt vires sumant, & creseant. Similiter homines tam miserabiles sumus, & versus terram ita propensi, quòd ad hoc, vt ascendamus 6
arbori vitæ Iesu Christo debemus inniti, & nerui vinculaque, cum quibus ei ligati, & hærere debemus, sunt orationes, & suspiria, & pij affectus. Si enim anima in tristitia, & amaritudine iacet, aut in quauis alia necessitate surgere nequit, absq; eo, quòd his vinculis huic cælesti arbori ligetur, & cohæreat. Vnde Prophe-
Ion. 2. ta Ionas inquit: Cùm angustiaretur in me anima mea Domini recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum. Et Anna Elcanæ vxor, postquam maxima deuo-
1. Reg. 1. tione orauit in domo Domini vultus illius non sunt amplius in diuersa mutati. Et hoc non tantum, quia sperabat se Dominum concessu-

7 concessurum quod ab eo ipsa postulauerat, verum etiam, quia eius diuina celsitudo post orationem quandam quietem, & tranquillitatem solet cordi communicare. Quapropter tanquam magnum beneficium per Zachariam promisit, dicens: Effundam *Zacha. 12.*
super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem spiritũ gratiæ, & precum. Ex quo apparet, quòd orandi spiritus, cum quo cætera dona à Deo postulamus non potest non inter eius dona præcipua enumerari. Cum ergo hoc tanta sit, nempe ad hæsione, & fauore diuino maximopere nos egere, & assiduè ab eo debere postulare: confusio magna est, vt id tam minima humilitate, & reuerentia ab eo petamus. Quomodo non confunderis, ô homo & verecundia adimpleris, vt si necessitate compulsus ad aliquem hominem te confers, vt tibi opem ferat, mille
8 genuflexionibus, & totidem adorationibus & vrbanitatibus id ab eo depostcis, & in domum Dei orationis domum veniens, quæ est Ecclesia, vt ab eo quæ plurimum te decent postules, vix coram diuina eius celsitudine te humilies, vix prodidere, aut deuote genu flectere scias, sed vno duntaxat genuflexo oculos in ea, quæ non decent intentos habens, & con varijs cogitationibus diuisum, ore tantũ profers: Pater noster, qui es in cælis. O amens & cæca, cum hac reuerentia loqueris, & ab illo magno Deo sic petis, ante cuius diuinum conspectum omnes cælestes potestates procumbunt? De hoc cælesti Domino prædixit Sanctus Dauid: Corã illo procident Æthiopes, & inimici eius terrã *psal. 71.*
lingent. Id est: Coram illo inimici eius terram osculabuntur, postquam ad eius diuinam obedientiam fuerint conuersi. Hoc
9 modo dilectissimi, humiliter procumbentes Deum orare & adorare debetis. Et est valde notandum, quòd in eodem psalmo, vbi nos legimus: Et adorabunt de ipso semper: (de ipso, scilicet, munere virtutum: nam à Deo recipit homo dona, quibus illum adorare potest, sicut decet:) alia translatio habet; Orabunt de ipso semper: & sic legit Beatus Augustinus. In quibus verbis duo significantur. Alterum est orationem ita Deo gratam esse, quòd loco adorationis eam acceptat, quæ est maxima ponderatio. Nã vnum ex præcipuis obsequijs, quæ Deo in hoc mundo fiunt, est adoratione latriæ illum colere: & adeò eum delectat dona hominibus impertire, & homines ab eo petere, vt ipsam orationem adoratione appellen. Secundum, quod ibi denotatur, est, quòd ã

& perfectam orationem adorationem debere comitari. Ideo
10 que quod vna translatio orationem, alia adorationem vocat. Ac
cessit ergo hæc sancta mulier & procidens ait. *Dic vt sedeant hi duo
filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram.* Quare pia mater
dexteram filio magis dilecto non petis? Prudenter quidem egit
fauorem illum non in particulari, sed in communi deposcens.
In hoc vellem, vt parentes hanc sanctam fœminam imitarentur,
vt pacem sic in domibus suis conseruent, ne vnum filium plus
quam alios diligere significarent, nec in re familiari diuidenda
alij alijs præponerentur, aut magis ditarentur, dummodo probi
& obedientes omnes existant: nam ex contrario magnæ discor-
diæ oriri solent. Attendite inuidias, & iurgia, quæ inter filios Ia-
cob obortâ sunt propter singularem fauorem, quem vir sanctus
Ioseph præ alijs fratribus ostendit. Vnde in Genesi dicitur:
Gene. 37. Israel diligebat Ioseph super omnes filios, fecitque ei tunicam
polymitam. Videntes autem fratres eius, quòd à patre plus cun-
ctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pa-
cifice loqui. Quapropter sanctus vir deinceps [*Como escarmenta-
do*] quando mortis suæ tempore testamentum ordinauit, ad-
uocans filios suos, & vnicuique tribui eorum futura prænun-
Gene. 49. cians, singulos alloquens cum ad Iudam deuenisset dixit ei: Nõ
auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec ve-
niat qui mittendus est. Noluit Sanctus senex verbis manifestis
dicere de tribu Iuda reges descensuros, sed obscure, & verborũ
ambagibus id pronuntiauit, ne occasionem alijs fratribus daret,
vt in fratrem suum Iudam indignarentur, sicut in fratrem Io-
seph fecerunt. Similiter hæc mulier hos fauores, & sedes in gene
12 rali deposcit, neutri dexteram seu sinistram assignans, ne discor-
diæ occasionem inter illos excitaret.

Respondens autem Iesus dixit: Nescitis quid petatis. O quot hodie
hæc dici possent, qui afflictione & anxietate maxima viuunt, vt
filijs suis dignitates & sedes obtineant. In vita Neronis legitur
Agrippinam Neronis ipsius matrem plurimũ optasse, vt filius
suus Imperij sedem impetraret, & quendam Astrologum vatici
natum fuisse ei, & si filius eius imperij sedem obtineret, futurum
erat, vt propriã matrẽ interficeret; illamq; Astrologo respondis
se fertur. Obtineat filius meus Imperiũ, & matrẽ suã interficiat.
Nec proinde à suo cœpto destitit, quinimo magnã diligentiã ad
hibuit,

13 hibuit, vt filius suus Imperiũ impetraret, quã deniq; matrẽ, post
quam Imperator creatus fuit, publice pugionũ ictibus necari fe
cit. O ingentẽ amentiã! Ecce quem finẽ habeat filios in magnis
dignitatibus cum ambitu collocare. Et quanuis in hac vita pro-
pter ipsos pugionis ictibus non intereatis, æternaliter tamen
in futura vita puniemini. At filiorũ vestrorũ amor, ita vos excæ
catos habet, & nihil horũ curatis, dũmodo quod optatis ipsi ob
tineant. In Genesi habetur, & cum Rebecca consuleret filio suo *Gene.* 27.
Iacob, vt benedictionẽ à fratre suo Esau fraudulenter surriperet,
timeret autẽ Iacob, ne si factũ Patri eius innotesceret loco bene
dictionis illũ malediceret, illa respondit: In me sit ista maledi-
ctio fili mi, tantum audi vocẽ meam. Ita nonnulli vestrum, quan
uis non verbis, attamen operibus idem omnino facitis. Nam illi
14 citæ negotiationes, & inuentiones diabolicæ, quas adhibetis, vt
filij vestri sedes officia, & dignitates in hoc seculo obtineant, idẽ
est ac si diceretis: filius meus Canonicatum obtineat, & ego in
infernum abeam. O stupendam abominationem. O Domine,
& luminum pater, illumina hos, vt à tanto malo resipiscant, &
cito remedium adhibeant.

Sed notandum est, quòd sola matre postulante filijs eius Do
minus respondit dicens: *Nescitis quid petatis.* Nam illi matri sug-
gesserant, vt id postularet. Quod quidem vobis omnibus qui ad
hæc & similia aspiratis dici poterat. Dicite, si cui viginti auri so-
lidi talenta [*O veynte arrobas*] offerrentur, hac tamen conditione,
vt quatuor millia passuum illa super humeros asportaret, nun-
quid illud auri pondus sibi tolleret? Minime. Nam quid mi-
15 hi prodest aurum (diceret ille) cum quo crepere, & male peri-
re debeo? (*Pues como*) bonum corporale propter onus corpo-
ris abijcitis & non abijcietis mille aureos præbendæ, & reddi-
tus, propter magnum pondus spirituale, quod animæ affert?
Nunquid æquum non est, sicut & corporis, ità & animæ mi-
sereri: Gemit bestia, & incuruat se quando onere maximo
premitur: at miseri homines gaudio maximo afficiuntur, &
lætantur quando maximis munerum oneribus premun-
tur. O bestiæ, & illis peiores, siquidem bestiæ oneribus op-
pressæ gemunt, & vos oneribus gaudetis. Optime sapiens *Pron* 3.
ait: Stultorum exultatio in ignominia. Et quod peius est ne-
mo est, qui quantumuis minus idoneus existat non tamen

maxime

maximè sufficientem, & idoneum se existimet. Nam quis est 16
cui si Rex dicat: Accipe episcopatum, renuat dicēs: Domine in-
dignus sum, & vires meæ non suppetunt ad hoc munus exercē-
dum? Pauci profectò sunt qui se excusent, & munus illud repel
lant. Dicite homini, vt è panni segmēto, aut frusto tunicā faciat,
statim se excusat, dicens: Nescio, quòd si scindam, pannū perdā.
Alteri dicetis, vt è frusto corij calceos faciat, si nescit similiter se
excusat, & se nescire fatetur: non verecundamini dicere, tunicā
siue corium scindere nescire. Et verecundamini dicere minus
idoneos vos esse ad præsulatum suscipiendum, & tot animas
perdere (cum sint tam pretiosæ) non veremini? Et cum eas re-
D. Grego. gere res tam difficilis sit, vt Diuus Gregorius in principio sui
Pastoralis ait: Ars artium est regimen animarum. O miseras ani
mas, quoniam cum Deus tanti vos æstimet, vt vitam suam pro 17
vobis dederit modo minoris estis, quam frustum panni, aut co-
rij. In eodem Pastorali Sanctus Doctor inquit. Pollens virtu-
tibus inuitus, & coactus accedat ad regimen animarum: & ita re-
Iud. 9. uera faciunt virtutibus pleni. Quod significauit Spiritus san-
ctus in illa parabola Iud. 9. vbi dicitur: Ierunt ligna, vt vngerent
super se Regem. Oliua autem noluit regiam tenere, neque pro-
moueri, nec siculnea, nec vitis: at sceptrum suscepit rhamnus,
quæ arbor est species rubi nodosa, & spinis plena, quamuis in
principio suauis & tractabilis videatur. Per cæteras arbores iu-
sti intelliguntur, qui ne virtutis suæ pinguedinem relinquant,
timent dignitates suscipere, & suscipit eas ambitiosus quidam,
qui in principio instar rubi mollis est, & fingit se humanum, tra
ctabilem, & omnium amicum, omnium subditum esse: at post- 18
quam ad gradum, ad quem anhelabat, promotum se cernit, fit
asper, rigidus, acerbus, inhumanus, tyrannus & crudelis, qui
pungit, & insuper excoriat oues. Ideòque, *Nescitis quid petatis.* Si
1. Tim. 3. quis dicat Diuum Paulum dicere: Si quis episcopatum desi-
derat, bonum opus desiderat: si ergo bonum est illum desidera-
ri, iure optimo, & postulari, & inquiri poterit? Ad hoc respon-
deo, quòd desiderare quod bonum est in prælato, & in præsula-
tu hoc bonum est desiderare. Et hoc Sanctus Apostolus si-
gnificare voluit, quasi diceret: Ille qui idoneitatem, & suffi-
cientiam ad munus optime exercendum, nempe virtutes inqui
rit, & optat, bonum opus desiderat. Et quòd Sanctus Apostolus
hoc

19 hoc voluerit dicere, statim declarat rationem statuens, ob quam
bonum opus desiderat, dicens: Oportet enim Episcopum irre-
prehensibilem esse, sobrium, ornatum, prudentē, pudicum, ho-
spitalem, doctorem, nō vinolentum, non percussorem, sed mo-
destum, non litigiosum, nō cupidum. Hæc omnia desiderare est
bonum opus desiderare. Notandum etiam hic est, quòd si hæc
pia mulier reprehensibilis fuit, quia sedem singulam, duntaxat
singulis filiorum petebat, quid erit de illo, qui non dignitatem
vnam, non munus vnum tātum, verum etiam plura acceptat, &
suscipit, & insatiabili ambitione, & superbia ad illa aspirat? O
diabolicam audaciam, quòd audeat homo tam incompatibilia
appetere? Eques vnā lanceam bene vibrare poterit, at verò tres, *Simile.*
siue quatuor in manu habens, quomodo illis ludere poterit? Scri
20 ba vnico dunta- at calamo graphicè scribit: at verò duobus, aut
tribus simul scripturam obliniet. Vnde manifestè ostenditur,
quantum damnum rebuspublicis & regnis principes inferant,
qui plures magistratus, & officia vni tantum commendant, &
quam terribilis superbia & ambitio illorum est, qui huiusmodi
munera suscipiūt. De quibus illud, quod Sanctus Dauid præci- *Psal. 138.*
nit dici potest: Accipient in vanitate ciuitates suas. Nam hos va-
nitas mouet, vt onera tam grauia, & periculosa super humeros
suos tollant. Et alij transtulerunt ex Hebræo: Ciuitates tuas, &
sic est in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica. Et Bea-
tus Hilarius intelligit ciuitates Dei: in quo significatur, ciuita-
tes, dignitates, & possessiones, quæ mali acquirunt, aut hæredi-
tant Dei esse, & de illis strictam rationem reddituros esse.

21 *Nescitis quid petatis.* Petere in hoc mūdo summa dementia est,
id quod damnationē vobis afferat, & postquam adeptum fuerit
munus, aut potestas de ea gloriari, sicut infœlix ille Pilatus, qui
Domino ait: Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & di- *Ioan. 19.*
mittere te? O te miserum, & infœlicem, bonum profectò tibi es-
set, talem potestatem nunquam habuisse, siquidem tam horren
dum peccatum cum illa commisisti. O quantis præstitisset po-
tius in triremibus remigasse, aut porcos in agro custodisse, frigo-
re, fame, & nuditate, quam ad summos dignitatum gradus aspi-
rasse, cum quibus magnas contra Deum offensas incurrerunt,
sicut Pilatus. Etiam in his desiderijs horum Sanctorum manife-
statur, quomodo nusquā homines rebus huius sæculi saturātur:
siquidem

siquidem pauperculi, quos Deus è puluere suscitauit, & in tam 22
sublimem statum prouexit, vt ipsimet dicerent: Etiam dæmo-
Luc. 10. nia subijciuntur nobis his non satisfacti, petunt modo præci-
puas sedes in regno Dei. Ergo filij Adã, vsquequo graui corde, vt
quid diligitis vanitatem, & quæritis mẽdacium? Qui postquam
ingenti labore obtinetis quod intendebatis, tandem omnia con
fusionem animabus vestris esse inuenitis. Pueri post papiliones
Simile. id est, [*mariposas*] auidi currunt, vt eos capiant, & passim offen-
dunt, hic, & illic procidunt: & postquam illos apprehendunt nĩ
hil aliud in manu reperiunt, quam vermiculum & puluisculum
deargentatum. Similiter hi bonorum temporalium cupidi, hic
offendunt mendacijs, illic dolis: hic deierant: illic furantur, &
denique lassati ad ostium mortis nihil aliud, nisi vermiculum, 23
qui est remorsus conscientiæ inueniunt: & tunc plane intuen-
tur, quòd omne illud, quod ambiebant, & affectabant puluis
erat: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
O Christe lux vera, quæ illuminas omnem hominem venien-
tem in hunc mundum, illumina nos Domine te deprecamur, &
loquere intime cordibus nostris, & dicito. *Nescitis quid petatis.* Di
lectissimi mei, quare non discimus, videntes, quod nullus in hac
vita sua sorte contentus sit, quin imo omnes magis ac magis as-
cendere satagunt: non tantum vt res, quæ tam parùm cor adim-
plent contemnamus, verum etiam vt hanc famem & sitim insa-
tiabilem habeamus crescendi in virtute, & sanctitate. O nos fœ-
lices, terque quaterque beatos, si in alieno capite experimẽtum
sumeremus, & ex malis aliorum hoc bonum deduceremus. Hoc
Psal. 118. desiderio flagrabat Sanctus Dauid cum dicebat: Concupiuit ani 24
ma mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Hoc
est: Nusquam Domine saturatus sum desiderare mandata tua
D. Amb. nimis obseruare. Sanctus Ambrosius super hunc versum ait: Ve
rum iustitiæ, & sanctitatis desiderium non existimare præter il-
lud quod odio habet diuinam celsitudinem offendere: & omne
quod huius occasio est. Et ita mihi videtur carmen præcedens,
scilicet, incola ego sum in terra, non abscondas à me manda-
ta tua, desiderij huius effectum esse. Quasi diceret: Nam ex
maximo desiderio, quo teneor ne diuinam celsitudinem of-
fendam (*De no desconfentara Dios*) ex hoc inquam huius vitæ in
colatum, tanquam exilium, & peregrinationem reputo. Vn-

de

25 de videtur carmen illud, Concupiuit anima mea desiderare iu-
stificationes tuas in omni tempore, rationem esse, quam San-
ctus Propheta reddit, ob quam se exulem in hac vita esse putat.
Et etiam Sanctus Isaias scribit canticũ, quod iusti canunt benefi *Isai.* 26.
ciorum Dei memores, & desiderio flagrantes, huic liberalissi-
mo Domino fidelissimè seruiendi, & gratiam referendi his
verbis: In die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda. Vrbs
fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea, murus, & ante
murale. Et paulo inferius addit: Nomen tuum, & memoria-
le tuum in desiderio animæ. Hoc est: Dum iusti memoran-
tur Dei, & beneficiorum eius, desiderium maximum oritur in
eis, illi vsque quaque seruiendi. Vnde subdidit: Anima mea de-
siderauit te in nocte, sed spiritu meo in præcordijs meis, de
26 mane vigilabo ad te. O vehementissima verba, ardentissi-
ma iustorum desideria manifestantia. & quomodo die noctu
que â diuinis laudibus, & obsequijs non cessant, & illum sum-
mis efferre encomijs nõ desistunt, qui est vrbis fortitudinis, &
refugij eorum, & murus, & antemurale ad protegendum eos à
dæmonis, mundi, & carnis potentia. O vtinam hæc feruidissi
ma desideria semper in cordibus nostris regnarent, vtique sitim
rerum terrenarum extinguerent.

Cum ergo Dominus discipulis non assentiretur, sed quas ab
eo sedes postulabãt eis denegaret, interrogauit eos: *Potestis bibere
calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei, possumus.* In quibus ver-
bis ostenditur cor, & spiritus, quem honoris cupidus habet ad
dignitates, & honores obtinendos. Nam cuncta facilia ei viden-
tur: triginta calices amaritudinis ille bibet propter minimi ho-
27 noris respectum. Omnia suffert dummodo pluris æstimetur.
Ait illis: calicem quidem meum bibetis. Hic liberalissimus Domi-
nus plus illis concesit, quàm ab eo postulauerant. Nam si tem-
poralem honorem quærebant, & sine meritis promittit eis fauo-
rem, & gratiam ad bibendum patienter martyrij calicem, vt ho-
norẽ, & gloriã æternã possent mereri, sicut optime Theophy-
lactus põderat, & siquidẽ glorioſius est, per merita corona frui
sicut probat Scotus in 3. sent. sequitur manifeste hoc, quod illis *Scotus.* 3.
hic Dominus concesit altissimũ Dei beneficiũ esse. Et est val de *d.* 13. &
ponderandũ, quod eis dicit: *Calicem meum bibetis.* Calicem suũ ap 18.
pellat labores, quos hic iusti propter ipsum patiũtur. Nã suũ est

vnicui-

vnicuiq́ue illos diuidere, ſicut oportet, & ei expedire videtur. 28
Pſal. 74. Et ita Regius Dauid ait: Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamen fæx eius nõ eſt exinanita; bibent omnes peccatores terræ. O quanti ęſtimare deberemus hunc tribulationis calicem, quandoquidem in manu Dei eſt, & quoties nobis impertitur, ab eius potenti manu prouenit. Quando aliquid in manu veſtra habetis liberè poteſtis ex eo facere quod vobis placuerit. At ſi tribulationis calix eſt in manu Domini, & ille vobis propinat ex illo, quomodo, & quando ei placet, vel inuiti ex eo debetis bibere. Ideò libẽter bibite, vt vobis proſit: nam, id eſt, quod vos magis oportet. Dicetis vicina mea inuenit virum iuxta cor ſuum, cum quo vitam tranquillam, & lætam ducit, ego verò maritum habeo [*Que me haze ver las eſtrellas al medio dia.*] Non mirum, quia calix in manu Do- 29
mini. Deus illi virum illum, tibi autem hunc dedit, quia ſic vtriq́ue expedire, Domino viſum eſt. Deus etiam alium pauperem & ægrotum eſſe permittit, alium verò diuitem, & proſpera valetudine fruentem, quia ſalutẽ vtriuſq́ue ſic decebat. Et hoc eſt, quod Regius Dauid hic ait: Hunc humiliat, & hũc exaltat, quia calix in manu Domini. Sed dicit præterea, calicẽ vini puri eſſe, & calicem etiam vini lymphati, his verbis: Vini meri, plenus mixto, id eſt, calix in manu Domini vini meri, & calix in manu Domini plenus mixto. Calicem purum & merum ſolus Chriſtus Redemptor noſter bibit: nam labores bibit, perferens eos in carne eius precioſa, abſq́ue mixtura conſolationis. Et hoc eſt, quod in cruce ſignificauit cum clamans, dixit: Deus, vt quid dereliquiſti me? Nam taliter diuinitas humanitatem deſeruit ab il- 30
la ſe non ſeparans, quòd reliquit illam carnem ſanctiſsimã tam purè pati, & ſine admixtione ſolatij, tanquam ſi illi vnita non eſſet. At iuſti calicem Domini bibunt, quamplurimis conſolationibus, & auxilijs diuinis admixtum, & cum vi & fortitudine, quæ ex calice mero Domini illis prouenit, quia inclinauit ex
D. Hilar. hoc in hoc. Vnde Sanctus Hilarius inquit, quòd cùm Dominus orauit ad Patrem dicens: Tranſeat à me calix iſte, poſtulabat in hoc, vt merita paſſionis ſuæ ad fideles tranſirent, ad hoc, vt pa-
Simile. tienter calices ſuos biberent. Quemadmodum, cum quis potionem ſumpſit ne illam euomat pulſi eius aceto tinguntur, aut malum citreum mordet, vt ſtomachus quieſcat: ſimiliter, vt cor tranquillum,

31 tranquillũ, & quietũ in laboribus habeatis, ne per impatientiam illos euomatis, ſiquidẽ ſalutifera potio animæ ſunt, acetum, quo aſpergi, & malũ citreũ, quod mordere debetis eſt dominicę paſſionis conſideratio. Nec ad hoc tantũ, verum etiã ad cuiuſcunq́; exercitij ſancti executionẽ vtilis eſt. Vnde Sanctus Dauid, poſt *Pſalm. 115.* quã dixit: Caliçem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo, addidit: Vota mea domino reddã corã omni populo eius. Vota, quæ quilibet Chriſtianus in fonte baptiſmatis fecit, ſunt noſtrũ diuinũ Redemptorem Ieſum Chriſtũ imitari, & dæmoni, mundo, & põpis eius renuntiare. Ad quæ vota obſeruanda maximũ & peculiare auxiliũ eſt memoria paſſionis eius ſacratiſſimæ. Et ideo inquit, vota ſe eſſe redditurũ, poſtquã calicẽ accepiſſet. Et in hoc quod dixit, Fęx eius non eſt exinanita, merita
32 eius ſacratiſsimæ paſſionis ſignificãtur, quæ nunquã euacuabuntur. Ita Diuus Auguſtinus hunc locũ explicat ſuper illa verba *Pſalm. 68.* pſalmi: Infixus ſum in limo profundi. Et quia merita eius euacuari non poſſunt, bibent omnes peccatores terræ. Si enim illi voluerint omnibus ſatis eſt. Omnes peccatores terræ inquit: nã peccatores inferni iam de hoc calice bibere nequeunt. Quid inferni peccatores darent, vt libertatẽ haberent ad bibendũ ex hoc calice, ſicut peccatores terræ habent? Eia peccatores terrę, ne hãc bonã opportunitatem, prætcrire ſinatis: bibite nũc calicẽ, quem dominus meritorũ eius auxilijs mixtũ propinat. Accipite illũ æquo animo, cũ vera peccatorũ cõtritione, & erit ſatisfactio pro pœnis, quibus propter illa digni eratis. Attendite, quod ſi ſemel è mundo diſceditis nuſquam tanto bono vobis vti licebit. Dicẽs
33 Dominus diſcipulis ſuis, quos tam ſingulari amore proſequebatur, dũ ſedes petebant: calicẽ quidẽ meum bibetis maximam nobis timẽdi præbet occaſionem, ſiquidẽ ipſe & eius diſcipuli hũc amaritudinis calicẽ biberunt ſi forte ex ſuis ſumus, quandoquidem labores nobis non aduenium, imo in voluptatibus, & illecebris vitã agimus. Si Rex quidam potẽs eius ſeruo diceret: Procedamus ambo ad bellum, tu autem equum aſcẽde, ego autem pe- *Simile.* des incedam; tu autem victum opiparũ, & abundantiſsimũ tecũ feres: ego vero fame confectus, & mendicus abibo: cui ſubditus: Nunquid Domine ego equitando, & ſatur, tu vero pedes, & fame confectus ibis? minime patiar, at ſi rex inſtaret dicens: ita fieri oportere, & vel inuitum illum cogeret, vt obtẽperaret, profe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cto hæc obedientia rigida ei esset. Cum quanto dolore, & cordis 34
amaritudine ille equitando, & satur incederet videns Dominum suum peditem lassatum, & famelicum iter facientem? O vtinã dilectissimi hac saltim consideratione cognoscereris quanto dolore, & tristitia affici nos æquum erat, cum videamus vitam nostram prosperè, quiete, honorifice, pompaticè, & voluptuosè pertransiri, & quod iter facimus equitando, & læti, & videamus Regem Regum Iesum Christum Redemptorẽ nostrum peditem iter fecisse, fatigatum fame confectum, & laboribus oppressum, vsque ad crucem. Vere si tales, quos esse nos decet, essemus, labores in desiderio & deliciæ in patientia nobis esse deberent, & maxima tristitia deberemus affici cum Deus calicem suum nobis non propinet. Si gaudia spiritualia vult Deus, vt cum timore, & tremore accipiantur (vnde Sanctus 35
Psalm.2. Dauid ait. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore) quanto timore, & tremore consolationes corporeas, & humanas debemus accipere, quæ vinum sunt, quod homines inebriat, & alienat, & efficit, vt Dei obliuiscantur, & suimet non recordentur? Et è contra quotiescunq; Deus calicem suum nobis dederit ad bibendum æquum est, vt lætemur, cùm videamus tũc se nobiscum gerere, sicut se gessit cũ suis amicis. Vnde Diuus Ia
Iacob. 1. cobus in sua canonica nos admonet dicens: Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis, scientes, quod probatio fidei vestræ patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habeat, vt sitis perfecti, & integri in nullo deficientes. Ecce quomodo hic Sanctus Apostolus nos docet æquum esse, vt perfectum gaudium habeamus hoc enim de. 36
notat omne gaudium: quando varijs tentationibus, & tribulationibus circundatos nos videbimus. Nã hac via proficiemus, & in vita spirituali perfecti erimus, ad imitationem huius gloriosi Apostoli Diui Iacobi, cui peculiarem amorem, & deuotionem debemus: nam neque in vita neque in morte nos deseruit, & hanc regionem sibi elegit, quam viuens visitauit, & post obitum eius sacro corpore honorificauit, ditauit, & ornauit. Et summum studium nobis adhibendum est ne ille, qui modò est patronus coram Deo, propter nostra demerita, in finali iudicio sit noster aduersarius. Nam, sicut de Moyse dixit
Ioan.5. Dominus: Est Moyses, qui accusat vos in quo vos speratis: sic sancti,

37 sancti, qui modo patroni sunt, si eorum intercessionibus, & auxilijs vti nolumus, & eorum mirifica exempla, quæ in hac vita nobis reliquerunt imitari, aduersarij nostri fient, & in tremendo Dei iudicio nos accusabunt. Ideò studeamus eos imitari, & nobis Deus suam gratiam conferet, qua gloria comparatur, ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eodem Festo Sancti Iacobi
Concio Secunda.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis. Matth. 20.

1 DIuus Chrysostomus agẽs de petitione hùius benedictæ fœminæ inquit: Laudanda est mater, quę non terrena, sed cœlestia filijs suis petebat, Quod confirmari videtur verbis, quæ idem Dominus, à quo illa petebat inferius dixit, nempe, Sedere autem ad dexteram meam & ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. In quo denotatur illum de cœli sedibus loqui, quæ dare non ad Christum mundi Redemptorem quatenus hominem, sed ad æternum patrem pertinet, per quem beatissima Trinitas hic subintelligitur. Hoc ipsum videtur Sanctum Euangelistam insinuare voluisse, quan
2 do dixit: Accessit mater petens aliquid ab eo. Dicendo, aliquid, denotatur illam cœlestia petere. Nam quicquid in terra est aliquid dici non potest, nec iure tale nomen ei debetur: Siquidem omne terrenum nihil est. Hoc sapiens confirmat dicens: Idcirco *Eccles.2.* tæduit me vitæ meæ videntem mala vniuersa esse sub sole, & cũcta vanitatem, & afflictionem spiritus. Profectò mira verba hęc sunt. Nonne Moyses dixit: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & *Gene.1.* erant valde bona. Quomodò ergò Salomon cuncta, quæ sub cœlo sunt, mala esse hic inquit? Diuus Hieronymus ait, quod appellauit illa mala respectu diuinę bonitatis. Raptus in ecstasin sapiens diuinam pulchritudinem contemplans immoratus est, & tanquam ille, qui solem aspexit sine lumine manet, & repente

D. Chrysost. in opere imperfecto sup. Matthæ. homi. 35. to. 2.

cubile intrans nihil omnino videt, sic sapienti ex diuinę bonita- 3
tis contẽplatione lumine priuato manẽti cuncta mala visa sunt,
& nihil respectu diuinæ pulchritudinis. O quomodò hoc expe-
riremur, & omne, quod est in mundo nihil nobis appareret, si re
Psalm.8. rũ diuinarum contẽplationi incumberemus. Omnia subiecisti
sub pedibus eius, Sanctus Dauid ait; significans in hoc quam vi-
li res huius seculi æstimandæ sunt: siquidem illas nobis Deus de
dit, vt sub pedibus haberemus, & vt abiectas calcaremus. Nos ve
ro tanti facimus illas, vt super caput eas collocemus, & earũ serui
efficiamur, & etiam propter ipsas summum bonũ qui est Deus
relinquimus. Quod prouenit ex hoc quod eius diuinæ bonitatis
& pulchritudinis contẽmplationi non vacamus. Non sic glorio-
sus Apostolus Paulus faciebat, sed per diuinarum rerũ profun-
dissimã contẽplationẽ, postquã plurima è mundo enumerauit, 4
Philipp 3. de quibus gloriari posset, ad Philippenses scribens ait. Omnia ar
bitratus sum, vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Etiam Diuus
D. Hiero. in Eccles. 5. c. Hieronymus in Ecclesiastẽ inquit, quod vbi nos legimus, Vani-
Isai. 6. tas textus Hebræus habet, vapor fumi: nam res huius mundi ex
cæcant, & molestant sicut fumus. Et Sanctus Isaias dicens: Vidi
dominũ sedentem super solio excelsum, & eleuatũ, & vidi duo
Seraphim clamantia & dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Do
minus Deus exercituũ. Et dũ hanc tam mirificã sibi factã visio-
nẽ contemplaretur, oculos versus domum inferiorẽ inclinauit,
quã fumo repleri vidit. Et hoc idẽ significauit quod illud Salo-
monis, cui Deũ contemplanti omnia nihil videbantur omnia fu
mus sunt, qui molestat & cruciat. Hoc suppositio dilectissimi pla
cet mihi consiliũ salutiferum vobis dare ad facile omnes mundi 5
machinas, & dæmonis fallacias deuincẽdas, nẽpe quod sicut pru
dens iudex non profert sententiã, nisi prius vtriq; partium præ-
beat auditũ, sic homo non debet diffinire, nec sententiã inferre
in suæ conscientiæ tribunali, quin prius vtrãq; partẽ aduersam cõ
Simile. templetur, & attendat. Siquis in manu stateram habet, & in vna
parte stateræ aliquã rem quantumuis leuem imponat, si in alte-
ra parte nihil imponat, illud parum ponderis stateram post se fe
ret: vnde oportet in vtrãq; lance aliquid imponi, vt stateræ æqui
tas dignoscatur. Si dæmon, mundus, & caro, coram te statuunt
diuitias, honores, & vindictas, & tibi suadent bonum esse, vt his
rebus te committas in alia stateræ cordis parte infinitã Dei bo
nita-

6 nitatem, eius pulchritudinem infinitam, & gloriam statue,
hæc omnia profunde considerans, & quod frui illo in æternum,
amittes propter breuem delectationem horum, quæ dæmon,
& mundus tibi offerunt. Et si hanc diligentiam adhibueris
quam vana tibi hæc videbuntur conspicies. Quod si adhuc vim
tibi inferent, & post se traxerint, statue in alia parte stateræ
cordis tui tormentorum inferni considerationem, quæ malis
præparata sunt: vbi illud Apocalypsis adimplebitur: Quan- *Apoc.18.*
tum glorificauit se, & in delicijs fuit, date illi tormentum, & lu
ctum. Et insuper adde illam percelebrem (& meritò) senten-
tiam, quæ ait: Siquid feceris honestum cum labore, labor abijt
& honestas manet. Siquid turpe cum voluptate, voluptas abijt
turpitudo manet. Vtinam hæc omnia Spiritus sanctus in cor-
7 dibus vestris, & omnium mundi hominum imprimere dig-
naretur: vtique omnia fumi vapor nobis apparerent, & à nul-
la re creata decipi pateremur. Omnes etenim res mundi huius
nihil sunt.

Et hæc pia mulier accessit ad Iesum petens aliquid ab eo, se
quitur illã non sedes huius mundi, sed cœlestes postulare, cæte-
rum si hoc verum est, quare Dominus illis respondit; *Nescitis quid petatis?* Dico, quia has sedes absque meritis petebant, quod ex il-
lis verbis apparet: *Dico, Vt sedeant hi duo filij mei, Vnus ad dexteram tuã & Vnus ad sinistram in regno tuo.* Nunquid mulier benedicta mari-
tus tibi non est, quia de te solum rationem habes? Nunquid filij
nobilitatem & honorem à patre non accipiunt potiùs, quã à ma
tre? Quare ergo non dicis: Dic, vt sedeant hi duo filij Zebedęi
8 & non, hi duo filij mei? In hoc manifestũ fit petitionem eius fun
dari in hoc, nempe quod illi duo Apostoli erant filij eius, & con
sobrini Christi Redẽptoris nostri & propter hunc respectum pri
mæ sedes illis deberẽtur in regno eius. Et ideò Dominus inquit:
Nescitis quid petatis. Nam sicut Diuus Paulus ait: caro, & san- *1. Cor. 15.*
guis regnum Dei possidere non possunt. Idest: regnum cœlo-
rum non obtinetur per cognationem, genealogiam, aut pro-
prer stẽmata, sed per propria merita, super diuini Saluatoris me
rita fundata. Quomodo ergo idem Apostolus ait: Non ex ope- *Titu. 3.*
ribus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam miseri-
cordiam saluos nos fecit? Dico hoc intelligendum esse de prin-
cipio nostræ iustificationis, quæ est verbi diuini incarnatio.

De qua ibi Apostolus sermonem facit dicens: Apparuit benig- 9
nitas & humanitas Saluatoris nostri Dei non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos. Nam in cælo nos collocari hoc propter merita nostra debet esse. Hæc nos saluabunt super merita Redemptoris nostri fundata,

Et ideo illis dicit: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Quod perinde est ac si diceret: Ad impetrandum sedes meas cælestes oportet calicem meum bibi, & hoc vobis libenter concedo: calicem quidem meum bibetis. Per merita siquidem mea dabitur vobis gratia, vt patienter illum bibatis: & hac via sedibus meis digni eritis, easque obtinebitis. Sed interrogo, quid sub tribulationibus latere Deus vidit, ad hoc, vt regni sui iter illas faceret? Quis thesaurus sub re tam amara latere poterat? Imo videtur magnificentiam Dei plus decere, vt regnum suum 10
gratis donaret, quam commutaret illud propter tot labores. Nam ex eo, quòd hanc viam elegerit tam pauci eam sunt sequuti. Scio pro responsione satis esse, hoc velle Deum, & illum dixisse: Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram, Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. Luc. 6.
Nihilominus aliquot rationes huius non desunt, quarum vna est: quoniam tribulationes culpam destruunt, & animam ad obedientiam, & amorem Dei reducunt. Nam sicut in omni amore voluptas quietis est in re amata, tribulatio, quæ tollit quietem, tollit etiam vim amoris. Nam tribulatio, vt plurimum oriri solet ex rebus, quas inordinate diligimus. Inordinate quis diuitias, & pecuniam affectat, permittit Deus, quòd vna & eadem die illas amittat, tunc pœna, & tribu- 11
latio illum docent illas veras diuitias non esse, siquidem vel inuito ab eo auferri potuerunt, & quòd non debent diligi: res quæ tanto labore acquiruntur, tanto timore seruantur, & tanto dolore perduntur. Alter suam carnem nimis amat, superuenit ægritudo, quæ eius pulchritudinem consumit, & deformat, tunc pœna oculos eius aperit, ne cor suum in illa re collocet. Et idem dici potest de honore, & alijs rebus temporalibus. Vnde manifeste apparet, quòd tribulatio cor ab omnibus illis remouet, & efficit, vt anima ad Deum reuertatur, ostendens ei, quòd extra Deum in omnibus vanitas & afflictio sit. Sicut columba quam dimisit Noe ex arca, de qua dicitur:

12 citur: Quod cum non inuenisset, vbi requiesceret pes eius reuer- *Gen.8.*
sa est ad eum in arcam. Vnde Diuus Gregorius inquit: Mala, *D.Greg.*
quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Et quemad- *Simile.*
modum cum clauum in tabula figitis, quo plus malleatur fixior manet: similiter cor eò fixius in Deo manet, quo pluribus laboribus premitur, & impetitur. Et hæc est ratio, ob quam sancti persecutiones optabant, quia nimis formidabant à Deo separari, & desiderabant se fixos in illo firmosque esse. Ideo exoptabant tunsionibus & pressuris malleari. Sanctus Dauid inter agẽ *Psal.118.*
dum de diuinis iudicijs, duo asserit, quæ contraria inter se apparent. Primum est: A iudicijs enim tuis timui. Secũdum vero: In iudicijs tuis speraui. Qualiter sancte vir se compatiuntur, tum dicere iudicia Dei tremenda esse, & ideo te illa timere, tum ve-
13 rò spem tuam sitam habere in iudicijs eius? Hoc Diuus Hieronymus exponens inquit, Deum duplex iudicium habere, alterum cum malis, alterum verò cum bonis. Iudicium iniquorum est, quòd permittit Deus, vt habeant lætitias, gaudiaque breuia in hac vita, & in alia tormenta æterna. Et quidem horrendum iudicium est hoc, scilicet, soluere tormentis æternis tam breues voluptates. Et quia vt in plurimum in hac vita sine laboribus illos Deus relinquit, inde occasionem sumunt, vt deteriores fiant. Et ita S. Dauid cum de peccatoribus dixisset: In labore hominum *Psal.72.*
non sunt, addidit: Ideò tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Amore Dei dilectissimi singula hæc verba perpendatis obsecro, vt formidetis, & in tantam calamitatem deuenire timeatis. Pri-
14 mum dicit: Tenuit eos superbia: id est, captiui & serui superbiæ remanserunt. Nullus enim seruus est, aut captiuus, qui ità domino suo obsequatur, sicut hi superbiæ deseruiunt: siquidẽ diu noctuq; semper inuigilant, vt exequantur illa, ad quæ superbia eos inuitat. Secundo dicit: Operti sunt iniquitate, & impietate sua. Id est: Nihil in eis spectatur quod non sit iniquitas, & impietas. Nõnulli peccatores sunt, in quibus aliquis bon⁹ respectus apparet, vt pote qui verbũ Dei audire gaudẽt eleemosynã pauperib⁹ impendunt: & quanuis iniqui sint, ne alijs malũ exemplũ præbeãt student. At verò hi vndequaque cooperti sunt iniquitate sua. Rurs⁹ ait: Prodijt quasi ex adipe iniquitas, id est, ex eorũ pulchritudine, salute, diuitijs, generis nobilitate, deniq; sciẽtia, ex

omnibus exprimitur, & prodit quasi ex adipe iniquitas. Nam ex rebus omnibus occasionem sumunt, vt iniquitatem operentur. Alterum iudicium habet Deus huic valdè contrarium, nempe, quod in hac vita breues labores, & ærumnas iustis dat, in futura verò vita gaudia æterna. Ideo Sanctus Dauid cùm in prosperitate se cernebat honorificatus, & obtemperatus ab hominibus, timebat ne forte Deus in hoc seculo illi retribueret, & secũdum peccatorum iudicium illum duceret. Et ideò dicebat: A iudicijs tuis timui. At verò cùm eum Saul persequeretur, & in maxima angustia positum se cerneret, consolabatur, considerans, quod ducebat eum Dominus per iudicium iustorum, & hic breues labores illi dabat, vt in æternum gaudia æterna retribueret. Et ideo dicebat: In iudicijs tuis speraui. Ex his manifestè constat, quantum aberrent, qui omnem solicitudinẽ adhibent, vt in hac vita quietem, lætitiam, & gaudium obtineant, siquidem tam tremendum est damnum, quod ex his prouenit. In
Gene. 3. Genesi habetur: Postquam Adam fuit à paradiso expulsus propter inobedientiam collocauit Dominus ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ. Quod reuera hoc ità euenerit de fide est, siquidem sacer textus est. Veruntamen non satis adhuc constat, ad quid Angelus ille ibi fuerit collocatus. Nam si duntaxat, vt paradisum custodiat, non videtur admodum necessarium esse. Nam postquam protoparẽs Adam ab eo fuit eiectus, nullum hominem adhuc legimus qui illuc proficisci cogitaret; nec locus certus, vbi paradisus sit, hactenus notus est. Vt quid ergo cum igneo gladio ibi à Deo est collocatus? Quid circa hoc mihi videatur dicã, scilicet, quod in illo voluerit Dñs significare, & ostendere hominibus, quã aliena eorũ corda esse deberent à desiderio reuertendi in paradisum terrestrẽ post peccatũ. Quid erat in paradiso voluptatis? Quid? frigore, fame, mærore, labore, dolore, deniq; carere. Et ne iterum reuerteremur ad hoc inquirendũ, cum contrarium in pœnam peccati nobis datum fuerit, ideo tantam custodiã in paradiso collocat, vt doceret nos ne paradisum optemus, nec inquiramus in terra. Itaque voluntas Dei est, vt in hoc seculo in quadam continua & generali pœnitẽtia viuamus. Hoc mihi significare videtur verba illa: Ad custodiendã viam ligni vitæ. Hoc sanctus Dauid cũ cognosceret dicebat: Ego autẽ in

18 in flagella paratus sum. Semper sanctus vir scapulas suas paratas habebat, vt Deus flagella ei impingeret. Domine, Saul, cui tã fideliter seruitia exhibui omnibus vijs me persequitur, flagellum tuum est; ecce ego Domine, veniat, ego in flagella paratus sum. Domine filius meus contra me est, in me coniurauit: flagellum tuum est, veniat, ecce scapulas, ego in flagella paratus sum. Domine subditus quidam meus in me lapides iacit, & me maledictis lacesit & improperat: flagellum tuum est, veniat, ego in flagella paratus sum. Domine, quidam filius meus alterum filium meum interfecit: flagellum tuum est, veniat, ego in flagella paratus sum. O glorificata sit infinita maiestas, quę tam singulare auxilium huic viro præstitit, vt ita patienter, & æquanimiter calicem amarum ex eius manu biberet. Et quam- *Psalm. 37.*
19 quis hunc calicem bibere ad nos omnes attinet; cæterum Sanctos Apostolos plus decuit bibere ad hoc, vt eorum prædicatio maiorem fructum in nobis efficeret. Sanctus Dauid aie- *Psalm. 103.*
bat: Super ea volucres cœli habitabunt, de medio petrarum dabunt voces. Quasi diceret: vidi Domine viretum tot plantis confitum, tot floribus vestitum, tot fontibus aquarum, & tanta pulchritudine ornatum, vt in magnam admirationem intuentes raperet. Hic cœli aues nidificant, & de medio petrarum dant voces. Per hoc viretum mysticè Sancta Ecclesia vniuersalis intelligitur, in qua tot sunt diuina sacramenta, quæ sunt canales aquæ viuæ, quæ dimanant ex viuo fonte Iesu Christo, & tot flores, & lilia, & plantæ virtutum, & dona spiritualia. Hic cœli aues habitant, qui sunt viri cœlestes,
20 & de medio petrarum dant voces. Siquis cum plurimis rixatur, ab alta gleba, aut aggere [*De vn monton de tierra*] non po- *Simile.*
terit illis nocere, aut percutere, sicut, si inter magnum lapidum aceruum esset, quibus potest illos percutere, & excerebrare, & sanguinem promere. Quidnam sunt lapides, nisi pœnitentiæ rigiditatem, ieiunia, labores, & persecutiones æquo animo tolerare? Qui inter hos lapides sunt vtique poterunt mundum lapidare, & verbis efficacibus corda hominum vulnerare, inter lapides tam sanctorum exemplorum pronuntiata, Vnde maxime oportet, vt sacratissima, & perfectissima lex euangelica à viris studiosis, austeræ vitæ, pœnitentibus, honorum, voluptatum, & huius seculi diuitiarum con-

temptoribus prædicetur. Nam concionatores illi, qui pulue- 21
re sunt obsessi, & super aggerem collocati, & non in medio petrarũ, hoc est, qui viuunt delicioſe, in pompa, & cum rerum temporalium abundantia, quanuis exinde vociferentur, non ita percutient corda, sicut qui in medio harum petrarum sunt constituti. Ideò necessarium erat, vt sacri Apostoli inter lapides plurimorum laborum constituti sanguinem fundendo patientissime, sanctissimam Redemptoris nostri legem prædicarent, vt exhortarentur nos, & meliori exemplo ædificarent, & tandem maiorem fructum in cordibus nostris efficerent. O Christe vere animarũ dilector, pro tua clemẽtia te deprecamur tales modo concionatores mittere digneris in tuam Sanctam Ecclesiam, qui dẽ medio petrarum dent voces, & corda nostra dura cum illis frangant. Inter omnes sacros Apostolos primus, 22
qui, accepta benedictione à virgine sacratissima Domina nostra, exequutus est quod diuinus eorum magister præceperat dicẽs. Ite in vniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ, Sanctus Iacobus fuit. Nam statim post aduentum Spiritus sancti in diuersas mundi partes profectus est, & perueniens ad hanc occidentalem plagam, nostram Hispaniam in sponsam sibi accepit. Hic ponderatione valde dignum est, quã ta obligatione adstringimur ad agendum gratias Deo, quoniam inter alias mundi nationes, nostræ prius auxiliatus est, & curam adhibuit nos certiores facere per hunc sanctum nuntium de eius sacro Euangelio, & de fœlicibus nuntijs eius, quomodo generis humani redemptio iam facta erat, ante quam cæteros Apostolos per reliquas mundi partes mitteret. Et quanuis 23
in hac nostra Hispania paucos ad fidem Christi conuertit ipsi tamen diuinum seminarium fuerunt, ne postea in Hispania Euangelicæ doctrinæ panis deficeret. Posteà verò rediens in Hierusalem postquam ingentem animarum copiam ad fidem Christi sanctissimam, & obedientiam conuertit, glorioſum martyrium pro eius amore compleuit, in paschali solennitate eodem die, quo eius cœlestis magister passus est, quanuis non eodem anno, cum virgo sanctissima domina nostra adesset, & cæteri Sancti Apostoli, qui nondum discesserant, vt Euangeliũ sanctissimũ per mundum disseminarẽt. Et in hoc singulari priuilegio fuit insignitus, qui fuit tanquam aries sectarius, ideſt, (*El manſo*) qui alios agnos apostolicos ad mortis carnificinã duxit, & primus omnibus alijs Apostolis calicem Domini bibit, & primus fuit vocatus, & ductus ad gloriam, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

¶ SVPER Hoc Euangelium quatuor conciones reperies fer. 4. post. 2. dominicam in Quadragesimali volumine.

IN FESTO SACRATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ AD NIVES CONCIO PRIMA.

1 *Loquente Iesu ad turbas extollens vocem quædam mulier de turba &c.* Luc. 11.

BEATVS Apostolus Paulus Corinthijs scribens ait. An nescitis, quia iniqui regnũ Dei nõ possidebũt? Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neque fures, neque maledici regnũ Dei possidebũt. Vbi ostenditur, quã graue peccatũ sit detractio, siquidẽ D. Paulus eã enumerat inter tã grauia peccata, turpissima, & nefandissima, quæ ibi cõmemorat. Detractoris lingua est dæmonis pẽnicillus, quo proximorũ fama denigratur, & prima, quæ denigratur ipsius met anima est. *1. Cor. 6.*

2 Vnde Ecclesiasticus ait: Lingua insipiẽs subuersio est ipsius. Et Vatablus hic transtulit: Lingua præcipitat hominẽ, sicut equus effrænis à se proijcit sessorem. E visceribus per os protrahit vermis fila cum quibus se ligat, & incarcerat, vt ibi ligatus, & incarceratus pereat. O infœlix detractor, qui è putridis tuis visceribus verba infamatoria depromis, cum quibus tuam animam ligas, & incarceras, & facis miseram mori in proprijs filis, quæ per os emisisti. Ideo Cato ait: Virtutem primam esse puto compescere linguam. Magna quippe res est fræno linguam compecere, & tanquam mulam fallacem, & indomitã vinculis semper ligatam habere. Nonnullos castos esse videbitis, alios liberales, & alios alijs virtutibus præditos, & qui recte illas acquirunt, pau- *Eccles. 5.* *Cato.*

Universidad de Deusto Biblioteca

paucos tamen qui bene & composite loquantur. De Sancto Pã- 3
S. Pamb. Abb. bo Abbate, qui fuit celeber, & in silentij virtute insignis inter il lius ætatis monachos, legitur, quod cũ aliquãdo episcopus Theo philus ad illum se contulisset, vt aliquam sanctam doctrinam ab illo audiret, nec verbum quidem religiosus Abbas illi dixit. Cùm autem monachi conquererentur, eo quod nullum ædificationis verbum ad Episcopum locutus fuisset, respondisse fertur: Si meo silentio non fuit ædificatus, non inuenio qualiter verbis ædificari possit. Hic sanctus vir cum morti propinquus esset dixit se lętum proficisci ex hoc mundo, quia nunquam ab eius ore verbum prodierat, propter quod sibi pœnitendum esset. O fœlicem illum, qui tunc temporis quandò rationi reddendæ in illo tremendo Dei iudicio propinquus fuerit hoc testimoniũ de se præbere poterit. Quantum vir ille sanctus lætus discedebat, 4
tantum nobis flendum est, qui forte in nihilo frequentius delinquimus, quam lingua. Nam cætera peccata non ita ad manũ sunt, sicut peccata linguæ, ad furãdum enim latrocinandũ, adulterãdum, &c. nõ tãta facilitas aut occasio est, sicut ad detrahẽdũ, & maledicendum. Et vtinam, quàm facilis est lingua ad detrahendum, ità vulnus, quod facit facile curaretur. Cæterum nõ sic
Eccles. 28. se habet res. Quod Ecclesiasticus affirmat dicens: Flagelli plaga liuorẽ facit, plaga autẽ linguæ comminuet ossa. Multi ceciderũt in ore gladij, sed non sit quasi qui interierunt per linguam suam. Aduertat à nobis Deus tantam calamitatem. Ad curandum autẽ morbum hunc est salubre remedium, quod diuinus spiritus ibidem ponit dicens: Verbis tuis facito stateram, & frẽnum ori tuo
D. Grego. in quodam dialo. & Diuus Gregorius in quodam dialogo inquit: Ponderet vnus- 5
quisq; sermones suos, & quod sibi loqui non vult alteri non loquatur. Vna ex differẽtijs, quæ inter sapientes, & insipientes versantur, est, quod cùm omnibus nobis mille cogitationes sese offerant, sapiẽs habet stateram inter phantasiã, & linguam, & omne, quod dicendum sese offert, statuit in illa rationis statera, & põderat illud: quod si bonũ est, & probatum, præbet illud linguæ, sin
D. Bernar. minus, nõ. Quia, vt Diuus Bernardus ait: lingua est aptissimum instrumentum ad euacuandum cor, sicut pala, quæ foras omnia mittit. Et ideò nihil, nisi ponderis fuerit, in ea est collocandũ, & quod tale non est non proferatur, sed intus reuertatur. Ex toto hoc perlongo discursu infertur, quod si proximus detrahere tam

6 re tã graue peccatũ est, quid erit falsa testimonia cõtrà proximos innocuos dicere? Magnas calamitates infortunia, & corruptio- *2. Tim. 3.*
nes tẽporũ futurorũ Sanctus Apostolus prænuntiãs inter alias, quæ retulit, vna fuit, scilicet, Erunt homines criminatores: hoc est, imponent falsa crimina proximis suis. De hoc conquerebatur Regius Dauid dicens: Surgentes testes iniqui quæ ignorabã *Psalm. 34.*
interrogabant me, ideſt, imponebant mihi falso, quæ non feceră, & quę penitus ignorabã. Et alia translatio habet: Surgentes testes iniqui quæ ignorabant interrogabant me. Et sic legit Beatus Hieronymus. Hoc est: Cũ ipsi ignorarent mihi dicebant me ingentia mala commisisse, & de illis me accusabant. De quolibet istorum in Prouerbijs dicitur: Iaculũ, & gladius, & sagitta acuta *Prou. 25.*
homo, qui loquitur contra proximũ suum falsum testimonium.
7 Quæ nomina sacer textus illi tribuit maximi dãni significanti, quod sibi met, & proximo suo ille infert quæ nomina ei adscribit ad exaggerandũ amplius malũ ipsum. Et paulò anteà dixerat: Quæ viderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito, ne posteà emendare non possis cũ dehonestaueris amicũ tuũ. Vbi sapiens notat, quã difficilè fama restauratur cũ quis proximum male facientẽ vidit, & alijs publicè reuelauit. Quod si Spiritus sanctus ita exaggerat, & verbis extollit dicere hominẽ quod vidit, quid erit dicere quod non vidit? Super omnia ergo hæc mala habet indiciũ maioris deprauationis, & malitię qui videt proximos suos bona operantes, & illis imponit, quod illa facientes grauia peccata cõmittunt. Quẽadmodũ illi peruersi Pharisæi faciebãt, qui videntes Christũ Remptorẽ nostrũ dæmonia eijcientẽ dicebãt:
8 In Beelzebub principe dęmoniorũ eijcit dæmonia. O dirã mali *Luc. 11.*
tiã; quis vnquã cogitare posset filios Adæ in tantã deprauationẽ deuenturos, vt tantæ pietatis, & misericordiæ opera abominationes appellarent dicentes, qui talia operabatur pactum cum dæmone habere? Et quo tempore hi diri homines innocentissimum agnum ita diffamabant?

Extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit & vbera, quæ suxisti. O serui Dei patientiam habete vos obsecro cũ videritis, quod bona operantes de vobis alij murmurant. Si iniuriã remittitis, & vos timidos esse dicunt, si bona vestra pauperibus impenditis. & dicunt restitutiones esse furtorũ, quæ cõmisistis, si cũ humili habitu induti inceditis, miseros vos esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse dicũr: Hoc ita permittit Deus propter commodum vestrũ, 9
nam per malorum detractionem vestra bonitas perficitur. Nam
detractio est quasi lima, qua superfluũ operis collimatur, & va-
nam gloriam, quam de bonis operibus sumere posſetis, à vobis
tollit. Et per patientiam ipsam singularibus beneficijs vos Deus
Psal. 48. afficiet, sicut Regius Dauid significauit, dicens: Verba iniquo-
rum prævaluerunt super nos, & impietatibus nostris tu propi-
ciaberis. Et quando non putatis Deus permittet, vt aliquis exur
gat (velut hæc pia mulier coram Pharisæis surrexit) qui voce
publica vestra bona opera cum detractorum confusione prędi-
cet. Et quando non fuerit, qui pro vestro honore propugnet,
ipsemet Deus vos defendet. Quando Beatæ Mariæ Magdale-
næ vnguento illo pretioso pedes Domini vnxit, vt Sanctus
Ioan. 12. Ioannes ait: Domus impleta est ex odore vnguenti, & tamen 10
non defuit cui male oleret. Nam ibi Iudas ille perditus aderat,
[*Voliole todo a perdido.* [Vnde dixit: Vt quid perditio hæc? Quis-
nam putaret opus tam callificatum, & optimum tam pessimè
olendum esse? Sed nihil mirum: nam vinearum floridarum pre-
tiosus odor animalibus venenatis male olet, & etiam fugere il-
la facit. Cæterum si Iudas Sanctæ Magdalenæ detraxit infami
prodigalitatis nota illam redarguens; Dominus pro illa respon-
dit, & eam laudauit, dicens: Sinite illam bonum opus operata
est in me. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus, qui sic
protegit, sicque honorat suos. In Numeris legitur; Mariam, &
Num. 12. Aaron de Moyse murmurasse, dicentes: Num per solum Moy-
sen locutus est Dominus? nonne, & nobis similiter est locutus?
Quod cùm audisset Dñs iratus est, & subdit sacer textus: Erat 11
enim Moyses vir mitissimus, super omnes homines, qui mora-
bantur in terra. Hoc ait ad exaggerandum, quàm inique illi fe-
cissent murmurantes de illo qui nullam murmuris occasionem
eis præbuit. Et quoniam Moyses non se defendit, Deus cau-
sam, vt propriam suscepit. Et ait sacer textus: Et statim locutus
est ad Moysen, & ad Aaron & Mariam; Egredimini vos tan-
tum tres ad tabernaculum fœderis. Hoc illis Dominus præce-
pit, quia volebat summum sacerdotem Aaron separatim obiur-
gare, & noluit coram populo illum reprehendere propter mu-
neris eius autoritatem. Et cum separati essent, dixit eis: At non
talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus
est:

12 est ore enim ad os loquor ei palam, & nõ per ænigmata, & figu-
ras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo
meo Moysi? Iratusque contra eos abijt. Ecce quam sibi vtilita-
tem iusti depromant ex eo, quòd illis alij detrahant, nempe,
quod ore proprio Deus eos collaudet. Nusquam legitur in to-
ta sacra Scriptura, ita Dominum Moysen laudasse, sicut hic.
Et est valdè ponderandũ, bis hic dici: Iratus est Dñs, ad denotan
dum, quam grauiter ferat Deus detractiones in seruos suos.

Extollens vocem quædam mulier. Quis diceret inter gentem tam
pessimam, & in quam Sathanas tantum virus diffuderat, tam
viuæ, integræ, & inflammatæ fidei animam reperiri posse?
Solet peccator deprauatus quando illum reprehenditis dice-
re: Ne miremini, si hæc me facientem videatis, quia ab omni-
13 bus sic viuitur. Licet verum sit nonnullos tam incautos esse,
vt peccata sua in fronte scripta habeant: alij verò sunt ma-
gis perspecti, & cautiores, qui nimio artificio peccant, &
peccata sua ita palliant, vt solus Deus eos dignoscere possit:
cæterum improbos illos esse non est dubium. Vult peruer-
sus hic defendere, & aliquo colore iniquitatem suam, cum
aliorum nota & ignominia texere. O dirum iudicium. Di-
cito qualiter mundum Deus pateretur, nisi inter malos quam-
plurimi probi existerent? Ne fratres dicatis, vniuersum mun-
dum spinas esse: nam inter spinas has plurimas, & pulcher-
rimas rosas Deus insitas habet, quamuis sæpè non appareant.
Est Sancta Ecclesia militans instar magni acerui tritici paleis
admixti, quem vulgo dicimus [*Parua.*] Qui cum in area est,
14 vbi grana paleis admixta sunt, grana non bene discernun-
tur: veruntamen, cùm agricola accepto ventilabro purgat, *Simile.*
areæ triticum, grana hinc, paleæ inde secedunt. Similiter iu-
sti modò sunt inter peccatores commisti, qui vix discernun-
tur: at verò cum dies ventilandi aduenerit, nempe iudicij magni
dies, tunc omnes iusti in vnum congregabuntur, vt tanquam
grana in horreum regni cælorum collocentur, & mali tan-
quam paleæ ibunt in ignem æternum. Hac metaphora vsus
est glorioſus Baptista, de Christo Redemptore nostro verba *Luc. 3.*
faciens. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit eream
suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem
comburet igne inextinguibili. O tremenda verba, quomodo
fratres

Universidad de Deusto Biblioteca

fratres hæc audientes corda vestra timore non franguntur, morũ 15
nostrorũ corruptionẽ considerando? Quapropter meritò existi-
mare possumus paleas nos esse, quæ æternaliter igne inextin-
guibili sumus cõburendæ, nisi citò remediũ adhibebimus. Quõ
3. Reg. 19. dam Sanctus Helias Deo dixit: Altaria tua destruxerunt, & pro
phetas tuos occiderũt gladio, & derelictus sum ego solus, & quæ
runt animã meam, vt auferant eã. Et inter alia, quæ Dominus ei
respondit dixit: Et derelinquam mihi in Israel septem millia
virorum, quorũ genua non sunt incuruata ante Baal. Attendite
quomodo in illo angulo tã angusto septẽ millia virorũ sancto-
rũ remanserant. Quis vnquã putaret inter tantã infidelitatẽ, &
idololatriã, qualis tunc erat in Israel, tot iustos in sua puritate, &
Apoc. 7. integritate conseruari? In libro reuelationũ inquit Sanctus Ioan
nes: Vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, 16
& vidi alterũ Angelũ, qui clamauit voce magna quatuor Ange-
lis, quibus datũ est nocere terræ, & mari, dicens: Nolite nocere
terræ, & mari, neq; arboribus, quoadusq; signemus seruos Dei
nostri in frontibus eorũ. O miranda res: nã cùm mundus ita labe
factatus esset, vt pene illũ Deus solo æquare vellet, nihilominus
inter tot malos, quã plurimi boni erant, quos signare volebant
Angeli, vt ab illo Dei flagello eriperentur. Ex his omnibus ma-
nifestè apparet, quam falsum sit malorũ iudiciũ, existimantium
omnes, sicut & ipsos malos esse. *Mulier quædam*. Profecto confu-
sio magna est, quod sapientes, potentes, & diuites omnes taceãt,
& quædã muliercula, cuius nulla ratio habebatur, ipsa sola pro
honore Dei respondeat. Quando fidei nostræ volumus testes ad
hibere, quærimus homines maximi honoris, & præcipuos, qui 17
inueniri possunt. At verò vnigenitus Dei filius consultò gentẽ
abiectiorem, & viliorẽ videtur quærere, quæ pro eius honore re
spondeat. Quando ingressus est Hierusalẽ pueri & gens plebeia
illum laudauerunt. Illum laudat in cruce latro, & per vniuersum
mundum quidam simplices piscatores illum prædicauerunt, &
hodierna die, quædam vulgaris, & plebeia mulier illum laudi-
bus effert. *Mulier quædam*. Hoc fecit ad significandum, diuites &
potentes huius seculi tam fixas in terra misisse radices; quod dif-
ficillime possunt disponi adhoc, vt honori Dei consulant, & pro
eo respondeant. Peccatum efficit hominem ignauum, & quod
timeat, vbi non est ratio timendi. Superuenit illis maledictio,
quam

18 quã Dominus cõminatus est eis, qui legẽ eius non obseruassent,
vt in Leuitico habetur. Dabo (inquit) pauorem in cordibus eorũ *Leu. 26.*
terrebit eos sonitus folij volantis, cadent nullo persequente. O
quibus verbis peccatorũ fragilitas, & pusillanimitas magis, quã
his Domini verbis explicari poterat? In hac miseria miser ille
Cain iacebat, cùm dixit: Ecce eijcis me hodie à facie terræ; om- *Gene. 4.*
nis igitur qui inuenerit me occidet me. Tunc temporis in mun-
do, præter quã eius parentes, & ipse alij homines non erant: at
parentes eius non erant eum interfecturi, quomodo ergo dicit:
Omnis qui inuenerit me occidet me? Peccati effectũ in his ver-
bis infœlix ille manifestat, nẽpe timidũ, & meticulosum pecca-
torem reddere: vnde vires nõ habet nec spiritũ ad propugnandũ
pro Dei honore. E contra vero iustus tam securus viuit, vt pos-
19 sit cum Sancto Dauid canere: Si consistant aduersum me castra, *Psalm. 26.*
non timebit cor meũ. Cuius rationẽ antea reddiderat dicens: Do
minus illuminatio mea, & salus mea, quẽ timebo? Dominus pro
tector vitæ meæ à quo trepidabo? Et ita vbi nos legimus: Sub
vmbra alarũ tuarũ protege me, alia translatio habet: Sub vmbra *Psalm. 17.*
alarũ tuarũ proteges me. Et sic est in contextu Græco, & in para
phrasi Chaldaica. Vbi ostẽditur securitas, & fiducia, cum qua iu
stus à Deo postulat, vt eũ protegat: siquidẽ petens ab eo, protege
me, &, proteges me, perinde est acsi diceret: Deprecor te Do-
mine, vt protegas me, & certus sum, quod me proteges. Et hoc
est, quod in Prouerbijs dicitur: Qui ambulat simpliciter ambu- *Prou. 10.*
lat confidenter. O quã latus hic patet cãpus, & quã copiosa lugẽ
di materia sese offert, cũ tot iniurias, & contumelias diuinæ celsi
20 tudini hodie inferri videamus, tot tãque diuersa peccata cõmitti
& quod nemo sit qui honori Dei consulat, non dico cũ vitæ di-
spendio, verũ etiã neque cum minimo quoq; iacturæ periculo:
quod signũ est modici amoris quẽ erga Deũ habemus. Hãc verò
ignauiam, & timiditatem in cordibus nostris peccatum efficit.
At ille dixit: Quin imo beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt il lud. Nimis gloriabantur Hebræi ex Abrahæ stirpe descendere.
Vnde dicebant: Semen Abrahæ sumus. Itaque omnẽ nobilita- *Ioan. 8.*
tẽ in carne collocabant. Et cum hæc mulier ex hoc genere esset,
hinc prouenit, quod totã fœlicitatẽ, & gloriam in carne sanctissi
ma Dominæ nostræ collocaret. Cæterum cum hoc non ex mali
tia, sed ex deuotione, & amore procederet, voluit Dominus ab

Universidad de Deusto Biblioteca

hoc errore illã educere, vt cognosceret, vnde bonum omne, Vnde beatitudo emanat. Et ita respõdit: *Quin imo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Denotans in hoc, virginis sacratissimę ventrem beatum esse ex eo proueniſſe quod verbum Dei audiuisset, eique obtemperauisset. Vnde Beatus Augustinus ait: *D. Augusti.* Beatior fuit virgo Deum mente concipiendo, quam ventre. Et hoc manifestum est. Nam cœlesti reginæ nihil prodesset Deum concipere, & in vtero gestare, nisi credidisset, & fide amoreque in anima illum concepisset. Vnde Beata Elisabeth *Luc. 1.* Spiritu sancto repleta non dixit ei: Beatus venter tuus, quia concepit Deum, sed dixit: Beata, quæ credidisti; quoniam perficientur in te ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. *Quin imo beati qui audiunt verbum Dei.* Non assero ventrem, qui me portauit beatum non esse. Cæterum venter beatus est, quia prius mente, & spiritu me concepit illa, cuius venter me portauit. Hinc planè constat, quàm vani, & amentes sint, qui de generis ingenua prosapia gloriantur, sicut Hebræi quorum, si carnem solam attendamus, satis constat Abraham, quem patrem habere gloriabãtur, Thare idololatræ, & gentilis filium fuisse. Quapropter illi Deus *Gene. 12.* præcepit, vt egrederetur è Chaldæa. Vnde Abrahamo nobilitas non prouenit ex carne, sed ex fide, & obedientia. Et ita *Roma. 4.* Diuus Paulus ait: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Hæc fides, quam concepit, illum nobilitauit. Si ergò Abraham nobilitatem non habuit ex carne, quomodo eam ex carne Abrahæ tu habebis, si ille, cuius filium esse te iactas, non fuit ingenuus per carnem suam, quia patris improbi & idololatræ filius fuit, & prior illo extitit, qui genus suum ere- 23
xit, & nobilitauit ob nimiam eius virtutem? Quomodo ergo tu gloriaris de eo quod ille non est gloriatus, nec nobilem illum fecit? O amentes Hebræi, qui de carne Abrahæ tantùm gloriabantur, eius fidem, obedientiam, & amorem non habentes; & amentes Christiani, qui modò in lege gratiæ omnem fœlicitatem, & beatitudinem in generis nobilitate, in diuitijs, & bonis, temporalibus constituunt.

Ecce dilectissimi, in quo bonũ, & hæc beatitudo consistat, credite summæ veritati dicenti: *Beati qui audiunt verbũ Dei, & custodiunt illud.* Humiliamini, & diuinę voluntati obedite, & quod nomine eius vobis intimatur exequimini, & tunc beati eritis. Nã hæ

24 hæ res tẽporales, etiã gaudiũ & fœlicitatẽ vitæ huius parũ iuuãt. Cum in certamine quodam hominem procerũ, & perlonga brachia habentem quidam collaudarent, strenuus luctator, qui aderat respondit: iure optimo illum laudaretis, si brauium ab alto penderet, nam ità melius illud hic obtinere posset, quam alij. Idem, inquit Plutarchus, dicere possumus illis, qui res huius se- *Plutarchus.*
culi pluris faciunt, quod beati fœliceſque essent, si beatitudo, & gaudium vitæ præsentis in foro venalis haberetur, aut per generis nobilitatem commutaretur; nam hoc pacto, qui plus his abundaret maiorem beatitudinem obtinere posset, & ita beatior esset, quod minimè ità se habet. Imo nobiliores, potentiores, & ditiores huius seculi, vt plurimũ minus contenti viuunt. [*Poco sabe de mundo,*] qui ignorat hos magis defatigatos, & plus cunctis las- 25
satos viuere. Et si generis nobilitatem non comitantur ingentes diuitiæ, & thesauri ad illam sustentandam, nullum infœlicitatis humanæ deterius genus est. Nam cæteri mundi homines nascuntur cum manibus ad alendum se, & quos sibi socios vitæ Deus dederit. Hi verò impediti, & inutiles nascuntur, & tanquam trunci per vanitatis leges, ad hoc, vt sine fastidio & molestia aliorum hunc breuem vitæ cursum transigant. Nam illud, quod Deus tanquam hominum diuitias ordinauit (nempe laborem) & industriam manuum suarum illis dedecus & ignominia est, quæ naturales diuitiæ sunt. Vnde Sancto Iob ait: Homo nascitur ad laborem. Veruntamen hi, *Iob. 5.*
sunt velut fuci, qui volunt aliorum mel sugere, quod tanquam apes fabricati sunt. His miseris hominibus, tanquam paralyti- 26
cis, cæcis, & mancis, vt plurimum, qui eos magis diligunt, mortem quotidie exoptant, & imprecantur. Fœlix ille status, in quo vinea, & boum iugo ditantur homines, & eorum gaudium adimpletur absq; eo, quod amplius exoptent. Et cum huiusmodi miseriæ seculi magnatibus adueniant, Beatum dixerunt popu- *Psalm. 143.*
lum, cui hæc sunt. Veruntamen ego assero, quòdibi Sanctus Dauid inquit: Beatus populus, cuius Dominus Deus eius. Hoc sacrum Euangelium hodie legitur, (in quo agitur de hac laude sacratissimæ virginis Mariæ; quæ dignitatem matris Dei obtinuit verbum diuinum in vtero suo concipiens) in hac sacra solẽnitate Niuium, quæ est commemoratio cuiusdam miraculi, quod Romæ Deus fecit, scilicet, in hoc æstiuo tempore, signans locũ, vbi

templũ in honorẽ cœlestis reginæ ædificaretur. Et congruenter 27
nimis hoc sacrũ Euangeliũ in festiuitate niuiũ canitur. Nam in
niue figuratæ sunt dona, propter quæ sanctissima virgo meruit
tã singulare Dei templũ esse, & quod Deus in eius sacratissimo
ventre cohabitaret, & illa mater eius esset. Nix namq; refrige-
rat, & in hoc gratiæ correspondet, & cũ ea similitudinẽ gerit: nã
gratiæ munus est concupiscentiã refrigerare. Nix in montibus
excelsis conseruatur, & in hoc virginitati; & integritati corre-
spondet, quæ non ita cõmodè in palatijs conseruatur, nec in visi
tationibus, sermonibus, & colloquijs, sed in oratione, contem-
platione, & receptione, quæ sunt montes excelsi. A solis radijs
liquatur nix, & descendit in valles: in hoc autẽ humilitati corre-
spondet, quæ efficit, vt quo plures radios beneficiorũ à sole iu-
stitiæ Iesu Christo homo recipit, plus humilietur, & vilior fiat. 28
Hæc omnia perquã eminenter in hac gloriosa cœlorũ imperatri
ce reperta sunt. Cuius rei manifestum testimoniũ reddidit collo
quiũ, quod inter ipsam, & Angelum habitũ est. Nã salutans illã
Aristo. 8. Phys. dixit. Aue gratia plena. Aristoteles ait: quod quantò magis ali-
quid appropinquat principio, in quolibet genere, tantò magis
participat excellentiã illius principij. Principiũ calefaciendi est
ignis. Principiũ illuminandi est fax accensa. Quò magis ad ignẽ
accedetis, eò magis calorẽ eius participabitis. Quãto magis faci
appropinquabitis, tantò magis eius splendorẽ recipietis. Gratiæ
principiũ Deus est: ergo qui huic principio magis propinquus
Dion. l. 4. de cæl. Hier. fuerit, amplius eius diuinã gratiã participabit. Vnde Sãctus Dio
nysius ait: Angeli, qui propinquiores sunt Deo, magis partici-
pant de bonitatibus diuinis. Quòd si aliqua creatura est, quæ om 29
nibus Angelis, & hominibus propinquior sit Deo, eius diuina
gratiã, & bonitate plus omnibus illis participabit. Hæc est sacra
tissima virgo, quæ diuinæ voluntati, amore cũctis creaturis pro-
pinquior est: & ità plus illis omnibus diuinã gratiã participauit.
D. Hier. in ser. assum. v. Et ità D. Hieronymus ait: Cæteris virginibus præstatur gratia
per partes, Mariæ vero tota se infudit plenitudo gratiæ. Quan-
do aliquis pater familias frumẽtum vicinis dispergit, per mensu
Simile. ram distribuit. At verò in domus suæ vsum non curat mensura,
sed abũdè accipit, quantũ sibi opus est. Sic æternus pater ex hor
reo omnipotentiæ suæ educens frumentũ gratiæ, animabus iu-
storum in mensura impertit, at verò sacratissimę virgini Mariæ
quæ

30 quæ domus eius erat, non in mensura dedit, sed potiùs in illa se in
fudit tota plenitudo gratiæ: hoc est tanta, quanta necessaria fuit
ad hoc vt mater Dei esset. Quando Rebecca Isaac patriarchæ
desponsata fuit nuptiarum tẽpore non exijt ornata monilibus,
quæ à patre suo Batuele acceperat sed cum illis, quæ Abraham
patriarcha cum œconomo suo ad eam miserat. Ita hæc puris-
sima virgo ad vinculum illud, & desponsationem verbi æter-
ni non exijt cum aliquo monili patris eius Adæ, in hoc sen-
su; Non prodijt cum peccatis, & imperfectionibus, quas cæte-
ri filij Adæ ab eo hæreditauerunt, sed potiùs æterni patris moni
libus, quæ sunt gratię, & virtutes infusę, & acquisitæ, quibus ple
na erat. Et ideò Angelus dixit ei: Aue gratia plena. Et quod etiã
in illa esset secunda excellentia per niuẽ significata, quę est puri
31 tas & virginitas, etiam ostenditur per illud, quod ipsa dixit: nem
pe, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Cuius
tanta puritas, & virgineus candor fuit, quod solum illam in-
tueri (vt probat Gerson) carnis ardores, & concupiscentias ali-
qualiter sedabat: sicut præsentia niuis vim, & efficaciam refri-
gerandi habet. Nam imaginatio facit casum. Et hoc experiuntur
qui æstatis tempore montes niue coopertos intuẽtur, statim ex-
intuitu, quodam algore affici videntur. Eũdem omnino effectũ
huius purissimæ niuis intuitus in cordibus intuentiũ efficiebat,
& nunc efficit in cordibus contẽplantium eã. Ex maximis mise-
rijs, quibus creatura subiacet, vna est ipsam ad malũ concupisci,
& occasionem offendiculumq; esse, vt alij Deum offendant. In-
gens calamitas profectò hæc est, & quę vnũquemq; Dei timora
32 tũ affligere, & dolore nimio afficere potest, quod Dei creatura
ego sim, & pulchritudinẽ aliaq; dona corporalia mihi Deus do-
nauerit, ego verò cũ donis corporeis animarum laqueus sum, &
offensarũ eiusdẽ Dei occasio. Magna equidẽ miseria hæc est, &
vt talem sentiebat illã sapiens cum dicebat: Creaturæ Dei factæ *Sapi. 14.*
sunt in tentationem animabus hominũ, & in muscipulam pedi
bus insipientium. O rem sanguineis lachrymis deplorandam ab
illis, qui vero Dei amore flagrãt. Quod bene vtẽte aliquo donis,
quibus illũ Deus insigniuit, & etiã ipso nolẽte, veniat alter & of
fendat in illo eius dona inordinate affectãs, & Deũ, quẽ ille dili-
git hic offendat. Magna profectò acerbitas (*Acidia y desgusto*)
hęc est, vt gladio meo alij patrẽ meũ interficiant, & cum cingulo

Universidad de Deusto
Biblioteca

meo suffocetur ille, qui me à Turcis redemit. Ego id minimè fa- 33
cio, verũ non possum non dolere, quod mea bona tanti damni in
strumentũ alijs sint. Hac miseria sacratissima Angelorũ regina
caruit. Nã quanuis pulchrior fuit omni creatura pura, quã Deus
formauit, nec in posterũ creauit, eius tamen pulchritudo fuit or-
nata, honorificata, & dignificata hoctã singulari priuilegio, nem
pe, vt hac miseria careret, & nũquã carnaliter ab vllo posset cõcu
piſci. Reliquarũ fœminarum pulchritudo (quanuis aliás sanctæ
Eccles.9. sint) in malũ inducit insipiẽtes. Vnde Ecclesiasticus ait: Propter
speciẽ mulieris multi perierũt, & ex hoc cõcupiscentia quasi ig-
nis exardescit. Et hoc, vt dixi, quãuis fœmina sanctissima sit, nã
culpa eius non fit, sed illius, qui incautè illã aspicit. S. Catharina,
& Beata Cæcilia sanctæ erant, attamen earũ pulchritudo plures
angebat, & in offensam Dei trahebat, vt ex earũ historijs cõstat. 34
In hac verò seraphica virgine nõ sic se res habuit, cuius pulchritu
do hoc malo caruit, & hoc bonũ habuit, quod nũquã fuit scanda
li occasio, vt aliquis offenderet, quin potiùs carnalẽ libidinem in
D. Bonau. in alijs intuentibus eam sedabat, vt optimè D. Bonauentura refert.
4. D. 43. art. Vnde merito Sancta Ecclesia illã magnificat verbis illis: Quasi
vltimo. cedrus exaltata sum in Libano, & quasi myrrha electa dedi suа-
Eccle. 24. uitatẽ odoris. Nam cedrus suo odore fugat serpentes, & Myrrha
odore suo extinguit vermes. Similiter hæc gloriosa domina, pe-
culiari Dei prærogatiua infrænatos hominũ appetit⁹ sua puriſsi
ma pulchritudine extinguebat. O virgo sacrata, quã merito tibi
sancta mater Ecclesia canit, & clamat, dicens: Eia ergo aduocata
nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos cõuerte, vt tuo auxi
lio nostras passiones deuincam⁹, quę sunt vermes, qui viscera no 35
stra rodũt, & serpẽtes venenati, qui animas nostras inficiũt. Etiã
ostẽdit singulariter humilitatis virtutẽ habere, quę in niue repræ
sentatur, dicens, quo tẽpore in Dei matrẽ electa fuit: Ecce ancil-
la Dñi fiat mihi secundũ verbum tuũ. Ecce quomodo diuinis ra
dijs solaribus liquefit, & in valles humilitatis, & abiectionis pro
priæ descẽdit. Sed dicet aliquis, Videtur superbia dixisse, Ecce
ancilla Dñi, & tantam dignitatẽ, & honorem statim acceptasse.
Exod. 3. Nam Moyses, vt humilis erat, quando Deus ad Pharaonẽ illũ
mittebat, & ducem populi sui illum faciebat sæpissime se excu-
sauit, vt patet in sacro textu, dicens: Quis sum ego, vt vadam ad
Exod. 4. Pharaonẽ & educã filios Israel de Ægypto? Et alibi: Obsecro do
mi-

36 mine, nõ sum eloquẽs, Et inferi⁹: Obsecro Dñe mitte quẽ missu
rus es. Et cũ Hieremię prophetę Dñs dixisset: Prophetã in gẽti *Hier. 1.*
bus dedi te, ille respõdit: A, a, a, Dñe De⁹, ecce nescio loqui, quia
puer ego sum. Et glorioſus Baptista, quando Dñs, vt baptizare *Ioan. 1.*
tur ad illũ se cõtulit, excusabat se dicẽs: Ego à te debeo baptiza-
ri, & tu venis ad me? Bonũ etiã esset, quod hęc humillima virgo
pri⁹ se excusaret, & nõ statim acceptaret dicẽs: Ecce ancilla Dñi.
O heroicã humilitatẽ: nouerat hęc sapientissima virgo perfectã
humilitatẽ, in perfecta obediẽtia fundari, & in exequendo prõ-
ptissime Dei volũtatẽ, & cognoscẽs illã eius volũtatẽ esse noluit
cõtra ire. Nã seru⁹ tãto gratior est Dño suo, quãto magis obediẽs
illi est, tã in rebus laboriosis, quàm honorificis. Et cũ illa esset an
cilla humillima, & obedientissima Dño, tota se subdidit diuinę
37 voluntati, quãuis recte nouerat hãc supremã dignitatẽ, scilicet,
matrẽ Dei esse [*Le auia de costar muy caro*] & ob hanc causam omni
bus mulieribus magis afflictã fore: quia omne, quod prophetа-
tũ fuerat Messiam passurũ, ipsa sciebat. Cęterũ his omnibus ca-
put libenter submisit, tam honori, quam vituperio, & dolori,
quæ passura erat. Hæ ergò fuerunt virtutes, quas Deus in illa re
perit, propter quas, vt templum, & matrem sibi illam accepit. Et
siquidem hęc sanctissima Domina maiestati diuinæ tam grata
extitit, omnibus viribus nostris studeamus hanc vnicam patro-
nam, & aduocatam in omnibus necessitatibus habere, vt eius in
tercessione, & auxilio accipiamus gratiam, cum qua gloria im-
petratur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eodem Festo sacratissimæ Virginis Mariæ ad Niues Concio Secunda.

Loquente Iesu ad turbas extollens vocem quædam mulier &c. Luc. 11.

VM Redẽptorem nostrũ Iesum Christũ, quidã in *Luc. 3.*
terrogaret: Dñe, si pauci sunt, qui saluãtur? ille respõ
dit: Cõtendite intrare per angustã portã. Et videtur
respõsum secundũ propositũ non esse. Nã interroga

tus nõ fuit quid nã op⁹ esset ad intrãdũ in regnũ cœlorũ sed quot 2
saluãdi esẽt? Cęterũ, si rectè consideretur respõsio, patet sapiẽtis
sime (vt qui ille erat) respõdisse. Et voluit dicere in hoc: Porta cœ
li angusta est, scilicet, pœnitẽtia, & ferè omnes homines, põpam,
abũdãtiã, illecebrã, voluptatẽ, deniq; vindictã diligunt. Hinc cõ
iectare licet an pauci, multi ve sint, qui saluãtur. Hac respõsione
Dñs in duplicẽ finẽ tẽdit, scilicet, quæstioni satisfacere, nempe,
q̃ pauci sunt qui saluantur, & etiã docere quid debeãt homines
facere, vt saluentur, dicens: Cõtendite intrare per angustã portã.
Simile. Quãdò vir quidã animosus, & fortis aliquẽ locũ intrare exoptat,
& sunt plures, qui eius introitũ impediãt omnẽ vim, & indu-
striã adhibet, vt illos expugnet, & violentia maxima per mediũ illo
rum rumpit quousq; ad locum optatũ perueniat. Ita Dominus
inquit: Attendite, quod mũdus, dæmõ, & caro, cœli introitũ vo 3
bis impedire satagunt: ideò cõtendite, & omne studiũ adhibete
hos hostes debellare, & ex eis victoriã reportare. Et quoniã pau-
cissimi sunt, qui intrare cõtendunt, ideò pauci sunt, qui saluãtur.
Magister quidã Parisiensis (vt legitur) diuina ordinatione post
obitũ, eiusdẽ vrbis Episcopo apparuit. Cui dixit: Scito me in in
ferno esse. Episcopus verò illum interrogauit, si adhuc scientiã
illã tã magnã haberet, quã in seculo habebat. Ille respondit: Ne-
scio plus, quã tria. Primũ ęternaliter me dãnatũ esse. Secũdũ sen
tẽtiã in me illatã irreuocabilẽ esse. Tertiũ, quod, ppter carnis vo
luptates, & seculi honores priuatus sum diuina visione in perpe
tuũ. Et interrogauit episcopũ, nunquid mũdus, vt anteà perseue
raret, aut forte finitus esset? Cui episcopus cũ diceret, quare illud
sciscitaretur, ille respõdit: Tot animę his diebus in infernũ descẽ 4
derunt vt vix crederẽ tot homines in mundo esse posse. Quòd si
tot sunt, qui condẽnantur, & tã pauci qui saluantur, admiror val
dè, quodò hoc tam cõmune periculũ non pertimescimus. Dato
quod cœli, & inferi portę ęquales essent, & tot saluarẽtur, quot dã
nantur, adhuc maxima timendi erat occasio. Verũ quid dico por
tæ ęquales? Dato, quod vnus dũtaxat esset condẽnãdus, tã ingẽs
malum est visione Dei beatifica carere, & in infernum perpetuò
torqueri, quod tantũ hoc scire nempe vnicum tantum fore dam
simile. nandum, hoc tremorem nobis inferre deberet. Si magnus ho-
minum exercitus in cãpo esset, & omnibus diuina reuelatione
innotuisset fulmẽ casurum, & vnum ex eis interfecturũ, & quis
ille

5 ille esset omnes ignorarent, non dubium, quin singuli proprium
periculũ pertimescerent. Quid si reuelatum eis fuisset fulmen il
lud maiorẽ eorum partem fore necaturum? qua tristitia, & amari
tudine omnes afficerentur? Cur ergo dilectissimi non formida-
mus, cum summa veritas (quæ mentiri non potest) dixerit: An- *Matth.7.*
gusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitã, & pauci sunt, qui
inueniunt eam? Nisi forte perperã dicamus minus malũ esse in-
fernum perpetuũ, quam fulmen, quod è cœlo cadit, & vnum ho
minem interficit. Nostrũ neminẽ adhuc securũ Deus reddidit,
nec testimonium aut chirographũ eius habet aliquis, quod sit sal
uandus, opera nostra secundum præsentem iustitiam nos condẽ
nant: quomodo ergò tam magnum tamq̃ perpetuum malum
non formidamus? (*Quien os asseguro*) dilectissimi, vt quorũ opera
6 imitamini, nõ quo illi, sitis peruẽturi? Ocæci, & miseri hęc vobis
calamitas reliquis superaddenda erat, vt cũ in periculo maximo
versemini, id minimè formidetis? In eũ statum homines deuene
rant, quando mundum Deus aqua deleuit, quod inquit facer *Gene.6.*
textus: Omnis quippe caro corruperat viam suam. Et in Nume *Nume.14.*
ris (quando Deus puniuit Hebræos ne in terrã ab eo promissã, &
tãdiu ab eis optatam intrarent,) dicitur: Murmurati sunt contra
Moysen cuncti filij Israel. Et paulò inferiùs: Cum clamaret om
nis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit glo-
ria Dñi, & tũc dixit eis: Omnes homines, qui viderunt signa, quę
feci in Ægypto, & in solitudine, & tẽtauerunt me per decẽ vices,
neq; obedierũt voci meę, nõ videbunt terrã, pro qua iuraui patri
bus eorũ. Deniq; in diebus Hieremiæ in tantã corruptionẽ mo- *Hier.5.*
7 rũ omnes deuenerãt, vt diceret Deus: Circuite vias Hierusalẽ, &
aspicite, & cõsiderate, & quęrite in plateis eius an inueniatis virũ
facientẽ iudiciũ, & quærentẽ fidẽ. Ex quo apparet, neq; iustum
quidẽ vnũ inter tantam multitudinem esse. Et quidẽ ingẽs cala-
mitas erat, quod hęc tam vniuersalis malitia diebus illis in homi
nibus regnaret. Cæterũ multo maior calamitas est, vt in lege gra
tię, in qua nũc sumus, quando tam singularia dona à Deo accepi
mus, tã generaliter hæc malitia regnet. De his nostris tẽporibus *Psalm.73.*
præcinit S. Dauid: Deus noster ante sæcula, ideſt, Deus noster
æternus: operatus est salutem in medio terræ. Vbi alia translatio
habet: Operatus est salutes in medio terrę: & sic est in paraphrasi
Chaldaica. In quo significatur plura esse beneficia, quibus nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus donauit, nec tantum plura, verum etiam perspicua, & ad- 8
modũ manifesta. Hoc enim significat: In medio terræ: Et quòd
modo tãta corruptio in omnib⁹ statibus sit: tãta remissio in præ
latis: tanta inobediẽtia in subditis, tanta infidelitas inter coniu-
ges, tã parũ põderis, & grauitatis in senibus, nulla disciplina aut
modestia apud iuuenes, hæc calamitas deplorãda maxime est:
siquidem maiori obligatione adstringimur meliores nunc esse
illis, qui in seculis præteritis fuerunt. Meritò ergò Dominus di-
Simile. xit: paucos esse, qui saluantur, & hi pauci, vt in plurimum non
sunt ex optimatibus, & præcipuis populi. Quemadmodum
enim luna patitur eclipsim quando est plena per interpositio-
nem terræ inter ipsam & solem: sic homo malitia sua tunc ecli-
psari, & excæcari solet quando autoritate, & dominio ple-
nus est, & tunc terra, & eius affectio inter animam & rationem 9
magis interponitur. Quando mundi gloria plenior est homo,
tunc, vt plurimum contingit, gratia & lumine diuino vacuũ es-
se. Vnde fit, quòd tam corruptus manet, vt indignetur, & mo-
leste ferat, si quis salubre consilium aliquando ei præbet. Ideò
Hiere. 13. Sanctus Hieremias animi angustia dicebat: In abscondito plo-
rabit anima mea à facie superbiæ. Tam probi illi sibi videban-
tur, cum reuera maximi peccatores existerent, vt iniuriam sibi
inferri à sancto Propheta putarent, cum super eos flebat, quod
illis proueniebat ex nimia superbia. Nam cum magni, & poten
tes seculi à cunctis æstimari, & pluris haberi se cernant, ita sibi vi
dẽtur apud Deũ pluris fieri & honorari. O vani, vani, vani, quã
deceptos in hora mortis vos inuenietis. O Christe lux beatis-
sima, siquidem sol infinitæ lucis es pro tua clemẽtia te deprecor 10
hos nunc illuminare digneris, vt cognoscant, quòd quanto in bo
nis fortunæ maiores sunt, tanto plus in bonis gratiæ maiores de-
bent esse, & vt remedium cito adhibeant. Huius totius veræ do
ctrinæ hodiernum sacrum Euangelium planum testimonium
reddit. In quo agitur quomodo populi magnates scribæ, & Pha
risæi innocentissimo agno Iesu Christo Dei filio detrahentes,
& eius miracula diffamantes virtuti Beelzebub illa tribuebãt.
Quædam mulierecula, infima, & pauper, fide tamen plena, &
amore flagrans inter omnem illam copiosam turbam pro Dei
honore propugnauit, & extollens vocem dixit: *Beatus Venter, qui
te portauit, & Vbera quæ suxisti.*

Ait

11 Ait ergò sacrũ Euãgeliũ: *Loquente Iesu ad turbas, &c.* Antiqua
mundi cõsuetudo fuit & erit, gentẽ rudẽ, & populi turbã diui-
nũ verbũ plus frequentare, & audire, quã nobiles, & seculi mag
nates. Vnde in sancti Euangelij discursu sæpe inuenitur, quod
summus mundi magister prædicãs loquebatur ad turbas: & tur
ba significat multitudinẽ gentis minutæ. Profectò res mira fuit,
q̃ tã singularis, & egregij concionatoris fama qualis erat Verbũ
diuinũ humanatũ (. De quo S. Lucas ait: Mirabãtur in his verbis *Luc. 4.*
gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius) magni, & seculi potẽtes
nõ mouerentur, vt eius cœlestẽ doctrinã audirent. De Elephan-
te Plinius refert, q̃ formidat valde per aquã transire. Et ratio est, *Plinius. de*
quia cõtẽplatur in aqua imaginẽ, & vmbrã sui corporis, qui cũ *natur. hist.*
sit bestia tã immanis horret vmbrã suæ molis, & ita transire for-
12 midat. O mundi Elephantes, vtiq; hoc de vobis verificatur: qui
cũ bestiæ tã immanes sitis, & in aqua diuinæ doctrinæ vestra for
ma, & vmbra appareat, ibi fit manifestũ, quinã vos sitis, & quã
bestialis vita vestra sit. Ideò tantũ recusatis ad concionẽ venire,
ne forte hanc vestrã molẽ, imaginẽ, & vmbrã contẽplantes, vos
ipsos horreatis. Cũ Annas dominum interrogaret de eius doctri *Ioan. 18.*
na, Dominus respondit: Quid me interrogas? Interroga eos, qui
audierunt, quid locutus sim ipsis. Ecce hi sciunt, quæ dixerim
ego. Ex quibus verbis colligitur, hũc infœlicẽ Pontificẽ, Annã
cũ ex præcipuis populi esset, diuinũ concionatorẽ Iesum Chri-
stum, post quã tot conciones habuerat in Hierusalẽ, nunquã au- *Luc. 23.*
diuisse. Et rursus quãdo bon⁹ Iesus in domũ Herodis ductus fuit
Ait B. Lucas, q̃ gauisus est valde Herodes: erat enim cupiẽs ex
13 multo tempore videre eum. Ex quo etiam patet, quòd quan-
uis sæpe Dominus in Galilæa prædicauerat, vbi hic impius
Herodes regnabat, neque verbũ quidẽ ab eo audierat, nec eũ vi-
derat. Et huc vsq; (heu dolor) hic maledictus mos peruenit. Nã,
vt in plurimũ turba plebis Ecclesiæ implentur, magni vero &
potẽtes in vtranq; aurẽ sopiti dormiũt, & turpiter in lecto iacẽt,
hoc, duntaxat contenti in diebus festis rem sacram sero & hanc
perbreuẽ audire. Tantus est horror, & acerbitas, quam erga res
diuinas habent! O homines infœlices: equidem vos Annæ,
& Herodis socios in alia vita futuros esse credo, si quidem in hac
vita eorum imitatores estis. Loquente ergo Domino ad tur-
bas, & efficacissimis rationibus comprobante falsissimum esse

illorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

illorũ iudicium, dicentium illũ in Beelzebub eijcere dæmonia. 14
Extollẽs vocẽ quædã mulier de turba (ideſt, de infima plebe) *Dixit illi: Beatus vẽter, qui te portauit*. Hãc mulierculã mouit Spiritus ſanctus, vt hæc verba proferret, & ſatrapas illos cõfunderet. Nã vt
1. *Cor.* 1. D. Paulus ait: Infirma huius mũdi elegit Deꝰ, vt fortia quęq; cõ
Iudith. 16. fundat. Et ita ſancta illa Iudith poſtquã ab Holoferne victorã reportauit, dixit: Nõ excelſi Gigãtes impoſuerũt ſe illi, ſcilicet, inſideli, ſed Iudith filia Merari diſſoluit eũ. Magna cõfuſio, magnis, & ſeculi potẽtibus eſt, vt quo tẽpore Deũ, quã plurimis, & horrẽdis ſceleribus offendunt (qui eos magnos & potẽtes effecit) tunc paupercula, & pauperculus illũ collaudent. Quẽadmodum hic contigit, quia dum ſatrapæ Dominum blaſphemabant, mulier paupercula ingenti clamore illum benedicit. Vnus ex prẽcipuis 15
effectibus animarum ſanctarum hic eſt. Et ità vbi nos legimus:
Pſalm. 32. Rectos decet collaudatio, alia tranſlatio habet: Rectos decet laudatio. Et ſic eſt in contextu Græco, & ſic legit etiam Beatus Auguſtinus. In quo ſignificatur, nõ tantũ iuſtos in congregatione Deo debitas gratiarum actiones referre, verum etiam vnuſquiſque in particulari ſtudet illũ laudare, quia diuinus amor ad hoc illos inuitat. Ideo dilectiſſimi, qui maximam tepiditatem, & ignauiam in vobis ſentitis, & nullam affectionem, aut promptitudinem ad debitas gratias Deo perſoluendas, timete, ne forte hoc vobis proueniat, ſcilicet, quod in animabus veſtris non ſit rectitudo iuſtitiæ, & gratiæ diuinæ, quandoquidẽ hic Spiritus ſanctus inquit: Rectos decet laudatio & collaudatio, & immediate dixerat: Exultate iuſti in Domino. Et ad ſignificandũ quod 16
iuſti ipſam lætitiam, & gaudium debebant recipere in laudibus Dei ſubdidit: Rectos decet collaudatio. Itaque hęc ſecunda particula eſt prioris expoſitiua.

Quod autem hęc pia mulier exclamans dixit eſt: *Beatus vẽter qui te portauit*. Quodſi venter benedictꝰ erat, quid eſſet anima? Si domũ regiã intrantes videtis vaſa inſimi miniſterij argentea, & aurea eſſe, inde iudicium ſumitis, quid erit, quod in regis mini-
3. *Reg.* 7. ſterium deputatum eſt? Forcipes, candelabri, & claui portarũ ex puriſſimo auro erant cõfecti. Quod ſi hæc, quę tam parũ conducebant aurea erant, quid eſſet altare in ſancta ſanctorum, Cheru-
2. *Paral.* 9. bim, & propitiatoriũ? Et in Paralipomenone, vbi de diuitijs, & potentia Regis Salomonis agitur, ſcabellũ pedum eius aureum eſſe

17 eſſe commemoratur, & alias etiam res minutiſsimas. Quid ergo de præcipuis ad cultum regium ſignatis eſſet? Hoc ipſum argumentum hic formamus. Si venter puriſsimus virginis ſacratiſsimæ beatus erat, quanto beatior eius anima eſſet? In canticis il- *Cant.* 4.
lam laudans ſponſus inquit: Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es abſq; eo, quod intrinſecus latet. Quaſi diceret: Quod in te, ô amica mea foris ſplendet, aliqualiter poſſunt homines intueri & de eo loqui: at vero, quod intus abſconditum eſt ego ſolus qui ſum Deus cognoſco. Solus donorum impertitor nouit abſconditos theſauros, quos in illa anima virginis ſanctiſsima collocauit. Et vt ſignificaret hoc idem Dominus reſpondit: *Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*. Illa mulier laudauit virginem ſanctiſsimam de matris dignitate, Dominus ve-
18 rò illam laudat de virtute, obedientia, & gratia, quæ maiora ſunt, *Roma.* 1.
& plurisfacienda quàm quælibet dignitas. Vnde Diuus Paulus ait: Per quem accepimus gratiam, & apoſtolatum. Vbi prius gratiæ quã Apoſtolatus mentionem facit: quia plus æſtimabat gratiam Dei habere, quàm Apoſtolus eius eſſe. *Beati qui audiunt verbum Dei*. Non ibi ſiſtit, ſed vlteriùs addit: *Et cuſtodiunt illud*. Quoniam nõ ſatis eſt verbum Dei audire; niſi exequaris, quod in ip- 1. *Reg.* 3.
ſo præcipitur. Cum Samuelem quondam Dominus vocaret ille ad Heli ſacerdotem ſe conferebat. Sic multi ſunt, qui vocem Dei audiunt in concionibus, & mundo reſpondent, quia inde exeuntes quæcunque eis mundus præcipit exequuntur. Ideo per Iſaiam conqueritur Dominus: Vocaui, & non erat qui audi- *Iſai.* 50.
ret. Vbi ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt: Vocaui, & non
19 erat, qui obediret. Vbi audire & non obtemperare appellat Dominus non audire. Ideò dilectiſsimi per immenſam Dei charitatem vos deprecor, vt deinceps ſtudeatis, quę vobis prædicantur, & quę in libris deuotis legitis, & audire & perficere. Ob id enim *Apoc.* 1.
Diuus Ioannes poſtquam dixit: Beatus qui legit, & audit verba *Matth.* 7.
prophetiæ huius ſubdidit: Et ſeruiat ea, quæ in ea ſcripta ſunt. Et idem Dominus ait: Omnis, qui audit verba mea hæc & facit ea aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domũ ſuam ſupra petrã, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerũt in domũ illã & non cecidit: fundata enim erat ſupra petrã. Et omnis qui audit verba mea hęc & nõ facit ea ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domũ ſuã ſuper arenam, & deſcendit

pluuia,

pluuia, & venerunt flumina & flauerunt venti, & irruerunt in 20
domum illam, & cecidit. Hac admirabili similitudine docet Dominus quantam firmitatem obseruatio doctrinæ Euangelicæ in corde humano efficit. Et est valde notandum, non dixisse Dominum: Qui audiuit verba mea, & fecit ea, sed, dixit: Qui audit verba mea, & facit ea. Sicut hic non dixit: Beati qui audierunt, & custodierunt, sed ait: Qui audiunt, & custodiunt: vt intelligamus non satis esse audiuisse, & fecisse, nisi perseuerabimus in audiendo & operando, vsque in finem. Et ideò vnum ex præcipuis iustorum studijs debet esse maxima instantia à Deo postulare, vt eis auxilium præstet ad perseuerandum in bono cœpto, & ne dæmones victoriam reportent, qui iustorum perseuerantiæ maximè inuident, & omnibus viribus, vt illam iusti perdãt
Psal.34. studeant. Propterea Sanctus Dauid Deum precabatur: Exurge, 21
intende iudicio meo, Deus meus, & Dominus meus in causam meam, ne dicant deuorabimus eum. Vbi alij transtulerunt: Ne dicant deuorauimus eum. Et sic est in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica, & sic etiã legit Beatus Augustinus. Quasi diceret in hoc sanctus Propheta: Ne concedas eis Domine facultatem obsecro, vt possint dicere, iam deuorauimus eum. Ne proinde videntes fauorem quo me protegis sperent, quòd me deuorabunt. Vbi ponderatione valde dignum est verbum hoc, deuorare. In quo significatur quomodo dæmones exoptant penitus hominem destruere, ita vt nullum omnino boni vestigiũ in eo relinquatur.

Et dicit: *Beati qui audiunt Verbum Dei.* Quia quemadmodum pomum virtualiter est in semine: ita beatitudo virtualiter in audi- 22
tione verbi diuini continetur. Vnde dæmones tantam solicitudinem adhibent, vt homines illud non audiant, ne audientes hãc beatitudinem obtineant. Etiam beati dicuntur, quia iam in cordibus suis quosdam gustus cœlestes, & diuinas consolationes insitas habent, propter quas beati aliquo modo dici possunt. Celsus & Iulianus Christianæ religionis maximi hostes dicebant: Nihil infœlicius in hac vita posse homini euenire, quam esse Christianum & leges Euangelij sequi. Væ, væ, væ, quot Julianos & Celsos modo inter Christianos reperietis, qui quanuis hanc blasphemiã ore non proferant, operibus tamen & viuendi modo id dicunt. Quia siquidẽ, huius cœlestis doctrinæ obseruã

tiam

23 tiam ita abhorrent, in hoc quasi significare volunt illã obseruare maximã infœlicitatẽ esse. Hi miseri propter sua demerita huius diuini iugi suauitatẽ interiorẽ non degustauerunt. In simili errore versabantur Pharisæi, quando dixerunt Christo Redemptori nostro: Quando regnũ Dei venturũ est? Quibus Dominus re- *Luc.17.*
spondit: Regnũ Dei non venit cum obseruatione, (id est, non veniet sicut vos putatis & speratis.) Nec dicent: Ecce hic, aut, ecce illic. Regnũ Dei intra vos est. Pharisæi, vt carnales regnũ Dei in reb⁹ carneis expectabãt, scilicet, in diuitijs, in seculi honoribus, &c. Dominus autẽ nos & illos ab hoc errore educit dicens: Regnũ Dei non consistere in his rebus tẽporalibus, sed in charitate & virtute, quibus Deus possidetur, qui spiritui quietem tribuit, & harum rerum tẽporaliũ sitim extinguit. Vnde D. Paulus di- *Coloss.3.*
24 cebat: Mortui enim estis, & vita vestra absc̃dita est cũ Christo in Deo. Illi, de quibus S. Apostolus loquebatur mortui erant mundi concupiscentijs, & fruebantur gaudijs atque diuitijs spi- *D. Bern.*
ritualibus in Deo. Nam, vt inquit Diuus Bernardus: cui Deus incipit dulcescere necesse est, vt mundus amarus sit. Cæterum hoc carnalibus res inaudita & noua videtur. Quia carnalis homo non percipit ea, quæ spiritus Dei sunt: stultitia enim est illi.

Vigilate ergò dilectissimi, & summũ studiũ adhibete spirituales fieri, & in obseruatione diuini verbi vos exercere, & experiri incipietis, quã meritò Dominus dicat. *Beati, qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud.* Hoc sacrũ Euangeliũ nobis alma mater Ecclesia proponit in hodierna solẽnitate, quæ Sanctæ Mariæ ad Niues dicitur, propter Niuis miraculũ, quod in honorẽ huius
25 sacratissimæ Dominæ Romæ Deus fecit. Et quoniam in sancto Euangelio dignitas matris Dei cõmendatur, & in Niue figuratur pulchritudo & puritas eius, ob quã Deo grata extitit, ad hoc, vt illã in matrẽ sibi acciperet optime quadrat hoc sacrũ Euãgeliũ cũ præsenti festiuitate Niuis. Ecclesiastici. 43. dicitur: Aspergit Niuẽ, pulchritudinẽ candoris eius admirabitur oculus. Quæ *Eccle.43.*
verba conuenientissime huic glorioſæ Reginæ aptari possunt: quia spendorem pulchritudinis eius mirantur, non solum homines, sed etiam Angeli. Non hic de pulchritudine corporali loquimur. Nam etsi cupressi proceræ sint, & lauri perpetuo virides, platani vmbrosæ, cedri pulcherrimæ, attamen eas infrugiferas, & steriles videmus. Similiter homines non propterea

pterea quod perfectæ staturæ sint, & pulchritudine corporali26 emineant, ob id magis studiosi sunt. Quin potius, vt in plurimũ videmus sub gelu cry stallino periculosum cœnũ latere, & in interiori dentis albi vermẽ putidum esse. Sic sub elegantibus corporibus, & pulchris aspectibus, quam plurima, & horrenda peccata latere solẽt. Vnde assero pulchritudinẽ corporeã in imprudentibus plurimorum vitiorũ matrem esse. In imprudentibus inquã, nam prudentes, & verè sapientes ex corporali pulchritudine occasionẽ sumunt, vt meliores fiant. Nam sicut homo prudens, quantò precios ior est vestis, qua indutus incedit, tantò magis à puluere & alijs immunditijs illã seruat, ne maculetur, & inficiatur: ita quantò pulchrius est corpus, quod animæ indumentũ est tantò magis illud iustus obseruat, ne huius seculi turpitudinibus inficiatur. De hac corporali pulchritudine hic nobis nõ27

Psalm. 44. est sermo, sed de spirituali, de qua Regius Dauid cecinit dicens: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Hæc verba magnã admirationem inducere videntur quod Sanctus Propheta dicat: Omnis gloria eius ab intus. Nũquid in rebus exterioribus pulchritu-

1. Ioan. 3. do non est? Maxime. Siquidẽ, vt Diuus Ioannes in sua canonica ait, non solũ intrinsecus charitatẽ habere debemus, verũ etiam externis pietatis operibus illam ostendamus necessum est. Ait enim: Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo quomodo cha-

Cant. 4. ritas Dei in eo manet? Et sponsus laudans dilectam ait: Emissiones tuæ paradisus malorũ punicorum. Hoc est: Nouella tua germina ô sponsa (*Son como pimpollos de granados*) scilicet, opera, quæ ex corde tuo dimanant. Quare, ô sponse malis granatis illã28 comparas? Nunquid aliæ arbores, aut plantæ magis deliciosæ, & delectabiles non sunt, quam mala punica? Sunt certe vireta rosarum, albæ violæ, & alij quã plurimi flores odoriferi, & fructus qui magis grati malis punicis videntur. Dico quod iure optimo malo punico comparatur sponsa, quod extra rubicundum apparet, & intus multò magis rubet, cuius grana miro ordine sunt disposita. In quo significatur animam sanctam cogitationes, & desideria sua diuini amoris igne sic combusta habere, quod extrinsecus interioris charitatis signa dat manifesta. Et hæc etiam

Exod. 26. est ratio, ob quã Deus præcepit arcam fœderis tot pauimentis, tamque depictis tegere, vt patet in Exodo ad denotandum necessa-

29 cessatias esse in hac vita virtutes exteriores, vt arca interior, quæ est anima seruetur. Vnde in Canticis sponsa de se loquens, ait: Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Sa- *Cant. 1.* lomonis. Tabernacula nanque, & pelles ab imbribus, & tempestate, aqua, frigore, & alijs iniurijs protegunt eos, qui sub ipsis se recipiunt. Similiter virtutes exteriores pulchritudinis interioris protectio sunt. Quapropter illud Ioelis Prophetæ vaticinio possumus dicere, nõ sine lachrymis: Ficum meam decorticauit, *Ioel. 1.* nudans expoliauit eam, & proiecit, albi facti sunt rami eius. O tempora calamitosa, in quibus gens crudelis nempe hæretici sanctam Ecclesiam, à sanctis ceremonijs, & ab omnibus bonis exterioribus denudare nisi sunt. Cortices, quantumuis teneri & delicati sint plurimum iuuant ad conseruandam virtutem arboris.

30 Sic quamuis sanctæ Ecclesiasticæ ceremoniæ res parua videantur; ad virtutum tamen interiorum conseruationem plurimum conducunt. Ergo si hoc veritas infallibilis est, quomodo inquit Dauid: Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus? Vult dicere valorem, & pulchritudinem exteriorum operum, ex interiori animæ procedere. Nam in ea liberi arbitrij bonus vsus consistit, diuinæ tamen gratiæ & charitatis auxilio. Vnde opera externa diuinæ maiestati grata fiunt. Et ideò postquam dixit: Omnis gloria ei⁹ ab intus, addidit: In fimbrijs aureis circumamicta varietate. Vbi manifestè docetur iustos gloriam, & decorem non solum ab intus, sed etiam ab externis operibus habere. Quamuis, vt dixi, opera exteriora ab interioribus vitam accipiant. De hac ergo pulchritudine hic loquimur (non autem de pulchritudine cor-

31 porali) quæ elegantissimè candor appellatur. Vnde Alexander Alensis ait: Diuinam gratiam, quæ animã pulchram efficit candorem lucis æternæ esse, qui intellectum clarificat, & voluntatem inflammat. Et quemadmodum radius solaris in speculo re- *Alexan. Alensis 3. p. q. 69.* uerberans videtur, secum solis imaginem trahere, quam in speculo imprimit, ita, vt in eodem speculo solis effigies appareat. Sic diuina gratia in anima reuerberans taliter Dei imaginem in ea format, tamq; Deificatam illam relinquit, vt plus Deus, quã anima videatur. De Beata Catharina Senensi legitur gratiam à *S. Catharina Senen.* Deo impetrasse, vt intueri posset pulchritudinem animarum, quæ cum illa conuersabãtur. Et confessori suo dicebat: O Pater, si vnius duntaxat animæ pulchritudinem cerneres, non dubito,

quin propter illius salutẽ plures mortes pati eligeres. Hanc eius 32
pulchritudinem mirantur Angeli. Vnde illud Canticorum di-
Cant. 6. cebant: Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora, consurgens pul-
chra, vt Luna, electa, vt Sol. Hæc nomina rerum corporalũ, quo
magis pulchra sunt, ei tribuunt ad eius pulchritudinem, & de-
corem amplius explicandum. Et inter omnes creaturas, de qua
potiori iure hoc mirati dicere potuerunt, sacratissima Virgo Ma
ria mater Dei fuit. Vnde conuenientissime dicere possumus.
Aspergit (scilicet Deus) niuem, hoc est, hanc purissimam Virgi
nem, & pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Nam
talem illam Deus fecit, quòd tam Angelos, quam homines in
admirationem rapit. Qui niuem intuetur, si rem aliam postea
intueatur, quanuis sit candida, nigra tamen ei apparet. Sic pul-
chritudinem, & sanctitatem sanctissimæ Virginis, deinde sancti 33
tatem, & pulchritudinem aliorum sanctorum contemplãtibus,
in comparatione illius hæc minima apparet. Nix vndequaque
pulchra, & cãdida est. Similiter hæc sanctissima Virgo ex omni
parte pulchra & cãdida fuit, gratáq; Deo extitit. Et hoc signifi-
cauit Angelus, quando dixit ei: Dominus tecum. Quando ali-
quem vobis attentum esse vultis, &, vt verbis vestris attentum
præbeat auditum, vulgo dicere consueuistis:] *Está conmigo.*] Et
tunc ille vobiscum est, hoc est, maximam attentionem præstat,
quando id, quod ei dicitur nimium sibi placet. Et ita Dominus
tecum vult dicere: ô Virgo sacrata rebus tuis Deus nimis at-
tentus est. Hoc est, quicquid in te est Deo placet. Cogita-
tiones tuæ, desideria tua, opera tua, lachrymæ tuæ, suspi-
ria tua, deniq; orationes tuæ omnia Deo grata sunt. Nix 34
præterea plurimum terram fœcundat. Vnde vulgo dici solet,
[*Año de nieues, año de bienes.*] Sic hæc pijssima virgo suis auxilijs
Prou. 25. fœcundat animas sibi deuotas, impetrans eis à diuina misericor-
dia plura dona. De ipsa illud Prouerbiorum dici potest: sicut fri
gus niuis in die messis: ita legatus fidelis ei, qui misit eum, animã
illius quiescere facit. Hic legatus fidelis est mater misericordiæ,
D. Berna. quæ fidelissimè orationes nostras ad Deum defert. Vnde Di-
uus Bernardus ait: Nihil nos Deus habere voluit, quod per Ma-
riæ manus non transierit, & nihil ex operibus nostris sibi esse
gratum, nisi per manus Mariæ offeratur. Ideò modicum illud,
quod Deo offerre desideras gratissimis Mariæ manibus cura tra-
dere,

35 derẽ, si repulsam non vis habere. Hæc ille. Nusquam niuis algor
ita refecit animos eorum, qui in æstuantibus diebus lassati sunt,
sicut huius legati fidelis pia memoria eius deuotos refocillat.
Nix herbam viridem desuper cooperit, quæ animalium pabulũ
esse solet; vnde niuis tempore illam pascere nequeunt. Herba
viridis sunt homines carnales, qui, vt tales bestiarum infernaliũ
pabulum sunt. Hos pijssima Virgo eius intercessione solet pro-
tegere, vt conuersi dæmonum pabulum non sint. Niue vestigia
ferarum reuelantur: vnde niuis tempore facile capiuntur. Huius
etiam glorioſæ Reginæ auxilio, dæmonis astutiæ, & insidiæ ma
nifestantur: vnde facile vincitur. Niue sterquilinia operiuntur,
& pulchra apparent. Sterquilinia sunt peccatores abominatio-
nibus, & peccatis pleni, sed Regius Dauid inquit: Niue dealba- *Psal. 67.*
36 buntur in Selmon. Selmon secundum Beatum Hieronymum
virtutis obumbraculum significat. Quod nomen optimè qua-
drat huic clementissimæ Reginæ matri Dei, cuius auxilio, &
intercessione conuertuntur peccatores, & ex sterquilinijs, sicut
niue dealbati manent, & in oculis Dei grati & pulchri. Eia pec-
catores, qui tanquam sterquilinia Deo, & Angelis male oletis
ad hoc virtutis & niuei candoris receptaculum confugite. Hanc
clementissimam cælorum terræque Imperatricem, vt singula-
rem aduocatam habete: vt operti sicut niue, & per veram pœni-
tentiam conuersi pulchri, & candidi per diuinam gratiam ma-
neatis, cum qua gloria obtineatur: ad quam nos perducat Iesus
Mariæ filius, Amen.

37 ¶ IN Festo sanctissimæ Transfigurationis sex integras
conciones reperies Dominica secunda in quadra
gesima, & in Sabbatho precedenti in qua-
dragesimali volumine.

(.)

IN FESTO ASSVMptionis Sacratissimæ Virginis Mariæ Concio Prima.

Intrauit Iesus in quoddã castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Luc. 10.

1 ALMA mater Ecclesia Spiritu sancto illustrata, hoc sacrum Euangelium in hodierna celeberrima festiuitate nobis proponit: in quo Marthæ, & Mariæ sororum obsequia Christo Redẽptori nostro exhibita referũtur, propter quæ fratris sui Lazari resurrectionem meruerunt. In quibus obsequijs singularia seruitia significantur, quæ sacratissima Virgo Maria domina nostra Deo exhibuit, propter quæ sui purissimi corporis resurrectionem, & glorificationem meruit. Statim in exordio Euangelij singulare beneficium, quod filius Dei hominibus contulit, ostenditur, scilicet, [*Auerse puesto de manera.*] vt ei possent homines famulari. In regio palatio duplex famulorum ordo est: alij domui regiæ deseruiunt; alij verò eiusdem Regis personæ adstant. Seruitio domus Regię signati sunt, qui domui necessaria suppeditant, & qui eam mundant & ornant. Qui verò Regi adstant, sunt cubicularius, structor, œconomus, chironomon, id est, [*El trinchante,*] à scypho, & à ferculis, &c. Maximum discrimen versatur inter eos, qui domui regiæ deseruiunt, & eos, qui Regi adstant. Nam hi plurimum illos excellunt, quia apud Regem plus illis valent, & potiora beneficia ab eo recipiunt, maioraque dona expectãt. Multum quidem distat inter Regis villicum, cui magna merces exhibetur, & illum, qui aquam, & ligna in domum regiam portat, cui post annum quinquaginta aureos pro mercede laboris soluuntur. Hoc discrimen aliqualiter versari

4 versari videtur inter homines legis antiquę, & legis gratiæ. Quoniam cum filius Dei homo factus sit, & sicut propheta Baruch inquit, In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, potuerunt homines eius diuinæ personæ seruitia exhibere. Qui quanuis in cælum ascendit, nobiscum remansit in ineffabili altaris sacramento, & sic occasio nobis relicta fuit, vt singulari modo eius diuinæ personę seruitia exhiberemus. O supremum beneficiũ, cui addebitam exaggerationem tribuendam linguæ hominum, & Angelorum non sufficiunt, vt vilissimi terræ vermiculi dicere possimus, & affirmare, quòd personæ filij Dei seruimus, cum admirabili occasione multo plures diuitias, & dona impetrandi, quam illi, qui in veteri lege illi seruitia exhibuerunt. *Baruch.* 3

5 Hoc ergo significat: *Mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.* Nunc ergo dilectissimi attentione maxima consideretis obsecro, illum potentissimum Deum, ante cuius diuinũ conspectum omnes cælestes potestates procidunt, qualiter venit pauper, æstuosus, lassatus, fatigatus, & humilibus paupercułisque socijs comitatus, & sic per cuiusdam nobilis fœminæ ianuas se ingerit. Ecce quid amor filijs Adæ tribuat. Olim (*Quando Dios no era mas que Dios:*) per quam familiari eius Moysi in deserto in medio rubi spinosi, & igniti apparuit, vt patet in Exodo. Et cum Moyses Deo appropinquaret, dixit illi Deus: Ne appropies huc, tene retro, ne huc accedas, fidelis es, & mihi maximè familiaris; attamen huc accedere ne audeas. Considera interim, quis ego sim, & quis tu. Solue calciamenta de pedibus tuis: locus 6 enim in quo stas, terra sancta est. Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Attendite cum quanta maiestate Deus appareat duplici vallo obsessus: altero ignis, spinarum altero. Hodierna verò die idem Deus homo factus amoris, & charitatis infinitæ igne flagrans, & laborum, miseriarumque spinis nostræ humanæ naturæ vallatus, quanta cum humilitate accedit. Nec dicit, vt homines ab eo retrocedant, sed potius per eorum ianuas se intromittit, vt cum eis conuersetur, & singularibus beneficijs illos afficiat. O quantum hoc sponsæ in votis erat, cum deprecabatur: Quis mihi det te fratrem meum, vt inueniam te solum foris & deosculer te, & iam nemo me despiciat. O æterne Deus, quis mihi te fratrem meum daret. Hæc *Exod.* 3. *Cant.* 8.

sponsa est fidelium congregatio, quæ in mundo est. Et in his 7
verbis incarnationis mysterium postulabat, nempe vt Deus
homo fieret. Dicebatque: Quis mihi det, non autem, Quis mi-
hi vendet, quoniam beneficium tam singulare neque emi pote-
rat, nec de iustitia mereri. Et petebat, vt frater eius esset, vt ipsa il
lius cohæres fieret. Et sic exclamabat: O vtinam foris in hoc mũ
do illum inuenirem, extra illam inuisibilitatem solum absque il
lo Angelorum vallo solum, in præsepio solum, pauperculis di-
scipulis comitatum, solum in cruce à Patre derelictum, vt me
protegeret. O dilecte mi, si sic te inueniam, ad te appropinqua-
re non verebor. Labijs meis te tanquam intellectu, scilicet, & vo
luntate, vt deosculer te. Intellectu, in te credam, & voluntate te
diligam (quæ animæ meę labia sunt) & iam nemo me despiciat.
Ab Angelis enim pluris æstimabor, & dæmonibus formido 8
ero, cum videant te fratrem meum esse, & quòd tantum auxi-
liũ mihi prębes, quòd nõ solùm speras, vt ad te me conferam, ve
rum etiam tu ad me venis. Iam non sicut Moysi mihi dicit: Ne
appropies huc, quinimò tu mihi appropinquas, & per ianuas
meas te ingeris, vt de meis seruitijs accipias. Hæc sanctæ Eccle-
siæ desideria iam sunt adimpleta, siquidem iam Deus homo fa-
ctus est. Et ipse venit vt redimeret, & consolaretur nos. Vnde
Diuus Paulus amore languens de hoc ineffabili Dei beneficio
1. Tim. 1. verba faciẽs, ait: Fidelis sermo, & omni acceptione dignus quod
Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere.
Et statim gratitudine plenus subdidit: Regi autem seculorũ im-
mortali, inuisibili, soli Deo honor, & gloria in secula seculorum,
Amen. Ergo dilectissimi charitatis visceribus hoc tam lætum 9
nuntium suscipite, & diu noctuq; propter beneficium tam sin-
gulare à diuinis laudibus non supersedeatis.

Mulier quædam excepit illum in domum suam. Multi sunt, qui ex-
optant, & volunt, vt hic diuinus hospes excipiatur hac tamen le
ge, vt sit in domo aliena, non autem in propria eorum. Volunt
inquam, vt alij ieiunent, vt abstineant, vt se recipiant, & pœni-
tentiam agant, & super proximorum salutem, & morum refor-
mationem inuigilant: ipsi verò ne dum in porticum domus suæ
Christum Redemptorem nostrum excipere volũt. O miseram
cæcitatem, ô inauditam amentiam, vt homines alijs cælum ex-
optent, sibi autem infernum eligãt? Quantum curæ secularibus
est,

10 est, vt Ecclesiasticorum mores reformentur, & quomodo Eccle
siastici de secularium dissolutionibus, & abominationibus mur-
murant, cum, vt plurimum neutri eorum de propriæ conscięntiæ
reformatione curam habeãt. Beata Martha excepit Dominum
in domum suam. Auertite, auertite iam fratres oculos vestros à
vita, & conscientijs alienis, & in proprijs collocate, & vnusquis-
que proprię reformationi tam exteriori, quam interiori incum-
bat, & suam quisque domum Deo præparet, & ornet, semper
mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes. B. Apo
stolus dicebat: In corpore nostro, quoniam præcipuum, cui in- 2. Cor. 4.
cumbere debemus, propria mortificatio debet esse. Et Gal. 5. in
quit: Qui Christi sunt carnem suam crucifixerũt cum vitijs. Nõ Gal. 5.
dicit alienam, sed suam. Et alibi: Castigo corpus meum, & in ser 1. Cor. 9.
11 uitutem redigo. O vtinam vnusquisque nostrum proprium cor-
pus castigare studeret. O quot mala excusarentur, & quot seruiti-
tia Deo grata fierent. Refert B. Ioannes in Apocalypsi se audi-
uisse vocem, sicut citharœdorum, citharizantiũ, in citharis suis. Apoc. 14.
Et cantabant, inquit, quasi canticum nouũ ante sedem agni. In
quo significatum fuit gratum valdè esse Deo, vt vnusquisq; sui
corporis citharã, cordis, conscięntiæq; pulset. Reprehẽsibilis qui-
dem esset ille, qui in domũ suam aliquẽ nobilem, & insignẽ vi-
rum esset excepturus: & quo tẽpore illũ venturũ esse speraret, à
domo sua discederet, & absens fieret. Et siquidẽ quolibet tẽpo-
ris mometo hunc diuinũ animarũ nostrarũ sponsum venturum
speramus, sicut idem Dñs promisit cum Patre, scilicet, & sancto
Spiritu ad eũ, qui illum diligit venturũ his verbis. Ad eũ venie- Ioan. 14.
12 mus: & mansionẽ apud eũ faciemus. Ne extra nos ipsos exeam?,
sed cum maxima vigilantia illũ expectemus. Hunc cælestẽ Re-
gem scitote dilectissimi, nõ esse sicut alios Reges terræ. Nam Re
ges terræ quando in domos alienas excipiuntur, volunt, vt prius
earum habitatores ab eis exeant. At verò hic supremus Rex do-
mum conscientiæ vestræ non intrabit, nisi vosmet in ipsis sitis.
Ideò vnusquisq; studeat intra seipsum esse, & seipsum respicere,
non extra vagando, & proximorum vitam inquirendo.

*Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini
audiebat verbum illius.* Duo notabilia sanctum Euangelium de hac
sancta fœmina hic commemorat, quæ valdè necessaria sunt ad
hoc, vt verbum diuinum in cordibus audientium operationẽ effi

ciat. Primum est, quòd hæc sancta fœmina verbum Dei sedens 13
cum maxima animi quiete audiebat. Nũc ferè omnes verbum
Dei stantes auditis, cordibus elatis, & inquietis exoptantes, vt
citò concionator concioni finem imponat. Vnde dulcius con-
cionis verbum vobis est, Ad quam nos perducat. An ignoratis
Eccle. 12. fratres Spiritum sanctum dixisse: Verba sapientium, sicut sti-
muli, & sicut claui in altum defixi? Stimulos illa appellat, nam
sicut stimulis animalia excitantur, reuiuiscunt, exiliunt, & tor-
porem amittunt, sic diuina verba sopitos excitant, & à mala vi-
ta prosilire, & torporem pigritiamque spiritus amittere faciunt,
& sunt tanquam claui, quæ corda à terra eleuant & suspen-
dunt. Quemadmodum ergo non sufficit semel animal remis-
sum, & lentum stimulo pungere, sed iterum atque iterum de-
bet pungi, vt illam ignauiam, & torporem amittat, & sicut non 14
sufficit ad hoc, vt clauus parieti fixus maneat, vnicus ictus, sed
pluribus opus est: Similiter ad hoc, vt Dei verba pungant, &
stimulent animam lentam, & desidem opus est sæpe illa re-
petere, & inculcare, & spirituale eloquium quamplurimis, co-
piosis, & sanctis verbis, rationibus, considerationibusque in
longum protrahere. Et vt in anima tanquam claui fixa adhæ-
reant, opus est plures ictus impingere, vtpote exclamationes
facere & acerbis, seueriscque increpationibus peccatores argue-
re & terrere. Ad quod requiritur temporis mora, & in audi-
2. Tim. 4. toribus patientia. Vnde nonnulli verba illa Diui Pauli: Insta
opportune, importune, sic exponunt, non quòd velit dicere,
vt prædicet [*Con sazon, y sin sazon,*] sed quod opportunitatem cum
inuenerit, sit importunus & prolixus in sermone. Id est, insta 15
importune, quando opportunitatem inueneris, vt hac import-
unitate verbum diuinum operationem faciat. Ad quod, vt di-
xi, necessarium est, vt auditores sedentes, quiete & tranquille,
& longanimitate quadam audiant. Et quoniam piam affectio-
nem diuinæ doctrinæ habere oportet, & hæc pia affectio do-
num Dei est, necessarium est fratres, vt cum maxima efficacia
illam à Deo postuletis, sicut Sanctus Dauid efficaciter petebat.
Psal. 5. Vbi pro eo, quod nos legimus: Dirige in conspectu tuo viam
meam. In contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica habe-
tur: Dirige in conspectu meo viam tuam. Vbi Sanctus Dauid
non solum postulat, vt vita sua grata sit Deo secundum nostram
transla-

16 translationem, sed etiam deprecatur, vt eius diuina lex, & do-
ctrina sibi grata sit. Dirige in conspectu meo viam tuam. Hoc
est, deprecor te Domine, vt lex tua mihi dulcis appareat, & er-
ga illam valde affectus ego sim. O quanti interest hoc donum
à diuina manu impetrare. Ego vobis affirmo dilectissimi, quòd
si illud haberetis, nusquam cum tanta afflictione, suspensione,
& acerbitate cõcionibus adfuissetis, exoptãtes perbreues esse, &
statim finiri. Etiam dico vobis hanc piam affectionem erga di-
uinam doctrinam, signum valde manifestum esse diuinæ præ-
destinationis. Nam sicut inter alia discrimina, quæ inter aues,
& bestias versantur, vnum est, quòd si nocte coram oculis auium
lucerna accensa ponatur, omnes ad illam lucem protinus confu-
giunt, è contra bestijs si lucerna contraponatur fugiunt, & vul-
17 tum abscondunt, quia lucernæ splendorem pati nequeunt: si-
militer inter prædestinatos & præscitos hoc discrimẽ inuenitur.
Nam lucerna accensa & lucens, est diuinum verbum in media
huius seculi nocte, sicut Regius Dauid inquit: Lucerna pedibus *Psal. 118.*
meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et aues scilicet, præ-
destinati, videntes hanc lucem, quam ob oculos suos concionato-
res ponunt post illam gustu, affectione, & deuotione currunt.
Peccatores verò bestijs similes hanc lucem pati non valentes,
statim terga vertunt, & fugiunt. De quorum quolibet inquit
Sanctus Dauid: Noluit intelligere vt bene ageret. Iniquitatem *Psal. 35.*
meditatus est in cubili suo, astitit omni viæ, non bonæ. Per-
pendite plurimum hæc verba obsecro: Iniquitatem meditatus
est in cubili suo, & sequentia: Astitit omni viæ non bo-
18 næ: in quibus significatur, quam de proposito peccator occu-
patur, cogitans iniquitates, & sedet, vt operetur eas. Si autem
per dimidiæ horæ spatium concioni adsit, maximè defatigatur.
Etiam circa hoc notetis velim id, quod Diuus Augustinus ait,
scilicet, Concionatoris auditorium esse tanquam mensam, cui *D. Augu.*
tam iuuenes, quam senes accumbunt. Vbi iuuenes breuiter quæ
eis apponuntur, glutiunt; & amplius sibi apponi vellent. At ve-
rò senes, vt edentuli sunt, parum comedunt, & paulatim masti-
cant: vnde æquum est, vt iuuenes senes expectent. Ita in audito-
rio multi sunt ingenij perspicacissimi, qui quamprimum con-
cionator verbum proferre incipit mox callent, & illius mentem
penetrant, & vellent, vt vlterius procederet, & noua diceret.

Non sic dilectissimi debet esse, sed potius æquum est, vt qui 19
ex vobis iuniores estis, & dentati, senes edentulos expectetis,
Hoc est, vos, qui ingenij acumine prævaletis, sedeatis oportet,
& æquo animo expectetis, vt quæ dicuntur explicentur (quan
uis illa recte intellexeritis) quousque hebetes ingenij, & rudes
intelligant. Alterum quod notari oportet est, quòd hæc bene-
dicta mulier diuinum verbum sedens secus pedes Domini hu-
militer, & tanquam vera discipula, quæ doceri exoptabat au-
diebat. Modô verô multi ad concionem veniunt, qui non se-
cus pedes, sed secus caput sedent, quia non veniunt tanquam
discipuli discendi auidi, sed tanquam censores, & magistri, ad
iudicandum quod concionator dicit. Vnde non sententias vti-
les, quas prædicat notant, sed si fortè aliquo verbo lapsus est, 20
aut incaute aliquid protulit, quæ ingens amentia est, & sum-
Eccl. 21. ma peruersitas. Vnde de quolibet horum ait Ecclesiasticus:
Simile. Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam nõ te-
nebit. Si vinum pretiosum in rupta, aut scissa cuppula funditis
totum vinum effunditur, & tantum fæces in fundo manent. Si-
militer hi optimas considerationes, quæ tanquam vinum ani-
mas in amore inebriant à memoria labi sinunt, & retinent fæ-
ces, quæ sunt verba quædam non ita limata, & curiosa, aut ali-
quas sententias minus doctas, aut profundas vt concionatorem
postea subsannent. Quod si aliquid ex concione ab illis quæra-
tur, iam memoria excidisse respondent, quam labilem habere
dicunt. Miser si labilem memoriam habes, quomodo memoria
retines verbum incautum, quod abhinc retro quatuor annis
concionator protulit? Ecce quomodo non propter memoriæ 21
defectum hoc prouenit, sed potius propter affectionis, & amo-
ris Dei penuriam, & etiam ob malitiæ abundantiam. Per im-
mensam Dei charitatem semel, & millies vos obsecro fratres,
vt humiliter ad audiendum verbum diuinum properetis, & tan
quam veri discipuli secus pedes concionatoris vos collocetis. Et
fingite secus pedes eiusdem Iesu Christi filij Dei vos esse, & me
Luc. 10. moramini sententiæ illius, quam ipse Dominus ait: Qui vos au
dit me audit, & qui vos spernit me spernit.

Martha autem satagebat circa frequens ministerium, quæ stetit & ait: Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Dic Ergo illi, vt me adiuuet. Hæc verba, velut quidam pij zeli fuerunt, qui

22 qui etiam inter sanctos oriri solent. Et ita crediderim ego potiùs
hæc verba fœminæ curialis, & vrbanæ fuisse, quam querelæ.
Nam rectè Beata Martha nouerat id ita futurũ, & quòd æquũ
erat, vt earum altera cum domino esset quousque mensæ neces-
saria alia pararet. Cęterum defatigata, & lassata voluit suum sub
leuare laborem cum illius intuitu, & aspectu, quem duntaxat
intueri absque inuidia, & dolo, omnes molestias auferebat, &
corda à laboribus, & cunctis seculi molestijs subleuabat. Et ideo
perinde est ac si verbis vrbanis, & festiuis diceret: Ità ne Domi-
ne, quòd laborem ego, & sudem imperans, & faciens quæcun-
que ad tuum obsequium pertinent, idque proprijs oculis cer-
nas, & patiaris sororem meam sedere? Sic tibi sum curæ? Vel for-
tè hoc illa dixit quadam sancta inuidia tacta, quòd solum Marię
23 concio fieret, & diceretur aliquid, quo ipsa propter occupatio-
nem frui non posset, & obstare voluit, ne illud vni duntaxat di
ceretur. Vt posteà ambæ eo fruerẽtur: quasi sapientię fonti quid
deinde diceret foret defuturũ. O quam exactè hic multorũ que-
rimonię depinguntur, qui existimãt se à Deo derelictos esse, &
quòd Deo curæ ipsi non sint, & hoc ita putant, quia vident se so
los esse, & laboribus innumeris circumseptos. Et quasi dicere vi
dentur: Domine, non est tibi curæ, quòd his angustijs affligi-
mur? Has querimonias Sanctus Dauid nomine iustorum pro- *Psal.* 9.
posuit dicens: Vt quid Domine recessisti longè despicis in op-
portunitatibus, in tribulatione? Id est, quando tuis magis ne-
cessarius es, eos contemnis, & solos relinquis? Et in Hebræo, &
in paraphrasi Chaldaica habetur: Despicies in opportunitati-
24 bus in tribulatione. In hoc, despicis, & despicies denotatur tem
poris diuturnitas, in qua Deus permittit seruos suos pati, qui-
bus proinde videtur se à Deo derelictos esse. Veruntamen spiri
tus sanctus mox rationem reddit, ob quam sic eos pati permittit
dicens: Dum superbit impius incẽditur pauper. Hoc est: Propte
reà illos Deus pati permittit, quia persecutionibus, & contra-
dictionibus amplius in diuino amore exardescit iustus, qui est
pauper spiritu. Ideò dilectissimi ne existimetis à Deo vos de re-
lictos esse, quanuis per longum temporis spatium quam plurí-
mis angustijs, & laboribus circundatos vos videatis. In tantis la-
boribus, tamque assiduis D. Paulus se, suoq; socios immersos cõ
siderabat vt diceret: Propter ipsos scriptũ esse. Propter te morti- *Psal.* 43.
ficamur

Rom. 8. ficamur tota die æstimati sumus, sicut oues occisionis. Vbi pon- 25
derandum est, tota die totius vitæ spatium significare. Attamen non ob id se derelictum putabat: quinimo ibidem affirmat, dicens: Certus sum, quòd neque mors, neque vita, nec alia creatura poterit nos separare à charitate Dei. Et mihi credite fratres, q̃ Diuus Paulus pericula formidabat. Nam licet Paulus esset, ho-
D. Chryso. mo nihilominus erat. Vnde Diuus Chrysostomus illa verba Di-
1. Cor. 2. ui Pauli dilucidans: Ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos, ait: Quamobrem qui dicunt quòd plagas nõ timuit, nõ modo nullo eum honore prosequuntur, sed multum ex illius laudibus auferunt: nam si non timuisset, quæ fortitudo, aut quæ philosophia fuisset perferre pericula? Quid audax metus tolerãdo facit, aut insensibilis labores perferendo? Hæc ille.

Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? 26
Vnde Martha benedicta colligis, quòd nõ es curæ Deo? an quia adiutorium ad te non mittit? Tanti auxilium æstimas, vt si sociam in laboribus tibi Deus tribuat, maioris meriti occasio minuatur? Falleris ingenue. Quondam Moyses molestè ferens laborem, quem in populi gubernatione sustinebat conquerebatur, dicens: Cur afflixisti seruum tuum, & cur imposuisti pon-
Num. 2. dus vniuersi populi huius super me? Vt autem Deus pondus illius subleuaret septuaginta venerabiles viros coadiutores illi dedit. Veruntamen sacer textus ait ibi Dominum dixisse: Auferã de spiritu tuo, tradamque eis. Et inferius dicitur: Auferens Dominus de spiritu, qui erat in Moyse dedit septuaginta viris. In quo significatur, auxilium in rebus exterioribus sæpe occasionem esse iacturæ interioris. Ideò dilectissimi mihi credite, quòd 27
ille, qui laborem subterfugit, meritum suum defraudat. Nonnulli religiosi conqueri solent, quòd eis plus, quam alijs præcipiatur, & quòd alij non tantum sicut & ipsi laborant. Dicito frater ipsius laboris lucrum cuium est? nonne tuum? Quare ergo molestè fers, quòd maioris coronæ occasionem tibi præbeant alij? quinimò ingentes Deo gratias agere deberes, pro tam singulari beneficio.

Et respondens dixit ei Dominus: Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima; porrò vnũ est necessarium. Placuit Spiritui sancto, vt hæc Beatæ Marthæ querela, & Domini responsum literis mandaretur, vt hac via cognoscerent homines, quòd nimium vagari, &

28 ri, & solicitos turbatosque esse erga res temporales, quãuis aliâs
hęc solicitudo in commodum, & vtilitatem proximorum redũdet, hæc nimia solicitudo est occasio, vt spiritus perturbetur, & interiores potentiæ vitientur, si ibi tantum omnis rei solicitudo & cura sistat. Ideò necessarium est tali circino, [*Con tal compas*] vt ita dicam, & ordine operibus charitatis externis hominõ incumbere, vt signatum temporis spatium supersit ad vacandũ illi vni necessario, quæ est diuina meditatio, consideratio, & contemplatio. Si artifices, vt fabri ferrarij, & aurifices, & huius sortis cæteri *Simile.*
semper, sine intermissione eisdemmet instrumentis, vtpotè, serra, lima, ferreo scalpro fabricarent, quanuis hæc ferrea sunt, nihilominus si semper eis vterentur, vitiarentur, & hebetarentur. Vnde necessarium est, vt nonnunquam in fornacem mittantur,
29 reficiantur, & acuantur. Sic animæ potentiæ, quæ sunt instrumenta, quibus homo laborat, & operatur: si tamen per longum temporis spatium operibus externis, & corporeis vacetur, quãuis pietatis opera sint; vitiantur tamen, & hebetantur. Ideò nonnunquam opus est, vt hæc instrumenta quiescant, & in fornacẽ diuinæ contemplationis mittantur, vbi diuini amoris igne reformentur, & reficiantur ab incommodis, & obtusionibus, quæ ab exercitijs corporeis accipiunt. Mercator, qui tabernam suam, id *Simile.*
est, [*Su tienda,*] varijs mercibus refertam vult habere, & copiosas diuitias lucrari: hinc, inde suos exercitores per diuersa prouincia rum loca mittit. Quosdam in Flandriam, nonnullos in Italiam, alios verò ad Indos, ex quibus omnibus locis illi preciosissimas merces afferũt, & maximi lucri, & vtilitatis. Sic homo, qui vult
30 animam suam ditare, & conscientiæ suæ tabernam diuinis mercibus refertam habere, necessum habet mittere exercitores suos per diuersas prouinciarum partes, vt merces spirituales ad se afferant. Hi animæ exercitores, sunt cogitationes, & considerationes. Mitte ergo frater quandam cogitationem in Indiam cælestem, vt lustret, & contempletur illam gloriam, delicias, diuitias, denique gaudia perennia, quibus beati in æternum fruuntur. Nam etsi diuitiæ, quę ibi sunt incomparabiles sunt, tuus exercitor non veniet vacuus, quia quanuis exinde non amplius reportet, quam nouum earum desiderium, id dũtaxat plurimum valet, illudque feruidissimum afferet, si cælestia rectè contemplatur. Mitte deinde aliam cogitationem in prouinciã inferni,

quæ

quæ optime consideret tormenta, quæ ibi mali patiuntur, quo- 31
niam exinde merces ad te afferet, scilicet, horrorem & odiū pec-
cati, & periculum capitis alieni, quæ res maximi pretij sunt. Mit
te aliam cogitationem in prouinciam purgatorij, vt attente con-
sideret, quæ ibi aguntur, & quomodo illi, qui ibi patiuntur ami-
ci Dei sunt, & eius diuinam gratiam, & charitatem habent, &
nihilominus terribilia tormenta ibi illos pati permittit. O quam
stupenda hæc res est licet amicus Dei quis sit, si ab hac tamē vita
discedat absque eo quòd de verbo saltem ocioso pœniteat in hor
ribilem purgatorij ignem illum mittit. Si ergò de verbo saltim
ocioso tantam tationem Deus habet, quòd ipsa summa veritas
Matt.12. dicit: Dico autem vobis, quia de omni verbo ocioso quod locu-
ti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicij, quomo
do passim tot verba perdere non veremur? Ideò dico non tantū 32
vtilissimum esse exercitores hos in cœlum & in infernum mit-
tere, sed etiam in purgatorium. Nam exinde merces potissimas
pretiosissimasque adducent quibus opulens & referta conscien-
tia manet tanquam diuitis institoris tabernæ. Hoc ergò est illud
vnum necessarium, vbi anima quærit modos, & vias, quibus
per amorem perfectius vniatur Deo. Vt autem huic vno ope-
ram demus opus est, vt cum necessario contenti simus. Nam si
ad prouidendum necessarium ad vitę sustentationem oportet
nos inquietari, nec possumus tanta interiori animi tranquillita-
te illud inquirere, quin aliquando in aliquas perturbationes in
curramus, quid erit si supra necessarium tantum superfluum ad
damus, quod necessarium cum superfluo collatum, est tanquam
si non esset? O filiorum Adam miseram cæcitatem, qui turba- 33
mur erga plurima, vt illa acquiramus, ac si plura nobis opus es-
sent. Quod falsum est: nam paucis vtimur, quanuis plura possi-
deamus. Si plures domos habetis, vnam duntaxat habitatis. Si
plures vestes possidetis, vnica tantum operimini. Si plures cibi
vobis sunt, paucis illorum stomachus adimpletur. Si plures
equos habetis, vnicū solū ascenditis, & vias lustratis. Quare ergo
miseri defatigamini, & turbamini plura inquirendo, quibus tā
modice indigetis, vt tandē propter hæc vnū illud vestræ fœlici-
tati, per quā necessariū omittatis? Præterea, cū experientia vo-
bis compertum sit, quòd illa quæ tanta solicitudine, & perturba
tione inquiritis, postquā ea adepti fueritis, fastidiū vobis maxi-
mum

34 mum generant, & illa odio habentes alia denuo inquiritis, & ex-
optatis, vnde illud sapientis dictū, quod de diuitibus affirmat, *Eccl.1.*
in vobis adimpletur: scilicet: Ad locum, vnde exeunt flumina
reuertuntur, vt iterum fluant, hæc flumina vestra desideria dici
possunt. Videamus modo, vnde hæc flumina exeunt? Et qua flu
unt? Quis eorū terminus sit. Et quanā via ad ipsorum originem
reuertuntur? Fons & origo, vnde tot tamque diuersa desideria
oriuntur, est necessitas. Quarè diuitias concupiscitis? quia male
nos habemus cum paupertate. Quare honores ambitis? quia ab-
iecti sumus. Quarè amicos quæritis? quia inopiæ & fragilitati
nostræ auxiliantur, & in aduersis nos consolantur. Quare cibos
optatis? vt appetitui morem geramus, aut famē sedemus. Videa-
mus modo, quò hæc omnia tendant, quis eorum finis & meta sit?
35 satisfactio. Ideo hæc omnia inquiro (dicet quis) vt sim satisfa-
ctus. Cæterum cum in hac vita etiā minimæ nostratum necessi-
tudinum plena satisfactio dari non possit, nam videntes, ꝙ post
quā diuitiæ sunt adeptæ, magnū laborem secum afferunt, & ꝙ
honor alitu grauis est, & amici molesti, denique ciborum varie-
tas plurimas ægritudines generant, & instar lapidum graues vos
reddunt, tandem hæc omnia fastiditis, & horretis. Ecce quomo-
do omnia ad locū vnde exierunt reuertuntur. Necessitas in cau-
sa fuit, vt hæc omnia concupiscere tis. Illa fons, & origo fuit, vn-
de hæc omnia flumina emanauerūt, & ipsamet causa est, vt hæc
omnia odio habeatis. Hic tamen necessitas non sistit: nam ite-
rum efficit, vt quod modo odio habetis rursum inquiratis. Qua
propter dico, in vobis adimpleri illud: Ad locum, vnde exeunt
flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Et siquidem dilectissimi,
36 ita se se res habet, his omnibus terga date, & ea contemnite, &
vnū hoc amplectimini, quod est pars, quā Maria sibi elegit. Cę
terū hac lege id fiat, vt tēporibus oppottunis, & dū necessitas po
stulat, proximorū pietatis operibus cū Martha studeatis. Nulla
creaturarū magis egena est, quam homo. Eget enim sole, igne,
aqua, aëre, & terra. Eget præterea auibus, & piscibus, & animali
bus, & omnes creaturæ, ei auxiliū præbēt. Exēplū ergò sumite
vobis, homines, ex omnib⁹ creaturis, quas De⁹ cōdidit: oēs enim
vos docēt proximorū vestrorū misereri, & in necessitatib⁹ illos
adiuuare. Attendite quomodo oēs illæ, ex quo Deus eas creauit
vsq; hodie, alienis necessitatib⁹ succurrere nusquā finē fecerūt. S.

Diony-

Universidad de Deusto Biblioteca

Dionysius de diuin. nom. c. 4. circa prin.

Dionysius ait; quòd bonum est sui diffusiuum, & summum bo- 37
num summè communicatiuum. Et quoniam omnes creaturæ
sunt quædam bonitas à Deo participata, operam dant alienis ne
cessitatibus succurrendo; vt experimento comperimus in cælis,
& elementis, & in alijs creaturis. Et siquidem omnes illæ fauent
homini, quanto æquius est, vt vnus homo alteri auxilium præ-
stet? Aristoteles appellat hominem Microcosmon, hoc est, mũ-
dum abbreuiatũ, in quo totius naturæ summa, & epilogus con-
tinetur. Et quandoquidem ita se res habet, quòd homo virtuali-
ter & eminenter continet in se omnes creaturas. (Vnde sapiens
de eo verba faciens, ait: Hoc quod continet omnia) quare non si-
cut illa operabitur? Si contines, ô homo in te Solẽ, fac sicut Sol,
cuius munus est necessitatibus alienis opitulari; fac sicut terra,
quæ omnes alit. Tandem has omnes creaturas conspice, & sint 38
tibi omnes magistræ. Et siquidem, vt dixi, omnes illas in te ha-
bes, stude, sicut & illæ operari. Memorare scriptum esse: Clemẽ
tia præparat vitam, sectatio malorum mortem. Et alia translatio
habet: Clementia præparauit vitã. Et alia translatio habet: Cle-
mentia præpabit vitam. In quibus significatur clementiam in
omni tempore prodesse, tam in præterito, præsenti, quam in fu-
turo. Ideò in omni tempore illa debemus vti. E contra verò se-
ctatio malorum in mortem, quoniam sunt crudeles, tyranni, &
proximorũ vastatores. Sed væ, væ, & millies vç, quòd vix repe-
riatur, qui vtatur clementia, & proximis in suis necessitatibus
subueniat: multi verò reperiuntur, qui eos persequantur, &
perdant.

Aristote. 8. Physic. text. 17.

Sap. 1.

Prou. 2.

Hæc duo exercitia corporale, & spirituale harum duarum so- 39
rorum, significant obsequia corporalia, & spiritualia, quæ sacra-
tissima Virgo domina nostra Deo exhibuit: quapropter me-
ruit, vt eius sacratissimi corporis resurrectio glorioſa accelerare-
tur. Iurisperitorum regula percelebris est, & est Innocentij de
constitutionibus c. 1. vt quando delicta sunt exorbitantia non
coarctentur iudices regulas iuris communis sequi. Et merito id
sancitum est, quia siquidem delictum, quòd talis committit, à
via communi delinquẽtium prætergreditur, etiam, vt iudex me
tas suppliciorum à iure communi signatas transcendat æquum
est. Vnde Diuus Chrysostomus ait: Quod arbitrabantur dæmo
nes propter exorbitantia scelera, quæ admiserant non expecta-
turum

Innocen. PP.

D. Chryso. Iup. Matth. c. 8.

40turum Dominum commodius punitionis tempus, sed acerbita-
te, & magnitudine peccatorum commotum, tunc vltimis suppli
cijs puniturum. Et ideò deprecabantur, rogabant, & obtestabã-
tur dicentes: Vt quid venisti ante tempus perdere nos? Quoniã
optime norunt diem illam plenam tormentorum mensuram il-
lis allaturam esse, quam adhuc plenam non acceperunt. Et D.
Augustinus, & Diuus Gregorius aiunt, quod grauitas peccatorũ
Sodomitarum [*Hizo salir a Dios de paciencia* (si sic dici fas est)] & ita
iratum non expectare diem iudicij, vt illos puniret, sed quod ex
nefanda eorũ iniquitate occasionem sumpsit, vt vltimas pœnas,
& finale iudicium in eis acceleraret, omnia igni comburendo. Si
ergò secundum horum sanctorũ sententiam, sufficiens causa fuit
vitiorũ excessus, vt Deus iudicij diem in illa turpissima natione
41 acceleraret, multo magis sufficere debuerunt virtutes heroicæ, &
suprema merita ad hoc, vt Deus præmium aliquibus iustis acce
leraret: de quo iure optimo dicitur ad prẹmiandum magis pro-
nũ esse quam ad puniendũ. Et siquidem huius cœlestis reginæ,
& matris misericordię virtutes non fuerunt communes, quin po
tius admirabiles, & excellentes, quid mirum si in præmiando il
lam viam communem transcenderit? Et quandoquidem finale
iudicium in Sodomitis abbreuiauit, quid mirum si accelerauerit
Deus huius sanctissimæ virginis resurrectionem, præcipuè, cum
multorum sanctorũ res Deus præuenerit, quæ alterius vitæ pro
prię sunt? Certitudo gloriæ non solet dari in hac vita, sed potius
beneficium est, quod plus ad præmiũ vitę futuræ spectat, quam
ad huius vitæ merita, quod ita magnum est, vt nusquam etiã An
42 geli boni illud adepti sint, nec securi aut certi fuerunt de gloria,
quousque illam possederunt. Et nihilominus sanctorum non-
nulli in hac vita illud impetrauerunt. Inter alias enim D. Ioãnis
Baptistæ excellentias, vna commemoratur, quod cæteri sancti
post mortem in numerum diuorum redacti fuerunt: at verò D.
Ioannes ore summi ac cœlestis pontificis Iesu Christi adhuc
viuens in sanctorum numerũ relatus fuit cùm dixit, Non surre-
xit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Vnde in eius
canonizatione, vt ita dicam, prædicauit Dominus dicens: Quid
existis videre in desertum? &c. Et D. Paulus dese cõfessus est di-
cens: Reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi iustus
iudex. Et de Magdalena hic Dominus assseuerauit: *Maria optimã*

D. August. l. de excidio Vrbis. D. Greg. 9. Moral. c. 25.

Matth. 11.

2. Timo. 4.

partem elegit, quæ non auferetur ab ea. In quibus verbis etiam viuens in numerum diuorum redacta fuit. Et siquidem res futuræ vitæ in his sanctis Deus prævenit in hac vita, æquum erat profectò, vt hanc in eius sanctissima matre præueniret: præcipue, quod vna ex prærogatiuis huius singularissimæ reginæ, est facere, vt Deus acceleraret, quæ ad illam pertinebant. Alios sanctos solet Deus iustificare, postquam in lucem mundi huius prodeunt, & sanctorum Ioannis, & Hieremiæ sanctificationem in vtero materno præuenit. At verò huius cælestis dominæ iustificationem magis præuenit, quia in eius conceptione illam præseruauit, etiam liberi arbitrij vsum eius accelerauit Deus, vt in vtero matris illo vteretur, sicut Diuus Augustinus, & Diuus Bernardus affirmant. Et quanuis verbi diuini incarnationem sancti non meruerunt, tamen eius accelerationem sic: & præ omnibus illam accelerationem meruit huius Seraphicæ virginis flagrans amor. Et siquidem Deus eius res ità accelerauit piè etiam credi potest, quod etiam eius resurrectionem præuenit, & abbreuiauit. Hoc illa Beati Ioannis visio denotauit, quando vidit illam sanctam mulierem, quæ erat amicta sole, & luna sub pedibus eius. De priscis quibusdam legitur quod lunatos calceos afferebant, quibus videbatur lunam efficaciam habere ad reddendum pedes veloces. Nam cæteri planetæ sunt lenti, & pigri in suis motibus, respectu lunæ, quæ cursum suum velocius peragit, videlicet, per viginti septem, circiter dierum spatium. Igitur cum Dominus hanc mirificam fœminam habentem lunam sub pedibus Diuo Ioanni ostenderit significare voluit, velocius, citiusque eius vltimum finem in corpore, & anima fuisse consecutam, quã cæterorum sanctorum; quemadmodum luna alijs astris velocius cursum peragit, & finem suum adipiscitur. Vnde meritò confitemur hodie glorioſam in corpore, & anima in cœlum ascendisse, vt cum eius filio regnaret in illa cœlesti patria, & perenni gloria. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

D. Augu. in epis. ad Dardan. D. Ber.

Apoc. 12.

43

44

45

In

In eodem Festo Assumptionis sacratissimæ Virginis Mariæ Concio Secunda.

Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. &c. Luc. 10.

1

EX Causis, quæ assignãtur, ob quas Limbus Abrahæ sinus dicitur, vna est: quoniam voluit Deus magnam Abrahæ patriarchę misericordiam, & pietatẽ honorificare. Nã mos Dei est pro singulis quibusque obsequijs sibi exhibitis, singulares honores, & dona conferre. Et quoniam S. Abrahã tã solicite operã dedit in excipiendis peregrinis, & protegendis pauperibus, & tã quam pater erga filios, ita erga illos se gerens in sinum & viscera sua illos ingerere exoptans, eius pietatem, & misericordiam voluit Dñs hoc honore afficere, videlicet, vt ille locus, qui sanctis patribus in requiẽ signat⁹ erat, cognomẽ acciperet illius sinus, & cordis pij Abrahę, quod semper tribulatis, & egenis patuit. O mirificũ my steriũ quod vnius hominis misericordia tãti apud Deũ esset, vt idem Dominus volens amplificare charitatem qua diebus illis iustos excipiebat, postquam labores, & ęrũnas pro eius nomine toleraverant, voluerit, vt locus, in quẽ illos apricabat, sinus Abrahæ diceretur. Quasi diceret in hoc: Sic illos aprico, & excipio, sicut Abraham pauperes, & peregrinos excipiebat, & apricabat. Quæ tam magna ponderatio est, vt profundè id considerantes in admirationẽ, & ecstasim rapiat. De hoc venerabili patriarcha Abrahamo legitur quod peculiarẽ gratiã, & singulare beneficiũ existimabat, si peregrini, & pauperes aliqua obsequia ab eo illis exhibita dignarentur accipere. Qui cum alias centenarius esset, idem ad gregẽ ibat, & quibus illos reficeret afferebat, & cibos proprijs manibus ministrabat. Et cum tanta vrbanitate, & modestia coram illis erat, stansque tanquam, si in vnoquoq; illorum Deũ reciperet. Et ita in Genesi legitur, quod cũ tres illos

2

3

iuuenes vidit dixit eis: Si inueni gratiam in oculis tuis ne tran- 4
seas seruum tuũ. Et dicens: Si inueni gratiam, denotat sibi ipsi be
neficiũ fieri, quod illi vellent aliquod refrigerium ab eo accipe-
re. Et inferius dicitur: ipse verò ad armentũ cucurrit, & tulit inde
vitulũ tenerrimũ, & optimũ. Et paulò inferiùs: Tulit quoq; bu-
tyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis. Ec
ce quomodo proprijs manibus cuncta seruitia exhibebat, &
reuerentia, qua illis ministrabat, ostenditur in eo, quod sacer tex
tus statim subdit dicẽs: Ipse verò stabat iuxta eos sub arbore. O
Isai.57. quàm meritò Sanctus Isaias viros misericordiæ iustos appellat,
hoc est seruos, captiuos, & vinctos misericordiæ, qua ità induti,
vnitiq; sunt, vt sacra scriptura eodẽ vocabulo, quo illos sanctos
Psalm.144 appellat, etiam pios, & misericordes vocet. Et ita D. Hieronymus pro eo, quod nos legimus. Sãcti tui benedicant tibi, ex He- 5
bræo vertit: Misericordes benedicant tibi. Vbi manifestè ostenditur idem esse, dicere sanctos, quod misericordes.

In hodierno sacro Euangelio exactè conspicitur, scilicet, Bea tam Martham veram Abrahæ filiam esse, siquidem de illa inquit, quod postquam cœlestem peregrinum in domũ suam exceperat, *satagebat circa frequens ministerium.* Quamuis dives erat, & potens, & famulas complures domi habebat, tamen circa Domini ministerium ipsamet solicitam se gerebat. O quanta confusio huius temporis hominibus hæc sanctorum Abrahæ, & Marthæ exempla sunt, qui quam primũ duplex dipondium habent per manus alienas volunt omnia operi mandare, quod magnæ superbiæ, & vanitatis signum est. Fratres, vt bonum opus efficiatis vicarios sumitis, vt autem malum operemini proprijs manibus facitis? Siquidem corde vestro, lingua, oculis deniq; toto ve- 6
stro corpore Deum offenditis, quare eisdem instrumentis illi nõ obsequemini? De illa sancta muliere, quam Spiritus sanctus in
Prou.31. Prouerbijs commendat, dicitur. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Væ illi, qui animæ suæ proprijs manibus salutem non comparat. Ideoq; Martha satagebat circa frequens ministerium. Discite fratres ab hac sancta magistra, vt quam primum ante domus vestræ ianuas pauperem videritis, fingite eundem Iesum Christum Dei filium vos cerne-
2. Cor.8. re: & quod sicut D. Paulus præponderat dicens: Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus

7 factus est, cum esset dives, vt illius inopia vos diuites essetis, etiã
singulare donũ Dei fuit, vt cũ posset omnes homines diuites fa
cere plurimos tamẽ eorũ pauperes fecit, vt erga quos suã pietatẽ,
& misericordiã exercerent sibi essent. O Christe cœli, & terræ ve
re Domine optime quidẽ posses tu Deus meus cibis per manus
Angelorũ allatis cibari, attamen noluisti, nisi, vt te Martha ciba
ret, & hoc magis propter Marthæ cõmodum, quã propter tuã ne
cessitatẽ. Sic cœli rore pauperes tuos alere posses: cęterum ad ia-
nuas diuitũ illos mittis, vt eisdẽ diuitibus bene facias. Hãc ergò
fratres gratiã æstimate, & illa vti scitote. Quando sanctum pro- *3. Reg.17.*
phetam Heliam fame confectum in domum viduæ Sareptanæ
Deus misit, vt benefaceret viduæ hoc disposuit, siquidẽ per ip-
sum Heliã in illa magna sterilitate, & fame illã pauit. Sic existi-
8 mare debetis, quod propter vestrũ cõmodũ pauperẽ ad vos Deus
mittit. Dixit Deus Caino: Vox sanguinis fratris tui clamat ad *Gene.4.*
me de terra. Si sanguis Abel tã immaniter fusus ad Dominũ ita
clamabat, vindictã de interfectore deposcẽs, multò magis clama
bit misericordia erga pauperes exercita, & in auribus Dei plus
sonabit, siquidẽ pronior est ad misericordiam, quam ad iustitiã.
Ideo Ecclesiasticus inquit: Pone thesaurum tuum in præceptis *Eccles.29.*
altissimi, & proderit tibi magis, quam aurum. Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni
malo. Ecce quos clamores à sinu pauperis eleemosyna mittit
(inquit Spiritus sanctus) nempe, quod cœlos penetrabunt, & sa
lutẽ tuã coram diuina celsitudine impetrabunt. Optime hãc cœ
lestem doctrinam princeps quidã Amadeus nomine seruabat.
9 De quo legitur, quod à quibusdam oratoribus aliquando quęsi-
tus nunquid venaticos canes haberet, illos duxit in aulam, vbi
plures pauperes erant, quos alebat, & dixit: Hi sunt canes, qui-
bus gloriam venari spero. Et de Sancto Lodouico Francorum
rege etiam legitur, quod cùm mundus prælijs & seditioni-
bus perturbatus esset, suum ipse regnum in summa pace rege-
bat. Et cum mutata veste aliquando noctu incederet eleemo-
synam pauperibus erogando (erat quippe erga pauperes pi-
issimus) illum cum seruus quidam agnosceret, dixit illi: Hi
sunt milites, qui regnum meum summo fœdere, summaque
pace sustentant, & nunc stipendium eis soluo. O egregium, ac
pium regem. Vtique nouerat quantum coram oculis Dei va-

leat in pauperes, & egenos misericordia. Vtinam dilectissimi hanc cœlestem doctrinam in cordibus vestris hodie Spiritus sanctus dignaretur imprimere, vt omnes, qui possibilitatem habetis Iesu Christi hospites essetis, & huic sancto, ac pio ministerio vosmet incumberetis.

Matth. 9. Ait ergo Sanctum Euangelium: *Ingressus Iesus in quoddam castellum.* Diuinus concionator omnia lustrabat. Vnde Sanctus Matthæus ait: Circuibat ciuitates, & castella prædicans regnum Dei. Modo ex concionatoribus multi dedignantur in vicis, & pagis concionari, solùm prædicare intendunt in præcipuis, & magnis ciuitatibus: & hoc magis propter ostentationem, & autoritatem, quam propter animarum salutem. Et ita Diuus Paulus dicebat: Quidam quidem, & propter inuidiam, & contentionem quidam autem propter bonam voluntatem Christum prædicant. O dulcissime Iesu Christe animarum dilector, & amor, certe flagrans zelus tuus ostendebat, vt omnes saluarentur te optare: siquidem discalciatus, pedes, fatigatus, & lassatus, magna & minima loca circuibas, tam magnis, quam paruulis summa charitate prædicans. O patres concionatores discamus obsecro ab hoc diuino præceptore animas pauperum æstimare; siquidem coram eius oculis magni sunt. Ne simus, sicut organorum fistulæ quæ nisi vento plenæ sint, nec resonant, nec vllam melodiam faciunt. Miserum illum concionatorem, qui ad prædicandum nec os, neque affectionem habet, nisi dum aura vanitatis, & superbiæ flat, & proinde in locis humilibus, & genti ignobili, & rudi prædicare non dignatur, eo quod humana gloria ibi non acquiritur.

Philipp. 1.

Simile

Et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Hæc benedicta mulier non expectauit, vt dominus domum suam intraret, sed potiùs illi occurrit. Hoc idem facere ad nos omnes spectat. Inuitare Dominum est nos disponere, auferendo impedimenta, fundendo lachrymas copiosas, & suspiria crebra mittendo, Deum deprecantes, vt in cordibus nostris per gratiam hospitari dignetur. Nos autem in eius aduentu ne dormiamus, sicut virgines fatuæ, sed potiùs, sicut Sanctus Dauid, sic nos faciamus: qui de se dicebat. Psallam, & intelligam in via immaculata quando venies ad me. Canticis, & ramis præparemus viam, qua ad nos veniat. *Et huic erat soror nomine Maria, quæ*

Psalm. 110.

13 *quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.* Non dicit, quod loquebatur, sed quod audiebat. In quo reuelatur modus singularis, quo quamplurimæ animarum coram Deo nimiùm valent, & lucrantur, Videlicet, si fingant secus pedes huius cœlestis sponsi se esse, & diuina verba ab eius sancto ore audire. Ad hoc vnamquamque earum Regius Dauid inuitat dicens: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. Non dicit: Loquere nimis coram tuo diuino sponso: nam plus intendit Deus ad cordis affectionem quam ad verbositatem. Beata Catharina Senensis Deum aliquandò interrogauit: Quare domine nunc seruis tuis tot mysteria sicut in transactis sæculis non reuelas? Cui dominus respondit: O Catharina, quia nunc animæ non accedunt, vt me tanquam magistrum audiant, sed po-

Psalm. 44.

14 tius, vt loquantur, & adeò loquuntur vt locum mihi non concedant, quò eas alloquar. Ideò inquit Dauid: Audi filia & vide. Ergò ô anima secus pedes Iesu Christi te constitue, non, vt multum loquaris, sed dicito cum Sancto Dauide: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam. Audi in silentio & finge, quod dulcissimis verbis te alloquitur dicens: Veni sponsa mea. Et quod tecum loquitur segregatim, & dicit quod in Euangelio omnibus lassatis dicit. Ve

Psalm. 44.

Matth. 11.

nite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & reliqua omnia quæ in eius sancta lege dixit, quæ ad tuum statum pertinent. Tu autem ô anima id audiens refocillare, & vt illud exequaris affectum tuum in illo colloca opere complere propo-

15 nens. O Deus infinitæ maiestatis, si nunc his verbis meis efficaciam dares, vt his fratribus meis persuaderem, quod postquam aliquas vocales preces fudissent, silentium sibi imponerent, & cum maxima deuotione, & reuerentia secus pedes tuos sederent, vt tibi qualiter eos docui auditum præberent. O quantum commodum spirituale ab hoc sancto exercitio depromerent. Etiam in hac Mariæ sessione tranquillitas, & mansuetudo significatur, qua verbum Dei debet audiri. Ita Ecclesiasticus exhortatur dicens: Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas. Ne illa audias [*Como quien esta de camino.*] & calcaribus politis, vt aiunt: nam hoc modo non intelliges. Offert se alicui verbi, gratia iter agendum, & contingit

Eccles. 5.

Simile.

negotiosus incedere, quẽ notus aliquis videns illum vocat, vt rẽ 16
aliquã peragendam ei cõmendet. Qui respondet: [*Señor por ay me yre de camino con las espuelas calçadas*] postea verò inquietissimus, & anhelus ad illũ se confert, & sic non satis attendit ad ea, quæ sibi mandãtur. Quod si ab eo quæratur, quid amicus dixerit? respondet, non animaduerti, quare? veniebam calciatus, commotus, [*Y todo metido en camino*] hac aure introiuit, hac vero exijt. Sic nos, vt plurimum Deum audimus, tanquàm ad inter agendum parati, seculi calcari posito, vt pote negotijs pleni, & ideò tam parum percipimus de eo, quod nobis prædicatur. Et quemadmodum aquæductus antliæ: qui continuo motu gyrãt, aquam omnem, quam suscipiunt statim dimittunt: sic verbum diuinum vna au 17
re in nos intrat, alia verò exit propter maximã inquietem, qua illud audimus, ideò non turbulentis, & cõmotis, sed potiùs quie-
tis & tranquillis auribus Deus vult audiri.

Quo tẽpore secus pedes Domini Maria sedebat audiens verbum illius: *Martha satagebat circa frequens ministerium, quæ stetit & ait: Domine non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare?* Notabile quidem est quotiescunq; hæc Sãcta fœmina domino appropinquauit, non defuit qui ei detraheret. Quando conuersa
Luc.7. est ad pedes eius sacratissimos properauit in domum Pharisæi, vt fleret, & ibi pharisęus illi detraxit dicens: Quia peccatrix est.
Matth.26. Postea vbi Dominus discubuerat cum discipulis se contulit, & ibi aliqui ex discumbentibus detraxerunt ei dicentes: Vt quid perditio hæc? de prodigalitatis nota illam redarguentes, Quæ merito dicere poterat? Quo me conferam domine, vbi me homines persequi desinant? Volo in domum sororis meæ 18
me conferre, ibi secura ero, vt quando veneris te possim alloqui: ibi inter nos communicabimus. Etiam ibi ab eius sorore arguitur, vt ociosa. Quanuis subtus terram vos obruatis, qui de vobis murmuret nusquam deerit, aut qui labem obijciat vestris operibus. Iusto contradictio non deest, nec deerit: Quia hac
Matth.11. via itur in cœlum. Et Dominus apud Matthæum ait: Regnum cœlorum vim patitur. Ne mireris serue Dei, si homines murmurent de tuis assiduis confessionibus, & crebris communionibus, & de alijs pijs exercitijs, quibus incumbis, siquidem de Maria murmurauerunt, quæ secus pedes Iesu Christi Redemptoris nostri erat. Dolenda res est, quod de quadam, quæ nisi quo tan-

tannis non confitebatur, & hoc timore magis quam deuotione 19
nemo de ea male loquebatur. Postea verò videndo eam mutatam, & recollectam, quæ iam non delectatur visitationibus, & colloquijs, nec gaudet ludis, & spectaculis, quin imo sanctis exercitijs vacat, tunc serpentinæ linguæ soluuntur, & dicunt, atque dicunt, & nunquam murmurationi finem imponunt. Quid dicere habetis pessimi? Quandò hæc vana, & profana erat, & dissoluta de ea nihil mali dicebatis, & nunc, quia rem sacram attente quotidie audit, & in angulum se recipit paululum orans propterea excessus illam facere dicitis? Quare cum ad ludos, & theatrorum spectacula ibat, & quando horis quatuor ad fenestram ornata erat, idipsum de ea non dicebatis? O viperæ, quæ aliud quam venenum vomere nescitis. Erat *1. Reg.2.*
20 Anna Elchanæ vxor orãs in domo Dei in Silo, & eam Heli sacerdos temulentam esse putabat, dixitq; ei: Vsquequo ebria eris? Digere paulisper vinum quo mades. O quam ingens malum *Exod.16.*
est bono detrahere. Dixit Moy ses illis, qui de se, & fratre eius Aaron murmurabant: Nos quid sumus, quia contra nos murmuratis? Nec contra nos est murmur vestrum, sed cõtra dominũ. Ille enim est, qui operatur in nobis hæc omnia, de quibus murmuratis. O quàm potens, & tremendum verbum hoc, si recte illud pensare vellemus: vtiq; ab hoc malo nos abstineremus. In eo nã
que nobis ostẽditur, quomodo detrahere bono est detrahere autori boni ipsius, qui est Deus, & qui bona illa in seruis suis operatur. Veruntamen nonnulli sunt, qui non tantum seruis Dei detrahunt, sed etiam eos subsannãt, quod tyronibus in virtute ma
21 xime nocere solet. Ideò Spiritus sanctus vnũquenq; eorũ admo- *Eccles.8.*
net dicens: Ne despicias hominem auertentem se à peccato, nec improperes ei. Hominum improperium & subsannatio est quasi pruina, quæ adurit nouella germina sanctorum desideriorum, & initia bona denuò conuersi, qui cum recens, & tener in seruitio Dei sit, & adhuc in flore, vt ita dicam, vel leuis cachinnus hominis profani illi nocet. Pruina contra arborem, quæ fortes radices emisit vim non habet, parumque ei nocet. Cęterum si nouella planta est illam marcescere facit, & ne crescat efficit. Ideò frater, ne illum subsannes obsecro, qui denuo incipit pœnitere, ne improperes ei, quoniam iugulas illum, & teneros ramorum eius aduris. Sed potiùs illum adiuua, vim ei adde, sanctis consi-

Universidad de Deusto Biblioteca

lis illũ exhortare vt vires sumẽs crescat in arborem. Ne illi fructum adimas: considera, quòd nondum perfectus est, quòd si esset parum tua subsannatio ei noceret. Hoc tanquam maxime tibi conueniens te docet Spiritus Sanctus, his verbis: Ne despicias hominem auertentem se à peccato. Auertentem se (ait) videlicet, quando est in actu conuersionis, aut paulò post eius cõuersionem, ad denotandum tunc illum maiori periculo adiacere. Et vos serui Dei, ne ægrè feratis, si alij vobis detrahant, sed potiùs, vt singulare donum id suscipite, cum contrarium in maledictionem comminatus fuerit Dominus dicens: Væ cum bene dixerint vobis homines. Tam scelerati sunt aliqui homines, vt si de vobis bene loquuntur, væ vobis, & si male de vobis loquuntur fœlices vos. Vna ex virtutibus, quæ in sacris literis plurimum nobis commendantur, est patientia, quam Diuus Paulus maximopere effert dicens: Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ. Benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes vobis metipsis, siquis aduersus aliquẽ habet querelam, sicut Dominus donauit vobis, ita & vos. In his verbis duo vt considere-
tis vellem. Primum, quomodo Sanctus Apostolus in hac virtutum serie, patientiam in fine constituit, tanquam reliquarũ omnium sigillum, Secundò notare libet, q̃ appellat hic S. Apostolus patientiam indumentum, & vestem decretam, ideſt (*Librea*) electorũ, & dilectorũ Dei, cũ dicit: Induite vos, sicut electi Dei, & dilecti patientiam. In quo docet diuinus Apostolus, q̃ sicut veste totus homo potest operiri, sic totus etiam debet operiri patientia. Itaq; non solùm debet habere patientiã in corde, sed etiã in manibus, & pedibus & in toto corporis aspectu peculiariter in ore, videlicet, tacendo, & illatis iniurijs non respondendo. Vnde quidam venerabilis vir dicebat patientiã mutã esse, & loqui nescire. O beatum virum illum, qui huc peruenerit, & cum iniurijs lacessitus fuerit, os claudere, & tacere didicerit. Inter Gentilium deos, duas colebant deas, Volupiam alteram, quæ voluptatis dea dicebatur, alteram vero Angeronam, & hæc dea angoris, siue tribulationis vocabatur, statua deæ Angeronæ tãquam præsul silentij os sera obsignatum habebat, sicut Plinius refert. Et hæc dea angoris erat in templo Volupiæ voluptatis & lætitiæ deæ, vt refert Macrobius. Et ratio ob quam sigillum, aut seram habebat,

Luc. 6.

Coloss. 3.

Plinius. li. 3.
Macro. 1. li. Satur.

habebat in ore, erat ad denotãdũ, q̃ ille, qui iniurijs sibi illatis tacet voluptatẽ, & gaudiũ impetrabit, propter patiẽtiæ beneficiũ, & tristitia in lætitiã conuertetur. Hanc rationẽ ibi reddit Macrobius. Et ideo, vt dixi, deã tristitiæ in tẽplo deæ lętitiæ prisci habebant. Quod si Gentiles illi tanti faciebant silentium erga iniurias illatas, quantò æquius est, vt nos Christiani pluris hanc virtutem çstimemus, & habere studeamus, siquidem discipuli sumus illius magistri, & agni patientissimi, de quo sanctus Dauid cecinit: Ego autem tanquam surdus non audiebã, & sicut mutus nõ aperiens os suum. O sapientia muta, ô lingua cœlestis, quæ tuis dulcissimis verbis tot, tantosq̃ue consolata es, & quæ erga iniurias acceptas tantum silentium seruasti, doce Domine ora nostra mutescere. Vultis ergo dilectissimi hanc virtutem impetrare, sedes pedes huius cœlestis magistri vos collocate, nonnunquam eius profundissimam patientiam præmeditantes, & contemplationi eius vacantes & deuota oratione, & deprecatione auxiliũ ab eo deposcentes: nonnunquam vero eius diuinam doctrinam ab ore concionatorum eius audiendo: quoniam ibi sicut Beata Magdalena tacere discetis. Ecce quomodo tacebat secus Domini pedes sedens, detrahentium verbis non respondens. Nec Phariſęo detrahenti sibi, nec discipulis murmurantibus, nec modo sorori conquerenti respondet. En fructus, qui percipitur ex semine, quod seminatur secus pedes Iesu Christi veræ patientiæ magistri. Ait sapiens: Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua. O quã bonũ est semen, quod mane seminatur, & vesperi colligitur. O quantam vim oratio, & cõtemplatio, & verbum Dei habent.

Psalm. 37.

Eccles. 11.

Ne prætermittatis obsecro in his vos exercere, quoniam statim ex hoc labore, & semine vberrimum fructum percipietis, quandoquidem Beata Magdalene secus pedes Domini sedens inde patientiæ, silentijq̃ue fructum colligebat, & quanuis illa tacuit Dominus tamen pro illa respondit dicens: *Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima, porrò vnum est necessarium.* O Christe fons misericordiæ, quomodo Marthã reprehendis, quia solicite tam pio operi vacat, quale est tibi lassato, & defatigato cibos præparare? Equidem magnum mysterium hic latet. Nã D. Thomas postquam probauit vitam contemplatiuam præstantiorem actiua esse, inquirit, vtra earum maioris meriti sit. Et quan

D. Tho. 2. 2. q. 182. art. 1. & 2.

quamuis diffinit, quantum est ex parte vitæ contemplatiuæ hãc 28
maioris meriti esse, quam actiuam: nam amor Dei in æquali gradu cum proximi amore positus, est maioris meriti, quia melioris obiecti, & cum vita contemplatiua Deum pro obiecto habeat, & eius amorem, actiua verò proximi dilectionem, sequitur illam magis meritoriam esse, quam hanc. Nihilominus contingere potest, quod dilectio proximi propter amorẽ Dei ad tantum gradum perueniat, vt vita actiua, quæ hoc amore exercetur, sit magis meritoria, quam contemplatiua illius, qui tepide & remisse in ea sese exercet. Sanctus Dauid ait: Dormitauerunt qui ascenderunt equos. Et, vt colligitur ex doctrina Beati Gregorij, equi sunt suprema seruorum Dei contemplationis exercitia, quos ascendunt vt velocius percurrant ad videndum oculis mentis Deum deorum in Sion. Cæterum multi eorum, 29
qui hos equos ascendunt dormitant propter nimiam tepiditatem, qua illos exercent. Et sicut periculosum nimis est equitantem dormitare, vel quia inde potest cadere, vel quia contingit ipso non attendente ad locum vnde exiuit reuerti: sic tepiditas, & remissio efficere solet, vt homo à sancto exercitio decidat, aut si non cadit, saltim ad easdem imperfectiones & miserias reuertatur, quas in principio ipsius exercitij habebat. Cum ergò hoc ita sit, videlicet, vitam actiuam (si feruore, & diligentia exerceatur) vita contemplatiua tepide exercita præstantiorem esse, quomodo tu ô superne mundi reparator, hanc benedictam fœminam, tam feruide vitæ actiuæ vacantem reprehendis? Dico in hoc dominum significare voluisse quam 30
eximia res sit spiritualis quies, & quam nociua solicitudo & perturbatio erga huius mundi res. Et enim aliqualiter per exaggerationem reprehendere videtur solicitudinem & perturbationem erga res pias. In lege veteri erant quidam, qui vocabantur Nazaræi. Hi statutis temporibus Deo consecrabantur, & tempore separationis eorum præcipiebatur eis, ne ferrum, seu noua cula per eorum caput transiret. Et in paraphasi Chaldaica habetur: Terror non ascendet super caput eorum. In quo significatur illos, qui Deo consecrandi sunt, ab omni perturbatione, & terrore nimio expeditos esse debere, vt superflua solicitudine remota possint Deo quiete famulari. Diuus tamen Chrysostomus ait, huius domini reprehensionis causam in hoc consistere, quia

Psalm. 75.

D. Greg.

Num. 6.

D. chrysost.

31 quia quo tempore, & opportunitate Martha verbo Dei, & contemplationi vacare deberet, & tanta cibi dulcedine, & suauitate frui, nimia cura, & solitudine alijs corporeis exercitijs vacabat. Et idem est acsi diceret Dominus: Quid Martha; talem medicũ, talemq́; doctrinam, deniq́; Dominum omnium domi tuæ habens, in his te exerces? Non quia illud, cui vacabat malum esset, sed voluit Dominus significare, quantò plus homines in omnibus animarum remedium debent inquirere potiùs, quam corporum. In his duarum harum sororum studijs, significantur studia, in quibus sacratissima domina nostra se exercuit, & obsequia, quæ vnigenito filio suo per totius vitæ curriculũ exhibuit. Quę lingua sufficiens erit explicare, quo amoris feruore studuit, vt maxima cum humilitate, & reuerentia illud sacratissimum Re-
32 dẽptoris nostri corpus tractaret, ex quo in porticu Bethlehemitico illum peperit, quousq́; illum sepeliuit, illum, qui cœlũ, terrã q́ue alit pascens, & proprijs manibus victum comparans corpori necessaria illi suggerens? Et difficilius multò esset altissimos contemplationis gradus expendere, quam eius anima sanctissima in illa intima, & diuturna conuersatione, quã habuit cũ diuino mundi redemptore quãdo puer, quando iuuenis, deniq́; quãdo vir, quæ verba, quæ colloquia, quæ quæstiones, quæ responsa, quæ mysteria, quæ deniq́; secreta vltrò citroq́; habita sunt? O fœlicem scholam, in qua Deus est magister, & mater eius virgo discipula, in tã longo tẽporis spatio, & in tam frequenti magisterio, quid à tali magistro talis discipula nõ disceret? Quid illa sacratissima cœli Regina, à suo filio nõ obtineret? Vere existimo,
33 nec falli puto, nisi per auxiliũ maxime peculare Dei esset quod illud tenerrimum corpus & illa anima feruentissima non posset sustinere tantę suauitatis torrentes, qui ex illo perenni fonte manabant. Cui propter eius singularem eruditionem, & sapientiã cœlestis ille magister, transiturus de hoc mũdo ad patrem, à quo exiuit, suam scholam, & cathedram commendauit, non, vt eius oues pasceret (sicut Diuo Petro) sed, vt eas instrueret, & doceret cum illa superna ac cœlesti sapientia, quam ab eo didicerat. Vnde post domini ascensionem, (vt fertur) duodecim annis fuit in Hierusalem, vt magistra omnium Sanctorum Apostolorum, discipulorũ, & credentium. Et hæc vna ex præcipuis rationibus fuit, ob quas eius amantissimus filius illam secũ non tulit cũ in cœlum

D. Ansel. cœlum ascendit. Sanctus Anselmus aliam rationem assignat di- 34
cens, ꝙ non tulit illam secum Dominus, vt dies peculiaris assi-
gnaretur, in qua celebraretur eius sacratissima assumptio, & om
nium oculi occuparentur illam intuendo. Quoniam sicut con-
tingit in sacratissimæ Eucharistiæ diei festo quanuis aliæ san-
ctorum reliquiæ portentur, omnes tamen, qui optime conside-
rant relictis omnibus tantum in illo summo bono oculos fixos
ferunt, ita, si fœliciſsima cœlorum imperatrix cum supremo
triumphatore Iesu Christo eius filio simul in cœlum ascen-
disset omnium contemplantium oculi in præcipuum raperen-
tur. Quapropter voluit Deus, vt signatus dies eius assum-
ptioni esset, & totum festum ei attribueretur. In quo agitur
de gloriosa eius in cœlum assumptione in corpore & anima.
Et meritò quidem, quia manus, quæ nusquam erectæ sunt, nisi 35
ad benedicendum suum conditorem non æquum erat, vt verte-
rentur in terram. Oculi qui nunquam se exercuerunt, nec aperti
sunt, nisi ad laudandum illum, qui eos formauit indecens erat, vt
in terram verterentur. Pedes, qui nunquam gressum dederunt,
nisi ad seruitium Dei, & vtilitatem proximorum, non decuit, vt
eorum particeps terra esset, Os, quod nusquam apertum est, ni
si ad debitas gratiarum actiones Deo exoluendas, cur Deus per
mitteret, vt in cineres verteretur? Caro, quæ nusquam carnem
sapuit, quinimo purior fuit omni sanctorum spiritu, etiã puris-
simo, non æquum erat, vt terram saperet, nec in terra maneret,
sed potiùs ascenderet, vt præmium simul cum anima acciperet,
& tale præmium, vt Angelorum, neq; hominum linguæ ad il-
Gene. 3. lud explicandum satis sint. In Genesi legitur quòd multiplica- 36
uit Dominus rem familiarem Laban, eo ꝙ secum habebat virum
probum Iacob. Et ità confessus est idem Laban dicens: Experi-
mento didici, ꝙ benedixerit mihi Dominus propter te. Et idem
Iacob dixit ei. Modicum habuisti antequam venirem, & nunc
dives effectus es, benedixitque tibi Deus ad introitum meum.
Si ergo diuina liberalitas tanta est, & tantus amor, quem erga
suos fideles habet, vt impijs idololatris benefaciat, propterea ꝙ
in domibus suis viros iustos habuerint, quibus donis, & bene-
dictionibus ditaret illam, quæ non Iacob in domum suam, sed
ipsum Deum in ventre suscepit, & habuit, & postea illi tot an-
nis in domo sua tam singulari amore seruiuit? Et quibus præ-
mijs

37 mijs illam donaret in domum illius hodie intrans? equidem
ineffabilis est corona, qua hodie coronata fuit in gloria. Ad quã
nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In Festo Assumptionis sacratissimæ Virginis Mariæ Concio Tertia.

Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Luc. 10.

AEquum profectò est, vt secundum celsitudinem festiuitatum, quas colimus, sic etiam deuotio, qua illas celebramus excelsa sit. Et planum est inter sacratissimæ Virginis Mariæ festiuitates hanc primum locum tenere, quoniam in hac die ab exilio reuocata est, & libera, vt filium eius vnigenitum absq; vlla tristitiæ mistione cerneret. Hæc gloriosa domina plures dies lætos, & festiuos habuit, videlicet, diem, in quo matrem Dei effectam se vidit, & cum mundi redemptorem natum in vlnis suis tenuit, & cum postquam illum perdidit inter doctores in templo differentem inuenit, & quando illum resuscitatum vi-
a dit, & cum postea illum cum admirabili trophæo in cœlum ascendentem aspexit, at nullus horum dierum purus fuit, sicut hodierna dies. Omnes sibi aduenerunt cum alicuius tristitiæ mistione. Nam etsi magnam consolationem accepit matrem Dei se cernens, & etiam verbum incarnatum in vlnis suis videns, tamen, vt sapientissima erat, & nouerat quid denique in cruce ille passurus esset, huius recordatio amaritudinem magnam in eius corde sanctissimo efficiebat. Et quanuis maximo solatio affecta est, videns illum resuscitatum, & in cœlum gloriosa maiestate ascendentem, vt pia mater tam dulci conuersatione priuari se videns, tanti filij absentiam non sentire nõ potuit. Et ità credibile est hanc solitudinem nimis illã anxisse

Universidad de Deusto Biblioteca

Iob.29. xisse diebus omnibus, quibus posteà vixit. Et sicut Beatus Iob, 3
cùm priuatum se cerneret illa fœlicitate, in qua anteà se colloca
tum viderat, dicebat: Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pri
stinos, quando splendebat lucerna Dei super caput meum, & ad
lumen eius ambulabam? Quando lauabam pedes meos buty-
ro, & petra fundebat mihi riuos olei? Ita hæc pijssima mater, su-
spiria dabat, & copiosas lachrymas fundebat, quoties recorda-
batur illius dulcissimæ conuersationis, quam in tempore tã diu-
tino cũ suo dilectissimo filio habuit, & suauitatis illius, qua tunc
spiritus eius refocillabatur. At verò dies hodierna fuit pura abs-
que alicuius tristitiæ mistione. Cũ iam se vidit non genu flexo
coram Bethlehemitico præsepio cũ tanta paupertate, nec cum il
lis timoribus [*Y sobre saltos*] Iob memoriam illius, quod Sanctus Si-
meon de dilecto filio eius prophetauerat, nec cũ lachrymis quæ 4
rendo puerũ inter vicinos, & notos, sed potiùs cum gloria inęsti
mabili, & securitate nimia sedens ad dexteram filij sui, absq; vl
lo timore, vsquam thesaurũ illum amittendi. O virgo sacrata,
gaude, & lætare nunc domina mea, quia iam non fugientem in
Ægyptũ, nec iuxta crucem guttas sanguinis ab alto cadentes su-
scipientẽ, te cernis. Iam amplius à dulcissimi filij tui aspectu nõ
separaberis, sicut illũ sepultũ relinquens te separasti: iam siqui-
dem hæc omnia finem acceperunt. Et tu, o gloriosa regina, quę
in hac præsenti vita plus omnibus creaturis afflictam te vidisti,
nunc super omnem creaturam exaltatam, & glorificatam te cer
Cant.3. nis. Vbi quod sponsa de se dicebat, singulariter tu dicere potes:
Inueni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam. Et
hoc fratres absq; nostri iactura factum fuit, quia quanuis hodie 5
mundus eius aspectu sanctissimo priuatus est, attamen curam re
spiciendi in nos illa non amisit: quin imo Beatissimæ Trinitatis
tribunal hodie ascendit, vt rem nostram ageret, ac salutem nobis
imprecaretur & vt perpetuo aduocata nostra esset. Quapropter
Roma.13. illud D. Pauli dicere possumus: Nunc enim propior est nostra
salus, quam cũ credidimus. Propinquiorem enim nostram salu-
tem habemus, siquidem sanctissimam Dei matrem, ante supre-
mũ iudicem filiũ eius aduocatam habemus. Et est valde notan-
dũ, quod sicut tribus diuersis diebus Christi Redemptoris nostri
sacratissimam mortem, & glorioßissimam resurrectionem, &
perquam admirabilem ascensionẽ celebramus sic hodierna die
simul

6 simul celebramus sanctam mortem, & glorioßam resurrectio-
nem, & in cælum mirificam assumptionem huius cælestis Regi-
næ. In primis eius mortem sanctissimã celebramus, quia quã-
uis pie confitemur illam peccato originali, & actuali caruisse:
placuit tamẽ Deo, vt per mortis ianuas transiret, vt notum esset
hominibus, quam infallibile eius diuinum verbum sit; & quam
vera illa sententia, & iudicium, quod diuus Paulus eius nomine
promulgauit, dicens: Statutum est hominibus semel mori, quã- *Hebr.9.*
uis eius mors sanctissima, ab aliorum hominum morte nimis
dissimilis fuit. Nam aliorum mors cum dolore est, at verò eius
mors cum lætitia. Quando aliquis iniquus, & abominabilis ma- *Simile.*
lefactor in carcerem ducitur quatuor, aut quinque iustitiæ mini
stri, manus in eum injicientes, vi & impulsibus tanquam vilem
7 apprehensum trahunt. At verò si quis nobilis in carcerem duci-
tur, nõ sic fertur, sed sub eius fide, & verbo, nec iustitiæ ministri
illum tangunt, sed spontaneè illum ire permittunt. Nos tanquã
diuinæ maiestatis proditores, capti ducimur in mortem à mini-
stris iustitiæ Dei, qui sunt dolores, & ægritudines, & mœstitiæ
cum quibus morimur. At sanctissima Virgo, vt nobilissima, &
fidelissima Deo ducta fuit ad mortem absque eo, quòd horum
ministrorum aliquis eam tangeret. Non illã dolores, non trist-
tiæ tetigerunt, quæ cæteros Adæ filios rapere solent. Quando *Simile.*
res aliqua dura scinditur, non potest fieri scissio absque violen-
tia, & crepitu: at verò res molles, vt gossypium, id est, [*Algodon*]
& lana carmenata, & exacta absque violentia, & crepitu scindũ
tur. Sic nos quoniã duri, rebelles, & inobedientes sumus in mor
8 te cum maxima violentia & crepitu scindimur. At verò hæc
pijssima Regina, de qua canit Ecclesia: Virgo singularis inter
omnes mitis, quia tenera, & lenis erat per admirabilem charita-
tem, diuisa est per mortem absq; vllo doloris strepitu, aut violen
tia tentationum dæmonum. Etiam solent homines ab hac vita
discedere cum maxima tristitia, amaritudine, & anxietate pro-
pter dæmonum tentationes. Nam in illa hora, peccata, quæ quo
tempore illa admittebatis nihil esse vobis dicebant, & etiam re-
præsentabant magnam Dei misericordiam esse, ad indulgendũ
vobis: tũc inquam illa repræsentant magna esse, & maiora, quã,
vt veniam mereamini. Vnde Regius Dauid inquirens: Cur ti- *Psal.48.*
mebo in die mala? id est, in die laboriosa, quæ est dies mortis: re-

Simile. spõdet: Iniquitas calcanei mei circũdabit me. Quãdo creditores 9
vident debitorem suum velle discedere, omnes in eum irruunt.
Sic dæmones tempore mortis obsident homines, & peccata ob
ijciendo eos affligunt, quasi, quod circundatos illos cum eis ha-
beant, & quòd non possint subterfugere illis repræsentant, vt in
desperationis baratrum incidant. His omnibus angustijs puris-
sima Virgo caruit. Sancti aiunt illam obijsse ex nimio deside-
Philip. 1. rio videndi Deum. Ad Philippenses Diuus Paulus ait: Coar-
Simile. ctor desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Sicut acci
piter, qui in altum volans ardeam prædauit, & ligurienti carni-
ficatoque in ea, mox capitium ei auceps imponit, & pedicis li-
gat, & in pertica illum ponit, cui pennæ erectæ manent, & ro-
stro pedes pungit, vt pedicas soluat, & capitium excutit, aliscq;
quatit perticam, nec vllo modo quietari potest. Sic gloriosus hic 10
Apostolus, tam altum petierat, vt in diuina essentia prædam
faciens illam degustauerit. Postea cum carnis capitio se videns,
& in pertica corporis ligatus, quietari non poterat, & quasi om-
nia frangere velle videbatur. Et non tantum Diuus Paulus, de
D. Augu. l. de viden do Deum. quo Diuus Augustinus ait: In illo raptu diuinam essentiam vi-
disse, verumetiam alij iusti, qui quanuis tantam gratiam, & do-
num non obtinuerunt, ita tamen ardenti amore Deũ prosequu-
ti sunt, quòd præ nimio desiderio videndi illum plures lachry-
Simile. mas fuderunt. Canis, qui dominum suum odoratur, si fortè ca-
thena ligatus est, & cubiculo inclusus, gemit, & latrat, & vngui-
bus ostium radit, & totus dilacerari videtur, vt dominum suum
adeat. Quod si brutum animal hæc facit, quid faciet iustus cor-
poris custodia inclusus? Horum vnus erat Sanctus Dauid, siqui- 11
dem suspiria emittens, dicebat: Heu mihi, quia incolatus meus
Psal. 119. prolõgatus est. O quam malum signum est dilectissimi hoc de-
siderium videndi Deum in nobis non sentire. Timeamus æquũ
est, cum videamus nos huic vitæ mortali tam affectos, & nobis
quædam angustia alteri succedit, quoties recordamur, quod su-
mus morituri, quod ex minimo erga Deum amore procedit.
Quod si D. Paulus, & alij iusti adeò exoptauerunt ab hoc mun-
do exire, & esse cum Christo, qualia huius seraphicæ Virginis
desideria essent, cuius cor tam tenero, & flagrãti Dei amore vul-
neratum erat? Vnde possumus considerare, quòd altissimæ con
templationi dedita, & coram diuina celsitudine prona dicebat:

Iam

12 Iam Domine tot annos in hac vita duxi postquam in cælum,
ô fili mi dulcissime, ascendisti. Nunc in vnoquoque tuorum
fidelium morior, quia te in vno quoque illorum interficiunt.
Iam dissecor, & langueo vt tecum me videam, concupiscit
& deficit anima mea in atria tua, sancti tui, & Angelorum
exercitus, qui tecum sunt me desiderant propter amorem,
quo me prosequuntur. Ideò educ de custodia animam meam *Psal. 141.*
ad confitendum nomini tuo, me expectant iusti, donec retri-
buas mihi. Et mox pijssimus Dñs sanctissimæ matris eius iu-
sta desideria, & pia vota complcuit. Et quãuis mors Virgini san
ctissimę dulcissima fuit, sanctis tamen Apostolis molesta nimis, *S. Dionys. de diuin.*
& amara extitit, qui ibi adfuerunt, vt S. Dionysius refert, Timo *nom. c. 3.*
theum alloquens. Quia etsi diuini magistri sui absentiam ægre
13 nimis tulerunt; præsentia tamen, & protectione glorioscę matris
eius consolabãtur, & eius tantum aspectu confortabantur. At
verò nunc à sanctissimo filio, & eius glorioßissima matre orpha
ni relicti quid sentirent? Etiam pie credere possumus desolato-
rum, & tristium consolatorem Iesum Christum, solatium eis
præstitisse, mœrorem leuasse, denique dolorem minuisse, qui
iure optimo voluit amantissimæ matris eius morti adesse. Nam *Ioan. 14.*
si discessurus è mundo discipulis suis dixit: Iterum veniam ad
vos, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis.
Ex quo Doctores colligunt illum morti cuiuscunque Apostolorum adfuisse. Ergo æquius erat, vt sanctissimæ matris eius
morti adesset, siquidem cum mulier mortalis & passibilis esset,
cum tanto sui discrimine periculo se opposuit, vt per mediam
14 Iudæorum turbam furentem irruperit, quò morti dulcissi-
mi filij sui adesset, quo tempore ab omnibus derelictus fuit.
Quis ergo cogitare poterit hæc rectè considerans, & quæ mater
cum eius filio fecerit, & cum idem filius tam facile adesse potue-
rit, quòd pro eius sanctissimæ matris solatio non adfuerit? In di-
uino officio, quod illi sancti sacerdotes in hoc pretioso Virginis
transitu celebrauerunt, inuitatorium profectò non esset: Cir-
cundederunt me dolores mortis, siquidem sanctissima defuncta
illis caruit. Nec responsoria essent: Peccantem me quotidie, si-
quidẽ nunquã peccauit. Nec lectiones essent: Parce mihi Dñe,
quandoquidem, quid illi Deus remitteret non habuit. Quin-
imò Domini præsentia consolati cum maximo jubilo dicerent:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Venite exultemus. Et lectiones essent: In omnibus requiē quę- 15
sui, & in hæreditate Domini morabor. Quam plena meritis ei⁹
anima sanctissima ab hac vita discesserit, non hominum, nō An
gelorum linguæ id explicare sufficiunt, quandoquidem certum
est per totum vitæ spatium, videlicet, sexaginta, & plus annis,
nusquā fecit, aut quicquā cogitauit, in quo prioris gratiæ augmē
1. Cor. 2. tum non reciperet. Quod si Diuus Paulus inquit: Quod oculus
non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ præ
parauit Deus diligentibus se, quid præparatum haberet ei, quæ
cum tanta puritate illum peperit, & cum tanta fidelitate, & amo
re seruiuit? Et credibile est, quòd post eius fœliciſsimum tranſi-
tum, cum eius glorioſa anima in cælo esset, & corpus sacratiſsi-
mum mortuum in sepulchro iaceret, Sanctos Apostolos cū ma-
gna instantia à Deo postulasse, vt illud suscitaret, & glorificaret. 16
Ad hoc asserendum nimium me mouet, quòd cū Christus Re-
demptor noster his sacris Apostolis euersionem Hierosolymæ
ciuitatis reuelaret, & quod lapis super lapidē relinquendus non
Matt. 24. erat. Dicit ibi sacer textus, quòd accesserunt discipuli eius, vt
Origenes. ostenderent ei ædificationem templi. Vbi Origenes notat, hoc
illos fecisse (quāuis Dominus melius illis nouerat quid in tem-
plo esset) quia videbatur eis hoc modo in pietatem illum posse
ducere, ne pateretur, vt ædificium tam primum destrueretur.
Quasi dicerent: Attende Domine, & tam illustre, & egregium
ędificium conspice, ne patiaris rem tam egregiam, & pretiosam
deuastari. Si ergo discipuli tam pios, tamque studioſos se ostē-
derunt propter illius templi materialis cōseruationē, quid illos
imprecatos esse putandum est, ne illud virgineum corpus corrū 17
peretur? Quam pijs verbis, quanta vi & efficacia dicerent: O
æterne Deus, & Pater infinitæ misericordiæ, ne permittas Do-
mine, vt corpus tam sanctum, tam purum, tam pium, & rationi
parens, quod tanta promptitudine tot annis in tuo sanctiſsimo
famulatu se exercuit, modo in corruptionem incidat, sicut cæte-
ra corpora filiorū Adam. Quod ita Deum fecisse pie credimus,
respiciens ad obsequia, quæ hæc cælestis domina ei exhibuit.
August. Cæsar. De Augusto Cæsare legitur, quòd Alexandriæ ciuitatem vasta
re noluit, propter eiusdem vrbis magnitudinem: & etiam, quia
maximus eius amicus & familiaris in ea habitabat: & etiam se-
cundum Plutarchum, quia Alexander Magnus illam funda-
uerat.

18 uerat. Igitur, si quidam Gentilis, & tyrannus hos respectus ha-
buit, ne vrbem illam solo æquaret, nunquid non satis esset ad
hoc, vt sanctiſsimum illud Virginis corpus in corruptionē non
deueniret, hanc cęlestem dominam quandam ciuitatem esse su-
premorum, ac singularium ædificiorum fabricatam, non, vt fa-
miliaris eius in ea habitaret, sed, vt totius beatiſsimæ Trinitatis
receptaculum esset? Plura piè credimus de hac cælesti Regina,
quorum apud sacram Scripturam testimonium non extat. Pro-
pter quod in Canticis de ea dicitur: Hortus cōclusus soror mea, *Cant. 4.*
sponsa, hortus conclusus, fons signatus. In quo significatur, res
& mysteria, quæ Deus in illa operatus est nimis occulta esse. Et
vbi apud Isaiam legimus: Ecce Virgo cōcipiet, & pariet filium, *Isa. 7.*
Doctores Hebræi dicunt id de quadam Virgine secreta, & ni-
19 mis occulta intelligi. Etiam Sanctus Ezechiel in spiritu prophe *Ezec. 44*
tico illam vidit, quando ad literam secundum Diuum Hierony
mum dixit illi Deus: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, &
vir non transiet per eam, quoniā Dominus Deus Israel ingres-
sus est per eam, eritque clausa principi. In quo etiam denota-
tur, quòd solus Deus, eius excellentias cognoscit, cui placuit il-
las ei communicare. Vnde Diuus Bernardus ait, ob id Angelum
ei dixisse: Virtus altiſsimi obumbrabit tibi, quia multa, quæ in *B. Bernar.*
illa operatus est, sic operuit, vt solus ipse cognosceret. Et vnum
ex præcipuis, quæ ex hac cęlesti Regina pie confitemur, de qui-
bus (vt dixi) in sacra Scriptura planum testimonium non habe-
mus, est eius resurrectio glorioſa, & admirabilis assumptio in
cælum in corpore, & anima. Sanctus Ioannes in Apocalypsi re- *Apoc. 10*
20 fert se septem tonitrua audiuisse, & cum voces eorum literis mā
dare vellet, quidam Angelus dixit ei: Signa quæ locuta sunt se-
ptem tonitrua, & noli ea scribere. Et fortè aliquod ex illis my-
sterijs, erat eius glorioſæ assumptionis arcanum quod signare il-
li iussit, vt pij & fideles huius sanctiſsimæ Virginis deuoti, hu-
militer, & pie sanctæ Ecclesiæ fidem adhiberent, quæ congruis
ducta rationibus, pie confitetur, & solenniter cum ingenti gau-
dio spirituali celebrat, & canit, dicens: Exaltata est sancta Dei
genitrix super choros Angelorum ad cælestia regna. Nam sicut
Beatus Bernardus præponderat, siquidem quando Deus in mū- *D. Bernā.*
dum venit, illum sanctiſsima hæc domina in loco honorificen-
tiori, qui in eo reperiebatur, suscepit, æquum erat profectò,

Universidad de Deusto Biblioteca

quòd ascendentem illam in cælum in loco præcipuo, & ante omnes puras creaturas ipse illam collocaret. Et hoc significat
Apoc.12. quod Diuus Ioannes deinde vidit, dicens: Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole. Hæc mulier sanctissima Virgo est: & eam sole amictam esse, est ita Deo coniunctam esse, vt inter ipsam, & Deum alia pura creatura non mediet. Ibi sanctissima Virgo planè cognouit quanta dignitas erat matrem Dei esse, quia quamuis in hac vita vere credidit se matrem Dei esse, at nusquam intellexit huius admirabilis dignitatis celsitudinē, quousque in cælum assumpta est, cum quid Deus esset, cognouit. Et etiam tunc sicut plene Deum comprehendere non potuit, sic etiam huius dignitatis matris Dei omnem altitudinem comprehendere nequiuit. Quo gaudio tunc afficeretur matrem tam incomprehensibilis Dei se cernens? Et quo etiam gaudio sa- 22
cerdotes afficientur, quādo cælum intrauerint, & infinitam Dei maiestatem viderint, & cum quanta cordis lætitia dicent: Ecce Dominus, quem in manibus meis, etsi indignis quotidie habebam. O glorificata sit talis liberalitas, & misericordia tanti Dei, qui à talibus manibus tractari patiebatur. Et Angeli obstupefacti videntes celsitudinem, quam hæc cælestis Regina pertigit,
Cant.8. illud Canticorum elogium protulerunt: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicijs affluens, innixa super dilectum suum? Mirum fuit, aiebāt, quòd è cæli diuitijs ad mundi pauperiem Deus descenderet. Et etiam miramur, quòd è terræ paupertate ad tam supremum cælestium diuitiarum culmen hæc sacratissima fœmina sit elevata. Et cum mulier sit nobis omnibus, qui cælestes
01 spiritus sumus antecellat, & omniū domina sit. Deniq; cū sit ter- 23
ra absq; eo, quòd vertatur in terrā, ascendit, vt super omnes cælorū principatus regnet: hoc in magnam admirationem nos rapit. Sed væ, væ, & millies væ dilectissimi, quid nobis prodest de admirabili gloria huius cęlestis Imperatricis agere, si tamē propter nostra demerita ab eius consortio in perpetuum separandi sumus? Ideò fratres studeamus eius gloriam considerantes, cum maxima affectione illam imitari, quibus illam meruit, vt eius dulci consortio coram diuino conspectu in æuum perfruamur.

In hac sacratissima solennitate sancta mater Ecclesia hoc nobis Euangelium proponit, in quo agitur de duplici vita, nempe actiua, & contemplatiua, quibus tanquam duabus alis peruolant

lant

24 lant animæ vsque ad gloriam impetrandam. Quod sic incipit: *Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.* Vbi primum maximè considerandum occurrit, quòd ille magnus Dominus, qui omnium rerum vniuersalis conditor est, voluit pro nobis in hoc mundo peregrinus fieri, & de domo in domum transire non habens propriam, vt ipse testificatus est de se, dicens: Vul- *Matt.8.*
pes foueas habent, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. O quanta confusio filijs huius seculi hæc est, qui omnia occupare, & vsurpare sibi volunt, nec proximos viuere sinunt. De his conqueritur idem Dominus per Isaiam, dicens: Væ qui coniungitis domum ad domum, & *Isa.5.*
agrum agro copulatis vsque ad terminum loci. Nunquid ha- 25
bitatis vos soli in medio terræ? In auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum, nisi domus multæ desertæ fuerint grandes, & pulchræ, absque habitatore. O terribilem comminationem. Attendite seculi amatores, quid hic Dominus vobis dicat. Quod siquidem vestros proximos viuere non sinitis, & vos omnia fugere, omniaque ambire vultis, & vt magnas fabricas construatis, pauperes compellitis, vt vestris suas vicinas, & coniunctas vobis vendant, propterea vos Dominus vita mulctabit, & domos vestras à vobis tollet. Et hoc parum est: nam illud, væ, amplius denotat, videlicet, quòd in infernum vos cremādos in perpetuū detrudet. Quondā dixit Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt in locum vnū, & appa- *Gene.1.*
reat arida, & factū est ita. Vnde fit manifestū, quòd nisi hoc ita
26 Deꝰ præcepisset, tota terra aqua cooperta esset, nec fructū proin dereddere posset. O quā efficax argumentū hinc deduci potest in eos, qui volūt in hoc mundo nimium se protrahere, & exportigere. Si Deus prȩcepit aquis, vt propriū locū desererēt ad hoc, vt terra fructificaret, cur volet, vt tu cuncta ambias, & aquis tuæ cupiditatis oīa operias, vt nemo præter te viuere possit? Sit satis tibi frater, q̄ tibi Deꝰ nō præcepit, vt quod tuum est relinquas, sicut prȩcepit aquis, vt locum suum desererent, sed tantum præcipit, ne aliena rapias, & cum mediocri contentus viuas. Ingens profectò infania est tantam curam adhibere in regijs & opulentis domibus construendis, & non reminisci vbi in alia vita habitandum sit. Figite dilectissimi oculos vestros in hoc cælesti

Universidad de Deusto
Biblioteca

magistro, & discite ab illo peregrini esse, in hoc mundo. 27

Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Intrat Dominus fatigatus ex itinere, & fame confectus. Maria autem de necessarijs ad victum diuini Magistri non curans, secus pedes illius sedet, vt verbum eius audiat. Magna quippe res est animam sui & mundi rerum obliuisci coram Deo. Sic mulier illa Samaritana iuxta fontem eloquio Domini absorpta hydriæ, & aquæ oblita est, sed magis absorpta erat Maria, siquidem Dei coram ipso Deo oblita est. O quã bona Maria, quæ Christi coram Christo obliuiscitur: hoc est, quæ cibationis, & deliciarum ipsius Christi obliuiscitur corã eodem Christo. Aspice sancta mulier, q̃ ille, qui Angelos gloria reficit, fame perit. Pereat ille fame, vt saluer ego. Ecce quantum curæ sit Diuæ Magdalenæ anima sua, quòd videns diuinum Re- 28
demptorem lassatum ex itinere, ne buccellam quidem illi administrat. Quasi diceret: Sinite illum, nolo vt manducet, reparetur anima mea, quamuis ipse famem patiatur. Quid Maria, anima tua tantum valet? tantum, quandoquidem propter illam in cruce siti peribit. O benedictus sit talis Deus, & glorificata sit talis charitas. Adeò exoptat Deus salutem animarum nostrarum, quòd vult, vt illam inquiramus, quanuis [*Fuesse a costa*] famis, sitis, & lassitudinis eius, quando passibilis erat. Hoc est primum, & præcipuum, in quo misericordiarum pater vult, vt nos exerceamus.

Cum ergo Maria sic sederet, Martha satagebat circa frequens ministerium, quæ stetit & te. vsq; *dic ergo illi, vt me adiuuet.* In quo significatur vitæ actiuæ exercitia, absque orationis & contemplationis au- 29
xilio cum debita vtilitate, & fructu non bene posse sustentari,
Rom.12. & conseruari. Vnde Diuus Paulus ait: Orationi instantes necessitatibus sanctorum communicantes. Enimuerò si orationi insteturhoc studio plurimum subueniunt iusti aliorum iustorum necessitatibus, & meritoriè efficiunt, ne in exercitijs cœptis lassentur, sed potiùs perseuerent. Et alibi idem Sanctus Apostolus
Philip. 4. ait: Rogo te germane compar adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in Euangelio, & alibi: maxima instantia, & verbis efficacissimis ait: Obsecro vos fratres per Dominum nostrũ Iesum
Rom.15. Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum. O quam manifestum ex hoc

30 hoc fit quãtum iustorum pro alijs iustis oratio valeat, siquidem Sanctus Apostolus verbis tam efficacibus ab illa adiuuari deposcit. Et est valdè notandũ, quòd propterea quòd Beata Martha (vt idem Dominus dixit) turbata erat erga plurima, ideò de sorore sua conquesta est, & forte eius exercitium non approbauit: in quo significatum est, id quod re ipsa hodie in mundo contingit. Multi enim sunt, qui plura, quæ à proximis suis fiunt, nõ probant, & de illis murmurant, quia ipsimet turbati incedunt, curis negotijsq; secularibus inuoluti. His euenit idem, quod illi, qui è mari exijt, cui, quia caput perturbatum affert omnia in gyrum verti videntur. Sic mali in inferno fatentur, dicẽtes: Hi sunt *sap.5.*
quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinẽ impro perij. Nos insensati, vitã illorũ çstimabamus insaniam, & finem
31 illorum sine honore. Est aliquis, verbi gratia, in campo tripu- *simile.*
dians, & saltans ad suauis instrumenti sonum, quem alius facit, & secundum diuersitatem sonorum sic ille diuersas motiones tam pedibus, quam corpore facit. Et ille, qui à longè illũ speculatur, & nec tibicinem videt, nec sonum audit, putat illum sine sono tripudiare, aut quòd amens aliquis sit, & insanias faciat. Sic mundani, quia vident seruos Dei in eius sancto seruitio inusitata, extraneaq̃; facere, & non cernunt impulsus Spiritus sancti, quibus mouentur, omnia illa amentiam, & insaniam esse putãt: vnde murmurationes, & detractiones oriuntur, videlicet, ex nimio ieiunio, oratione, & plurimis humiliationib⁹, alijsq̃; sanctis operibus. Qui Sanctum Heliam cerneret senem, & annosum, co *3.Reg.18.*
ram Rege Achab cum maxima agilitate currentem, si tantũ ex-
32 teriùs intueretur non amentiam existimaret? Id tamen ex proprio decreto non fecit: nam ibi sacer textus inquit: Et manus Domini facta est super Heliam, accinctisque lumbis currebat ante Achab donec veniret in Iezrael. In quo voluit Deus ostendere vim, & virtutẽ, quã seruis suis solet præbere, vt etiã senes, & annosi in executione munerum suorũ possint agiliter currere.

Et respondens dixit ei Dominus: Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima: porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. In hoc Dominus significauit, quomodo, etsi Marthæ exercitium sibi gratum erat, Mariæ tamẽ studium multo magis. Et est notandum non dixisse Dominum: Optimum elegit Maria, sed optimam partem. Nam harum partium

Universidad de Deusto Biblioteca

præstat contẽplatiua, quam actiua: & ambę simul potiores sunt, 33
quam quælibet per se sola. Ideo vtramq; partem nobis sanctus
Psalm.41 Dauid commendat dicens, In die mãdauit Dominus misericor-
diam suã, & nocte canticum eius. Hoc est, die, quando maior di
spositio, & opportunitas adest, mandauit nobis Deus, vt vitæ
actiuæ exercitijs, & operibus pietatis incumberemus. Nocte ve-
rò quando maior est quies orationis studio & cõtemplationi va-
Psal.107. caremus. Et alibi sanctus Rex de se ipso ait: Paratum cor meũ
Deus, paratum cor meum. Bis repetit, paratum cor meum, deno
tans tam ad vitæ actiuæ quam ad contẽplatiuæ exercitia se esse
paratum. Circa hoc Domini responsum etiam hic est aduerten-
dũ nõnullos literæ nimis adhærentes dixisse: quia Martha diues
erat, propterea in præparandis varijs ferculis solicitam curam ge
rebat, quasi ei videretur tanto hospiti cuncta parum esse. At ve- 34
rò Christus R. noster quia hos excessus & apparatus nimium ab
horrebat dixit ei; quid turbaris erga plurima? quid in plurimis ci
bis præparandis turbaris, quando quidem vnus eorum mihi suf-
ficit? Et hunc huius loci literalem sensum esse asserunt. Et cum
dixit: Porro vnum est necessarium (aiunt) cibum intellexisse.
At si attente id, de quo ibi præcipue agebatur, consideremus, in
ueniemus, vnum necessarium esse illud, cui Maria incumbe-
bat, scilicet, per quandam cognitionem, & quoddam mirifico
charitatis vinculo appropinquare Deo. Si quis dicat: Num
id, cui Martha incumbebat, videlicet, pietatis exercitiũ ne-
cessarium non erat? Maximè. Veruntamen Dominus ait, hoc
vnum præcipuè esse necessarium, quia hoc acquisito, vt præci- 35
puo facile alterum acquiritur. Nam illa anima, quæ huc peruer-
nit scilicet, vt perfectè Deo vnita sit per hunc mirificum nexum
posteà facilè se exercet in lis charitatis operibus, quę à Deo ei præ
cipiuntur. Cum ergò hoc citrà sit, nempe, vnum illũd necessariũ
hoc esse, quid terribilius, dicite obsecro in hac vita potest euenire,
quã cernere fidelẽ, qui hęc omnia, vt certissima firmiter credit
& q̃ nihil ei magis in obliuione sit, quã hoc necessariũ? Omnes
mundi res, voluptates, honores deniq; diuitias quisq; fidelis re-
linquere deberet, & contẽnere, vt hoc vnum necessarium inqui-
reret. At vè ò è cõtrà facit, nã hoc vnũ necessariũ relinquit, & al-
terũ cum maxima auiditate, & nimia cordis anxietate inquirit.
Hoc est, quod proprijs oculis quotidiè cerno, & quod mihi ma-
gnam

36 gnam admirationem infert. De hoc conquritur Dominus per
Isaiam dicens: Quare appendistis argentum, non in panibus, & *Isai.55.*
laborem vestrum non in saturitate? Quasi dicat: quare laborastis
propter illud, quod vos saturare minimè potest? Vt autẽ vos fra
tres hæc intelligatis, & miremini perpendite etiã Aristotelẽ di- *Arist.*
xisse: Sumus nos quodãmodò finis omniũ. Igitur ad quẽ finẽ ho
minem Deus creauit? Vt summum bonũ intelligeret, & intelli-
gendo amaret, vt B. Augustinus inquit: Nihil hoc rationabilius, *D. Aug.*
aut vtilius, nec pluribus titulis magis debitum. Quomodo ergò
cœlum, & terra non terrentur, & nos non obstupescimus, viden
tes, q̃ illud, cui minus homo incumbit est id, propter quòd fuit *Simile.*
conditus? Si aliqua gens inter mortales tam fera, & immanis ali-
cubi esset, vt nulla amicitia, nulla deniq; fidelitas seruaretur etiã
37 inter parentes, & natos, sed omnes inuicem se mordicus consu-
merent, & mutuò se extraneis vili pretio venũdarent, quis tan-
tam immanitatem audiens non obstupesceret? Quanto plus er-
gò nos Deo debitores sumus, quàm vllus filius sit patri, & etiam,
quàm omnes simul qui fuerunt & erunt? Et cum huic ineffabili
patri tantum debeamus, non solum illum non diligimus, quin
imo, quantum in nobis est, illum occidimus, & vilibus huius mũ
di nænijs vendimus. O summam peruersitatem æterna damna
tione dignam. Quo animi dolore Sanctus Moyses dicebat: Ge *Deut.32*
neratio parua, atque peruersa hæccine reddis Domino populę *D. Augu.*
stulte, & insipiens? Nunquid non ipse est pater tuus, qui posse *in l. contra*
dit te, & fecit te & creauit te? Nec minus, quin potius multò ma *Manichę-*
gis ingratos erga Deum nos ostendimus, quam illi, siquidem *os & de l.*
38 potiora quã illi beneficia accepimus. Rẽ stupendã notetis ve- *arbitrio*
lim, nempe ex hominum peruersitate Manichæorum errorem *& in l. 2.*
ortũ esse asserentiũ, duos esse Deos, bonũ alterũ rerũ bonarũ cõ- *de morib.*
ditorẽ, alterũ verò malũ, qui iniqua creat: Nam induci non pote *ecclesiæ. et*
rant, vt crederent, quòd vnus Deus bonus res tam detestabiles, *l. 5. conf. c.*
quales sunt homines iniqui, cõderet. In quo errore D. Augusti. *10. lib. Vni*
nouẽ annis versatus est. Sed postquã ad fidẽ est cõuersus acerri- *co de duabus anima*
mè contra eos disputauit. Eccè quã abominabilis malorũ depra *bus. c. 10.*
uatio sit, quãdoquidẽ illi infœlissimi homines ex illa occasionẽ *& l. 3. cõ-*
desumpserunt in tã magnum errorem incidendi. Tandem vlti- *tra Iul. Pe*
mam huic rei manum imponam cum alia consideratione, *lag. c. 5*
quæ etiam terrorem vobis incutiet, videlicet, cuncta ani-

ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

malia irrationabilia, sic à suo conditore formata esse, quòd nihil 39
omittunt eorum, quæ ad vitæ suæ conseruationem conducunt.
Solus homo è contra facit, qui non tantum contra Deum est,
sed etiam contra seipsum. Vnde Sanctus Iob dicebat: Quare
Iob 7. posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsi grauis?
Magna querela, & miseria hæc est. Nam, cùm summa humanæ
perfectionis consistat in imitatione perfectionis, & bonitatis di
uinæ, quæ maior miseria hac excogitari potest, vt non solùm
homo Deo similis esse nolit, sed etiã omnino ei cõtrarius sit? Si-
quidẽ quod ille vult ego nolo, & quod illi displicet, mihi placet;
& quod ille diligit, ego odi; & quod ille odio prosequitur, ego
amo. Ex quo sequitur, quòd cum hominis fœlicitas, & eius sa-
lus coniuncta sint cum diuino cultu, quòd ille, qui rebellis, &
contrarius est Deo, necessariò sibimetipsi grauis, molestus, & 40
nociuus sit. Itaque cætera animalia in suis operationibus pro-
priam conseruationem quærunt: tantum miser homo in omni-
bus, quæ agit, cogitat, exoptat, & loquitur propriam mortem,
& destructionem quærit. Cum igitur proprijs oculis hæc pas-
sim intueamur, & palpemus, nescio cur in lachrymarum mare
non enatamus. O Christe lux beatissima, qui cum tam ineffabi-
li charitate docuisti homines, quòd te sequi, te diligere, & tecum
in vinculo charitatis perfecto vnîri est illis præcipuum & ne-
cessarium, nunc dulcissime Domine per viscera misericordiæ
tuæ nos illumina, & à somno peccati excita, vt relictis om-
nibus huius caduci mũdi rebus, in hoc præcipuo,
& necessario nos exerceamus, quousq;
gratia insigniti tecum gloria 41
perfruamur, Amẽ.

(·)

In

In eodem Festo Assumptionis sacratissimæ Virginis Mariæ Concio Quarta.

Intrauit Iesus in quoddam castellũ, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Luc. 10.

¶ Exponatur litera Euangelij in principio.

2 OVANVIS abrè videatur, quòd sancta mater Ecclesia in hodierna sanctissima festiuitate hoc sacrum Euangelium recitet: si tamen rectè consideretur ad rem maximè facere videbitur. Quãdo *totum.* *simile.* alicui Reginæ, aut Imperatrici indumenta fiunt, dedecẽs est, vt sartor illis appropinquet, vt mensuram desumat: cæterum adsunt aliquæ dominæ similis staturæ à quibus mensura desumitur, & sic regia indumenta fiunt. Simili vrbanitate hodie sancta Ecclesia vtitur, quæ huius cælestis imperatricis celsitudinem agnoscens vestimenta illi facere volens, eius solennitatem celebrando vix illam tangere audet: & ob id duæ famulæ eius Martha, & Maria hic proponuntur, quæ, vtcunque similis staturæ sunt, cuius animam sacratissimam, & purissimum cor-
3 pus repræsentant. Et ita de his duabus sororibus verba faciens, occasionem nobis præbet, vt de hac sanctissima Virgine, & de eius sanctissimæ festiuitatis mysterio nonnihil loquamur. Itaq; hoc sacrũ Euangelium, si profunde consideretur, est velut quædam effigies, in qua huius gloriosæ Reginę mirabilis assumptio, quam hodie celebramus, mystice repræsentatur. Et hanc vnam ex præcipuis rationibus esse puto, ob quas sancta Ecclesia nobis illud proponit. Quod sic incipit: *Intrauit Iesus in quoddam castellũ.* Ex titulis quos sacra Scriptura conuenientissimè Virgini sacratissimę adscribit, vnus est castellum illam appellare. Vnde spon sus in Canticis sponsam alloquens, ait: Sicut turris Dauid collũ *Cant. 4.* tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille Clypei pendent

Universidad de Deusto
Biblioteca

dent ex ea, omnis armatura fortium. Hæc sponsa in sensu litera 4
li sancta ecclesia catholica est. Et collũ huius cœlestis sponsæ, vt
B. Bernardus exponit, est sanctissima virgo domina nostra, quæ
ideò collũ dicitur. Nã sicut collũ inter cætera mẽbra præter ca-
put sublimius est, ita inter cæteros sanctos, excepto Christo, R.
nostro, qui est caput illa sublimior est. Et sicut caput versus cor-
pus mediante collo inclinatur: ita hoc diuinum caput ad huius
mystici corporis miserendum per huius clementissimę virginis
intercessionem inclinatur. Et sicut collum est canalis, quo influẽ
tiæ à capite in corpus descendunt, & quo etiam humores à corpo
re in caput ascendunt: sic virgo immaculata est canalis, per quẽ
Redemptoris nostri dona ad nos descendunt, & quo etiam suspi
ria, & orationes nostræ ad illum perueniunt. Et collum hoc in-
quit spõsus esse sicut turrẽ Dauid, quæ ædificata est cũ propug- 5
naculis, cuius fabricatio eius purissima cõceptio fuit. Et ibi Deus
propugnacula posuit, videlicet, spiritus sancti dona, ne in labem
culpæ originalis, sicut, & nos incideret. Omnis armatura fortiũ,
quæ in hac turri sita est, omnes virtutes sunt per cæteros sanctos
dispersæ, quas omnes simul illa habuit. Et mille clypei, qui ex
ea pendent sunt variæ protectiones, & auxilia, quæ miseri apud
eam reperiũt: nã hæc turris peccatorum refugium est. Quapro-
ter, ô peccator, tibi consulo, vt in quacunq; tribulatione cõstitu-
tum te videris ad hanc turrim cõfugias, nam cõtra omnia pericu
la clypeos reperies. Modo à peccatis persecutũ te cernas, aut va-
rijs periculis afflictum, aut tentationibus obsessum, aut quolibet
alio infortunio singulis quibusq; malis clypeum reperies: Tri- 6
bulationi lætitiam, persecutioni patientiam, culpæ lachrymas.
Tentationi fortitudinem, quia mille clypei pendent ex ea, mu-
rus fortissimus, qui hoc castellum ambit idem mundi Saluator
Isaiæ. 26. fuit, vt mystice Sãctus Isaias prophetauit dicens: Saluator pone
tur in ea murus & ante murale. Et sicut murus iaculorum ictus
suscipit ne forte castellum ipsum pertingant, quapropter sæpe
cõtingit, q̃ manet ruptus, & vndique discissus, vt castellum illæ
sum maneat: sic Christus R. Noster in cruce tanquam murus di-
scissus vndiq; mansit, ne eius mater sanctissima alicuius peccati
ictu peteretur. Quia si à peccati labe mansit libera, hoc fuit vir-
tute passionis pretiosissimi filij sui in diuino cõspectu præuisæ.
In illo castello, quod Dominus intrauit duæ sorores commora-
bantur,

7 bantur, altera vitæ actiuæ, altera verò contemplatiuæ exercitio
dedita. Et in hoc sacro castello etiam duæ sorores sunt, videlicet,
corpus sanctissimum, & anima purissima huius gloriosæ domi-
næ. In nobis verò anima & corpus sorores dici non possunt: nam
semper in continuo iurgio versantur, & altera aduersus alteram
insurgit, vt diuinus Apostolus affirmat dicens: Caro concupis- *Gal. 5.*
cit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem. Hæc enim con-
tinuò sibi inuicem aduersantur: & tam ingens controuersia & di
sceptatio inter hæc versatur, q̃ idem Apostolus alibi dicit: Si *Rom. 8.*
enim secundum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu fa
cta carnis mortificaueritis, viuetis, ô quàm ingens bellum est
hoc, q̃ si vultis, vt anima pacem, vitam, & libertatem habeat,
oportet captiuam, & mortificatam carnem habeatis, & perpe-
8 tuum bellum contra eam geratis, nempe, disciplinis, cilicijs, &
ieiunijs &c. Quòd si optatis, vt caro viuat, & q̃ pacem liberta-
temque habeat dicit sanctus Apostolus hoc per mortem animæ
esse debere. Videtur mihi inter animam, & corpus discrimẽ ver-
sari, quod inter imaginem solidam [*Imagen de bulto*) & pictam.
Nam imago picta perfectionem accipit, semper addendo ei, so-
lida verò è contra, si auferatur ab ea. Accipit, V. g. pictor tabu- *simile.*
lam leuigatam, & incipit imaginem delineare, & colores colori-
bus superimponere, & vmbram vmbræ addere, quousque per-
fectam imaginem depromit. E contra verò imago solida, si cõ-
tinuo dedoletur, & ab ea dematur aliquid tandem perfecta ma-
net. Accipit exculptor rude lignum, seu truncum, & semper de
dolat, quousq; perfectam imaginem exculptam relinquit. Simi-
9 liter considerandum nobis est animam nostram à Deo creari, vt *Aristo. 3.*
inquit Philosophus tãquã tabula rasa, in qua nihil est depictũ, *de anima.*
quam Deus in manibus nostris posuit, vt quam primum liberæ *text. com.*
rationis vsu vti inciperemus illam paulatim perficeremus, sup- *12. 14.*
posito q̃ per gratiam baptismatis nitida, ideſt, (*bruñida*) nobis
datur. Et hinc mysterium intelligetis, quid fuerit in causa quòd
postquam Deus cuncta creauit, vt in Genesi habetur, inquit sa- *Genesi. 1.*
cer textus, q̃ vidit illa, & vidit valde bona esse, vt de luce, quam
vt vidit bonam esse affirmauit. Et ex eo quòd aquæ in loco vno
congregatæ essent, & arida appareret dicit sacer textus: Vi-
dit quòd esset bonum. Et videns plantas fructificare, & her-
bas virescere dicitur: Vidit Deus q̃ esset bonum &c. At verò

quando

Universidad de Deusto Biblioteca

quando hominem Deus condidit, non memoratur, nec dicitur: 10
Vidit Deus, quòd esset bonus. O Deus maiestatis infinitę, quid
hoc Domine, lux, aqua, & terra bona tibi videntur, & homo nõ
item, cum sit ipse finis propter quem hæc omnia condita sunt?
Dico Deum hominem non laudasse, quia omnem perfectionis
plenitudinem, quam debebat habere, tunc nõ habuit, quia ipse-
met paulatim animam suam (Dei auxilio) debebat perficere. Et
Eccle.15. hoc est quod Ecclesiasticus ait: Deus ab initio constituit homi-
nem, & reliquit eum in manu consilij sui. Id est, creauit illum, &
in proprijs manibus eum reliquit, vt si vellet se depingeret, atq;
perficeret. Et modus quem debet obseruare est semper impone
re, & virtuti virtutem addere, & sanctitati sanctitatem iniunge-
re. Et tot tamque perfectos virtutum colores poterit superimpo
nere, vt illam perficiat. At verò corpus è contra debet perfici 11
tanquam imago solida, quia trunco, & ligno rudi simile est, vn-
de dedolari oportet, & ab illo auferri ex victu, somno, illecebris
colloquijs & conuersationibus, vt tandem perfectum maneat.
Itaque ad perficiẽdum corpus opus est, vt superfluum ab eo de-
matur, &, vt anima perficiatur ei superaddere opus est, ne forte
(cum adeò sibi inuicem cõtrarientur) corpus suis inordinatis de-
siderijs animam occidat, & anima virtutibus ornata vinci, & oc-
cidi ab eo non patiatur. His omnibus contradictionibus sanctissi
ma Virgo domina nostra per admirabilem Dei virtutem, & di-
Iob.38. spensationem caruit. Interrogat Sanctum Iob Dominus: Num
quid gyrum Arcturi poteris dissipare? Arcturus septem stellis
constat, cuius prima est sydus septentrionale, id est, [*Et norte,*] in
buccinæ formã arcuatus, qui semper sine quiete in gyrum versa 12
tur: & quando tres stellæ supra sunt, aliæ quatuor infra, & è con
tra. Dicit modo Dominus ad Sanctũ Iob: Quis poterit has stel-
las detinere, quisve clauum figet, ne in gyrum vertantur? Nul-
lius vires, aut industria sufficiunt: solus Deus, qui cælum condi-
dit, has stellas ne gyrent efficere potest. Scitote idem in homine,
quod in cælo euenire, qui est tanquam Arcturus, cuius septem
stellæ tres animæ potentiæ sunt, & quatuor corporis elementa,
ex quibus potentiæ exteriores, & corporeæ componũtur. Quæ
omnes stellæ taliter mouentur, quòd aliquando tres animæ po-
tentiæ infra sunt à corporeis potentijs oppressæ, aliquando verò
animæ potentiæ supra sunt, & corporis potentiæ infrà ab illis
oppressæ,

13 oppressę, & eis subditæ. At in sanctissima virgine Domina
nostra, Deus omnipotentiæ suæ clauum posuit, quo eius po-
tentias fixit, ne has inuersiones, & gyros facerent, sed semper
quietæ permanerent, videlicet, tres animæ potentiæ supra, cor-
poris verò potentiæ infra, & perpetuò illis subiectæ. Orem mira
bilem, nam cum virgineum corpus huius cœlestis dominæ alias
humanum esset, & via communi, qua cæteri filij Adæ genitum,
& cum naturales appetitus, sicut & cætera mortalium corpora *Gene.6.*
haberet, nihilominus ita rationi subdita essent. In Genesi legi-
tur Dominũ Noe præcepisse, vt cuncta animantia tam fera, quã
mansueta in arcam intromitteret, vt à diluuio seruarentur. Quid
Domine ad seruandum animalia iubes, vt in arcam includãtur?
Lupus cum oue, leo cum agno, canis cum fele, accipiter cũ per-
14 dice, & vulpes cum gallina quomodo se habebunt? Nonne Do-
mine cernis, quod animalia fera mansueta vorabunt, & deniq;
fera inuicem morsibus consumentur? Non recte (ait Dominus)
mysterium nouistis. Scitote hanc feritatem animalia habere in
mõtibus, & syluis, & in desertis vallibus, at verò intra ipsam ar-
cam statim mansuescent. Tam mansuetus quippe leo erit sicut
agnus, & lupus, vt ouis: vulpes: vt gallina. O sacratissima virgo,
& mater Dei, tu domina veri Noe Iesu Christi filij Dei arca es,
& tua protectione à peccati diluuio erepti sumus. Huius admira
bilis arcæ animalia fera sunt sensus corporei, quę perpetuo pacis
fœdere cum animalibus mansuetis, videlicet, cum animæ poten
tijs habitauerunt. In cæteris Adæ filijs verum est, quod sensus
corporei solent vorare, & destruere tanquam fera animalia, ani-
15 mæ potentias; cæterũ intra ipsam non. Et ob hanc causam huius
sanctissimę virginis caro innocentissima, & anima pretiosissima
iure optimo sorores dicũtur. Et in hoc castellũ, in quo hæ duæ so-
rores morabantur, intrauit Christus mũdi Redẽptor, sacratissi-
mæ incarnationis eius tẽpore, vt ibi hospitaretur, & reficeretur.

Et, vt mysterium hoc plenius intelligatis, notetis oportet ex
præcipuis penurijs, & defectibus mundi huius, vnum esse, vide-
licet, quod in eo sedes non sit. Sæpe mecũ cogito, quomodo illi,
qui post hũc mũdum abeũt, & in eo omnem fœlicitatem collo-
cant, non verecũdantur, siquidem in nulla ex eius creaturis sedẽ
inuenire possunt. Solet quis verecũdari, & confundi aliquam do-
mũ frequentare, in qua ei sedes non conceditur, sed tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruus esset stare iubetur. Et ita si vultis, vt dæmon à vobis recedat magnum remedium est sedem illi denegare. Cauete illum, quoniam semel si sedeat, non facilè illum expelletis, idcirco illum sedere ne patiamini; hoc est, ne immoremini ad considerandum mala, quæ vestræ phantasiæ offert, hoc enim est illi non permittere, vt sedeat nec vt intret. Et cum eius superbia maxima sit, si hoc tamen modo illum stare facitis, statim confusus abibit nec ibi immorabitur. Et tamen mundani non verecundantur adeò res mundi diligere, quandoquidem omnes simul non sufficiunt sedem illis dare. Sic enim Deus præordinauit, videlicet, quod nulla earũ in particulari, nec omnes simul verum, & integrum gaudium, (quæ propria homins sedes est) illi præbere possint. Vultis nosse, quisnam fuerit locus, vbi prius homini in hoc mundo sedere permissum est? Virgineus vterus fuit reginæ Angelorum. Ibi enim anima sacratissima Redemptoris nostri in primo instãti suæ creationis diuinam essentiam vidit, & fuit beata, & sic veram sedem habuit. Quod Sanctus Ezechiel prophetauit dicens: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniã Dominus Deus Israel ingressus est per eam. Eritque clausa principi, princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino. Diuus Hieronymus, & alij sancti doctores asserunt hæc verba de sacratissima Dei matre intelligi. Et quanuis alia verba præter hæc de illa scripta non essent, ingenue fateri possemus tot excellentijs illã præstare, vt illas explicare nec hominũ aut Angelorum linguæ sufficiãt. Nam quis plures feras thecæ superimponat, & magnã custodiam adhibeat, nisi in ea multum habeat, quod furati quis possit? Cum quis foras abit, & dicit ei amicus, attende, quod illa arca referata manet, cui ille: parũ refert, nihil ibi est, quod eripi possit, & siquidem hic dicitur tot seras, tantamque custodiã huic sacro castello Deum adhibuisse, sequitur ineffabiles thesaurõs in eo reconditos illum habere. Et hoc factum est ità, quia princeps regum terræ Iesus Christus, quatenus homo in eo sedit, vt diuinæ fruitionis panem coram Domino comederet, hoc est, in visione Dei.

Ezech. 44.

Simile.

Merito ergo dicimus in hoc castellum hunc cœlestem hospitem fuisse exceptum, & refocillatum, cui hæ duę sorores fidelissime ministrauerũt. Vna earũ, videlicet, caro per trigintatrium annos

annorũ spatium quibus in hoc mundo vixit seruitia corporalia exhibuit: anima vero igneis diuini amoris actibus illi famulata est. Et ideò de carne virginali dici potest, quod satagebat circa frequẽs ministerium: & de anima eius sanctissima, quod sedebat secus pedes Domini. Sed dicet quis: Si hæ duæ sorores huiusmodi fraternitatis vinculo iunctæ erant, & tanto pacis fœdere adunatæ, quando adimpletum est id, quod Marthæ querela contra Mariam significauit, videlicet, quod caro de anima cõquesta diceret. Soror mea reliquit me solã, dic ergo illi, vt me adiuuet? Dico tempore mortis eius sacratissimæ hoc actum esse. Pro quo notandum vobis est, quod cũ Deo placuit, vt hoc sanctissimæ matris suæ exilium terminaretur, omnes Sãcti Apostoli ibi adfuerunt, vt Sanctus Dionysius refert, quos à diuersis mundi partibus, quibus peregrinabantur, verbum diuinum seminantes Deus congregauit. Et est credibile, quod inter ipsos, & pijssimã matrem verba dulcissima, & amore plena haberentur, & etiam, quod dum illi prope diuino & spirituali eloquio operam darent, Christus mundi Saluator totus pulcher, & gloriosus illis apparuit. Cuius aspectu mater eius sanctissima verba illa Iacob patriarchę iure dicere potuit, qui filium suum Ioseph, videns summa lætitia, & gaudio superfusus dixit: Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam. Quæ lingua explicare sufficiet, quo sanctissimæ virginis huius lætitia peruenit cum plenitudinem illius quod tandiu exoptauerat appropinquare vidit, videlicet, ex hoc mundo transire, & perpetuo Deo vniri? Sanctus Dauid huius miserę vitę multa mala contemplans, & bona alterius, efficacissimis suspirijs dicebat: Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam? In ciuitatem munitam, ideſt, gloriam, ciuitatem fortem, securam, pacificam, & quietam, vbi nullus timor, anxietas nulla, nec vllus horror inhabitat. In Idumæam, hoc est, rubicundam, [*Arrebolada*] cuius coloni, & ciues omnes instar flammæ igneæ sunt. Ibi enim est, vbi Deus facit ministros suos ignem vrentem, amore accensos, nitore micantes, & pulchros. Hæc est dilectissimi ciuitas illa, versus quam tendimus. Nonne lætitia, & gaudio superfusi liquescitis, sperantes inter ciues tam speciosos collocari, vt in perpetuum cum Domino regnetis? O misera, & infœlix anima, cur terrenas consolationes exoptas,

S. Dio l. 2. de diuin. Nomi.

Psalm. 59.

quare errabunda vagaris, tam anxie vilissimas huius seculi 22
voluptates inquirendo, quæ tibi maximo impedimento sunt
ne tanto bono perfruaris? O si profunde illa æterna gaudia con
templaremur, quanta vi, & efficacia cum Regio Dauide excla-
maremus dicentes: Quis deducet me in ciuitatem munitã? Quis
deducet me vsque in Idumæam? O qualiter idem Sanctus Pro-
pheta hoc desiderio flagrabat, quando cum lachrymis, & gemiti
bus inenarrabilibus illam iucundam societatẽ sitiens, iam pene
luminibus deficientibus aspiciendo in cœlũ quotidie illas cœle
stes mansiones salutans dicebat: Memento nostri Domine in be-
Psalm. 55. ne placito populi tui, visita nos in salutari tuo, ad videndum in
bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ,
vt lauderis cum hæreditate tua. O ignita verba à feruido corde
prolata. Quid postulet hic sanctus attendite. Memento nostri 23
Domine (ait) scilicet, gratiam conferendo, vt simus in beneplaci
to populi tui, idest, in meritis sanctorum, qui tibi placent. Visi-
ta nos, scilicet, vt saluemur in salutari tuo Iesu Christo, in quo
peccata dimittuntur ad videndum, scilicet, te facie ad faciem, in
bonitate & gratia electorum tuorum, vt participes simus beato
rum in cœlo. Ad lætandum in lætitia gentis tuæ, idest, vt connu
meremur in cœtu piorum, & vt lauderis à nobis cum hæreditate
tua, qui sunt Angeli, & electi. Hoc, quod Sanctus Dauid depre
cabatur etiam nos eodem affectu deberemus postulare, si quos
decet essemus. Cæterum in curis huius vitæ immersi in tam mor
tali obliuione gloriam habemus, quasi ea frui nusquam sperare-
mus. Ergo dilectissimi à Deo summis precibus contendamus,
vt illorum perẽnium gaudiorum viuam spem nobis donare di- 24
gnetur, vt per illam ab huius vitæ rebus caducis corda nostra sub
leuemus. Spem viuam appello illam, quę per gratiã viuificatur,
Cant. 7. & in vitæ sanctitate fundatur. Hanc enim spẽ laudauit sponsus
in sponsa dicens: Nasus tuus, sicut turris Libani? Quis nam hic
laudandi modus est? quid turri, & virginis naso: Nimium, si my
steriũ quod hic latet attendatis. Per nasum siquidem spes signi-
ficatur. Nam quemadmodum naribus olfacimus, & per fragran
tiam etiam à longe res degustamus, & percipimus, similiter spe
olfacimus, & degustamus res cœlestes, & hoc odore post illas cur
Cant. 2. rimus: sicut quondam sponsa promittebat dicens: Curremus in
odorem vnguentorum tuorũ. Vnde quantò magis probus quis
est,

25 est, tantò agilius festinat, & maiori desiderio angitur morti
appropinquandi: nam hinc cœlum olfacit. Et peccator mor-
ti appropinquare formidat, quia hinc infernum odoratur. Et
etiam spes animæ sanctæ turris dicitur propter eius firmita-
tem. Et ait in Libano fundatam esse, qui est mons odorifer,
fertilis, & speciosus, in quo vita studiosa significatur: nam san-
cta & viua spes hoc fundamentum habere debet. Vnde in
Prouerbijs de illa muliere forti dicitur: Manum suam misit
ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. O mirificum *Pron. 31.*
mysterium, quod antea sapiens de hac sancta fœmina excla-
mauerat dicens: Mulierem fortem quis inueniet? Et deniq;
de illa ait: Digiti eius apprehenderunt fusum. Quid? tanta for
titudo est fusum apprehendere? Vtique. Non vos latet fusum
26 esse, & colum, idest, (*Lorinus*) in colu est, quod nondum est ne-
tum, in fuso verò quod iam est elaboratum. Et illa anima for-
tis dicitur, quæ fuso innititur, & non colui, hoc est, quæ innitit
tur illi, quod fabricatum, & elaboratum est, & non è contra, vi-
delicet, illi quod nondum est opere perfectum. Si hominem
quantumuis perditum interrogetis, si sperat gloria perfrui? vos
irridebit, & dicet: Quid sperare debeo præter idipsum? Quid?
talem vitam agens in cœlum ire speras? Ad hoc respondebit:
propositum habere deinceps pœnitendi, id quidem est colui
inniti. Scis ô miser, quod si hodie, aut cras in peccato immer-
sum mors te offenderit in infernum perpetuò cremandus es
iturus.

Age ergò frater obsecro, & mox pœnitere stude, vt huic
27 pœnitentiæ in meritis Saluatoris nostri Iesu Christi possis in-
niti, & tunc de te dicetur: Digiti eius apprehenderunt fusum.
Quod si Dauidis, & aliorum sanctorum cor ità desiderio fla-
grabat ab hoc mundo exeundi, quale esset obsecro desiderium
feruidissimum, quo huius tenerrimæ, & amantissimæ virgi-
nis seraphicum cor flagrabat? Et cum quanta lætitia eius ani-
ma sanctissima ab illa purissima carne discederet, in cœlum-
que ascenderet cum eius diuino filio? Igitur anima glorio-
sa iam separata conquerebatur sanctum corpus quod soror
eius anima illud reliquisset. Et hæc querela est quædam in-
clinatio, & naturalis appetitus, quem suæ perfectionis ha-
bet corpus, videlicet, informandi ab ipsa anima. Deus au-

tem ad eius sanctissimæ matris merita respiciens, voluit huic28
naturali corporis inclinationi condescendere, quam, videlicet,
habebat vt animæ suæ vniretur, & illa informaretur, & etiam
desiderio satisfacere, quo ipsa anima flagrabat, vt suæ gloriæ
particeps illud faceret, qua ipsa fruebatur. Æquum est enim, vt
Regina eisdem exemptionibus, & priuilegijs gaudeat, quibus
Simile. Rex. Cum rex, & Regina quam plurimis equitibus, & domi-
nis stipati incedunt, quam primum ad fores palatij perue-
niunt, omnes ex equis descendunt, & pedites incedunt. So-
lum Rex & Regina equitant, & sic palatium intrant. Omnes
sancti, & sanctæ sunt tanquam equites superni Regis Iesu Chri
sti, & Reginæ sacratissimæ matris eius. Per huius vitæ viam in-
cedunt animæ in corporibus tanquam in equis: cæterum, quam
primum ad fores cœlestis palatij perueniunt ex equo corporis29
descendunt, & pedites illud intrant. Solus Christus, tanquam
Rex, & eius mater purissima, tanquam Regina equitando intra-
uerunt in corporum suorum sacris equis. Præterea magnus ille
1. Reg. 30. præliator Dauid quondam dixit: Æqua pars erit descenden-
tis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident.
Et statim sacer textus addidit: Et factum est hoc ex die illa, &
deinceps constitutum, & præfinitum, quasi lex in Israel vsque
in diem hanc. Hanc legem magnus præliator Iesus cum san-
ctissima virgine eius matre hodie obseruare voluit. Nam cum
ille in campum certaminis contra hostes dæmones prodijt & vi
ctoriam ex illis reportauit [*Yfiguio los alcances*] vsque ad inferos,
tunc mater eius sanctissima iuxta crucem mansit, illud sanctis-
simum corpus sanguinemque preciosissimum effusum custo-30
diens, & alia opima spolia, quæ Dominus ibi reliquit. Ideo
æquum erat, vt quantum ad hoc æque inter se diuiderent. Vi-
delicet, quod quemadmodum Dominus gloriam in corpore
Simile. reportauit, similiter illa. Etiam cum quis læsæ maiestatis cri-
men admisit, ius est, vt domus eius solo æquetur, & sale asper-
gatur. Sic quia nos omnes maiestatis diuinæ rei sumus, æquum
est, vt corporum nostrorum domus solo æquentur, & in puluе-
rem conuertantur, & sale, ideſt, vermibus qui ea rodant proſe-
minentur. At hæc fidelissima virgo, quæ nunquam crimen,
neque vllum peccatum admisit, cur domus corporis sui solo
æquanda & in puluerem vertenda, aut sale vermium serenda?

Ex

31 Ex his omnibus rationibus planè constat, quam meritò confi-
temur in hac sacra die illam beatam animam cœlestibus hierar-
chijs comitatam redijsse, vt eius sacro corpori infunderetur, &
sic gloriam suam illi communicaret, vnde glorioſum, & immor-
tale resurrexit. Tunc adimpletum mirabiliter est, quod Eccle- *Eccles. 1.*
siastes ait: scilicet: Generatio præterit, & generatio aduenit, ter-
ra autem in æternum stat. Duplex est hominis generatio. Al te-
ra quando in vtero matris gignitur altera vero quando homo
resuscitauerit. Vnde Dominus apud Matthæum dixit: In rege- *Matth. 19.*
neratione, cum sederit filius hominis. Ideſt, in secunda genera-
tione, & in sacratissima Dei matre præterijt vna, & aduenit al-
tera, quando resuscitauit. Terra autem in æternum stat, hoc est,
eius sacrum corpus nusquam versum est, nec reuertetur in pul-
32 ueres, quin imò glorioſum cum maximo trophæo assumptum
est hodie in cœlum. In cuius ascensu glorioso obstupefacti An-
geli interrogabant illud Canticorum: Quæ est ista, quæ ascen- *Cant. 3.*
dit per desertum, sicut virgula fumi? O Beati spiritus, quomo-
do hanc cœlestem reginam fumo assimilatis? Potius in hoc
videtur, quod illam contumelia afficitis. Nam apud nos de ho-
mine inquieto, & parum sensato dici solet fumo leuiorem esse,
& de impatiente, & bilioso dicimus, illum in naribus fumum ha
bere, & cum quis mundi diuitias collaudat, ad extenuandum
eas dicimus: Omnia vanitas & fumus sunt. Vnde Sanctus Dauid *Psalm. 101.*
humiliter de se sentiens dicebat: Defecerunt, sicut fumus dies
mei. Dico nihilominus hanc vnam ex præcipuis laudibus esse,
quibus illam Angeli efferre potuerunt, & quandam admirabi-
33 lem comparationem ad eius excellentiam explicandam. Nam
fumus odorifer, & fragrans apud sacram scripturam placationē
denotat. Vnde in Numeris legitur, iram Dei contra Hebræos *Num. 16.*
exarsisse, & thura dante Aarō statim Deum fuisse placatum. In
Genesi etiam habetur, sacrificio Noe odoratum esse Dominum *Gene. 8.*
suauitatis odorē. Et in Exodo præcipitur sacrificiū fieri in odo- *Exod. 29.*
rem suauissimum, in conspectu Domini. In Numeris etiam di- *Nume 28.*
citur: In calendis offeretis holocaustum suauissimum in odo-
rem suauitatis Domino. Vnde dicentes Angeli quod ascende-
bat illa sicut virgula fumi ex aromatibus in hoc significare vo-
luerunt, ad placandum iram Dei illam ascendere. O mirifi-
cam puræ rationalis creaturæ prærogatiuam, cuius munus est

Deum placare. Ideò dilectissimi exultemus omnes, & lætemur, siquidem coram diuino conspectu talem aduocatam habemus, & in omnibus nostris necessitatibus ad illam properemus, vt nobis opem ferat, & gratiam obtineat, cum qua gloria meretur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen. 34

IN FESTO SANcti Bartholomæi Apostoli Concio Prima.

Exijt Iesus in montem orare, & erat pernoctans in 1
oratione Dei &c. Luc. 6.

SVMMVS Mundi magister Christus Dei filius orandi modum homines docens, vt eorum oratio diuinæ celsitudini grata esset, apud Matthæum de hoc orandi stylo verba faciens inter alia multa hoc vnum dixit: Orantes nolite multum loqui sicut Ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio, suo exaudiãtur. Nolite ergo assimilari eis. Equidem hæc Diui Matthæi, & Diui Lucæ loca prima facie magnam admirationem inducunt. Nam Sanctus Lucas ait: Quod erat Iesus 2
pernoctans in oratione Dei. Et Sanctus Matthæus ait eundem Dominum dixisse: orantes nolite multum loqui. Quomodo ergo hic diuinus magister docet, vt orationi vacantes breues simus, siquidem ipse eidem studio tam prolixè incũbebat, quod à principio noctis, vsque ad manè ab orationis exercitio non discedebat? Ad hoc respondeo, quod suo admirabili exemplo ille nos docuit, quo pacto eius cœlestem doctrinam deberemus intelligere, & quod in his verbis prolixas orationes, aut plures non damnauit, sed illorum duntaxat orationes, qui omnem rationem de orationum numero habent, & ex eo tantum quod multas preces fundunt exaudiri putant. Et ideo Dominus dixit: Putant

Matt. 6.

3 tant enim, quod in multiloquo suo audiantur absque eo, quod de conscientiæ puritate aliquam curam gerant, & de attentione, affectione, & amore quibus orare debent. Vnde sancti ad imitationem diuini magistri dies, noctesque in hoc sancto exercitio insumebant. Ideoque sanctus Dauid deprecabatur dicens: *Psalm. 85.*
Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die, lætifica animam serui tui. In quo est valde notandum, quod sanctus Rex ad hoc, vt Deus illum exaudiret, hoc allegabat, scilicet: Quoniam clamauerat tota die. Et alij interpretes hic transtulerunt: Miserere mei Domine, quoniã ad te clamabo. Et sic est in contextu Græco & in paraphrapsi Chaldaica. In quo sancti viri perseuerantia denotatur, siquidem ait: Clamaui tota die, & clamabo, nunquam deficiam. His enim duobus tempori-
4 bus verbum, quod hic habetur correspondet. Et alibi, vbi nos *Psalm. 90.*
legimus Deum dicere: Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, alia transtatio habet: Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: & sic est in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica. Vbi manifestè ostenditur, quam grata Deo sit perseuerantia in oratione: siquidem vna ex causis præcipuis, ob quas promittit se iustum erepturum, & glorificaturum est, quoniam clamauit, & clamabit ad me. Et ità Diuinus Apostolus inter Spiritus sancti dona connumerat perseuerantiam in oratione dicens: Orationi *Roma. 12.*
instantes. Idest, Deus est qui hoc donum tribuit, & hoc beneficio vos afficit, videlicet, vt sitis orationi instantes, & ne statim deficiatis in re tam vobis necessaria. Ideoque in eadem oratione debemus postulare, vt Deus nobis hoc donum com-
5 municet.

Ait ergo Sanctum Euangelium: *Exijt Iesus in montem orare.* Glorioſus Ioannes Euangelista in Apocalypsi ait, sæpe do- *Apoc. 2.*
minum, qui ei apparuit dicentem audiuisse: Qui habet aurem audiat, in quo significatum est, quam sit necessarium ijs, quæ illius nomine nobis prædicantur, attentionem præstare. Cæterum, quia non solùm aures ad audiendum necessariæ sunt, sed etiam oculi ad attentè intuendum mirifica exempla, quæ idem Dominus de vita eius perfectissima nobis reliquit, ideò Sanctus Isaias de his duabus rebus simul mentionem fa- *Isai. 30.*
cit dicens: Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient vocem post tergum monentis: Hæc est via,

ambulate in ea. Hoc est, in tuo cœlesti præceptore opera, quæ 6
imiteris videbis, & audies doctrinam, quam amplectaris, & se-
quaris. Et ad vtrumque horum aduertere donum peculiare Dei
Prouer. 20. est, vt Sapiens affirmat dicens: Oculum videntem, & aurem
audientem, Dominus fecit vtrumque. Ergo dilectissimi oculos
vestros aperite, & mirificum exemplum, quod vnigenitus Dei
filius vobis hic præbet, attendite. Ascendens in montem orare,
solitudinem petens, & noctu priusquam suos sacros Apostolos
eligeret, dicens nos, quòd in omnibus rebus gerendis primus gra-
dus sit, ad Deum in oratione properare. Hoc multis retro sæcu-
lis idem Dominus Moysi significauit in Exodo, Vbi ait: Hæc
Exod. 19. dices domui Iacob, & annuntiabis filijs Israël. Vos ipsi vidistis,
quæ fecerim Ægyptijs, quomodo portauerim vos super alas
aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem 7
meam, & custodieritis pactum meum eritis mihi in peculium
de cunctis populis (mea est enim omnis terra) & vos eritis mi-
hi in Regnum sacerdotale, & gens sancta. Res profecto mira.
Quid hic Dominus sibi vult? Nunquid omnes Hebræi sacer-
dotes erant? Minime gentium. Cæterum in hoc significauit,
quod discrimen inter suos, & reliquas mundi nationes futurum
esset. Nam cæteri homines quia verum Deum non habent, nec
ab illo aliquod auxilium impetrant, omne studium omnemque
spem in terra & proprijs manibus, & industria sitam habent. At
cum vestra vita, salus, dignitas, fœlicitas, denique omne bo-
num à vero Deo dependeat præcipuum studium & cura vestra
esse debet, videlicet, oculos vestros ad illum leuare: & sic in ora-
tione & in spiritus subleuatione sacerdotibus similes eritis. Et 8
vt magis ad hoc illos incitaret, & omnem spem in illo sitam ha-
berent, in memoriam illis reuocat magnum beneficium stupen-
dorum operum, quibus illos eripuit, & quomodo portauit eos
sicut aquila, quæ inter omnes aues super alas pullos suos portat.
Quod illis dictum est, æquum est, vt nobis dici putemus, si qui-
dem eidem Deo ac Domino seruimus, & ab eius magnifica ma-
nu potiora multò beneficia accepimus. Vnde Diuus Petrus ait:
1. Petr. 2. Vos autem genus electum regale sacerdotium: non propterea
quòd omnes Christiani sacerdotes sint, sed quia omnes tan-
quam sacerdotes debent esse in spiritus eleuatione, & in assidua
ad Dominum deprecatione. Nam oratio est quoddam antido-
tum,

9 tum, & commune remedium & refugium contra omnia mala.
Vnde Sanctus Theodoretus in historia religiosa refert illos san- *S. Theodoret.*
ctos eremi patres solitos esse dicere: Multi ci diuersis ægritudi-
nibus varia medicinarum genera, & pharmaca habent. At verò om
nibus animæ ægritudinibus, & cunctis corporis infortunijs, vna
est medicina communis, nempe oratio. Hæc nanque Deum at-
trahit, qui est virtus, & singulare remedium contra omnia
mala. Sed oportet, vt feruore exerceatur, quali Regius Pro-
pheta Dauid flagrabat, cùm dicebat: Psalmo sexagesimo septi- *Psalm. 67.*
mo. In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis.
Quem locum alij sic verterunt: In die tribulationis meæ Deum
exquisiui manus mea nocte extensa fuit, sine intermissione: Re
nuit consolari anima mea; memor fui Dei, & vociferabar, loque
10 bar, & deficiebat spiritus meus. (*O valas mela beatissima Trinidad*)
quo feruore, qua inflammatione, quibus verbis, quan-
to clamore, & instantia Sanctus Propheta à Deo efflagitabat, quoties periculis obsessum se videbat, & hunc oran-
di modum coram Domino proponebat (*y la alegana como ti-
tulo*) vt illum Deus exaudiret, & quod importunis pre-
cibus ab eo contendebat ei concederet. Et alibi dicebat: Cla-
maui in toto corde meo, exaudi me Domine. Ille in toto corde
orat, qui ad id, quod loquitur attendit, nec alijs vanis, & terrenis *Psalm. 18.*
cogitationibus diuertitur. Ideó orationes (*de tarea*) reprehensibi-
les sunt in illis inquam, qui non amplius attendunt, quam, vt ora
11 tionum numerum absoluant, nec magis aduertunt quam si bruta
animantia essent: quæ orationes vix ad aliud deseruiunt, quã ad
fictum solatium eorum, qui eas fundunt, Quibus videtur, si quo
tidie Rosarium, & officium defunctorum, aut psalmos pœniten
tiales recitent, securos esse de propria salute, cum illas preces ita
fundant, vt potius veniam à Deo precari debeant propter irreue
rentiam, qua Deum in sua maiestatis alloquuntur, quam ius
habeant, vt præmium pro illis depoſcãt. Dilectissimi ne fallami
ni, existimantes orationes sacramenta esse, quæ & si indeuotè su
scipiantur gratiam conferunt ex opere operato. Plus proderit
vobis vna oratio Dominica, paulatim, reuerenter, & de-
uote pronuntiata, quàm si centum turbulenter, confuse, &
cursim recitentur, sine attentione & reuerentia. Quæ condi-
tiones si dum oramus propter negligentiam nostram deficiunt
saltem

saltem à veniali labe non excusamur. O filiorum Adam ingenitam miseriam, quomodo vt plurimum incommodum deducunt, vnde vtilitatem promere debebant. Super quos illa maledictio cadit, quam Sanctus Dauid, non vt maledictionem, sed
Psalm. 108. tãquam prophetiam comminatus est, dicens: Oratio eius fiat in peccatum.

Ideoque plurimum conducit loca solitaria quærere ad orationi vacandum, ad huius cœlestis magistri imitationem. De quo dicitur hic quod, *Exijt in montem orare.* Et Sanctus Matthæus
Matth. 14. ait: Ascendit Iesus in montem solus, vt oraret. Et molestum esset relatu quoties in totius sacri Euangelij discursu dicitur, quod discessit solus, vt oraret. O Christe vere mundi præceptor, equidẽ ità quiete in populo, sicut in solitudine orare poteras. Cæterũ, quia propter nos homines, & propter nostram salutem de cœlo 13
descendisti, & homo factus es, voluisti omnia opera tua sacratissima ad nostram instructionem disponere. Et ità opus fuit, nõ tibi, sed nobis, vt in locũ semotum oraturus discederes, vt nos ità faciamus, & orationis tempore ab omni humana cura nos expediamus. Nam sicut vacuum aliam rem ad se trahit, quæ illud adimpleat, & eius defectum suppleat: ita cor à rebus terreis vacuum, & expeditum Deum ad se trahit, qui eius diuinis donis illud adimpleat. Et in solitudine maior occasio suppetit, ad hoc, vt cor euacuetur, & attente reuerenterque, vt oportet orationis studio vacet. Beatus Ægidius nostri ordinis fra-
B. F. Ægidius. ter à quodam religioso interrogatus, cur in oratione pluspuam in alijs exercitijs tentaremur? Sanctus vir respondit: Dicito, si litem ageres, & regem adires, vt protectionem, & auxi- 14
lium ab eo deposceres, nonne aduersarius tuus pro viribus contenderet, vt iter tuum impediret? Maxime. Cum igitur in oratione contra Sathanæ astutias auxilium deposcamus, versutus ille omnibus vijs studet, hoc sanctum exercitium nobis impedire. Aduerò, si in quietis solitudine constituti simus, instrumenta pauciora sibi sunt, quibus nos expugnet, & orationem nostram impediat. Nam seculi tumultus, & strepitus vnum ex efficacibus instrumentis est, quibus orationes nostras labefactare solet.

Et erat pernoctans in oratione Dei. O bone Iesu, Angelorum decus, & gloria, quia tam fœlix esset, qui ibi adesse mereretur, & tuę sanctæ orationis feruorem cernere, & reuerentiam qua ad patrẽ orabas? Attendite dilectissimi, & vobiscum considerate, qualis hæc Domini oratio esset, quàm feruida, quàm pura, quàm excelsa, quàm instans, & diutina, deniq; quantæ efficaciæ, & virtutis. Sanctus Apostolus de hoc diuino Redemptore verba faciẽs ait: *Heb. 5.*
Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eũ, qui possit illũ saluũ facere à morte, cũ clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Perpendite obsecro verba illa: In diebus carnis suę, ideſt dũ vixit. Vnde constat, quod non solũ in cruce illũ clamorem emisit ad patrem cũ lachrymis: verũ etiam per totius vitæ suæ curriculũ sæpe idem fecit. O quantæ confusioni nobis est hæc omnia audire siquidem ab eorũ imitatione tam longe absumus, & hoc sanctæ orationis studiũ in
16 diebus carnis nostræ in tanta obiuione habemus, cũ alias, vt diximus tam singulare remediũ cũctis necessitatibus, & miserijs nostris existat. Quod si aliquando illud aggredimur mox ab incepto desistimus, & lassamur: & ob id tam parũ cum eo proficimus. Candelarius, non statim à prima, secũda, aut tertia vice can- *Simile.*
delas format, sed sæpe in balneo eas immittit, & paulatim opercula suscipiũt, & sic perficiũtur. Similiter anima in orationis balneo paulatim perficitur, & donorum opercula successiuè recipit, cuius instantiæ defectu tam parum proficit.

Et cũ dies factus esset vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit. Aduertite, quomodo diuinus præceptor postquã pernoctauit orationi instans, sacrorũ Apostolorũ electionẽ fecit. Etiam æquũ est, vt sciatis, quod, vt quæstionem il
17 lam discipulis suis proponeret, videlicet: Quem dicũt homines esse filiũ hominis? & vt miraculose D. Petrũ assignaret tanquã suũ vicariũ dicẽs illi: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &, tibi dabo claues, prius ad patrem orauit vt soli Petro hanc veritatem (videlicet quis ille esset) reuelaret, & etiam, vt hanc fidẽ in corde eius figeret, vt postea cõstitit. Vnde Sanctus Lucas ait: Et factũ est, cũ solus esset orans erant cũ il- *Luc. 9.*
lo, & discipuli. Et interrogauit illos dicens: Quẽ me dicũt esse turbæ? Itaq; sicut ad eligendũ ex discipulis duodecim Apostolos erat pernoctans in oratione Dei, eodẽ modo, vt ex duodecim electis vnũ præficeret, qui eius vices gereret, & qui Ecclesiam cũ illa admirabili confessione illustraret, etiam orauit Dominus,

vt

vt in electionibus prælatorum ecclesiam suam orationi instare doceret. Pro quo notandum vobis est, sic se Deum habere erga Ecclesiæ militantis administrationem, quemadmodū erga mūdi gubernationem se gerit. Sanctus Diony sius ait, Deum nō omnia per se solum facere, sed etiam per media præordinata. Dispo nit enim extrema per media, videlicet, per causas secūdas, pluit mediantibus cœlis. Suggerit necessaria victui humano, videlicet, frumentum, vinum, & carnes mediante terra. Eodem modo ad fidem propagandam Christus R. noster hoc opus per se solū noluit perficere, sed suos sacros Apostolos elegit, & alios discipulos, vt eius gratia, & auxilio in conuersione animarum sibi adiutores essent. Vnde diuinus Apostolus agens quomodo fideles sunt Dei agricultura, & ædificatio, postquam dixit: Ego plantaui Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, subdidit dicens: Dei enim adiutores sumus. Sic etiam modo Dominus hanc ecclesiam non per se solum gubernat, sed adiutores habet, videlicet, prælatos, & ministros earum. Aduertite ergo quales esse decet adiutores Dei in tam singulari, & prope diuino ministerio, quale est animarum. In Genesi habetur, q̄ post quam Ioseph interpretatus fuit somnium Pharaoni, & consilium ei præbuit, vt aliquem virum sapientem, & industrium vniuersæ terræ Ægypti præficeret, vt in annis vbertatis frumentum colligeret, & seruaret. Et subdit sacer textus: Locutus est Rex ministris suis dicens: Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Vbi ponderandum valde est, quòd rex ille, cum alias Gentilis esset, & idololatra cognouit tamen ad optimam Reipublicæ gubernationem spiritum Dei opus esse. Vnde statim Ioseph dixit: Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid sapientiorem, & consimilem tui inuenire potero? Tu eris super domum meam, & nō solùm domui suæ illū præfecit, vt illam regeret verū etiã, vt doctor, & magister eius esset sicut sanctus Dauid affirmat dicens: Constituit eum Dominum domus suæ, vt erudiret principes eius, sicut semetipsum, & senes eius prudētiã doceret. Hoc Deus intēdebat, vt per ministeriū Ioseph in cognitionem suæ celsitudinis Ægyptij deuenirēt. Si ergo ad illa terrena ministeria cognouit ille Gentilis necessariū esse ministrū spiritu Dei plenū, quanto magis ad ministeriū spirituale & diuinū? Quod si hoc reuera ita se se habet, vt vos patres, & Domini

S. Diony. de cœlest. Hierarc.

1. Corinth. 3.

Gene. 41

Psal. 104

mini in vestris electionibus scopū (vt aiūt) attingatis, ne hæc negotia carni, aut sanguini consultetis, quę perperā vobis consulēt. Nec de cognatione, amicitia, aut alijs mūdi respectib⁹, seu lucris curetis, quia excæcabimini. Verūtamen cū Deo illa deliberate, in oratione feruida, & efficaci ab eo summis precibus cōtendentes, vos illuminet, vt viros spiritu Dei plenos ad dignitates promouere nōscatis. Artifex, qui domum ædificat, perpendiculum seu regulam ligneā in manu affert, qua norma dimetitur & regulat lapides ædificij: & quē prominere cernit mallei ictibus intromittit, quousq; in perpēdiculo cū alijs ponatur: etiā quē intus abscōditū videt extrahit, & manifestat. Sic maioris prælati munus est cū regula suæ religionis (si regularis est, alio quin si Episcopus aut summus Pōtifex cū lege Dei quę est regula vniuersalis) subditorū vitas dimetiri, & subditū, quē prominentē viderit, videlicet, honoris cupidū, ambitiosum, & imperādi auidū hunc, qui sic prominet recludat, & intus mittat humiliādo illū, & rationē de illo nō habēdo. At verò illū, qui absconditus est, & recollectus, humilis atq; deuotus, & sine tumultu, manifestet publicet eligatq; dūmodo cætera, quæ ad munus exercendū requirūtur habeat. Talis erat Saul, quādo in Regē Israel illū Deus elegit, qui quo tēpore vngēdus erat se abscōdit, quēq; inuenire nō poterāt subditi, quousq; dixit Deus: Ecce abscōditus est domi. Vbi Samuel de illo dixit ad populū: certè videtis quē elegit Dūs, quoniã non sit similis illi in omni populo. Et anteà sacer textus ait: Nō erat vir de filijs Israel melior illo. Et postea Samuel dixit ei. Cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Eccè quē Deus populi sui in principē eligat, videlicet, optimū eiusdē populi virorū, & qui paruulus siue humilis erat in oculis suis, non in alienis, sed in proprijs, se vilipendendo.

Simile.

1. Reg. 10

1. Reg. 9.

1. Reg. 15

Ergò dilectissimi in vestris electionibus Deū imitamini. Vt autē quod hic vobis dixi sciatis perficere, diuinā celsitudinē humiliter deprecamini, vt vos illuminet. Nā nisi electiones feceritis, sicut oportet omnia dāna, quæ exinde, puenerint super vos incidēt, & ęternis tormētis soluetis, quę etiā in hac vita Deus punire solet. Quod in Ozæ sacerdotis animaduersione patuit. De quo legitur, q̄ cum arcā fœderis educeret de domo Aminadab, imposuit eam super plaustrum nouum, vt eā duceret in Bethlehem ciuitatem Dauid, & cum iter agerent, extendit Oza manum

2. Reg. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues: 24
& declinauerũt eam. Iratusq; est indignatione Dominus con-
tra Ozã, & percussit eũ super temeritate, qui mortuus est ibi iux
ta arcam Dei. O Deus pietatis, & clementiæ infinitæ, quid Do
mine hoc præmio donas illũ, qui tibi obsequiũ præstare existi-
mat? Arca minabatur ruinam, & quoniam sacerdos accedit, vt te
neat illam ne cadat, & detrimentũ patiatur occidis illũ? Ad hoc
Glos. ord. & Nicolaus Lyranus. Glossa, & Nicolaus Lyranus respõdent, quod Deus non puniuit
Ozam, quia tetigit arcam, sed quoniam eius culpa declinauerat.
Præceperat enim Deus in Numeris, vt Leuitæ arcam super hu-
Num. 7. meros asportarent. Vbi sacer textus inquit: Filijs autẽ Caath nõ
dedit plaustra, & boues, quia in sanctuario seruiũt, & onera pro-
prijs portant humeris. Ille verò bestijs illam imposuit. Nam si
humeris rationalium hominũ illam imponeret, non vtiq; decli- 25
naret. Et ideò peccauit, & grauiterà Deo punitus est. Maius pec
catum sine dubio admittunt illi, qui bestijs, videlicet, homini-
bus vitæ bestialis dignitates imponũt, turpibus, & sensualibus,
cũ rationalibus prudentibus, & studiosis viris deberent illas im-
ponere, quam Oza, qui animalibus arcam imposuit. Et siquidẽ
occasionem præbẽt, vt declinet arca, quæ est respublica, & quæ
libet Christiana congregatio, quæ aliás non declinaret, neq; tor
queretur, nisi bestiarũ humeris imposita esset, hi omnia damna
soluent non solũ in alia vita, sed forte in hac. O quam latus hic
patet campus ad copiosas lachrymas fundendũ, si cõsideremus,
quam multi parum curant de his, & ingẽtia damna, quæ ob hãc
causam Ecclesiæ Dei succedunt, & forsitan propter hoc tam assi
1. Reg. 4. duis laboribus affligimur, & tam duris flagellis percutimur. In li 26
bris Regum legitur, quod populus Israel egressus est obuiã Phi-
listijm, & instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certami
ne terga vertit Israel Philistæis, & cæsa sunt in illo certamine
quatuor millia virorũ. Vt autem tantæ calamitati remediũ adhi
berent decreuerunt arcam Domini in exercitũ adducere, & ni-
hilominus à Philistæis victi fuerũt, & facta est plaga magna ni-
mis. Et reuera, vt sacer textus in præcedenti capite expressit, om
nis illa calamitas illis prouenit, quia secũ habebant quosdã diros
sacerdotes, de quibus in præcedenti capitulo dixerat: Filij Heli
filij Belial, nescientes dominum, nec officium sacerdotum ad po
pulum. Itaque nec iuxta lapidem adiutorij castrametatos esse,

nec

27 nec arcam fœderis in campum adduxisse illis profuit, quo mi-
nus propter malorum sacerdotum peccata punirentur. O super-
ne mundi Saluator Iesu Christe, meritò Domine verus lapis ad-
iutorij dici potes, & nos Christiani assequerare possumus, quòd ca
strametati sumus iuxta lapidem adiutorij, siquidem te vt auxi-
liatorem, & tanquam caput nostrum habemus, & tuum sacra-
tissimum, & verum corpus in ineffabili altaris sacramento apud
nos est: cuius vmbra fuit illa arca fœderis Hebræorum. Cùm
ergo Domine hoc ita sit, quomodo ferè omnes mundi nationes
ex nobis victoriam reportant? Non possumus fratres non inge-
nuè fateri tam terribilium flagellorum, vt quotidie recipimus no
stra magna peccata in causa esse. Et etiam credi potest tã ingen-
tia peccata in populo Christiano fortè esse propter negligentiã
28 prælatorum. Quapropter semel, & millies vos obsecro, & nomi
ne sanctissimæ Trinitatis adiuro, vt omnes, quibus eligendi mu
nus est, attendatis, ne brutis animantibus, hoc est, hominibus vi-
tæ ferinæ, & bestialium morum muneris arcam imponatis, nec
patiamini à passione, affectione, aut lucro excæcari. Sed potiùs
promouere studete homines ratione vigentes, prudentia insigni
tos, & spiritu Dei plenos, super quorũ humeros munus seu præ-
sulatus optimè insidet, nec eius administratio torquebitur, aut
declinabit. In numeris legitur, quod quia Phinees honorẽ Dei
mirifico zelo propugnauit, de illo dixit Deus: Ecce do ei pacẽ *Num. 25.*
fœderis mei, & erit tam ipsi, quam semini eius pactum sacerdo-
tij sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit sce-
lus filiorũ Israel. In quo denotatur illum verè dignum esse sacer
29 dotio, & dignitate, atque præsulatu, qui amoris Dei zelo ardet,
& qui magis zelat, is dignior est, & quòd magna contumelia ho
norem Dei afficiunt, qui promouent homines, in quibus hic ze-
lus non relucet. Et in quibus hic zelus simul cum prudentia &
sapientia inuenietur, quanuis generis nobilitas eis desit, nullum
inconueniens erit si eligãtur. Nam mortuo Moyse allocutus est
Dominus Iosue filium Nun ministrumque Moysi, & dixit ei: *Ios. 1.*
Moyses seruus meus mortuus est, surge & transi Iordanem, tu
& omnis populus tecum, sicut fui cum Moyse, ita ero tecum:
confortare, & esto robustus. Vbi ostẽditur, quòd non errant prin
cipes, si homines humilis generis promoueant ad supremas di-
gnitates, si tamen sufficientes sint, siquidem Deus ducem sui ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ercitus elegit seruum Moysis; nam generis nobilitas nõ adeò est attẽdenda, sicut sufficiẽtia, & quòd possit homo præire ante populum sibi commissum, vt hic Dominus Iosue dixit: Surge, & transi Iordanem istum tu, & omnis populus tecum. Nam plurimum conducit quòd subditi prælatum præcedere videant in cunctis arduis virtutis negotijs. Tales nobis Deus pro eius misericordia donare dignetur, vt eorum bonis exemplis animati proficiamus in virtute, & copiosam gratiam acquiramus, cum qua gloria impetratur: ad quã nos perducat Iesus Marię filius, Amẽ.

In eodem Festo Sancti Bartholomæi Apostoli Concio Secunda.

Exijt Iesus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Luc. 6.

2. Para. 9. EVM Regina Saba gratia vidẽdi Salomonem, & prudentiam sapientiamq́ eius Hierosolymam veniret tandem optimum regimen domus, & regni illius videns vltra non habuit spiritum, sed stupens dixit: Beati serui tui hi, qui assistunt coram te omni tempore, & audiunt sapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronũ suũ regem Domini Dei tui, quia diligit Deus Israel, & vult seruare eum in æternum. Idcircò posuit te super eum regem, vt facias iudicia atque iustitiam. Vbi ponderandum valde est illud: Quia diligit Deus Israel, & vult seruare eum in æternum. Idcircò posuit te super eum regem, quia in his verbis manifestatur, quam magno beneficio Deus Rempublicam illam afficit, cui dominũ ac prælatum optimum dat. Vnde in libro Iosue dicitur: Seruiuit Israel Dño cunctis diebus Iosue. Vbi etiam ostẽditur quantũ ad rem faciat bonitas prælati, & domini, vt inferiores Deo seruiãt. Exod. 17. Et in Exodo dicitur: Cũ leuaret Moyses manus vincebat Israel, sin autem paululum remisisset, superabat Amalech. Vbi etiam ostenditur nimis cõducere ad hoc, vt inferiores, & subditi victores

res euadant, quòd maiores, & prælati habeant manus suas ad Deum erectas. Hoc est, vt sint deuoti, spirituales, & sanctorum operum effectores. Ideòq́ue maximè oportet electores prælatorum, & rectorum nimiam curam adhibere, vt semper quos meliores inuenire poterint, promoueant. Ait Sanctus Apostolus: In Christo sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, vt simus in laudem gloriæ eius. Vbi docet, quòd Apostolũ, seu Christianum esse, donũ Dei est. Et, vt denotaret omnia opus Dei esse absq́; hominum meritis, ait, se, cæteroq́; Apostolos sorte vocatos esse. In distributione, quæ sorte fit, nullus respect⁹ habetur ad merita. Nam cum sortes mittuntur, euenire solet, quòd equitis, & nobilis, & magni põderis viri schedula alba exeat, & pauperculi operarij schedula cũ vase aureo, aut alio precioso monili prodeat. Et has vocationes (ait S. Apostolus) sic disponi, vt Deus laudetur, & seruiatur, & feruentiori amore diligatur, vt simus in laudem gloriæ eius. In hodierno sacro Euangelio hoc plane constat, in quo narratur, quomodo elegit Dñs in Apostolos quosdã homines abiectos, & nullius æstimationis in oculis mortalium, & absq́; merito, & perfectione corã ipso. Quòd si mihi objiciatis, dicentes: Cur Pater nobis præcipis, vt in nostris electionibus optimos præficiamus, siquidẽ Dei filius tam viles, & imperfectos homines in prælatos, & monarchas mũdi elegit. Et etiam Apostolus in præfatis verbis fatetur, q̃ operatur omnia secundũ consiliũ voluntatis suæ; igitur etiã nos ad illius imitationẽ possumus eligere secundũ consiliũ voluntatis nostræ? Ad hoc respondeo, q̃ hæc verba: Qui operatur omnia secundũ consiliũ volũtatis suæ, in solo Deo denotãt infinitã perfectionẽ. Nam in homine ex eo, q̃ velit aliquã rẽ secundũ consiliũ voluntatis suę, non proinde est bona. Similiter, si iudex sententiã inferat secundũ consiliũ, & libitum voluntatis suæ nõ ex eo bona est, sed si ferat sententiã secundũ regulã rectæ rationis. Nam voluntas ex se cæca est. Et ideò dedit illi Deus tanquã ducẽ rationẽ ipsam, per quã debet duci, & gubernari. At verò in Deo nõ sic se res habet, quinimò eius volũtas rectũ facit esse quicquid vult. Et proinde bonum illud est, quia secundũ consiliũ voluntatis suæ factũ est. Et ob id Deus operatur, omnia secundum consilium voluntatis suæ: at verò homo, si cõsilium voluntatis suæ solũ sequeretur

Ephes. 1.

simile.

erraret vtique. Et cum voluntas Dei infinitæ potentiæ sit, quanuis minus idoneos ministros eligat, illos idoneos efficit, vnde 6
2. Cor. 3. Sanctus Apostolus ait: Idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Hoc est, idem Deus, qui ad ministerium tam singulare nos elegit, nobis dedit, vt digne illud exerceremus. Qui in ma
Simile. ri piscari vult, prius vermiculos colligit, [*Vnos gusarapos*] qui in ri pa seu littore maris post refluxum remanent, cum quibus alios pisces piscatur, qui in aquarum profundo sunt. Sic diuinus piscator fecit, qui prius quosdã pauperculos homines collegit, qui velut vermiculi [*Ygusarapos*] iuxta maris littus deambulabãt, vt hac esca peccatores in profundo aquarum, voluptatum, infidelitatũ, & peccatorum maris mundi huius iacentes piscaretur, & suam omnipotentiam in hoc ostenderet, quandoquidem tam vilibus instrumentis opus tam mirificum perfecit, cuiusmodi fuit tantæ 7
Zech. 2. gentium multitudinis cõuersio ad eius sacrosancti Euangelij puritatem. Sancto Ezechieli quondã dixit Deus: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. Et quoniam in secundo capite ingeniũ & mores Hebræorum illi explicans dixerat: Domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Et Sanctus Propheta illam duritiem poterat pertimescere hominem debilem se reputans. Statim Dominus subdidit: Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, vt adamantem, &, vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorum. Ecce quomodo aliquem Dominus eligẽs sufficientiam necessariam ei præbet: nam eius volũtas etiam ad hoc potẽs est. Cæterum neque meus amor, nec mea affectio, nec mea voluntas necessariam sufficientiam illi, quem elegit potest 8
donare. Vnde neminem debeo eligere ratione amoris, quo illũ prosequor, aut alterius humani respectus, sed quoniam ratio dictat illum virum probum, & optimè meritum esse. Et est valde notandum, quòd prius quam Dominus hanc electionem faceret tam prolixe orationi vacauit, quòd dicit Sanctum Euangelium: Erat pernoctans in oratione Dei. Non quia ipse ignoraret quid sibi faciendum esset, sed, vt doceret nos ad orationem recurrere in nostris electionibus, & cum maxima instantia à patre luminũ postulare, vt nos dignetur illuminare. Præcepit Deus Moy
Num. 13. si, dicens: Mitte viros, qui considerẽt terram, quam daturus sum filijs Israel, singulos de singulis tribubus ex principibus. Et sequitur

9 quitur statim: Fecerat Moyses quod Dominus imperarat, id est, summo studio & diligentia elegit, qui sibi potiores ad hoc munus videbantur. Cæterum, cum non omne quod relucet (vt aiunt) aurum sit, quanuis iudicio suo meliores elegit, plures tamẽ eorum non euaserunt, sicut ille opinatus est, quinimò nimium Deo infideles extiterunt. Nam cum reuerterentur timore correpti dixerunt populo: Terra, quam lustrauimus deuorat habitatores suos. Vidimus monstra quædam filiorum Enach, de genere Gigantæo, quibus comparati quasi locustæ videbamur. Quibus verbis adeò perterritus est populus, quòd cœpit murmurare contra Moysen, & Aaron. Et tandem propter illud peccatum de eis dicitur infra: Mortui sunt atque percussi in conspectu Do Num. 14.
mini. Quis ergo de suis electionibus confidet, siquidem Moysi
10 electiones tam sancto zelo factæ tales euaserunt? Quid denique de nostris erit sæpe infœlici intentione factæ? Ideò plurimum conducit nobis orare, & Dominũ deprecari, vt si quas habemus erga homines inordinatas affectiones à nobis auferat, vt in nostris electionibus nihil aliud attendamus, quã ad illud, quod maiori suæ celsitudinis seruitio sit. Et est valde ponderandum Sanctum Euangelistam dicere: quòd erat pernoctans in oratione Dei. Nunquid oratio aliqua est, quæ Dei non sit, cum oratio sit eleuatio mentis in Deum? Dico nonnullas orationes esse, quæ potiori iure orationes diaboli, quam Dei dici possunt: nam plus illas diabolus participat, quam Deus. Illi, qui tenaciter in corde electum habent indignum, tantum quia amicus est, aut propter alios humanos respectus, & postea dicũt? Veni Creator spiritus
11 mentes tuorum visita, cùm alias non decernant eligere secundũ Deum, sed secundum propriam passionem. Hi non orant orationem Dei, siquidem Deum operari non sinunt, neque cũ Dei voluntate se conformant, sed potius suas sequi passiones volunt. Quod si illas orationes faciunt, solum est propter vsum & ceremoniam. Auertat à nobis Deus patres mei tam ingentem calamitatem, ne tam magna iniuria diuinam eius celsitudinẽ offendamus, sed potius studeamus, vt nostræ orationes, orationes Dei sint, cum conscientiæ puritate eas facientes, & cum sancta intentione, & quodam efficacissimo desiderio attingendi scopum. Et præter orationes, quæ in communi facimus, alias in particulari faciamus æquum est, in quibus amplius dilatari licebit, &

Psal. 29. prolixius illis instare. Et ita vbi nos legimus: In templo eius om- 12
nes dicẽt gloriam, alia translatio habet: In templo eius omnis
dicet gloriam. Et sic legit Beatus Augustinus. Et alia translatio
habet: In templo eius omnis dicit gloriam, & sic est in contextu
Græco. In quo significatur, quòd iustis non satis est laudare Deũ
cum alijs in communi, sed vnusquisque in particulari huic san-
cto exercitio incumbit. Et dicens Sanctus Rex, Dicit, & dicet,
voluit denotare perseuerantiam, quam vnusquisque habet in his
sanctis exercitijs. Et ne existimetis iustum dicere gloriam solũ,
quando Deum laudat, sed etiam quando reuerenter, & humili-
Psal. 49. ter orat, & postulat ab eo sibi succurri. Quia idem Dominus ait:
Inuoca me in die tribulationis, eruã te, & honorificabis me. Vbi
ostenditur Deo gloriæ, & honori esse, vt homo in suis necessitati
bus ad illum tanquam ad pium Patrem recurrat. O benedictus, 13
& glorificatus sit talis Deus. O fœlices illos, qui tanto Domino
famulantur, qui gloriam reputat illis benefacere. Et iam æquum
est, vt perpendatis verbũ hoc pernoctans. In quo duo significan-
tur. Primum est, quietem, quam diuinus magister quæsiuit, vt
oraret: siquidem non tantum solus esse in monte, vt oraret con-
tentus est, sed etiam noctem elegit, vt huic tam sancto exercitio
vacaret. O quanti interest has opportunitates quærere, vt cor li-
berum, & expeditum ab omnibus, quæ illi impedimento esse
possunt Deo detur. Quando Deus præcepit Moysi ascendere in
montem, vt illum alloqueretur, refert ibi sacer textus ei dixisse:
Exod. 24. Solus Moyses ascendet ad Dominum, nec populus ascendet cũ
eo. Et inferius ait: Cumque ascendisset Moyses operuit nubes
montem. Itaque non satis fuit Moysi solus esse, sed quòd solitu- 14
dini addidit Deus ingentem nebulam, & obscuritatem, quam
postquam Moyses intrasset illum alloquuturus erat. Et hoc sic
Deus disposuit, vt illa nebula, & obscuritas omnium, quę Deus
3. Reg. 17 non erant auferret aspectum, dum Moyses cum eo ageret. Etiam
cum venit Dominus, vt Eliam Prophetam alloqueretur, San-
ctus vir operuit vultum suum pallio, ne creaturarum aspectus
Act. 9. familiari Dei consortio impedimento esset. Et in actibus Apo-
stolorum, cum Diuum Paulum Deus conuertit, volens plura ei
reuelare, illum excæcauit. Et erat tribus diebus non videns, in-
quit sacer textus. Etiam ne creaturarum aspectus reuelationi ob
staret. Ex his omnibus mirabilibus exemplis docemur, vt stu-
deamus

15 deamus accedere ad diuinum consortium, & orationem, cum cor
de ita solitario, recollecto, & rerum terrenarũ oblito, & in Deo
absorpto, vt pro tunc alium præter ipsum, & Deum nobis videa
tur in mundo non esse. Et quanuis humanæ conditioni hoc im-
possibile videatur, non tamen charitati, & gratiæ diuinæ. Nã de
illa in Canticis habetur: Fortis est, vt mors dilectio. Et compara *Cant. 8.*
tur morti: nam sicut mors rapit animam, & à corpore illam sepa
rat, sic charitas rapit spiritum, & à rebus terreis illum segregat, &
intimè Deo coniungit. Alterum quod in hoc verbo pernoctans
significatur, est perseuerantia, cum qua Dominus orabat, omnẽ
noctem insumens in oratione Dei. Nos verò quatuor Domini-
cas orationes recitare satis esse putamus. Nolite fratres decipi,
quia hoc non satis est. Nam diuinus Magister propterea in ora-
16 tione pernoctabat, vt nos doceret perseuerare in illa, & q̃ sciam⁹
ipsum ab hominib⁹ efflagitari velle. Vnde Ecclesiastic⁹ de iusto
ait: Qui diligit Deũ exorabit pro peccatis, & cõtinebit se ab illis, *Eccle. 3.*
& in oratione dierũ exaudietur. Nõ inquit illum quod postulat
adepturũ. (Hoc enim significat, exaudietur) per breuẽ orationẽ,
sed per orationẽ dierũ plurimorum. Et ita S. Dauid dicebat: Tri *Psal. 114.*
bulationem, & dolorẽ inueni, & nomẽ Dñi inuocaui. Et quomo
do, ô sancte Rex, illud inuocasti? Illum inuocaui, dicens: O Dñe
libera animã meã, misericors Dñs, & iustus. Et alia translatio ha-
bet: Et nomen Dñi inuocabo, & sic est in paraphrasi Chaldaica.
In quo ostenditur perseuerantia, qua sanctus vir Deum inuoca-
bat. Siquidem ait: Inuocaui, & inuocabo. Quapropter dilectissi-
mi vestræ saluti consulens vos obsecro, vt perseueretis in vestris
17 orationibus. Et siquidẽ ad quãlibet mũdi næniã impetrandã nõ
lassamini quantũuis plurimæ cõtradictiones vobis se se offerãt,
quouscq; metã, & finem optatum pertingitis. Cur ergo defatiga-
bimini agere cum illo Deo bonitatis, ac nobilitatis infinitæ, de
quo dicitur: Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tæ- *Sap. 8.*
diũ conuictus illius, sed lætitiã, & gaudium? O diuina verba illa
dilectissimi, vestris cordibus Deus imprimat, vt cum fiducia ma
xima ea experiri studeatis. Etiam intelligatis plurimũ exopto
præter electiones prælatorũ, alias esse maxime conducibiles, in
quibus scopũ attingere salus nostra versatur: quapropter oratio
his valdè necessaria est. Quotidie dæmõ, mũdus, & caro ingẽtia
dãna nobis ob oculos ponunt, vt illa eligamus, & amplectantur,

quibus Deum offendimus. Ex alia parte ipse Deus virtutem ob 18
oculos nobis ponit, & suæ diuinæ legis obseruantiam. Vnde ne-
cessarium valde nobis est efficacissimè ab ipsomet Deo postula-
re, vt nobis auxilietur, ne malum eligamus, sed bonum, & quòd
virtutem amplectamur, non autem vitium; & etiam, vt nos illu
minet, vt cognoscamus vtilitatem, quæ ex virtute dimanat, &
damnum, quod ex peccato prouenit. Nam etsi veritas infallibi-
Rom. 2. lis sit, id quod Diuus Paulus ait, videlicet: Ira, & indignatio, tri-
bulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis ma-
lum: gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum; ta-
men à propria passione adeò solet homo excæcari, quòd omniũ
horum oblitus potius peccatum quam virtutem eligit. Hoc pla-
Gene. 19. nè satis constitit in filiabus Loth, quæ non sunt recordatæ bene-
ficij magni, quod à Deo receperant; cum à Sodomæ incendio il- 19
las eripuit. Nec attenderunt quomodo Deus coram eis tam ter-
ribili igne nefandum carnis peccatũ pridie vltus fuisset, nec in-
fœlicem & repẽtinam matris suæ mortem vidisse. Non inquam
satis illis hæc fuerunt, quæ lapides frangere sufficiebãt, quo mi-
nus enormitatem illam perpetrarent cum patre suo peccantes.
Auertatà nobis Deus dilectissimi talem passionem, & cæcita-
tem. Libet fratres cuiusdam peccatoris vitam miseram vobis de
pingere, vt videatis, quid eligatis quando peccatum amplectimi
simile. ni. Fingite hominem summa paupertate oppressum filijs vndi-
qúe circunseptum, quorum necessitatibus nullo modo subueni
re potest. Quo dolore, qua afflictione, dicite obsecro, hic miser
afficietur, quoties cernit filios suos nudos, mendicos, discalcia-
tos, frigore stridentes, & trementes, & fame confectos, & audit 20
omnes simul clamare remedium ab eo deposcentes, vnum panẽ
petentem, alterum tunicam, alterum calceos, alterum subucu-
lam, & quòd vnusquisq; cum lachrymis, & singultibus necessi-
tatem propriam manifestat, non habens quo, vel leuiori saltem
necessitati tam charorum pignorum satisfaciat? Quid hic senti-
ret? In quanta amaritudine, & angore constitutum se cerneret?
Existimo fratres, quòd hac similitudine, vtcũque intelligetis
aliquantulum ex nimio, quod quisque miser peccator patitur,
quem omnes carnis appetitus circunstant, & ingenti clamore
tam diuersa, & impossibilia ab eo efflagitant. Quid ô miser pas-
sim à te oculi petunt? quid os? quid cor? quid deniqúe totum
corpus?

21 corpus? Quibus ô infœlix his appetitibus satisfacies? Audi hoc *Isa. 51.*
paupercula, & ebria, non à vino, sed à tuis proprijs passioni-
bus, ait Deus: Attendite, quibus duobus titulis animam pec-
catricem Deus appellat, videlicet: Ebria, & paupercula. Hoc
est cupida carnis motibus suggerendi [*Desseosa de dar contento y
satisfacion a los appetitos del cuerpo,*] & paupercula cui, possibili-
tas ad id exequendum non adest. Tam ingens tormentum
est hoc, quòd per hoc argumentum voluit Deus populum He-
bræorum ad se reducere, vt patet apud Oseam, vbi dicit: Se- *Ose. 2.*
piam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas
non inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet
eos, & quæret eos, & non inueniet. Et dicet: Vadam, & re-
uertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc ma-
22 gis quam nunc. O ineffabilem Dei clementiam, qui tam ad-
mirabili prouidentia peccatoris vias amaritudinis, & afflictio-
nis spinis sepiuit. Vnde Diuus Augustinus ait: Iusisti Do- *D. Augu.*
mine, & verè sic est, vt pœna sibi ipsi sit animus inordinatus.
Et quod amatores suos quærendo, hoc est appetitus, inuenire,
hoc est, complere illos non possit. Hoc re vera ad Deum te de-
beret reducere, nisi iudicium ita peruersum haberes. Idem
Beatus Augustinus, exponens verba illa Psalmi, Abyssus *D. Augu.*
abyssum inuocat, ait: Si male hic vixerint homines abyssus *psal. 41.*
abyssum inuocat, quia de pœna ad pœnam transeunt, de te-
nebris ad tenebras, de supplicio ad supplicium, de ardore cu-
piditatis ad flammas gehennæ. Quæ ergo maior amentia ex-
cogitari potest, quam per vnam inferni gehennam ad aliam per-
23 transire? Igitur dilectissimi instanter in oratione deprecamini,
vt vos Deus illuminet, & succurrat, ne tam perperam eliga-
tis, nec à dæmone tam leuiter decipi patiamini. Hoc enim est
fortissimum telum ad illum expugnandum. Vnde postquam
diuinus Apostolus ad Ephesios scribens, vires hostis nostri & *Ephes. 6.*
aduersarij dæmonis exposuit, & interim verba faciens de mul-
tis protectionibus, & telis, quibus contra illum sumus præliatu-
ri orationem in vltimo loco statuit, dicens: Per omnem ora-
tionem, & obsecrationem, orantes omni tempore in spiritu,
& in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione. In qui-
bus verbis diuinus Apostolus adeò exaggerauit vtilitatem,
instantiam, & perseuerantiam orationis, eamque commenda-

uit, quòd amplius esse non poterat. Idcircò fratres, vt quodli- 24
bet horum verborum pensetis velim, quia ponderatione digna
sunt, vt per illa discatis, tanquam per breue compendium quo-
modo orandum vobis sit. Hoc remedio vtebatur sanctus Dauid
quando à Sathana persecutum se videbat, dicens: Domine præ-
Psalm. 16 ueni eum, & supplanta eum, eripe animam meam ab impio. Fra
meam tuam ab inimicis manus tuæ. Idest: Domine exi obuiam
dæmoni, quando videris illum properare ad tentandum me, &
prosterne illum. Eripe animam meam (quia mea est) ab impio.
Quod si nolueris illam eripere, quia anima mea est saltem libe-
ra eam, quia framea tua est. Eripe frameam tuam ab inimicis
manus tuæ. Indecens est Domine, vt hostis tuus frameam tuam
possideat. Anima sancta gladius acutus Dei est, cum quo pro-
fligat hostes. Nõne gladius fuit acutus anima B. Bartholomæi, & 25
anima Diui Petri, & Pauli, &c. Siquidem cum illis vniuersum
mundum profligauit, solo æquauit, & sibi subiecit? O Domine,
siquidem anima mea framea tua est, qua poteris efficere quic-
quid cum animabus aliorum iustorum operatus es, cum quibus
corda peccatorum vulnerasti, Ideo Domine à manibus dæmo-
nis hostis tui, eripe illam. Fœlix ille, qui cum hac cordis puri-
tate, & spiritus feruore ad Dominum orauerit: nam hic ingen-
tes diuitias exhauriet, ex thesauris infinitæ misericordiæ.

Exurgens Dominus ab illa profunda oratione: *Cum dies fa-*
ctus esset vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos Apo-
stolos nominauit Simonem, quem cognominauit Petrum, &c. Hic ad
impletum est, quod Sanctus Dauid spiritu prophetico dicebat
Psal. 44. loquens cum Messia his verbis: Pro patribus tuis nati sunt tibi 26
filij: constitues eos principes super omnem terram. Vocat hic
Sanctus Propheta patres Christi Redemptoris nostri Patriar-
chas & Reges, ex quibus inquantum homo descendit. De his
Diuus Paulus loquens de miserabili Hebræorum ruina com-
Rom. 9. passus & illam exaggerans his verbis ait. Ex quibus est Chri-
stus secundum carnem, qui est super omnia benedictus in sæcu-
la, Amen. Nam reuera maximi doloris, & compassionis ma-
teria est, quòd cum aliqui Dei amici extiterint, & singulari-
busbeneficijs affecti fuerint post hæc in ingẽtia peccata prolabã
tur, vt Hebræis contigit, (*Que de tan grande priuança*) quam
apud Deum habuerunt, in tam horrendæ infidelitatis abyssum
pro-

27 prolapsi sunt. Et loco illorum, qui cecidcrunt, ait sanctus Dauid:
Nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terrã.
Antiquorum patrum præsulatus, & principatus non est transgressus fines Iudææ, quæ angulus Palæstinæ est. Cæterũ filij horum, scilicet, Apostoli fuerunt principes vniuersæ terræ: siquidẽ eorum iurisdictio per illam omnem extensa est. Et tam singulare beneficium hoc mundo fuit, ꝙ subdidit statim sanctus Dauid dicens: Propterea populi confitebuntur tibi in ætternum, & in seculum seculi. Vbi alij transtulerunt. Propterea memor ero tui in æternum, & in seculum seculi. Et sic est in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica. In quo denotatur quemlibet credentium in particulari magna obligatione adstringi pro tam singulari beneficio ad gratias Deo referendum.

28 *Quos Apostolos nominauit*, inquit. A postol⁹ humilitatis, obediẽtiæ que nomen, est: nã significat, missus. Et ità sicut fideles nuntij à Deo delegati cũ humilitate, & prõpta obedientia mundo nũtiabant quæcunq; illis Deus præcipiebat, sicut Beatus Lucas testifi catur dicens: Loquebãtur varijs linguis Apostoli, scilicet, prout *Actu. 2* spiritus sanctus dabat eloqui illis. Non prædicabãt figmẽta, aut *Hier. 1.* noua dogmata, sed vt nuntij fideles, quæ eis præcipiebãtur. Hieremiæ prophetæ dixit Deus. Eccededi verba mea in ore tuo. Qua si diceret: (*Mira que mis palabras no hagas cobardes*) quinimo spiritu, & efficacia illa prædica. Vel aliter: Deinceps nõ est tibi lingua, nec os, vt tua verba loquaris, quęcũq; loqueris mea erũt futura, dicit Deus, & quæ mea nõ fuerint os tuũ non capiẽt. Et statim subdit dicẽs: ecce cõstituite hodie super gẽtes, & super regna, vt euel
29 las, & destruas, & dissipes, & ædifices, & plãtes. (*Ha? como cosa tu* *simile.* *ya, todo lo fio de ti.*) Quãdo aliquis exercitor vobis est, cui fidẽ adhibetis (*a carga cerrada.*) tẽ vestrã familiarẽ illi cõmittitis. O verbi diuini præcones, si recte munus vestrũ agnosceretis, & quomodo rem familiarem præcipuã, quam Deus in hoc mundo possidet, videlicet, animas vobis commiserit, & vestris manibus tradiderit, vtiq; pernoctaretis, & cum maxima vi, & efficacia, quæ vobis Deus præcipit, vt dicatis, & quæ literis mandata reliquit prædicaretis, non autem vanas rhetoricas, & frigida verba, quę vobiscum excogitatis. Attendite quid Dominus dicat. Ecce posui verba mea in ore tuo, vt euellas, & destruas, & dissipes. & ædifices & plantes. In quo denotatur eius diuina verba esse,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

que hos effectus in peccatoribus efficiunt. Et quòd illi conciona 30
tores, qui verba sua ficta prædicant, vitia non destruent, nec profligabunt peccatores, nec eorũ corda vulnerabunt ad hoc, vt Deo subditi vere pœniteant. Et est valde ponderandum, quòd referens Sanctus Euangelista nomina omnium Apostolorum, vltimo loco Iudam Iscarioten posuit, qui fuit proditor. Æquum est enim, vt peruersi in hac vita vltimam sedem occupent, quandoquidem in futura tam miseram sedem sunt adepturi. E contra verò mundus facit iniquos in præcipuis locis constituens, & plus

Simile. honorificans. Contingit Dominũ è propria domo discedere, & mox serui incauti illam euertunt, & incompositam relinquunt: & vbi lectus debebat esse, ibi mensam collocant: & vbi mensa, ibi sellam statuunt: at verò reuertens Dominus singula in proprio loco ponit. Hoc re vera in mũdo contingit. Nam cum Deus 31
erga homines sic se habeat, quòd relinquit eos in manu consilij sui, ac si absens esset, ipsi tanta confusione omnia euertũt, & confundunt, quòd tyrannum, crudelem, superbum, deniq; ambitiosum in præcipuis gradibus constituunt, & ad dignitates altiores promouent; & viros iustos & benemeritos sub pedibus conculcatos habẽt, vilipensos, & posthabitos. At verò cùm venerit filius hominis in sede maiestatis suæ, congregabuntur ante eum omnes gentes, & statuet oues à dextris, hœdos autẽ à sinistris, vt

Matt. 25. apud Matthæũ ipsemet Dñs testatus est, tunc omnia summo ordine disponet, & vnicuiq; proprium locum, qui sibi competit, tribuet. O diabolicam confusionem, quòd illi, qui propter demerita sua indigni sunt, vt in facie terræ viuant, hi iustis, & benemeritis præferantur, propter quos terram Deus sustentat. Peccante 32

Gene. 3. Adamo statim illi dixit Deus: Maledicta terra in opere tuo. O Deus iustitiæ, & rectitudinis infinitæ, quod peccatum terra admisit, quòd illam maledicis? Execror illam, quia eam terit, qui meam celsitudinem offendit, quia viuit in ea peccator, ad ponderandum quam indigna res est, vt ille habitet, & commoretur in ea, siquidem quia solum in illa est, maledictam reddit.

Simile. Dum capillus in capite regio est in magno honore, & pretio ab omnibus habetur: at verò postquam tondetur, & à capite decidit calcatur, & tanquam stercus in sterquilinium portatur. Ita dum homo in hac vita vnitus est per charitatem cum Christo, qui est caput eius, & caput regium, & diuinum, honori

ficatur

33 ficatur à sanctis, & formidatur à dæmonibus, vt Sanctus Dauid cecinit, dicens: Nimis honorati sunt amici tui Deus. At verò si *Psal. 138.*
ab hoc diuino capite radatur, & decidat per iniquitatem, de qua Ecclesiasticus ait: Quasi Romphæa bis acuta omnis iniquitas, *Eccle. 21.*
mox peccator dignus est, vt conculcetur, & vilipendatur, & in sterquilinium inferni tanquam stercus mittatur. Et hunc honorat mundus, & præhabet, quia nescit honorem digno, & benemerito tribuere. Et Sanctus Euangelista mentionem hic facit de huius miserrimi hominis proditione, postquã inter sacros Apostolos illum enumerauit, vt eius iniquitatem amplius exaggeraret. Quasi diceret: Homo qui à Deo electus fuit ad ministerium tam admirabile, ita ingratus extitit, quòd suum benefactorem prodidit. Hac etiam de causa peccata nostra Deo nimis exosa
34 sunt, quia ab eius diuina manu maxima, & singularia beneficia accepimus. Postquam Sanctus Isaias cælum, & terram in testes vocauit, cum ingenti ponderatione dixit: Israel autem non co- *Isa. 1.*
gnouit me. Res quidem stupenda, quòd Israel, id est, qui videt Deum, Deum non videat? Quod cæcus non videat, nihil mirum: at oculos habentem non videre terribile est. Quod infidelis non videat, & Deum offendat malum est. Cæterum, quòd fideles Christiani, qui Deum cognoscunt, vt cæci viuant, & eum qui illos honorificauit, & amauit tanquam filios dilectos, offendant, ingens profectò malum est. Ideò dilectissimi omnibus viribus nostris studeamus beneficijs, quæ ab hoc superno ac diuino patre accepimus, fidelibus seruitijs
correspõdere, vt sic gratia pleni gloria per-
35 fruamur: ad quam nos perducat
Iesus Mariæ filius,
Amen.

IN

IN FESTO DECOLlationis S. Ioannis Baptistæ

Concio Vnica.

Misit Herodes, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem, Marc. 6.

Psalm. 17 OQVENS Propheta Dauid de infinita Dei misericordia dicit: Protector est omniũ sperantium in se. Quod cum ita sit, magnam affert admirationem talem ac tantum virum glorioſum Ioannem Baptistam in carcerem detrudi, posteaq; tyranni cuiusdam imperio crudelissima morte necari. Quomodo ô De infinitæ probitatis protectorẽ in te sperantium te appellas, siqui dẽ eos quasi diuini auxilij tui expertes perpeti finis? Ad hoc respondetur, Deũ non à corporalibus quidem, sed ab spiritalibus plerunq; suos incommodis liberare: hæc enim solummodo dãna vocari possunt. Et ita dicebat Dauid: Misere mei Deus, misere mei, quoniam in te confidit anima mea, & in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Non te rogo, vt me à laboribus protegas, siquidem tantum bonum afferunt animę & sicut dixit sancta Iudith, Omnes, qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles, & qui hos fugit, maximam substantiam fugit, qua in cœlo celebrem, atq; heroicam gloriæ coronam lucrari posset. Nec te rogo, vt me ab infirmitate liberes: nam virtus in infirmitate perficitur. Nec, vt me à morte vindices: nam pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, sed, in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Hoc est, cũ peccatorũ diluuies tanto impetu irruens, vt innumerabiles animas in inferni mare deijciat, irruperit, tũc ego alarum tuarum vmbra, atq; fauore protegar, donec transeat iniquitas. Ad hoc te Domine rogo, vt sis protector meus, & singularem hanc mecũ facias misericordiã, vt iniquitas me nõ deferat, neque

Psal. 56

Iudith. 8.

Psal. 115.

neq; pertingat. Hoc satis apertè perspicitur in sancto Iob, ad quẽ persequẽdũ cũ Diabolus à Deo peteret facultatẽ, ei concessit, vt eius diuitias tãgeret, liberos interimeret, illũ amicorũ desertione propriæq; vxoris molestijs infectaretur. Hæc nãq; omnia potiùs ad sanctiviri gloriã, quàm ad ipsius incõmodũ fuerũt. Siquidem dicit illic sacratus cõtextus: In omnibus his non peccauit Iob in labijs suis, neq; stultũ quid cõtra Deũ locutus est. Et valdè notãdũ est, cũ Diabolus adeò superbus sit, vt bonorũ diuisionẽ, quæ soli Deo cõpetit, sibi arroget, sicut apparet Lucæ. 4. c. cùm tẽtans Dñm dixit ei: Tibi dabo potestatẽ hãc vniuersam, & gloriã illorũ, quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa: hominibus tamẽ officere, sibi tribuere noluisse, sed se illis nocere nõ posse fatius est dicens Deo: Extende paululũ manũ tuã, & tange cũcta, quæ

5 possidet. Nec vero Dñs ei semel facultatẽ concessit, vt ei simul officeret, sed paulatim ei permisit, prius, vt eũ in diuitijs, deinde, vt in liberis, tertiò, vt in valetudine: at nunquã, vt in anima tangeret. Et sic ei dixit: Ecce in manu tua est: verũtamẽ animã illius serua. Benedictus sis Dñe in perpetuũ, quia tã fidelẽ seruũ tuũ inimici tui manibus cõmittis. Arbitratur homo labores sibi casu venire. Veruntamen longè opinione fallitur: omnes enim diuina dispensatione proueniunt: neq; vllus labor à Deo hominibus immittitur, qui priùs in diuino ipsius iudicio nõ fuerit appẽsus. Adeò, vt idcirco labor in diuinis literis Dei iudiciũ nuncupetur, vt ait D. Petrus: Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei, idest, vt amici Dei laboribus affligantur. Vbi iudicium laborem, tribulationemq; significat. Ideoq; etiam Dominus laborem, &

6 afflictionem calicem, idest, potionem vocauit dicens: Calicem quidem meum bibetis. Hoc illum nomine appellat, quia nullus medicus diligentius ægri potionem assignat, neque vncias, ac drachmas accuratiùs pensat, quàm Deus hominũ labores perpendit. Vnde Beatus Paulus dicit: Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Nec etiam totum pondus, quod portare possumus, nobis imponit: sicut apparet in sancto Iob, qui quanuis magnoperè tribulatus est, plus etiã ponderis posset portare, quandoquidem dicebat: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Ex his omnibus apparet quantum huic Sancto viro labores profecerint. Nam hoc expetebat Do-

Iob. 1.

Luc. 4.

Iob. 2.

1. Petr. 4.

Matth. 20

1. Cor. 10.

Iob. 13.

minus

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus facultatem dæmoni concedens, vt eum in corporalibus rebus persequeretur, dummodo eius animam non tangeret. Huius etiam veritatis testimonium perhibetur in Sapientiæ libro, vbi dicitur: Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Vbi alia translatio habet: Et non tanget illos tormentum malitiæ. O dulcissimum, ingentiq́ue amore plenum verbum. Ecquis est vel saxeus homo, qui illud audiens non mollefiat, atque ad tantum, tamq́ue bonum Deum diligendum non moueatur, qui tanti iustorum animas æstimat, vt eas in manu sua retineat, neque vllo vnquam tempore ab eis oculos amoueat. Hoc autem facit, ne illas peccatum tangat; quo tormenti genere terribiliter contorquentur. Ideoq́ue dicitur: non tanget illas tormentum mortis, vel malitiæ. Vt autem noueritis fratres quantum sit maliæ tormentum, considerate vos videre hominem peraſperrimum cliuum præcipitari: in cuius cliui exitu profundus quidam, venenosisq́ue serpentibus plenus est fluuius, qui apertis oribus miserum illum hominem deuorandum expectant. Contemplaminiq́ue illum teneram quandam inuenisse genistam, cui adhærens scit illa confracta statim se in ora serpentium esse prolapsurum. Considerate simul duos mures hinc inde teneram illam, ac debilem genistam rodere. Dicite fratres, homo hic, qui confracto illo ramo in fluuium se corruiturum, atque ab atrocissimis illis serpentibus crudelissimè se deuorandum esse cognoscit, quibus angustijs affligetur? quanto cor eius mœrore torquebitur? O quam metuendum est hoc dictu etiam, & consideratu. O vtinam ex hoc fratres mei cognosceretis quantum sit tormentum hominis in lethali culpa existentis. Infœlicissimus vtiq́ue peccatoris status est acerrimum præcipitium, cuius exitus est profundum illud inferni pelagus, non aqua quidem, sed igni terribili plenum. Serpentesq́ue sunt dæmones miserum illic peccatorem expectantes, qui de peccato in peccatum prolabitur, vt eum æterno interitu crucient. Vt enim dicit Diuus Paulus: Finis illorum mors est. Et inferius: stipendia (inquit) peccati mors. Quod si iam ad æterna illa tormenta non peruenit, hoc est, quia huius breuissimæ vitæ fragili genistæ adhæret: quam duo semper mures, dies, videlicet, & nox rodunt, qui semper illam comminuunt, quæ vbi primum fuerit confracta, nisi priùs peccator remedium sibi curauerit adhiberi, in

Sap. 3.

Simile.

8

9

Rom. 6.

10 in illud æternũ pelagus, incidet. Eia fratres, nunquid aliquis vestrũ in lethali culpa commoratur? Anne est hîc aliquis adulter, siue proximorum suorũ honoris obtrectator? Est ne hîc aliquis odio plenus? Dic infœlix homo in tanto periculo constitutus, quomodo edere, quomodo ridere, quomodo dormire, quomodo requiescere potes? Quid te in hoc tanto discrimine consolatur? quæ spes animũ tuum in hac tantare erigit? quid nunc animo voluis? quid cogitas? quid in hac causa solatij capis? Quid, quæso, agit ratio? quid sensus? quid mens, atq; consiliũ? Si igitur hoc ità est: si fides hoc credit, & confitetur, quomodo à tam infœlici statu diligentissime non curas exire? O Deus æterne, Deus æterne, Deus æterne, per infinitã clementiã tuam te deprecor, vt horũ cæcorum oculos adaperias, quò malà sua cognoscant. Si
11 hominem illũ, quem vobis hic depinximus debili inhærentem genistæ, ridentem tamen, & volenti cuipiam eũ illinc abstrahere dicentem se nolle, quia optimè illic erat, aspiceretis, nonne illũ dementissimũ diceretis? Sic vtiq;. Dementior autem est qui existens in lethali culpa ridet, & volente illũ Domino à peccato abstrahere, atq; ad veniam inuitante non vult tantũ suscipere beneficiũ, sed in illo miserrimo statu persistere mauult. Nisi enim demens esset, malitiæ tormentum sentiret, atq; illud effugeret. Quãdo Cain dixit: Ero profugus, & vagus, noluit tam significare se per vniuersum orbem profugũ esse gressurum, quàm perturbationem illam, & inquietem spiritus, quæ cordis malitiæ, atq; peccato connexa est. In eo autẽ, quod dixit: Omnis, qui inuenerit me, interficiet me: significat peccatorem in nulla re vo
12 luptatem penitus reperire, neque aliquid esse, quod sibi non sit carnifex atrocissimus. Sæpenumero paraphrasis Chaldaica quãdo vult dicere quenquam diuino cultui, atque ministerio esse dicandum, his verbis hoc dicit: Et terror non ascendet super caput eius. Quasi significans eos, qui à Deo recedunt, in continuis afflictionibus, ac terroribus commorari: quarũ nullus est expers, nisi qui vni Deo placere curat. Vnde dicens Beatus Paulus: Radix omnium malorum est cupiditas, addit: Quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerũt se doloribus multis, idest, peccatis multis: iuxta Hebraicã phrasim peccata dolores appellãtẽ.

Gene. 4.

1. Tim. 6.

Ab his ergò doloribus, atque tormentis protegit Deus suos. Ideoq; dicit sapientia: Iustorũ animæ in manu Dei sunt: & non

tanget illos tormentũ malitiæ. A corporalibus autẽ tormentis il 13
los plerunq; non defendit, sed ad maiorẽ ipsorũ gloriam, atq; co
ronã ipsos vsq; ad mortẽ permittit sæpenumero tribulari: sicut
apparet in hoc glorioso viro, quẽ tanto opere diligebat: de quo di
cit Sanctũ Euangeliũ: *Misit Herodes, ac tenuit Ioannem, & vinxit eũ*
in carcerem &c. Carceres delinqnentibus quidẽ, non autem iustis
constituti sunt: hic autẽ tyrannus iustũ plurimis delinquentibus
dimissis, qui carcerẽ, & mortẽ etiam merebantur, iussit apprehẽ
di: Nimis antiquũ, atq; vsitatũ est hoc malũ in orbe terrarum: vt
Eccles. 9. Spiritus sanctus affirmat. Sũt iusti, quibus mala proueniũt: qua-
si opera egerint impiorũ: & sunt impij, qui ita securi sunt, idest,
qui ita impunè viuũt, quasi iustorũ facta habeant. Vbi alia trãs-
latio habet. Sũt iusti, quibus multa eueniũt, quasi opera egerint
impiorũ. Et in Hebræo, & Græco habetur: Sũt iusti quibus acci 14
dit, quasi opera egerint impiorũ. In quibus omnibus verbis sig-
nificat Spiritus sanctus omnia huius sæculi mala esse accidentia,
quæ iustis extrinsecus eueniũt, solisq; ipsorum corporibus cum
magno animorũ emolumento nocere. Hac tyrannide vsus est
impius Herodes propter Herodiaden vxorem Philippi fratris
sui, qui eduxerat eam. Quã turpitudinẽ ex incauta familiarita-
te, qua cũ maledicta illa muliere, eò quod fratris sui vxor esset,
conuersatus est, arbitror prouenisse. Maximæ in orbe inter con
sanguineos, læuiros, & affines abominationes admittũtur, quæ
affinitatis occasione ex nimia conuersatione dimanãt. Qua pro-
pter siquidem fratres mei saluari cupitis non solũ extraneorum,
verũ & affiniũ etiam nimias familiaritates diligenter effugite.
Nouit virgo domi fratris aut materteræ suæ esse adolescentes, 15
qui eam ad peccandũ inuitent, atq; solicitent, seq; illuc conferre
vult, suoq; bono proposito innitens dicit: Custodi me Domi-
ne, neq; è manu tua dimittas, tu nosti me nolle te offendere, nec
tamen dubito quin illic mihi solicitatores desint. O infœlix in
ignẽ, atq; periculũ te immittis. Scis quales sibi peccandi occasio-
nes habes, & tamen dicis: Custodi me Domine, me tibi cõmen-
Eccles. 3. do. Nũquid ignoras verbũ esse Spiritus sancti, qui amat pericu-
lũ in illo peribit? Fucis te exornas, ac vestimenta cõponis, vt te
periculo exponas: & dicis: Libera me Domine. Istud est dicere
Deo, vt mentiatur, eiusq; verbũ mendax sit. Vis quasi papilio ig
nẽ circundare, neq; in illo cremari? Longè opinione falleris. Per
reue-

16 reuerentiam Dei vos deprecor fratres, vt oculos aperiatis, sen-
sualitatisq; occasiones diligentius, quã ignem fugiatis: Quando
Saul abstulit à Dauid filiã suam Michol, dicit sacer textus illã *1. Reg. 25.*
dedisse Phalti filio Lais. Postea verò cũ ei ablata fuit, vt Dauid *2. Reg. 3.*
restitueretur dicit. Misit Hisboseth, & tulit eam à viro suo Phal-
tiel filio Lais. Mirabile quidẽ, quando ei Michol data est vxor,
dicebatur Phalti, quãdo verò ei ablata est, vt redderetur Dauid,
vocabatur Phaltiel, quod significat: res Dei fortis. Hocq; ei no-
men attribuitur, quia heroicũ opus est fœminam iuuenẽ, atque
decoram intactam seruare, sicut eam ipse seruauit. Hoc vtique
opus fuit diuinæ fortitudinis, eo quòd fuerit difficillimũ, quod
nemini prorsus licet apprehendere, magnæ enim temeritatis fa-
ctum esset.

17 *Dicebat autem Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.*
Cũ filij huius sæculi totam fœlicitatem in voluptatibus sitã esse
ducant, eis absq; inuersione frui vellent. Nollent, vt eas sibi quis
quã molestijs, aut reprehensionibus commisceret, ideoq; eos, à
quibus reprehendũtur, odio habent. Sicut apparet in hac maledi
cta muliere, quæ in tantũ viri sancti odiũ deuenit, vt ne molestiã
illã pateretur, eũ vellet occidere. Hoc autem iniquum desideriũ
opere cõplere non poterat; quia Herodes metuebat Ioannem,
sciens eũ virũ esse iustum, & sanctum, & custodiebat eũ, & audi-
to eo multa faciebat, & libenter eũ audiebat. O quot bona dicit
hic Spiritus sanctus de hoc homine, & tamen tantã immanitatẽ
admisit, & tandẽ condẽnatus est. Quid ergo tibi accidet inferna
lis homo, qui iustos non vereris, neq; eorum verba audis, quod si
18 aliquando audis, nè minimũ quidẽ eorum exequeris, siquidem
& si Herodes iustũ timebat, eiusq; conciones audiebat; & mul-
ta, quæ ab eo sibi præcipiebantur, faciebat, & tamen dãnatus est?
O quàm certa erit condẽnatio tua, nisi opportunũ tibi remediũ
curaueris adhiberi. Cura igitur, ô frater, diuina verba audire, illa
q; exequi. Anima duerte Deũ dicere: Attende tibi ipsi, ne fiat *Deut. 4.*
verbum occultum in corde tuo. Quod perinde est, acsi diceret:
Horrea non sunt constructa, vt triticum in eis inclusum in per-
petuũ custodiatur, neque ab eis vllo vnquam tempore prodeat,
neq; arcę factę sunt ad pecunias perpetuo conseruandas, sed, vt il
linc exeãt, & dominus earũ eis fruatur. Quid autẽ aliud est intel
lectus, nisi horreũ recipiẽs granũ, & arca, in qua diuini verbi the-

saurus includitur? Ne igitur istic abscõdit? maneat sed ad animũ reficiẽdũ proficiat: ne fiat verbũ occultũ in corde tuo. Nec verò contentus sis aliquid, aut multũ etiam eorum, quæ tibi præcipiũ tur, efficere, sed fac vniuersa. Nam infœlix Herodes audito Ioãne multa faciebat: verùm quia non omnia fecit, idcircò condemnatus est. Vnũ nanque ex præcipuis prætermittebat, videlicèt, adulteram domo dimittere. In Prouerb. enim dicitur: Qui tenet adulteram, stultus est: & insipiens. Et in Græco contextu habetur: Stultus est, & impius: & sic legit Diuus Hieronymus. Nõ nimis dolet Diabol⁹, quòd peccator aliqua bona opera faciat, dũ modo ipsius cor aliquo vitio maneat alligatum: sic enim se illum tutò tenere existimat. Contingit lanium indomitum bouem in carnificinam deuinctum fune deducere: vtque eum alligatũ defert, huc, atque illùc digredi finit. Quod si quis ei dicit: Nõ vides hunc bouem huc, atque illuc cursitare, & hùc, atque illùc diuertì? respondet? Nihil mea interest: cum enim hoc tunc deuinctus sit, satis securũ eum defero. O infœlix peccator cũ Diabolus voluntatis pedem sensuali amore, siue proximi odio deuinxerit, aut effrænata pecuniæ cupiditate ligarit, teq; sic securum sibi esse ducat, nulla pœna afficitur, etsi aliquot bona opera facias, & quolibet curras, dummodo peccato isto firmiter vinctus sis: sic enim te in infernum deducet, sicut Herodem deduxit, quia audito Ioanne licèt multa, non tamen omnia faciebat.

Prou. 18.

Hiero sup. illud Matt. 19

Simile.

Et cùm dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ. Diligenter, quæso perpendite, quomodo Sanctus Euangelista conuiuiũ opportunũ ad tantũ hoc malũ perpetrandum appellarit. Fecit hic infœlix homo primarijs, diuitibusq; regni sui conuiuium: non verò pauperibus. Hoc est ingenium diuitum, atq; potentium huius sæculi, diuitias suas cum diuitibus, qui eis non indigent, consumere, quẽadmodum fluuij totam, quam deferunt aquam, in mare immittunt, vbi tanta illius est abundantia, ripas autem iuxta quas defluũt, aridas, sterilesq; relinquũt. Non vtiq; hi consiliũ obseruãt Spiritus sancti dicentis: Fili eleemosynam pauperis ne defraudes, & animam esurientẽ ne despicias. Quasi dicat: Animaduerte quod tibi supereſt, non esse tuũ, sed pauperis, ne illi sua neges, scito te illi ista negantem eũ decipere. Diem, in quo natus est, celebrabat hic tyrãnus. Nullus vtiq; iustus in diuinis literis dicitur diem,

Simile.

Eccles. 4.

diẽ, in quo natus est, celebrare. Mali autẽ hos dies celebrant: dies natalis erat Pharaonis, qui faciens grande conuiuium pueris suis recordatus est inter epulas magistri pincernarum. Nam hi præsciti hoc sæculum beatitudinem suam esse ducunt: ideoque diẽ illum, quo in eum ingressi sunt, celebrant. Iusti autem cum sæculum hoc exilium esse ducant, tantæ calamitatis, atque miserię introitum non celebrant.

Gene. 40.

Cumq; intrasset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, dixit ipse puellæ: Pete à me quod vis, & dabo tibi. Et iurauit illi, quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidiũ regni mei. O quã vsitatũ est profanos homines in eos sese liberales ostendere, qui in suorum turpium appetituũ executione sibi placent. O terribilem miseriã, etsi de conducto viuas, omnẽque substãtiam tuã venalẽ habeas, non recordaris te in dies in maiorem redigi paupertatem, si pauca ista bona, quæ possides, effrænate consumẽs ijs, qui appetitui, sensualitatique tuæ placent, larga munera præbes. Si verò à te eleemosyna petitur, & duos obolos porrigis, cor tibi astringitur, teque iam perditum remanere suspicaris. Hoc est signũ, ex quo tanquàm Herodes præscitus esse colligeris. Nam vnum ex præcipuis prædestinationis signis est, liberalitas in pauperes. Sicut enim diuina prædestinatio liberalissimum quoddam est beneficium, quod Deus in electos suos contulit, sic ex eo prouenit, illos esse liberales. Ad hoc respexit bonus ille seruus Abrahæ, qui quærens vxorem patriarchæ Isaac cùm inter alias plurimas illã miraculose cognoscere cuperet ardenti spiritus affectu Dominum deprecatus est dicens: Puella, cui dixero: Inclina hydriam tuam, vt bibam: & illa responderit: Bibe: quin & camelis tuis dabo potũ, ipsa est, quã præparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligã, quod feceris misericordiã cũ Domino meo: Et sic ad literam actũ est, sicut illic sacro contextu refertur. In modicis serui Dei probantur, siquidem, vt hic perspicimus, Sancta Rebecca largitatem suam in modica aqua frigida demonstrauit, etiã cùm iuxta puteũ existeret. Et Diuus Martinus eam ostendit in dimidio pallio, quod parui forsan æstimabatur, pauperi largiẽdo: nõ enim Deus tã dona, quã quo præbentur corde considerat. Tã de corũque liberalitas iustũ reddit, vt postquam Dauid loquẽs de Messia dixerat: Speciosus forma præ filijs hominũ: addiderit statim dicens: Diffusa est gratia in labijs tuis. Quasi significãs vnũ

Gene. 24.

Psalm. 44.

ex ijs, quibus Christus Saluatoris mundi speciosus fuit, fuisse in eo, quod quæcunque egeni peccatores à se petebãt, libentissime cõcedebat. Propter oblectationẽ, quã ex maledictę illius puellę saltatione tyrannus iste percepit, iniquã hãc promissionẽ fecit: quã vt adimpleret, horribilẽ admisit immanitatem. Ex maledicto Cain processit inuentor musicæ Iubal, ad cuius sonũ saltationes fiunt. Nam de illo dicitur: Ipse fuit pater canentium cithara, & organo. *Gene. 4.*

Ex his autẽ saltationibus quot mala procedãt, nulla poterit lingua declarare. Quocircà dicit B. Augustinus libro de vitę honestate: Melius est, idest, minus malũ est, in diebus festis arare, quã choræas ducere. Hoc dicit vir sanctus per exaggerationem, nam neutrũ in die festo fieri oportet. Et D. Hieronymus dicit: Se sępenumerò fatigari repræsentationibus saltationũ, & choræarũ, quas Romæ perspexerat. Quodsi tantũ virum, ac tã sanctum sola harũ profanitatum recordatio in solitudine perturbabat, quid peccatori earũ aspectus in mũdo causabitur? Ideo admonet Spiritus sanctus dicẽs: Cũ psaltatrice ne assiduus fueris: nec audias illã, ne forte pereas in efficacia illius. Quantũ autẽ hę sint exosę Deo stupẽdo quodã patet euẽtu. Guillermus libro de apibus affirmat, fœminã quandã inanẽ atq; profanã omnibus fere festiuis diebus cõsueuisse virorũ, ac fœminarum cõgregata caterua in his choræis, ac saltationibus sese occupare, cumq; die quadã in cãpo saltaret cũ alijs fœminis iuxta iuuenes scipionib⁹ ludẽtes, quorũ vnus volẽs globũ scipione percutere, illum forte manu dimisit, saltatricemq; illam in capite percussit, & protinus eã mortuã humi proiecit. Cũ autẽ qui aderãt eum clero illã humare vellẽt, ecce (inquit) apparuit nigerrim⁹ taurus, seu potius Diabolus tauri figurã gerens, aerẽ terribilibus mugitibus replẽs, qui cornibus loculũ humi deiecit, cadauerq; in frusta dissecuit, quod tã abominabilẽ de se fœtorẽ emittebat, vt illud dãnatę animæ corpus esse satis manifestè demonstraret: quæ fuerat instrumentũ, atq; occasio, quò alij creatorẽ suũ offenderent. Vt sciatis quantũ malũ sit vos profanitatibus istis intẽdere. Vt puella regis promissionẽ audiuit, dixit matri suę: *Quid petã?* At illa dixit ei: *Caput Ioannis Baptistæ.* O maledictã matrẽ, quæ filiæ suę tale cõsuluit. Cauete ne malæ cõscientiæ hominẽ consulatis: hic enim vos penitus perdet, licèt parens vester sit. Aliter quidem Sanctus Tobias filio suo consule- *Augu.* *Hieron. in epi. ad Eustho.* *Eccles. 9.*

bat dicens: Omnibus diebus vitæ tuę in mente habeto Deũ, & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Dei nostri. Hæc & ijs similia, quæ sanctus senex illum admonuit, oportet, vos parentes liberos vestros erudire, atque exhortari, alijque amicos, ac socios vestros commonere debetis. *Tob. 4.*

Maledicta verò puella quasi talis matris filia diligenter consilium hoc executa est, dixitq; regi: *Volo, vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.* Perpendite verbum: protinus: in quo significatur quanta cũ solicitudine, atq; anxietate mali immanitates, enormitatesq; suas exequi curãt. Veloces pedes eorũ ad effundẽdũ sanguinẽ dixit Dauid. *Da mihi in disco, ait.* Quid? nunquid necessario in disco tibi caput est offerendũ? sic. Veniat quasi poma post prãdiũ, idest, [*Porfruta de postre.*] Hoc cõuiuium cõpleat: hoc matris meæ stomachum sedet: hoc deniq; ipsius appetitui satisfaciat. At maledictus rex, *Misso speculatore præcepit afferri caput Ioannis in disco.* Credibileq; est cũ carnifex ad carcerẽ accederet, virũ sanctum humi prostratum, altissimæq; diuinarum rerum contẽplationi intendentẽ reperisse. In quo valde pensanda est mansuetudo, qua carnificẽ ex regis iusso illi caput ablaturũ se venire nunciantem audiuit, & quã ardenti spiritus affectu diuinæ maiestati gratias agere cœpit, quia tã fortunatum se faciebat, vt propter ipsius Dei honorẽ moreretur, & quomodo prõptissimo animore sponderet: non solum hãc, sed si mille etiã vitas haberẽ pro eius gloria, atq; honore libentissimè darẽ. Sicq; summa animi alacritate sacrum collũ ab atrocissimo carnifice iugulandũ extendit. O quàm meritò glorioſus hic vir dicere posset illud Hieremiæ dicentis: Posuit me quasi signum ad sagittam. Deus enim illum posuit in album in quod fideles aspicerent, & per eum in Iesu Christi cognitionem deuenirent. Cùm sagittarij volunt sagittas suas in scopum infigere: albam papyrum ponunt, quæ scopum in terra latentem demonstrat. Scopus est verbum diuinum humanitatis nostræ terra coopertum, & ex paupere matre in præsepi natũ. Et Beati Ioannis Baptistæ vita, religio, austeritas, in solitudine conuersatio, fuit album, in quod homines, intendentes, eiusque prædicationes aspicientes in diuini Saluatoris sui cognitionẽ deuenirent. Sed postquã sagittarij sagittas suas in scopum emiserũt, papyrũ adimunt, atq; disrũpunt. Sic factum est Diuo Ioanni. Etenim postquã tam apertũ de filio Dei humanato perhibuit *Hier. 3.* *Simile.*

hibuit testimoniũ, ab hoc sæculo sublatus, & cũ despectu iugula 31
tus est. Abscissum igitur glorioſi viri caput attulit carnifex in
disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suę. O sacratissi
mum glorioſi Baptistæ caput, quomodo sacrilegi hite quasi pi-
la ludunt. Deniq; tanquam optimus, ac primarius vir in Dei
tui ministerio, & veritatis defensione moreris iugulatus. O tale
caput, quo melius in puri viri humeris aliud non extiterit, ne-
q; prudentius, neque sapientius: caput à Deo promissum, ab
Angelo nunciatum, miraculosè conceptum, cum alacritate &
multorum gaudio natum, caput, in quo erat lingua, qua Iesus
Christus verus Deus fuit præconio nunciatus: & qua dulcissi-
mum illud verbum prolatum est: Ecce agnus Dei, ecce qui tol-
lit peccata mundi. Ecce quomodo sacrilegi illius conuiuij exi-
tus fuit mors glorioſi Baptistæ. Aduertite finem festorum, ac 32
deliciarum sæcularium. Qualis autem alius futurus erat earum
finis, nisi crudelitas, peccatum, ac maledictio? O si Deus filijs hu
ius sæculi oculos aperiret, quô serpentem cauda apprehenden-
tes, ideſt, peccati, eiusq; voluptatis exitum aduertentes, ipsam
met insaniam in virgam conuerterent, qua inferni caput infrin-
gerent, sicut Moyses Pharaonis confregit. Plantam pedis Esau
apprehendit patriarcha Iacob, non autem caput, sed pedem,
qui & patris benedictionem adeptus est. Et sic ego credo eum,
qui æternas benedictiones adepturus, suauissimumque inuita-
toriũ: Venite benedicti patris mei, auditurus est, nõ caput qui
dem, neque faciem peccatorum sæculariumque voluptatum,
quæ sunt eorum initia: sed pedes potiùs aspicere debere, illo-
rum, videlicet, exitus considerando, & quomodo hæc omnia in 33
æterna maledictione infœliciter finiuntur. Sicque illa diligen-
ter fugiet, ac in virtute, diuinaque gratia conseruabitur, qua cœ
lestis gloriæ beatitudo comparatur. Ad quam nos perducat Ie-
sus Mariæ filius. Amen.

¶ PRO Hac festiuitate quatuor concionesreperies Domini-
ca secunda aduentus Domini sũper illud Euangelium: Cùm au-
disset Ioannes in vinculis opera Christi: quæ omnes paucis dem
ptis huius glorioſissimi Sancti decollationi facilè poterunt ada-
ptari.

IN

IN FESTO NATI-
uitatis sacratissimę Virginis Ma-
riæ Concio Vnica.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham. Matth. 1.

LIBROS, Ac scripturas in orbe terrarũ esse necessarias ex hominũ malitia dimanauit. Etenim pristinis quondam temporibus non erant scripturę: tanta quippe inter ho-
2 mines veritas florebat, vt vnicus lapis eorum promissiones, & cõtractus stabiliret, Iacob, *Gene. 31.* atque Laban in mutuam fidem seruandam lapidum aceruum cumularunt: quem vocauit Laban tumulum testis, & Iacob aceruũ testimonij, vterque iuxta proprietatẽ linguæ suæ. Et patriarcha Abraham fundũ emit: solumque venden *Gene. 23.* tis verbũ pro firmissima subscriptione, contractuque suffecit. Nũc autem adeò humana malitia accreuit, vt etiam firmissimas quasq; syngraphas cõpluribus testibus comprobatas abnegent, atq; defraudent: ad rectam quarum executionem litibus ac iudicijs opus est. Quid igitur esset, si soli verbo fides haberetur? Vix enim homines vera loqui norunt: quod manifestum est signum interioris deprauationis conscientiarum ipsorum. Nam vt dici-
3 tur. Qui quod nouit, loquitur, iudex iustitiæ est: qui autẽ menti *Prou. 12.* tur, testis est fraudulẽtus. Alia trãslatio habet: Qui quod nouit, loquitur, index iustitiæ est: & sic habet Græcus cõtextus & Paraphrasis Chaldaica. In quo significatur quẽquã veritatẽ loqui, indiciũ esse, ex quo elici potest eũ iustitia interiùs esse prędituũ: cõtra verò qui mẽdacium loquitur satis apertè se iustitia carere significat. Cumq; olim homines syceritate illa essent, quãdo Deus circunciſionis legẽ Abrahæ dedit, solo verbo, nõ autẽ scriptura vsus est: ex illoq; de manu in manum vsq; ad Moysen descẽdit: patres nanq; illã liberos suos erudiebant. Postea verò cùm Deus adeò inter homines malitiã accreuisse perspiceret, neq; contractus, aut testes sufficere videret præ dolis, quos homines ad veri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fatem celandam repererunt, intelligens si diuinam legem suam 4
hominum oribus committeret, etiam in eam fraudes, ac menda-
cia eos inserturos esse, præcepit Moysi, vt legem, quam illi ad
Hebræos dedit, literis mandaret. Posteàq; hanc reuocans præce
pit sanctis Euangelistis, vt librum conficerent, gratiæq; legem
scriberent. Et quanuis literis mandata, & ab ipsis etiam declara-
ta est (alios enim locos aliorum expositionem esse perspicimus)
nihilominus tamen Diabolus homines filios perditionis, Satha-
nicoq; spiritu repletos excitauit, qui lucidam Euangelij aquam
audeant conturbare, ne diuini pastoris Iesu Christi oues illâm bi
bant varios errores, atq; hæreses excogitantes. Quid autem hi fa-
cerent, si hoc sacrosanctum Euangelium non fuisset scriptum?

Incipit igitur sanctum Euangelium dicens: *Liber generationis*
Iesu Christi. Quando Deus misit Moysen in Ægyptum, virgam 5
Exod. 4. manu deferebat, vt populum Israël à seruitute, qua premebatur
eriperet. Mittensq; ipse Dominus sanctos Apostolos ad prædi-
Luc. 9. candum, animasq; à culpę seruitute liberandas, dixit eis: Nihil tu
leritis in via neq; virgam. In quo illam timoris, atq; rigoris legé
esse significauit, in qua plurimis afflicti verberibus homines ad
bonũ ducebantur. Hęc autem gratię, atque amoris est lex, & per
amorem homines ad illius obseruantiam alliciendi sunt. Ideoq;
statim à dulcissimis quibusdam verbis exorditur, singulare quod
dam, atque supernum referens beneficiũ, quod Deus nostri amo
Prouer. 8 re captus naturam humanam assumens in nos cõtulit. Quod mi
rifice declarauit recensens verbum diuinum plurima opera, quæ
cum æterno Patre in mundi constitutione confecit his verbis:
Quando præparabat cœlos, aderam: quandò certa legè, & gyro 6
vallabat abyssos, quãdo æthera firmabat sursum, & librabat fon
tes aquarum, &c. cum eo eram cuncta componens. In fine tan-
dem concluſit dicens: Et deliciæ meæ esse cum filijs hominum.
Quasi diceret: Nec verò gustus, suauitasque mea in his omnibus
existebat: nam deliciæ meæ esse cum filijs hominũ. O admirabi-
le mysterium. Hîc quippe Dominus quodammodo significat,
naturam humanam assumere sibi dulcius fuisse inter cætera om
nia opera, quæ ad extra operatus est. Hocque, quo tantopere de
lectatus est, vult in initio sui sancti Euangelij memorari. Ideoq;
incipit: Liber generationis Iesu Christi. Et subsequitur statim:
Filij Dauid, filij Abraham. Vt peccatores ad agendam pœni-
tentiam,

7 tentiam, atque ad exposcendam veniam excitaret, priùs Daui-
dis, quàm Abrahæ filius voluit nuncupari. Accidit pauperes
ostiatim eleemosynas mendicare. Ingredientesque in aliquod
atrium alium pauperem panem in sæculum, pecuniasque in cru
menam includere vident: protinùsque dicunt: Hîc oportet nos
eleemosynam petere: nam vbi tam larga eleemosyna huic pau-
peri data est, nobis etiam magna donabitur: nam pius aliquis
Dominus ac liberalis in hac domo commoratur. Quia paupe-
rem eleemosynam accepisse viderunt, petendi & ipsi confiden-
tiam conceperunt. Idcircò voluit æternus Deus, vt sanctus Euan
gelista peccatorem Dauid in initio scalæ genealogiæ filij sui Ie-
su Christi collocaret, atque tantum hoc beneficium, & eleemo-
synam coram nobis reciperet, qualis est eum sanctis Patriarchis
8 Abrahæ, Isaac, & Iacob anteponi: quò hinc nobis miseris, ege-
nisque peccatoribus confidentia oriatur, quòd siquidem tantus
hic peccator tantam, tamque supernam accipit eleemosynam,
etiam nos eam recipiemus, si sicut oportet, petierimus. Nam Do
minus hic, vt dixit Moyses cognominatur: misericors, & clemẽs *Exod. 34*
patiens & multæ miserationis, qui aufert iniquitatem, & scele-
ra, atque peccata. Et Dauid ingentem superni Regis Iesu Chri- *Psalm. 71.*
sti gloriam non in armis quidem, neque cohortibus, sed in ani-
mis ad se allicij dis atque à sceleribus semouẽdis sitam esse signi
ficat his verbis: Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius
terram lingent, idest, terram deosculabuntur. Quod perinde est,
ac si diceret: Sua luce, & pietate adducet eos, vt adorent eũ. Mos
est enim Asiæ, vt cùm corã regibus suis apparent, terrã deosculẽ
9 tur in signum reuerentiæ. Quis igitur, ó fratres mei, quãtũuis du-
rus hæc audiẽs non mollesit, & tanti, tãque boni Dei amore non
tabescit, qui peccata dimittere, atq; in homines beneficia cõferre
gloriam, maiestatemq; suã esse ducit? Quis quantumcunq; pec-
cator sit, non confortatur, vt ad huius clementissimi patris ostiũ
accedat? Nam licèt verum sit, eum dixisse: Si auerterit se iustus à *Ezechiel. 18*
iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius, quas fece-
rat, non recordabuntur, etiã in eodẽ capite dixit: Si impius egerit
pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, omniũ
iniquitatum eius, quas operatus est, nõ recordabor: in iustitia sua,
quam operatus est, viuet.

Itaq; tãta est Dei ꝓbitas, & misericordia, vt quãuis homo pro
pter

pter vnũ peccatũ mortale vniuersa opera bona, quæ fecit, amit- 10
tat, si tamẽ postea verã illius egerit pœnitentiã illa ipsi omnia re
Ioel.2. stituat. Et sic dixit per Ioelẽ: Reddã vobis annos, quos comedit locusta, bruchꝰ, & rubigo, & eruca. Valde notãdũ est Dñm dicere parua hęc animalia tot annorũ fructꝰ comedisse, vt nos doceret, quã inodicis rebus homo quã plurimũ bonorũ operũ fructum amittit. Miserabile vtiq; est hominẽ propter bestialẽ voluptatẽ, propter vnũ honoris punctũ, ac deniq; propter minimã quanq; vtilitatẽ lethale peccatũ admittere, & propter hoc cõplurium annorũ fructus, ac merita perdere. Verum, vt hic significat Dñs in hac promissione, quã facit, postquam dixit: Cõuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & plãctu, efficax ad illos recuperãdos remediũ habet. Si agricola, cuius omnes fructus, ac 11
sata tẽpestas furibũda disperdidit, sciret se lachrymis illos omnes
esse recuperaturũ, quot lachrymas effunderet? Tu igitur, ô peccator, qui per lachrymas, atq; pœnitentiã peccatorũ tuorũ incõmoda resarciri credis, quæ nullatenus corporis detrimẽtis conferri
Leuit.25. possunt, quare tanta tãq; opportuna occasione nõ vteris? Præcipiebat Deus, vt quinquagesimꝰ quisq; annus esset indulgẽtię, in quo vna ex libertatibus, ac beneficijs, quę in Hebręos vtebatur, erat, quod homo, qui in seruũ venũdatus fuerat, in pristinã libertatẽ rediret, & fundus vẽditus priori domino restitueretur. Hoc in illa lege quinquagesimo quoq; anno fiebat: nunc autẽ in lege gratię per merita sacratissimę passionis Christi Saluatoris nostri fit idẽ, quotiescũq; homo verã vult agere pœnitentiã. De peccato-
1.Mach.1. ribꝰ dicitur. Venũdati sunt, vt facerẽt malũ. Et Isaias Prophe-
Isai.42. ta dicit: Quis cæcus, nisi, qui venundatus est? Et D. Paulus pecca- 12
Roma.7. toris nomine dicit: Ego autẽ carnalis sum venũdatꝰ sub peccato. Ex his omnibus locis manifestè apparet quomodo peccator, vt suis turpibus appetitibus satisfaciat, seipsum, cœlestẽq; hęreditatẽ vendit, & Sathanę seruus efficitur. Eia fratres, nunquid hic aliquis alienatus, & vẽditus adest? Est nè hic aliquis, qui actualiter in peccato persistat? Animaduerte peccator, tibi non opus esse quinquagesimũ indulgẽtię annum expectare, statim quippe te redimere potes, statim pœnitẽtiã age, ad ostiũ patris misericordiarum protinus confuge, diuinæque ipsius gratiæ eleemosynam recipies, qua redemptus, in libertatem maneas restitutus.

Filij Dauid, filij Abrahã. Reges ac principes alienigenę semper sunt

13 sunt subditis suis exosi, Reges autem propriæ nationis semper magis diligũtur. Vnde qui Dauidem in regem vncturi conuenerũt in Hebron, dixerũt ei: Ecce nos ostuum, & caro tua sumus. *2.Reg.5.* Quasi dicerent: Rationi consentaneũ est, vt nos cũ amore gubernes: nosq; tibi libenter obediamus, atq; seruiamus, siquidem tanta est inter nos, & te affinitas, & tu nostras es. Sic glorioſus Euangelista Matthæus, vt Hebræos ad Iesu Christi vniuersalis cælorum, terræq; regis amorem (quibus peculiariter hoc Euangeliũ scripsit) alliceret, statim in initio dicit: *Filij Dauid, filij Abraham.* Quod perinde est, acsi diceret: Attendite me vobis non suadere, vt aduenam in regem ac Messiam recipiatis, qui vos tyranni cè tractabit: sed principem vestratem, consanguineũ, fratremq; vestrum, filiũ Dauidis, & Abrahæ, sicut & vos. Et tamen infide
14 les illi, atque ingrati eũ recipere noluerũt: gentes autem aq; exteræ nationes ad illorũ confusionem eũ receperũt. De quo multò anrea ipse Deus querebatur per Prophetam dicens: Populus, *Psalm. 17.* quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi: filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Hebræos vocat filios quia sicut pater clemẽtissimus præstantiora in eos, quàm in alias mũdi nationes contulerat beneficia. Alienos autẽ illos appellat ob ingratitudinẽ, ac rebellionem, qua à sanctissima ipsius obediẽtia alienati sunt.

Filij Dauid, filij Abraham. O quàm disparia nomina assumit Deus in nouo testamento ab ijs, quę in veteri lege capiebat. Tũc quippe plerũque vocabatur Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus hominũ iustorũ, quos sicut Dauid peccasse nesci-
15 mus. Nũc autem filius Dauid maximi peccatoris filiusq; Abrahæ iusti dicitur. Tunc iustorũ Deus ac peccatorũ hostis appellabatur: postquam autem homo factus est, Deus Dauid, & Deus Abrahæ, Deus iustorum, & Deus peccatorum esse dicitur, qui non iustos modò sed peccatores etiam recipit, amplectitur, atque ad plurimas cum eis misericordias faciendas inuitat. Fidelis sermo (inquit Apostolus) & omni acceptatione dignus. O verbum omni dulcore, ac suauitate repletum. Ecquod est marmor, quod audiens te non confringitur? Ecquis te amoris visceribus non recipit? Ecquod est verbum istud, ô Sancte Apostole, quod tantopere exaggeras? Quia Christus Iesus (inquit) ve- *1.Tim.1.* nit in hũc mundũ, peccatores saluos facere. Hos igitur fratres in

Chri-

Christo Iesu fœliciſsimos nuncios libentiſsimè ſuſcipite, ſiquidem omnibus neceſſarij ſunt. O Deus angelorum, omniumq; beatorũ ſpirituum glorioſa corona, Ieſu Chriſte fili Dei, quàm aptiſsimè Domine tibi quadrant ſigna, quæ ſponſa dete refert. *Cantic. 5.* Vbi interrogata: Qualis eſt dilectꝰ tuus ô pulcherrima mulierũ? inter alia complura reſpondit dicens: Caput eius aurum optimum, comæ eius ſicut elatæ palmarum nigræ quaſi coruus. Hoc eſt comæ eius, quæ ſunt ipſius cogitationes, & affectiones partim palmæ, partim verò coruo ſimiles ſunt. Palmæ, & coruo ſpõſi capillos comparat. Per palmam vtiq; iuſtus, per coruum autẽ ſignificatur peccator. Et ita vult dicere ſponſa eius cogitationes & affectiones & in iuſtis, & in peccatoribus eſſe ſitas: non autẽ in omnibus peccatoribus, ſed in ſimilibus Dauid, qui cùm Nathan Prophetam à Deo miſſum ſe reprehendẽtẽ audiret, ſtatim culpam ſuam cognouit, & illius pœnitentiam egit, dicens: Peccaui Dño. *2. Reg. 12* Quapropter frater peccator animaduerte quid tibi dicatur. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: ſubitò enim venit ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. *Eccleſiaſt. 5.* Qui riuulum creſcere, nubeſq; denſiſsimas, & plurimis imbribus emittendis aptiſsimas intuetur, quare protinus eum non præterit, priuſquam multum exuberet, & quaſi mare efficiatur, quod nequeat pertranſiri? Fratres ſiquidem peccaſtis, occaſioneſq; ſæpius peccãdi videtis, voſq; adeò male propenſos appetitus habere videtis, qui ſunt tanquã nubes magnis imbribus immittendis diſpoſitæ: antequam plura vitia pluant, & in vobis peccatorũ mare efficiatur, velociter ſalite & veram agite pœnitentiam, ne expectetis quòad vſq; eneruati ſitis vt vix vobis remediũ poſitis adhibere. Et erit Deus veſter, nam peccatorũ filius fieri, & vocari voluit, quò noueritis, nullũ vnquã filiũ tanto cum amore patri ſuo fauiſſe, ſicut Deus cõuerſo peccatori indulget, & auxiliatur. *Prouerb. 5.* Ne ſis ex illis, de quibus dicitur: Iniquitates ſuæ capiũt impiũ, & funibus peccatorũ ſuorũ conſtringitur. Et alia trãſlatio habet: Iniquitates ſuæ capiẽt impiũ, & funibus peccatorũ ſuorũ cõſtringetur. In quibus ſignificatur, peccatores, qui ſe ſceleribus ſuis quaſi funibus vinciri patiũtur, nõ ſolùm in præſenti illa eſſe cõmiſſuros, ſed adeò in eis eſſe perſeueraturos tãq; deprauatos ſe eſſe experturos, vt quaſi mala cõſuetudine, & quia ſuis malis propẽſionibus reſiſtere neſciũt, quaſi (inquã) impotẽtes,

tes, in eis vſq; ad mortẽ ſe perſiſtere patiãtur: quorũ Ieſus Chriſtus nõ vult filius appellari. Et hęc eſt vna ex rationibus, ob quas cùm Dñs ſe Dauidis tãti peccatoris filiũ nominaret, noluit, vt in ſua genealogia alij reges ſcriberẽtur, à quibus ipſe linea recta originẽ ducebat: ſicut adnotat B. Hieronymus: quia ſic peccatores fuerunt, vt vſq; ad vitæ terminũ in malis ſuis perſeuerare voluerint. *Hiero. in Homil. ſup. hoc Euang.* Et hæc etiã fuit cauſa, quare cùm mẽtio fieret de Iacob, & quomodo genuit Iudam, illic voluerit addi, *Et fratres eius*: Et cur cum ſanctus Euãgeliſta de Abrahã meminerit, cuius gemini fuerũt liberi Iſaac, ſcilicet, & Iſmahel, Iſaac autẽ duos habuerit filios Iacob, & Eſau, neq; de Iſmahele, neq; de Eſau mẽtionẽ faceret, cũ tamen de omnibus filijs Iacob meminerit. Quod ſiquis diceret: Nõ eſt facta mẽtio de Iſmahele, neq; de Eſau, quia ad Chriſti Redẽptoris noſtri genealogiã nõ pertinebãt, ad hoc reſpõdeo, neq; etiã vndecim Patriarchas præter Iudã ad Dñi generationẽ ſpectaſſe, quos tamẽ voluit ſpiritus ſanctus illic aſcribi. Cuius ratio eſt, quia Iſmahel, & Eſau ità mali fuerunt, vt derelicta fide idola adorauerint: & Eſau ex fide tenetur vſq; ad mortẽ fuiſſe peruerſũ. De Iſmahele etiã iuxta cõmuniorẽ opinionẽ idẽ tenetur. At reliqui vndecim Patriarchæ licèt peccatores fuerint, fidẽ tamen nõ reliquerũt, ſed in veri Dei cognitione permãſerũt: & credibile eſt eos verã egiſſe pœnitẽtiã, & ſaluos factos fuiſſe. Et quia fidẽ non deſeruerũt, voluit Dñs, vt honorarentur, & fideliſsimi ſerui ſui Iacob filij nominarentur. Conuertere igitur, ô frater peccator, nunc, cùm tempus habes opportunum, antequam cor tuum magis deprauetur, & ſuauiſsimis indulgentijs perfrueris, quibus Deus peccatoribus conuerſis indulgere, ac fauere cõſueſcit. At- *Hierem. 31.* tende quid Hieremias conuerſo cuidam peccatori dicat: Audiẽs audiui Ephraim tranſmigrantem ſcilicet, & dicentem: Caſtigaſti me Domine, & eruditus ſum quaſi iuuenculus indomitus, cõuerte me, & conuertar, quia tu Dñs Deus meus. Et quia eũ cum hac cognitione perſpexit, dicit ei: Si filius honorabilis mihi Ephraim, ideſt, profecto es. Si puer delicatus, ideſt, certe es mihi, ſicut puer delicatus: quia ex quo locutus ſum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum, miſerãs miſerabor eius ait Dñs. O verba dulciſsima. Ecquis eſt adeò rebellis, qui ad tantæ clemẽtiæ Deũ non conuertitur, qui peccatorem conuerſum tam pijs viſceribus recipit?

Pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prosequitur Sanctus Euangelista vniuersos hos memorans 22
patriarchas, duces, ac reges, quo aduſque ad, *Ioseph virum Mariæ accedit*. Et valde notandũ est, cũ tot coniugaliũ virorũ meminerit, nullũ tamen vxoris suæ virũ appellasse. Non dixit Abrahã virũ Saræ, neq; Isaac virũ Rebeccæ, nec Iacob virum Liæ, neq; Dauidem virũ Bethsabee: solum autem Ioseph, qui nunquam ad sacratissimam sponsam suam accesit, nec cũ ea vir fuit, siquidem simul vsq; ad mortem virgo permansit, virũ Mariæ vocat. Notabile profecto est hoc. Quod vt intelligatis, notandũ vobis
4. Reg. 4. est sæpenumero Eliseũ prophetam virum Dei vocari: & sæpenumero etiam seruum Dei ibidem appellari. In quo significatur vir ille Dei ministerio fuisse deditissimũ, eiusq; diuino amori ni mium submissus. Ita hic vocans Sanctus Euangelista Beatum Ioseph virũ Mariæ significat cœlestem hunc virum magis dica 23
tum fuisse reuerentiæ, purissimoq; amori sanctissimæ virginis, sponsæ suæ, quàm alij patriarchæ vxores suas dilexerunt. Nam admirabilis pietas, honestas, ac mãsuetudo huius purissimæ virginis eum ad hoc faciendum inuitabat. *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus*. Cum sacer Euangelista vniuersos hos sanctos reges, prophetas, ac deniq; patriarchas retulisset, in fine tandem huius glorioſissimæ reginæ meminit significans eam esse quasi pretiosissimum quendam liquorẽ ex illis omnibus destillatum. Sicut ex multis diuersis rosis, herbis, ac floribus odoriferis in sublimatorio destillatis aqua pretiosissimi odoris, atq; fragrantiæ solet exire, quæ, Angelorum aqua vocatur, in qua omnis illarũ herbarum virtus videtur exire: sic ex omnibus his rosis, ac flo- 24
ribus, quos hic Sanctus Euangelista recensuit, processit hæc beatissima virgo vniuersis virtutum, cœlestiumque gratiarum flori bus exornata, quæ per omnes illos diuisæ fuerunt: sicut aqua saluberrima quæ deuotorum suorum corda fulciret, atque recrearet. Dixit sponsus, Quæ est ista, quæ ascẽdit per desertum, sicut
Cant. 3. virgula fumi ex aromatibus myrrhę, & thuris, & vniuersi pulueris pigmẽtarij? Hi floraces, myrrhę, diuersaq; aromata sunt omnes hi Domini progenitores, quorum hæc sacra historia meminit. Fumus autem odorifer qui ex illis omnibus ad Deum placãdũ exiuit, fuit supernę hæc cælorum imperatrix, In illa patriarcharum pietas, in illa prophetarum zelus, in illa sacerdotũ pius affectus, atque deuotio, in illa deniq; regum magnanimitas, ac præ-

25 præstantissima virtus exiuit: *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus*. Ex his verbis infertur, ineffabiles esse gratias, quas Deus in hanc beatissimam virginem contulit, siquidem illam, vt de ea nasceretur, elegit. Ædes, quæ regibus potentibusq; imperatoribus constructuntur, et si ex lapidibus, ac lignis, sicut & aliæ fiant, semper tamen opere, pulchritudine, atq; amplitudine aliarum sunt longè dissimiles. Sic quamuis gloriosa hæc domina ossibus, & carne, sicut & reliqui filij Adæ constet, quia tamen domus est diuinæ fabricata maiestati, nulla hominum, aut Angelorum lin gua explicari possunt opera, pulchritudo, perfectiones, gratiarum deniq; genera, quibus eam Dominus exornauit. Caro propinquior ossi suauior, ac delicatior est reliqua. O Christe dulcissime animarũ nostrarũ amor, tu domine es os medulla, eximiaq; 26 suauitate repletũ. Curate fratres hoc os rodere, sacratissima eius vulnera sugite, mirificæq; consolationis liquorem animabus vestris haurietis. Et illud rodentes rogate cum Propheta dicentes: Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exulta *Psalm. 62.* tionis laudabit os meũ. Relinquite ista sæcularia ossa, quæ sunt arida, neq; medullam habent. Attendite honores, diuitias, dignitates, & omnia, quæ vobis mundus dare potest, ossa esse amaritudine plena, ne illa rodere soliciti sitis. Per meditationem assiduamq; diuinarũ rerũ cõtemplationem sacratissimum hoc os rodite, vbi animabus vestris solatium, ac remedium inuenietis. Caro autem huic ossi propinquior est sacratissima virgo Maria mater ipsius. Quod si permagni Abraham æstimamus, quia (vt inter alia ei Dominus reuelauit) quadragesimus Iesu Christi fi- 27 lij eius auus futurus erat quanti ergo æstimari oportet, atq; laudari illam adeò ei coniunctam, vt ipsius Iesu Christi fuerit genitrix? Et sic fuit dulcissima, suauissima, tenerrima, clementissima, sanctissima deniq; pura creatura omnium, quæ sunt, fuerũt, ac futuræ sunt. Siquidem igitur, & consanguinitate, & virtutum similitudine tam coniũcta est sacratissimo filio suo, diligentissimè curemus eam valde diligere, atq; ipsius esse deuoti, & in omnibus necessitatibus nostris eam in diuino Dei conspectu auxiliatricem, atq; aduocatam cõstituamus. Super omnia autẽ eam deprecemur, vt nobis diuinã illius gratiã consequatur, qua locupletati æterna beatitudine fruituri ad ætherea regna migremus. Quod nobis præstare dignetur idẽ Iesus Mariæ filius. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In eodem Festo Natiuitatis sacratissimæ Virginis Mariæ Concio Secunda.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. &c. Matth. 1.

VAlde notandũ est, quarè cùm sacrũ Euangelium admirabilibus Christi Saluatoris nostri operibus sit plenum, in eoq; cœlestis ipsius doctrina contineatur, & de sacratissima eius vita, & morte agatur, Sanctus Euangelista illud appellarit librum generationis Iesu Christi, siquidẽ non solùm generationis eius, sed & omnium etiam istorum est liber? Dico eum, librum generationis Iesu Christi illud inscripsisse, quia ipsius generatio, & incarnatio cæterorum omnium mirabilium actuum, quæ propter nos gessit, extitit fundamentum. Vnde antiqui patres hoc magnopere cupiebant, hoc cum lachrymis, ac suspirijs postulabant, scilicet, vt verbum diuinum hominem factum viderent: & beneficia, quibus indigebant, eius nomine postulabant. Et ità Dauid precabatur dicens: Respice vineam istam, *Psalm. 79.* quam plantauit dextera tua, ideſt, potentia tua, & super filiũ hominis, quem confirmasti tibi, ideſt, fac hoc, quia filius tuus id persoluet. Hoc super eius terga cadat. Vnde paraphrasis Chaldaica in hoc loco dicit: Et super Regem Christum sicut vulgò dicere solemus: Da mihi centũ aureos super Petrũ, ideſt, [*Acuenta de Pedro*]: ille namque fidei iussor erit mihi, & eos pro me tibi soluet. Ideoq; sancti illi patres Deum citò hominem fieri cupiebant. Nam postquam humanam naturam assumpsisset, quodcunque opus efficeret, & quocunque actu voluntatis eius, vniuersum mundum redimere posset. Vnde loquens Diuus Paulus de verbi diuini incarnatione dicit: Ingrediens mundum (scilicet Christus Iesus in sanctissima conceptione sua) dicit: Quia *Hebr. 10.* hostias, & oblationes, & holocaustomata & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi. Tunc dixi: Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam. Additq; Sanctus Apostolus: In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi Iesu semel. Hic actus illius sanctissimæ voluntatis Christi Saluatoris nostri, eo quòd infinitæ esset personæ, per se infiniti erat meriti, & quantum ex se ad nostram redemptionem, ac sanctificationem sufficiens. Verùm non est contentus optimus Iesus hoc vno actu, sed statim illic in purissimæ genitricis suæ visceribus sacratissimum corpus suum vniuersis laboribus, crudelissimæque morti, quam passurus erat, obtulit. Et hæc est causa, quare redempti vocamur: sicut dicit Beatus Paulus, Christus nos redemit. *Gala. 3.* Et alibi: Dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret *Tit. 2.* ab omni iniquitate. B. Ioãnes ait: se vidisse beatos spiritus immaculatum agnum laudantes, atq; dicentes: Redemisti nos Deo in *Apoc. 5.* sanguine tuo. Etenim redempti idem est quod iterum empti. Dicimur autem sæpenumero empti, quia singula Christi Redemptoris nostri opera nos emere sufficerent. At verò propter nostrum exemplum, atq; vt exactissimũ suum erga nos amorẽ ostẽderet, tot opera perficere, totq; labores perpeti voluit, vt nos iterũ, atq; iterum emeret. Præcepit Deus Moysi dicens: Tolle vi *Exod. 29.* tulum de armento, & mactabis eũ in conspectu Domini iuxta ostiũ tabernaculi testimonij; & carnes eius combures foris extra castra, eo quòd pro peccato sit. Notabile quidem est quòd cũ vitulus hic pro peccato immolatus Christi Reparatoris nostri figura fuerit, deprecans postea Dauid mundi redemptionem dixit: Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, obla- *Psalm. 50.* tiones, & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Quomodò vnum alteri consonat? Illic præcipit Deus vnum offerri vitulum: hic autem dicit Dauid, ad vacuas sedes restaurandas plurimos vitulos esse offerendos. Ad hoc respondeo: quãquam Christus vnus est, plurimos tamen fuisse propter plurima sacrificia, in quibus se obtulit, videlicet in natiuitate frigus patiens, in circunciſione sanguinem effundens, in purificatione seruum emptum se efficiens, in prædicationibus frigora, & calores sustinens, denique in sacratissima passione sua crudelissimos labores ac tormenta perpetiens. O si hæc attentis animis cõsideraremus quantopere confunderemur, videntes quã arcti, ac parci sumus in ministerijs ei exhibendis, qui tot pro nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis opera perfecit, totq; labores, ac tormenta tolerauit. Ex hac 7
consideratione dimanabat, quod quantumuis multa, & magna iusti in huius liberalissimi Domini obsequio fecissent, semper tamen se nihil fecisse iudicabant: semperq; se illi alia maiora ministeria exhibituros esse proponebãt. Vt legitur de Seraphico Patre nostro Frãcisco, qui plenus optimis operibus paulò ante mortẽ suã magna se facturũ esse proponebat: fratribusq; suis dicebat: Eia fratres acceleremus, festinanterq; laboremus: nam hucusque parum, aut nihil effecimus. Et de Abbate Arsenio dicitur, quòd cùm prope obitum esset, eius facies quasi sol splendebat. Et labia mouentem quasi aliquid loqueretur eũ discipuli eius interrogarunt, quid nam diceret. Quibus ille, Venerunt, inquit, hùc angeli vt me viserent: quos ego rogabam, vt aliquod vitæ spatium mihi à Domino Iesu Christo ad agendam pœnitentiam 8
impetrarent. O beatum virum, qui post multos annos, quos in diuino ministerio perseueranter consumpserat, sibi nihil fecisse videbatur. Eundem spiritum habebat Propheta Dauid ex tunc intelligens, quam plurima verbum diuinum incarnatum sui causa esset facturũ. Et ita postquàm plurimos annos sanctis exercitationibus consumpserat, dicebat. Et dixi, nũc cępi, scilicet, Deo seruire. O miseri nos quàm vice versa facimus: nam vix duos dies ieiunamus, vix duas horas in oratione cõsumimus, vix duos obolos propter Deũ pauperibus erogamus, & iam nos sanctissimos arbitramur, atq; ad perfectionis fastigium peruenisse putamus. Quod est modici amoris Dei signũ: nosq; in eius liberalitatem oculos non conijcere est manifestum indiciũ: quæ tanta est, vt plurima, quæ in nos beneficia confert, vnicum appellet. Et sic 9
vbi nos legimus. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominũ, ideſt, quæ fecit filijs hominũ: quotiescunq; hæc verba in hoc psalmo repetũtur (etenim sæpe dicũtur) alia translatio habet: Cõfiteatur Domino misericordia eius, & mirabilia eius. In quo adnotatur tam ineffabilem esse Dei charitatem, & tantopere nobis benefacere delectari, vt misericordias omnes, quibus nobiscũ vtitur, vnam esse ducat, ac vocet. Si hoc attenta animi consideratione volueremus, nullis operibus, quæ in huius optimi, ac munificentissimi Domini ministerio faceremus, essemus contenti.

Psalm. 76.

Psalm. 106.

Cùm igitur præcipuũ, quod mũdus exoptabat, quoq; indigebat,

10 bat, esset, vt Deus homo fieret, ex hoc voluit Sanctus Euangelista sacrum Euangelium suum inscribere dicens: *Liber generationis Iesu Christi.* Cùm Sanctus Iob laboribus, atque afflictionibus, quibus eum Deus tradidit, circunseptus existeret eum allocutus est dicens: An extrahere potes leuiathã hamo? Et ibidẽ affirma- *Iob. 40.*
tiue dicit: in oculis suis quasi hamo capiet eũ. In his verbis significat Spiritus sanctus eadẽ astutia quã piscator ad piscẽ apprehẽdendũ exquirit, Deũ ad Diabolũ expiscandũ vsum fuisse. Piscator quippe acceptã arundinẽ humeris defert, atq; ad fluuiũ se cõfert, quò vbi peruenit, setam suam, ideſt, (*Suſedal*) explicat, quo vsque hamum detegit, quem cibo tegit, & in flumen immittit, accedensque piscis cibum esturus delitenti hamo faucibus adhæret. Sic Deus Diabolum piscatus est. Huius quippe piscationis *Simile.*
11 seta est genealogia diuini Saluatoris nostri Iesu Christi. Hanc setã explicuit B. Matthæus dicẽs: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob. Et sic paulatim processit quousque hamum detexit, quem quidem discooperuit, cum dixit: *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Hic est hamus cibo coopertus: nã Diaboli cibus est humana natura. Hoc autẽ verũ esse probatur ex eo, quod Iob dixit: Fœnũ quasi bos comedet. Et Isaias dicit: Omnis caro *Iob. 40.*
fœnũ. Ergo caro diaboli cibus. Aliter etiã hoc probatur: Iniecit *Isai. 40.*
Deus homini maledictionem dicens: Puluis es, & in puluerem *Gene. 3.*
reuerteris. Serpenti autem dixit: Terram comedes cũctis diebus vitæ tuæ. Si ergo omnis homo est terra, & Diabolus terrã comedit, sequitur, hominẽ cibũ esse Diaboli. O infœlicem miserorũ
12 hominum calamitatem. Animaduertite qualem eorum superbia, atque elatio habuerit exitum, cùm Sathanæ cibus fuerint effecti. Et quandiu terrenus homo, atque peccator in hoc orbe versatur, contemplamini eum inter Diaboli dentes volutari, quasi eius cibus, quem ipse mandit. Caue autem ò infœlix ne te semel in inferni stomachum deglutiat: in quem si semel fueris ingressus in æternum ibi manebis, neque vllo vnquam tempore valebis exire. Nunc quandiu te inter dentes versat, & in hoc mundo commoraris, si voles, remedium tibi poteris adhibere, atque à tam infœlici statu erumpere. Atque hinc intelligetis quid significet, baculus, quem episcopus manu gerit, qui est similis dentiscalpio, ideſt, (*Eſcaruadientes*) vt diaboli dentes scalpat,

atq; ab eius ore, & potestate peccatores subtrahat. Itaq; bāculus 13
ille significat vnū ex prēcipuis muneribus ac exercitationibus
prælati esse debere, sancta doctrina, pio exemplo, paternis ad-
monitionibus, asperis reprehensionibus, grauibus deniq; sup-
plicijs peccatores à diaboli dentibus, hoc est, à peccato curare ab
strahere, atq; ad veram reducere pœnitentiam.

Cùm igitur hoc ita sit, quòd hamus est verbū diuinū, cibusq;
humana natura, tunc hamus cibo fuit opertus, cū verbū caro fa-
ctū est: tuncq; arundini fuit alligatus, cū cruci fuit affixus. Acce-
densq; Sathanas hunc cibū morsurus videns eum hominē, sicut
& reliquos, quando in cruce expirauit, arbitratus est se illū, sicut
& alios in infernū esse deducturū, verùm quasi piscis hamo diui
nitatis adhæsit, apprehēsusq;, ac captiuus remansit. Idcirco dicit
Iob: in oculis suis, idest, realiter, & vere, quasi hamo capiet eum. 14
Et quia aduentus filij Dei in mundum erat ad homines à pecca-
to liberandos, eosq; ad verā pœnitentiam agendam inuitandos,
voluit in initio Euangelij sui de Dauide mentionem fieri, eūq;
patriarchis omnibus ac regibus anteponi. Notum vobis esse cre
do fratres mei Dauid pauperculum fuisse pastorem, atq; ex illo
infimo statu à Domino fuisse erectum, & populi Israel regem
constitutum, & prophetiæ dono, alijsq; singularibus beneficijs,
tàm corporalibus, quàm spiritualibus fuisse affectū. Quorū om-
nū immemor minima quadam occasione cōmotus turpissimū
cōmittens adulteriū diuinam maiestatē offendit. O quantopere
nos à leuissima quaq; peccati occasione cauere oportet. Parū pro
dest arborē diligenter excolere, nisi illius custodiendæ sit cura:
nam in momento rodere potest iumentū quod in decenno non 15
crescit, & parua scintilla breui comburit ædificium, quod longo
tempore fuit erectū: sic minima quaq; occasione pretiosissima
castitatis gēma deperditur. Nā licèt flos pulcherrimus sit, est ta-
men tenerrimus, & minimo quoq; aquilonis flatu marcescit, &
quacunq; leuissima pruina arescit. Nunquā infœlix Thamar ar
bitrata fuit se pretiosam margaritā, quā toto vitæ suæ tēpore ob
seruarat, tā leui occasione esse amissurā, qualis fuit, scilicèt, fratrē
suū Amō cōuenire, & cubiculū in quo infirmus iacebat intrare,
ibiq; absq; testibus cum solo solam manere. A deò debilis, atque
eneruatus homo ex peccato remansit, vt ipse suamet concupi-
scentia inuitatus, cum à nullo alio prouocetur exteriùs, in pec-
cata

16 cata prolabatur. Quid igitur faciet, si eū occasio delectabilis rei
præsentia, & peccati opportunitas inuitat? Si homo ex graui
morbo conualescens prę nimia fragilitate, atq; imbecillitate vix
stare potest, & huc, atq; illùc decidit, quid faciet, si ab alijs violen
ter impellatur? Certus vtique erit eius casus. Neque verò bonis
propositis confidendum est: cùm vir tam sanctus, sicut Dauid,
qui dixit: Non mouebor in æternum, oblata occasione tanta
ruina prolapsus est. Ideo dicit Beatus Bernardus: O homo vis *Bern.*
in periculo esse securus? time securitatem. Vis à Dæmonio li-
berari? time & Angelos de cælo. Nec verò in adulterio Dauidis
malitia constitit, sed inde etiam in horrendum, atque immane
concidit homicidium. Idcirco primum peccatum maximè ti-
mere debemus: illud enim alij, atque alijs aditū patefacit. Super
17 quo mysterium quoddam sanctæ scripturæ vobis recensere vo-
lo. Quando Saul se contulit ad Pythonissam volēs ab ea discere *1. Reg. 28.*
successū belli, quod aggredi conabatur, eiq; apparuit Samuelis
imago, clademq;, ac euersionē totius familię suę crastina die fu-
turā esse declarauit, etiam huius tantæ calamitatis, atq; supplicij
causam illi explicuit dicens: Quia non obedisti voci Domini, ne
que fecisti iram furoris eius in Amalech, idcirco quod pateris, fe
cit tibi Dominus hodie. Mirabile vtique est, quòd cùm Saul
tantas immanitates, totque peccata perpetrasset qui ira excan-
descens septuaginta Domini sacerdotes sacrosanctis paramen- *1. Reg. 22.*
tis indutos iussit occidi, vrbemque sacerdotalem Nobe igni suc-
cendit insontem, bouesque, oues, camelos, atque asinos gladio
interemit, quod nunquam crudelissimus ille hominum Nero
18 effecit: nam ille de hominibus vlciscens in iumenta non conci-
tabatur, neque de illis supplicium sumebat. Et hanc atrocissi-
mam crudelitatem, aliaque complura peccata silentio prętermit
tens, illam vnam insipientem clementiam causam euersionis
eius assignat. Quare arbitramini vmbram illam Samuelis huius
solius inobedientiæ meminisse, cùm tamen ex se non fuerit
tantum peccatum, sicut & cætera? Huius vtique rei causa fuit,
quia propter illam primam inobedientiam meruit, vt eum
Deus è manu sua dimitteret: & sic eius anima diuina gratia,
atque virtute spoliata remansit. Hæcq; fuit cæterorum omnium
causa malorum. O vtinam æterna maiestas fratres charissimi mē
tes vestras illuminet, vt ex hoc stupēdo exemplo discatis primū

peccatũ magnopere timere, siquidẽ istud alijs compluribus ma 19
lis ianuam aperit. Hic peccator Dauid, qui diuinam maiestatem
tam grauiter offendit, tantam postea pœnitentiam egit, vt non
solum peccatorum veniam impetrarit, verùm quàm maxima
ab ipso Deo beneficia, indulgentiasque perceperit. Statimque
ei Dominus filium ex ipsamet Bethsabee cõcessit, iussitque per
Nathan Prophetam, vt amabilis Domino vocaretur, eo quòd
2. Reg. 12. Dominus diligeret eum. Attendite differentiam. Priùs quàm
Dauid pœnitentiam ageret, ne vitam quidem puero ex adulte-
ra nato concedere voluit: post actam verò pœnitentiam non vi-
tam modò, sed & regnum, gloriam, honorem ac sapientiam tri-
buit. Et quod plus est, filio peccatoris conuersi dilecti sibi nomẽ
imponit. Super illa verba, quæ Diuus Petrus Domino dixit: Do
Ioan. 21. mine hic autem quid? notat Beatus Chrysostomus quã potens 20
sit vera pœnitẽtia. Nam priùs quàm D. Petrus in illã trinã nega
tionẽ incideret, non est ausus Christũ Redẽptorẽ nostrũ in vlti-
ma cœna interrogare quis nã eũ traditurus esset, sicq; B. Ioannẽ
tanquã Christo magis familiarẽ intercessorẽ adhibuit. Postquã
autem peccauit, acerrimãq; egit pœnitentiã tantã cũ diuino Re-
dẽptore familiaritatem fuit adeptus, vt iam ausus fuerit eũ de B.
Ioãne percontari, cũ eũ de propria ipsius morte certiorem feci-
sset. Satis apertè in hoc pœnitẽtiæ excellentia splẽdet, quæ nõ so
lũ peccatorũ in pristinũ diuinæ necessitudinis statum restituit,
sed sæpenumerò etiam ad arctiorem Dei familiaritatem eue-
Baruch. 4. hit. Et ita dicit Baruch Propheta: Sicut enim fuit sensus vester,
vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes requi-
retis eum: qui enim induxit vobis mala, ipse rursus adducet 21
vobis sempiternam iucunditatem cum salute vestra. Talem Do
minus virtutem huic salubri medicamini pœnitentiæ contu-
Psalm. 38. lit. Optimè hoc norat sanctus ille rex, qui dixit: Eripuisti ani-
mam meam, vt non periret, proiecisti post tergum tuum omnia
peccata mea. O admirabilem exaggerationem. Proiecisti (in-
quit) post tergum tuum omnia peccata mea: quasi Deus pecca-
torum omnium veri pœnitentis extiterit immemor.

Considera igitur obstinate, atque obdurate peccator quàm
bonus, atque benignus est Deus, & quot indulgentijs in con-
uersos peccatores vtitur, quæ omnia prosunt ad durum istud,
atque marmoreum pectus tuum mollefaciendum, atque vt te

his

22 his indulgentijs, & blanditijs ad sui amorem alliciat: siquidem
in principio genealogiæ suæ, atque in cornu (vt aiunt) lunæ tan-
tum peccatorem sicut Dauidem conuersum collocat, atque su
blimat. Quem tanta probitas non obstupefaciet? Ecquod ô Do-
mine vel saxeum cor tanta clementia non liquefiet? maximè
sciens omnes peccatores quantumcunque abominabiles ad te
conuersos pietatis tuæ ianuas apertas reperire, misericordiæque
tuæ mensam illis esse præparatam, vt tecum ad edendum cum
tanta familiaritate consideant, quasi tota tibi vita seruissent?
Quod nam maius aliud testimoniũ huius veritatis exquirimus,
quàm quod tu Domine dedisti dicens: Gaudium erit in cœlo Luc. 15.
super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagin
ta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia? Quando in do- Simile.
23 mo Magnatis arietes, aut vituli, siue alia domestica occiduntur
animalia, eo quòd hoc nimis vsitatum sit, nullum festum agi-
tur, neque de eo ratio habetur. Si autem dominus in venatio-
nem se conferens immanem interficit belluam, aprum, siue cer
uum, aut aliquam aliam feram, tunc omnes domestici eius de-
lectantur, in equis cursitant, tubis canunt, aprum ramis, ac
floribus circundant, omnes denique hilari animorum alacritate
proclamant. Iusti animalia sunt domestica in domo Dei ha-
bitantia: quorum mortificatio, spiritalisque prouentus non
tantæ lætitiæ materia est Angelis, eo quòd nimis vsitatus est.
Quando autem supernus princeps Iesus Christus diuinæ inspi
rationis cœlestisque verbi sui venabulo peccatorem, quasi im-
manem belluam vitiorum suorum nemoribus inclusum, suis-
24 que bestialibus appetitibus indulgentem transfixo ipsius cor-
de, mundo, culpeque occidit: quænam lingua satis poterit ex-
plicare, quanta hilaritate venationem, conuersionemque istam
Angeli in cœlestibus mansionibus celebrant? Quomodo
aprum ramis, ac floribus circundant, siquidem qui prius fe-
rus, atque obscœnus sicut aper erat, iam nunc Spiritus sancti do
nis, quasi ramis manet exornatus? & qui prius in diuino conspe
ctu erat informis, iam nunc formosus efficitur? Et quanta cum
exultatione dicit Deus ministris, ideſt, Angelis suis: Eia An-
geli mei præ alacritate proclamate, omnes exultemus, atque
huius peccatoris conuersione gaudeamus. O Deus infinitæ
pietatis, si hodie verbis meis conferres efficaciam, vt acutissi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mæ essent sagittæ, & complurium peccatorum, qui forsitan hîc adsunt, corda transfigerent, qui quasi bruta animantia in huius sæculi pratis sæculares voluptates carpere non cessant, quò illis percussi ad pedes tuos prosternerentur, atque per veram pœnitentiam, amorem, & obedientiam domestici tui, ac familiares redderentur. 25

¶ *Filij Dauid, filij Abraham.* Totam hanc Domini genealogiã Sanctus Euangelista in triplicem quartamdecimam (id est, [*en tres catorzenas*] diuidit, sicut inferius repetit dicens: Omnes itaque generationes ab Abraham vsq; ad Dauid, generationes quatuor decim: à Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim: à transmigratione Babylonis vsq; ad Christum generationes quatuordecim. Est autem valde notandum in hac triplici temporum diuisione mundum semper propter 26 malos Sacerdotes perditum, per bonos autẽ fuisse restauratum. In prima temporum diuisione, quæ terminatur in Dauid, iam credo vos audijsse quot calamitates Hebræis acciderint propter malos Sacerdotes Heli, & filios eius, & quomodo illos Deus restaurauit propter bonum sacerdotem, atque Prophetam Samuelem, qui eos magno cum amore gubernauit, docuitque quomodo ab hostibus suis victoriam possent adipisci, scilicet, veram pœnitentiam agentes, seque ex animo ad Deum conuertentes, vt patet ex Regum libris. Vbi dixit eis: Si *1. Reg. 7.* in toto corde vestro conuertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio vestri, & præparate corda vestra Domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philistijm. Ipsiq; ita facientes statim à Domino adiuti sunt. In tempore Dauid vsq; ad trãs- 27 migrationẽ Babylonis etiam plurimos labores, ac captiuitates, quas populus ille pertulit, sacra pagina refert. Et longum vtiq; esset iniquitates, atq; abominationes complurium sacerdotum, falsorum q; prophetarum, qui populum seducebant, Deiq; furorem concitabant recensere, sicuti sancti prophetæ Isaias, Hieremias, atq; Ezechiel lamentantur. Postea verò restauratus est populus per illum sanctum sacerdotem Nehemian, & Esdran qui cũ alijs probis sacerdotibus Babylone venit, qui tẽplũ reædificarũt, sanctaq; sacrificia celebrarũt, sicut in primo Esdræ apparet. In vltima ætate vsq; ad legem gratiæ, iam sæpe audistis quales Dñs sacerdotes, Põtifices, atq; Pharisæos inuenerit, quàm asperè

28 perè illorum ambitiones, cupiditates, iniquitates, hypocrisin deniq; reprehenderit, quoad vsq; eis dixit: Publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei. Deniq; tales fuerunt, vt & in suum met Deum violentas imposuerint manus, eumq; inhumana morte necarint. Propter quod peccatum adeò seuerè populus ille punitus est, sicut ipse Dominus annunciauit, cùm plorãs dixit: Circundabunt te inimici tui vallo, & ad terram prosternẽt te, & non relinquent in te lapidem super lapidem. Quòd si tot tan taq; populo illi detrimenta venerunt propter pessimos sacerdotes, ijs, qui conuerti voluerunt, per summũ sacerdotem Iesum Christũ filium Dei, magna commoda, spiritalesq;, ac corporales prouentus euenerunt: qui alios lõgè dispares sacerdotes reliquit, qui fuerunt sacrosancti ipsius Apostoli, atq; discipuli, qui eos il- 29 lustrarũt, atq; in viam veritatis induxerunt. Ex his omnibus infertur quantũ mali officiunt, quantũ autẽ boni sacerdotes mundo proficiunt. Etsi Deus plurimas abominationes Ezechieli pro- *Luc. 19* *Ezechiel. 8.* phetæ demonstrauit, quæ in populo suo fiebãt abominationem tamen viginti quinq; sacerdotum inter vestibulum, & altare cõmorantiũ, dorsaq; contra tẽplũ Domini habentium, faciesq; ad orientẽ, & ad ortũ solis adorantiũ longè maximã, ac pessimã esse dixit. Sicq; hodie hoc est Deo nimis exosum, cùm fortè accidit, quòd sacerdotes creatori suo terga vertentes, sanctumq;, quod offerunt sacrificium non respicientes, neque ad diuinũ ministerium, quod exequũtur, attẽdentes ad orientem, ad ortũ solis aspiciunt, & adorant, & oculos, atque affectũ suũ in prosperitatibus, bonis, & voluptatibus terrestribus constituunt. Nam sæculares homines in plateis, vijs, ac tribunalibus idololatrias istas admit- 30 tere, magnum vtique malũ est. Ecclesiasticos autem viros Deo dicatos profanitatibus suis ministeria diuina, locaque sacra inficere, hoc longè pessimum est. Hoc autem magis illic de illis sacerdotibus Dominus perpendit dicens: & applicant ramum ad nares suas, significans in hoc quantopere diuina ipsius maiestas oderit, non solùm se ab Ecclesiasticis viris propter temporalem honorem, atque vtilitatem deseri, verùm turpitudines etiam, ac voluptates, quæ ex sensualitatis virore procedunt, eis bene olere, eosque illis quasi turpissimos quosque ac perditissimos sæculares homines oblectari. Ideoque statim subdidit dicens: Ergo, & ego faciam, in furore non parcet

Universidad de Deusto Biblioteca

cet oculus meus, nec miserebor, & cum clamauerint ad aures 31
meas voce magna, non exaudiam eos. O patres, & domini Eccle
siastici oculos aperite, per immensam Dei charitatem vos de
precor: cauete ne in præcipitium, in quod illi inciderunt, & vos
incidatis ad vestrã cõdemnationem, totiusq; populi detrimẽtũ.
Nã si vos, quorum est iram Dei placare in maiori indignatione
persistitis, quis nobis in necessitatibus nostris remedium im-
Num.16. petrabit? Cũ Deus in populũ Israel esset iratus, magnamq; in eo
ederet stragẽ, ac plurimos interficeret dicitur, Moysen ad fratrẽ
suũ Aarõ sese contulisse, eiq; dixisse: Tolle thuribulũ, & hausto
igne de altari mitte incensum desuper, pergens citò ad populũ,
vt roges pro eis. Perrexit ergo sanctus sacerdos, & medius in-
ter mortuos, & viuos existens adeò efficacem ad Deum immi-
sit orationem, vt eum voluntati suæ subiecerit, neque enim 32
plures interfecit. O munde, munde, nunquid non vides Deum
terribilia de his regnis supplicia sumere? Est nè hîc aliquis Aa-
rõ, qui diuinũ hunc Dominũ thuribulo suo mitigare intẽdat? O
patres sacerdotes optimè nostis vos quando sacratissimã hostiã
erigitis, æternum Patrem infiniti pretij thuribulo suffire. Nam
illic est deificata, gloriosaq; caro Iesu Christi filij eius, quę quasi
thuribulum sacratissimis plagis est perforata, ipsa eadem, quæ
fuit flagellis cæsa, crucifixa, & deniq; mortua: quæ omnia il-
lic repræsentantur. Et per hoc altissimum sacrificium pluri-
ma Deus in mundum beneficia confert. Si autem Aaron eis-
dem peccatis, quibus populus grauaretur, quomodo Dei furo-
rem placaret? Ergo si vos, sicut & alij sæculares sceleribus estis in
fecti, verendum est, vos non solùm diuinam iram orationibus 33
vestris non esse placaturos, sed vestris etiã peccatis eã esse accẽsu
ros. O Deus æterne, Deus æterne per tuã diuinã clementiã te de
precor, vt eos illumines, vt quàm boni esse teneantur, intelligãt,
atq; in tanta puritate ac sanctitate perseuerent, vt inter diuinam
maiestatem tuam, populumque sint intercessores, atq; patroni.

Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob. Et sic Sãctus Euã
gelista de patre in patrem progreditur, quousq; ad sacratissimã
virginem Mariam peruenit: de qua natus est Iesus, qui vocatur
Simile. Christus. Aqua exterta, per quam præterit, saporem elicit. Si
per venas argenteas, aut aureas transit, dulcissima est, sapidissi-
ma, atque vtilissima. Sic etiam Beatissima hæc virgo, quasi

aqua

34 aqua sacrosancta à sanctorũ patriarcharũ, regũ, atq; prophetarũ
virtutibus saporem assumpsit, à quibus originem duxit. Ex his
verbis: *De qua natus est Iesus*, Apparet fundamentũ virtutũ huius
cœlestis fœminæ, & immaculatæ conceptionis puritas, atque in
tegerrimæ ipsius vitæ sanctitas illucescit. Quando Iudas templũ *1. Mach. 4.*
Dñi à Chaldęis euersum reędificauit, cogitauit de altari holocau
storũ, quod profanatũ erat, quid de eo faceret: & incidit illi cõsi-
liũ bonũ, vt destrueret illud, ne fortè illis esset in opprobriũ: quia
contaminauerunt illud gentes, & demoliti sunt illud. Quoniam
licèt eũ purificarent, dicere tamen possent gentes. In hoc altari
priùs fuit idolũ nostrum. Ne igitur contumelia illa afficerentur,
illud euertit. Sic etiam cũ purissima virgo Maria in mente diui-
na in matrem Dei esset electa, si in originale peccatũ corrueret,
35 licèt ab eo sanctificaretur, nihilominus tamẽ dicere posset Satha
nas: Priùs ego illius possessionem habui. Ne autem sacratissi-
ma eius mater hanc ignominiam pateretur, eam Dominus præ-
seruauit. Valde notandũ est Christũ Redemptorem nostrũ in
hoc Sancti Euangelij capite matrem quidem, non autem patrẽ
habere dici: cum tamen D. Ioannes ei patrem, non autem matrẽ *Ioan. 1.*
assignarit dicens: In principio erat verbum, & verbũ erat apud
Deũ, & Deus erat verbum. At Beatus Paulus patrem simul, & *Gala. 4.*
matrem ei assignat dicens: Misit Deus filiũ suũ factum ex mulie
re. O rem mirabilem. In omnibus epistolis Sancti Pauli non re-
peritur, eum sacratissimæ virginis, nisi in hoc loco meminisse:
quam nunc tam siccè nominat dicens: factum ex muliere: quod
magnam affert admirationem. Ecquid est hoc Apostole sancte?
36 Hoc honore afficis, quam vniuersæ Beatorũ spirituum Hierar-
chiæ, omnesq; terræ sancti, vt imperatricẽ honorant? Aliter qui-
dem eam D. Ioannes de illa loquens honorauit, cùm dixit: Sig- *Ioan. 12.*
num magnũ apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pe
dibus eius, & in capite eius corona stellarũ duodecim. Ecce quã-
ta cum maiestate de hac cœlesti regina loquitur. Quomodo igi-
turô vir sancte illam tam siccè mulierem appellas? Dico Beatũ
Paulum eam magis hîc, quàm Beatũ Ioannem illic commen-
dasse: siquidem hic eam Dei genitricem appellat, quæ cùm mu-
lier esset, Deum hominem fecit, scilicèt humanum copus illi mi
nistrans: quæ est suprema dignitas, in quam pura creatura eue-
hi potest: & quod de ea dicatur: De qua natus est Iesus. Quando *Simile.*

quic-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quicquam peritissimo artifici faciendum commendas, dicis ei: 37
Domine faciſtud quasi tibi faceres. In quo dicere vis, Domine omnem, qua polles peritia, in hoc faciendo adhibe, facistud, sicut melius poteris. O Deus infinitæ magnitudinis, quia sacratissimam hanc virginem, sicut tibi feciſti, idcirco eam talem perfeciſti, vt vniuersæ intellectuali creaturæ admirationem afferat maximam. Quam siquidem tanto Deus affecit honore, nos etiã totis viribus, totoq; conatu veneremur, eiusq; deuotissimi simus ipsius virtutes, præstantissimaq; operacurantes imitari, quorum sedula, diligentiq, executione abundantem gratiæ cœlestis amplitudinem consequamur, postque huius arctissimæ vitæ cursum in sacrosancta illius societate æterna gloriæ beatitudine perfrui mereamur. Ad quam nos perducat idem Iesus Mariæ filius, Amen. 38

In eodẽ Festo Natiuitatis Beatissimæ Virginis Mariæ Concio Tertia.

Liber generationis Iesu Christi Filij Dauid, Filij Abraham, Matthæi. 1.

Psalm. 70.

DIVINVS Ille ac Regius Psaltes Dauid, in 1
Psalmo septuagesimo, in quo iuxta Hebræorum, Christianorumque interpretum sententiam de Messia loquitur, dicit: Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Vbi per montes, & colles sacrosancti Domini Apostoli, atque discipuli significantur: qui sacrum Euangelium susceperunt (quod ab effectu pax, & iustitia nuncupatur, eo quod veram animorum pacem, atque iustitiam homines docet) vt illud humano generi communicarent, sicut eis Dominus ipse præcepit dicens: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Idcirco eis

Marc. vlt.

2 eis necessum fuit illud præsentes verbo docere: absentibus autem in monimentis relinquere. Ideoque librum generationis, operum, doctrinæque Iesu Christi scripserunt. Etenim hæc omnia hoc nomen, generatio, significat iuxta sententiam Beati Chrysostomi qui ait: Generatio non est sola cuiusque natiuitas, sed tota negotij œconomia, ideſt, rerum administratio. Et sic dicitur Ecclesiastici, 24. c. à generationibus meis adimplemini, ideſt, ab operibus, & fructibus meis. Et Genesis, 6. c. de Noë dicitur quòd fuit vir iustus in generatione sua, hoc est, in vita sua. Et sic incipit Sanctum Euangelium. *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.* Vbi valde notandum est, referentem Sanctum Euangelistam progenitores Christi Iesu filij Dei quatenus ho-
3 minis tam de bonis, quàm de malis meminisse quales fuerunt Thamar, Bethsabee, Salomon, & Acaz, alijque huiuscemodi. Deus enim filium suum quatenus hominem nihil perdere duxit, si tam de malis, quàm de bonis patribus nasceretur. In hoc nos voluit erudire, neminem, eo quòd à malis parentibus oriatur, condemnandum, neque quòd ab optimis maioribus originem ducat, esse saluandum. Nam, vt ait Philosophus, per ea, quæ insunt nobis à natura, neque laudamur, neque vituperamur. Cùm ego parentes meos non elegerim, quasi qui pyra eligit in emporio, neque eorum iniquitas, neque probitas mihi decori, siue honori esse deberet, nisi quatenus ipsorum vitia, aut virtutes imitarer. Verum est, me bono plusquàm malo parenti debere, quia non solum mihi
4 corpus dedit, sed animum etiam meum sua sancta doctrina, optimoq; pietatis exemplo virtutibus imbuit: filij quippe naturali quadam propensione parentes imitantur. Ideoq; filij sapientia, & probitas in parentis honorem, & gloriam redundat, sicut affirmat Ecclesiasticus dicens: Gloria patris est filius sapiens. Si duobus pictoribus singulas imagines depingẽdas commendatis, ijq; artis suæ peritia sunt æquales, perspicuum est, eum, cui melius exemplar dediſtis, perfectius opus facere teneri. Sic boni parentis filius melior, quàm alius esse tenetur, quia meliorẽ, perfectiorẽq; imaginẽ, & exẽplar habet, quo gubernari possit. Atq; hinc elicim⁹ quãtũ Deo vniuersali omniũ patri debeam⁹. Sic exaggerat D. Paulus dicẽs: Patres quidẽ carnis nostræ habuimus eruditores,

Chrysost. homilia. 2. in Matth.
Ecclesiast. 24
Genes. 6.
Aristotel. 3. Ethic. cap. 5.
Ecclesiast. 3.
Simile.
Hebr. 12.

tores, quibus & reuerebamur, quantò magis patri spirituum obtemperabimus, vt viuamus? Patres carnis nostræ appellat eos, qui nos genuerunt. Vnde infertur quàm vanum, ac stultum sit quenquam de solo carnali genere gloriari. Dic infœlix, ab ijs, de quibus gloriaris, quid aliud, præter bestiale istud, minorisq; perfectionis, quàm brutorum corpus accepisti? Profectò si de corporeis rebus gloriaturi essemus, multò plura habẽt bruta animãtia, de quibus glorientur, quàm homines. Nam si magnum corporetę iactas, maior est elephas. Si de perspicaci visu, gloriaris, perspicacioris intuit? est lynx & aquila, si de velocitate, velocior est ceruus, si de fortitudine fortior est leo: si de valetudine, cũcta animantia rationis expertia non tot laborant morbis, quot vnũ hominis corpus. Quæ cùm ita sint, ò inanis homo cur de parentibus tuis gloriaris, qui nihil aliud, nisi miserum istud, atq; corruptibile corpus tibi dederunt? Etenim idcirco Diuus Paulus parentes nostros patres carnis nostrę vocat: atque inde conficit argumentum dicens: Si ijs, qui nobis vilem hanc, grauidamque carnem dederunt, magnam obedientiam, ac reuerentiam debemus exhibere: quantò maiorem reuerentiam, atque honorẽ præstare tenebimur patri spirituum, quibus similes Angelis sumus? Ideoq; si naturali inclinatione liberi parentes imitantur, siquidem noster verus pater, qui animas nostras creauit, est Deus: totis viribus, totoq; conatu eũ sequamur, atque imitemur. Sic nos admonet idem Sanctus Apostolus dicẽs: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cælestis. Hoc similitudine, quam adhibet Rubertus Abbas, intelligetis. Dicit quippe: Sol bifariam his inferioribus rebus illucescit. Nam in opacis, densisque corporibus eorũ perfectiones, aut imperfectiones tantũmodo manifestat. Si solis radius parietẽ illũ illustrauerit, videbitis vtrum sit rectus, an reflexus, aliasq; perfectiones, aut imperfectiones in eo perspicietis. Si autem corpus, in quod reuerberat, est perpolitũ, tersum siue diaphanum, non solùm illum demonstrat, sed aliud etiam perfectius in eo opus efficit, scilicèt, in eo imaginem suam repræsentat. Sic Deus in hunc mundũ veniẽs, & cũ hominibus conuersans in duris, atq; obstinatis, tanquam in opacis corporibus nullam aliam effecit operationem, nisi eorũ imperfectiones ostendere: sicut apparuit in Pharisæis, alijsque præscitis peccatoribus. At bene affecti ad plura illi profuerunt: nam

5

6

1. Cor. 15.

Rubertus. Simile.

7

8 nam in eis quasi in lucidissimis speculis repræsentatus est. Tales igitur (ait D. Paulus) nos omnes esse oportet, vt cœlestis patris nostri Iesu Christi imago in nobis appareat, ita vt qui vos viderit, Iesum Christum quodammodo in nobis perspiciat. O beatos nos, si vita, humilitas, patientia, ac deniq; mãsuetudo nostra fuerit imago in terra cœlestis patris nostri, qui est in cœlis.

Notandum est etiam in hoc sacro Euangelio non solùm intendisse spiritum diuinum prædecessores Christi Saluatoris nostri recensere: verùm virtutes etiam sacratissimæ virginis Marię Dominæ nostræ in eis depingere voluisse, quò nobis innotesceret, diuinum reparatorem ortũ fuisse ex matre nobilissimæ prosapię quantũ ad corpus, & egregiarũ virtutũ quantũ ad animam: quæ quidem virtutes in his sanctis patriarchis, atque prophe-
9 tis, quos hîc annumerat, insculptæ fuerunt. Dissentaneũ namq; esset filio dissimillimo omniũ, qui in orbe fuerunt, matrem etiã alijs non esse dissimilem, talemq; vt, nisi filius in se sanctissimus esset, eo quòd ex tàm præclara radice natus fuerit, ipsa mater eũ sanctũ efficere quodammodo sufficeret, siquidem virtutũ omniũ præstantissimũ fuit exemplar. Vnde fatendũ nobis est, eam secundũ spiritũ filio suo propinquiorem fuisse, quàm alias creaturas. Et quanuis maximum sit eam tam propinqua cognatione sacratissimæ Iesu Christi filij sui humanitati fuisse coniunctam, multò tamen maius fuisse arctissima affinitate diuinitati eius esse propinquam præ admirabili virtutum ipsius imitatione, & præ cælestibus donis, quæ illi communicata sunt. Alloquens sponsus singularem hanc virginem dicit ei: Murenulas aureas fa- *Cant. 2.*
10 ciemus tibi vermiculatas argento. Aliaque translatio dicit: Imagines aureas faciemus tibi cum stigmatibus argenteis. Faciemus tibi ò sponsa charissima, imagines, exẽplaria, siue figuras aureas cum signis argenteis. Quasi diceret: laudes tuæ ô virgo præclarissima vix recenseri possunt, sicut meritorum tuorum postulat magnitudo, sed faciemus tibi imagines aureas: hoc est, incorruptibilibus figuris, sicut auro virtutes, atq; excellentias tuas depingemus. Hæ figuræ, & exemplaria sunt hi sancti patriarchæ, & prophetæ in perpetuũ duraturi. Et quemadmodũ argentũ nimis sonat, sic etiam virtutes, laudesq; tuæ nimiũ resonabunt. Habet se quodammodo sacra pagina cũ hac glorioſa Domina, sicut beatorũ spiritus cùm Deo in cœlestibus mansionibus se habẽt.

Psalm.64. De quo dicit Dauid: Te decet hymnus Deus in Sion. Vbi Dñ 11
Hieronymꝰ trãstulit: Te decet silentiũ, laudis Deus in Siõ. Quo
modo arbitramini Deum à sanctis in cælo collaudari? Nunquid
illic musicæ cõcentus esse putatis? Hîc quia rudes, tardiq; sumus
Psalm.148. excitatoribus indigemus. Idcirco dicit Dauid laudate Dñm in
sono tubæ, laudate eum in psalterio, & cithara, laudate eum in
cymbalis bene sonantibus. Organa, cantica, & cymbala tepidi-
tatem nostram vrgent, quò ardenti spiritus affectu, atq; feruore
Deum laudemus. In cælo autem nihil horum est necessarium,
ideò Deus noster illic in silentio collaudatur. Sic igitur sacra
scriptura eximias huius sanctissimæ virginis laudes quasi silen-
tio præterit: Has aureas imagines, atque exemplaria nobis an-
te oculos proponit, vnum Abraham, vnum Isaac, vnum Iacob
&c. nobis adducit: tacensque reliqua silentio præterit. Dictum 12
quippe (vt aiunt) sapienti sat est, ideſt, [*Abuen entendedor pocas pa labras*]. Primum exemplar, atque imago pretiosissimæ huius vir
Gene.12. ginis est Abrahã. Cui dixit Dñs. Egredere de terra tua, & de cog
natione tua, & de domo patris tui, & veni in terrã, quam mon-
strauero tibi. In quo singularis eius puritas figurata est. Terra,
Psalm.50. domusq; nostra est peccatũ & sic dixit Dauid. Ecce enim in ini-
quitatibus cõceptus sum. Tãque procul ab hac terra immacula-
ta hæc columba commorata fuit, vt illam nunquam tetigerit: si-
Eccles.24. cut ipsa dicit in illis verbis, quibus hodie sancta mater Ecclesia
illam glorificat, scilicet, Ab initio, & ante sæcula creata sum. O
virgo singularis, quomodo dicis: Ab initio creata sum? Nũquid
tu non es filia Diuæ Annæ? nonne multò post mundi creatio-
nem nata es? Verum est: sed dico me ab initio fuisse creatam, 13
quia Deus me creauit, sicut quos ab initio creauit. Si Lusita-
Simile. niæ Rex drachmas similes drachmis Castellæ facere iuberet, di-
cerẽt Lusitani: Hæ drachmæ sunt Castellæ. Quomodo illas Ca
stellanas appellas, siquidẽ in Lusitania factæ sunt? Dico illas es
se Castellanas, quia Castellæ cuneis munitæ sunt, sicut & drach-
Augu. libr. mæ Castellanæ. Sic dicit sacratissima virgo Maria: Non me la-
12. de ciuit. tet me Diuæ Annæ filiam esse: sed creauit me Deus instar An-
Dei. ca. 9 à gelorum, quos ab initio creauit. Nã, vt Beatus Augustinus &
med. Tom. 3 Diuus Thomas affirmant: omnes Angeli in gratia creati fue-
D. Tho. 1. p. runt. Atque etiã illam Beatus Hilarius alloquens dicit: O virgo
q. 62. art. 3. benedicta, quæ omnes Angelos vincis puritate. Dicit Angelos

ab ea,

14 ab ea, puritate superari, quia Angeli quanuis in gratia fuerint
creati, ab ea excidere potuerunt, sicuti reuera multi corruerunt.
At verò sanctissima virgo ità fuit in gratia creata, vt statim in
illa fuerit confirmata. Ædificationẽ excelsam profundo oportet *Simile.*
inniti fundamento. Cũq; purissima hæc virgo à Deo fuerit crea-
ta, vt defensionis nostrę altissimus, atque firmissimus murus exi
steret (sicut ipsa affirmat dicens: Ego quasi murus, ex quo facta *Cant.8.*
sum corã eo, quasi pacẽ reperiẽs) rationi cõsentaneũ fuit, eã tam
firmũ, atq; profundũ habuisse fundamẽtũ. O fratres mei si maxi
mum, in quo versamur, discrimen intelligeremus, quã velociter
ad huius muri protectionẽ confugeremus. Sicui rex pretiosi cu- *Simile.*
iusdã thesauri custodiam cõmendaret, quẽ si amitteret, morte so
luturus esset, illumq; in lutea domo locaret, quæ rimis, ac forami
15 nibus vndiq; pateret: quanto cum timore homo ille persisteret?
Nunquid igitur ignoratis Diuũ Paulum dicere. Habemus the- 2. *Cor.4.*
saurum absconditũ in vasis fictilibus? Hic thesaurus est animus
noster, quẽ in huius miseri corporis custodia habemus inclusum:
de quo dicit Iob. Nec caro mea ænea est. Adeò debile est corpus *Iob.6.*
nostrũ, vt minimo quoq; ictu prosternatur. Prętereà est domus
plurimis patẽs ianuis, quæ sunt quinq; sensus, per quẽlibet quo-
rũ thesaurꝰ hic surripi potest. Quòd sivulgò dicitur: Domꝰ bipa
tẽs difficilis est custoditu, quid erit domus quinq; ianuas habẽs?
Præterea eius expugnatores, scilicet, Diaboli fortissimi sunt.
Aduersus iram regiã non est vlla domus fortis, dici solet vulgò.
Diabolus autem rex est super omnes filios superbiæ, ait Iob. Si *Iob.14.*
quidem igitur imbecillitas nostra tanta est, tamque terribilibus
16 ictibus oppugnamur, thesaurusque pretiosissimus, pœna verò,
qua, si eum amiserimus, afficiemur, æterna, quid nobis agen-
dum erit in tanto discrimine constitutis? Ad hoc nobis cœlestis
hæc imperatrix respondet dicens: Ego quasi murus, videlicet,
ad fragilitatem vestram à Sathanicis ictibus protegendam. Fœ-
lices illi, qui in omnibus tentationibus, ac tribulationibus suis
statim ad hunc murum confugiunt, eius auxilium, interuen-
tumque expetentes. Hi namque remedium ad resistendum
inuenient, neque à diabolicis congressibus deuincentur, nec
pretiosissimum hunc thesaurum deperdent. Quia autem tam
fortis murus futura erat, idcircò eã Deus cum fundamentis de,
ab initio, quæ est gratia, creauit: sicq; peccati terra eam nulla-

tenus tetigit. Et quomodo istud, ô sacra virgo probabis? Pro- 17
bationem negatiuam dicunt iuris consulti difficillimam esse
peractu: fit autem per vnam indirectam affirmatiuam. Occi-
sus est homo in hac via: omnes hac prætereuntes suspicioſi habē
tur, & in omnes culpa confertur. Vult igitur quisquam proba-
re, se illū non occidisse, probandū est ei, se, quando homo ille in-
teremptus fuit, ab illinc procul abfuisse. Mortuus est Adam per
venenosi serpentis malitiam, atq; in nos omnes huius mortis cul
pa collata fuit. Et sic dicit D. Paulus: Omnes peccauerūt, & egēt
Roma. 3. gloria Dei. Probat autem sanctissima virgo, se multò antea, quā
Adam interficeretur, in mente, volūtateq; diuina fuisse præser-
Prouer. 8. uatam, dicente sancta matre Ecclesia eius nomine illud Prouer.
Nondū erant Abyssi, & ego iam cōcepta eram. Priùs quam pec- 18
catū nominaretur, aut quid esset, cognosceretur, iam Deus illam
in mente sua sanctam futuram esse decreuerat. Exiuit etiam Bea
tissima hæc virgo de cognatione sua perfectissimam virginitatē
vouens, atq; obseruans. Etenim hoc est hominū cognatione reli
Hiero. cta Angelorū propinquitatem suscipere. Vt enim B. Hierony-
mus ait, Angelis est cognata virginitas. Etiam Abraham huius
cœlestis reginæ præclarū in misericordia fuit exemplar. Adeò
quippe misericors erat hic sanctus, vt in feruore diei in ostio do-
mus suæ pauperes peregrinos reficiendos expectaret. Quamob-
Herb. 13. rem, vt ait B. Paulus, Angelos hospitio excipere meruit. Quis
igitur clementior, atq; misericordior illa, quæ per antonomasiā
misericordię mater appellatur? In pietate, ac liberalitate probata
Gene. 24. est quæ futura erat sponsa Sancti Isaac. Quod si ad nubendum
Isaac sponsa liberalis, ac misericors requirebatur: quantò libera- 19
Eccles. 24. lior, ac misericordior esse deberet, quæ Deo esset nuptura, & ip-
sius filiū genitura? Vnde illam sancta mater Ecclesia verbis illis
glorificat, dicens: Quasi oliua speciosa in campis. Nō eam appel
lat oliuam horti concluſi, ad quam difficilè potest accedi, sed cā-
porū, quia omnes ad eius misericordia perfruendū facile accede-
re possunt. In omnibus his virtutibus oportet nos cœlestem hāc
virginem imitari, castos misericordesq; esse curantes. Ad quarū
alteram consequendam magnopere altera fauet: ad interiorem
puritatem, corporisq; castitatem impetrādam misericordia val
de conducit. Præcipiebat Deus ad purificandū leprosum in sini-
Leui. 14. stra manu oleū effundi. Parùm intererat ad leprosi purificatio-
nem,

20 nē, quòd oleū in dextera, siue in sinistra manu funderetur. Sic ta-
men Deus præcepit, vt significaret ad spiritalem cordis purifica
tionem multū conducere, oleum in manu sinistra effundi, per
quam misera hæc vita designatur, in qua misericordiam nos
oportet exercere. Nam in dextera manu, quę cœlestem gloriam
significat, non erit opus oleum effundi: nulla enim ibi miseria
erit, cui necesse sit remedium adhiberi. Non opus erit nudum
operiri, neque esurientem satiari, vbi omnes beatorum spiri-
tus refectissimi, præstantissimoque splendore illustrati erunt.
Nec necesse erit ægros curari, aut mortuos sepeliri, vbi in
perpetuum perfectissima valetudine viuunt. Nec necesse erit
ignaros doceri, vbi minimus quisque beatorum omnibus huius
sæculi sapientibus est sapientior. Ideoque Deus præcipit in si-
21 nistra huius vitæ manu oleum effundi, vbi magna miseria vi-
get. Pauperes corporalibus premuntur ærumnis: ideoque cor-
poralibus eleemosynis eis subueniri necesse est. In diuitibus ve
rò spirituales sunt miseriæ, & idcircò spiritualibus subsidijs eis
oportet occurri. Diuites spiritualibus misersijs esse repletos vel
ex eo colligi potest, quòd tanta cum solicitudine terrestria que
runt, atque custodiunt. Siquis tibi aulam medicaminibus ple- *Simile.*
nam, hîc vasa vnguentis referta, illic ampullas salubribus liquo
ribus repletas ostenderet, tibique diceret: Hæc omnia sunt ad
mihi medendum, eis nanque omnibus indigeo, nunquid illius
misericordia motus ei non diceres: O frater Deus tibi valetu-
dinem conferat: plurimis te credo morbis laborare, siquidem
tot indiges medicamentis. Ecquid arbitramini fratres esse diui-
22 tias, & sæcularia bona? Beatus Gregorius hoc explicat dicens: *D. Greg. lib.*
Bona tēporalia medicamēta sunt instituta ad nostrā necessitatē 8. *moral. c.*
subleuandā. Introducit te dues in domū suā, diuitiasq; suas tibi 20.
ostēdit dicens: Vide Dñe horrea mea plena frumento, cellaria
mea vino repleta, thecas meas vestibus abūdantes, capsas deniq;
meas numis exuberantes aspicito. Merito quidē eū miserari po-
tes: nam ex eò quod tot medicamenta quæsiuit, plurimis mor-
bis laborare colligitur. Nimiū te esurire credo frater mi (ei dicere
potes) siquidē quindecim modij tritici vni homini quotānis suf-
ficiūt: tibi verò quatuor mille vix sufficiūt. Multū te sitire suspi
cor siquidē bibacissimo cuique parua quædam cuppa vini suf-
ficit: tibi verò vix viginti sufficiunt. Et sic de alijs. Ecce quomo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do locupletior est egenior, & miserior. Et ex hoc colligi etiã po- 23
test, sensuales eius appetitus viuidiores, vrgentioresq; esse, si qui
dem eum ad tot quærenda, quibus sibi satisfaciat, commouent.
Qua propter spiritali sanctę admonitionis, salûbrisq; cõsilij elee
mosyna indiget. Quia igitur tot in hoc sęculo corporales, spiri-
tualesque miseriç vigent, ideo nos oportet hîc duplex hoc mise
ricordiarum genus sacratissimam, clementissimamq; hanc vir-
ginem imitantes exercere.

Abrahã genuit Isaac. Hic S. Patriarcha est secundũ sanctissimæ
huius virginis exẽplar, atq; figura. In eo namq; illius patiẽtia, &
Gene.22. obediẽtia delineata est. Legitur enim de Abraham: Tulit ligna
holocausti, & imposuit super Isaac filiũ suũ: qui onus illud æquo
animo suscepit. Hanc etiã gloriosissimã virginẽ plurimis Deus
laboribus onerauit, quę omnia libentissimè, ac patiẽtissimè tole- 24
Prou.8. rauit. Et ita eã sacro sancta mater Ecclesia verbis illis glorificat,
quæ in sancta hodiernę epistolæ lectione decantat dicẽs: Quãdo
pręparabat cęlos, aderã: quando certa lege, & gyro vallabat aby-
sos, quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarũ,
quando circundabat mari terminum suum: & legem ponebat
aquis, ne transirent fines suos quando appendebat fundamenta
terræ cum eo eram cuncta componens. Hæc omnia ad literam
de diuina sapientia intelliguntur, quæ cum æterno patre cuncta
creauit. At verò Sancta Ecclesia illa sacratissimæ virgini Mariæ
Dominæ nostræ attribuit, quæ rẽparationis nostræ operibus
affuit, magnosque labores in eis simul cum pretiosissimo filio
Simile. eius compassa est. Cœlos, hoc est iustos diuinus hic Dñs in cru- 25
ce præparauit, sicuti latomus in vno loco lapides præparat, & in
alio illos cõstruit. Sic Dominus sanctos in cruce præparauit, gra-
tiã, scilicet, qua iustificarentur, illis promerẽs vt illos in cœlestis
gloriæ constructione collocaret. Tuncque certa lege vallabat
abysos. Ante sacratissimam ipsius mortem bonos, & malos in-
ferni deuorabat abysus, etsi diuersis eos locis repoñebat: in cruce
verò legẽ eis Dominus fanxit, vt malos tantũmodo deglutiret.
Illic etiam æthera firmabat sursum, qui sunt Angeli. Nam, vt di-
Bern. cit Beatus Bernardus super illum locum: Factus est pro nobis
sacrificium, Angeli per merita Dominicę passionis in gratia per
stiterũt: & sic firmitatẽ illã eis in cruce promeruit. Ibidẽq; libra-
bat fontes aquarũ: nam in cruce lachrymis, pijs operibus, pœni-

ten-

26 tentiæq; nostræ pondus contulit, & valorem. Illic appendebat
fundamenta terræ. Fundamenta terræ, quibus terrestres filij hu-
ius sæculi innituntur, sunt diuitiæ, honores, voluptates, ac cæte-
ra huiusce modi: quæ omnia quasi latrones supernus Iudex Ie-
sus Christus in cruce suspendit. Cùm enim illic nudus, contume
lijs, atque opprobrijs affectus, tormentisq; crudelissimis vndiq;
circunseptus existeret, nihil terrestre quicquam apud nos valere
debere nos docuit. Et sicut homines oculos, ac nares occludũt, ne
longo ex tẽpore suspensa hominũ cadauera perspiciant, aut eorũ
fœtorem percipiant, quia nauseam, & horrorem gignũt, ità etiã
nos sæcularia omnia fugituros, atque execraturos esse demon-
strauit. Dicit igitur sancta Ecclesia sacratissimæ virginis nomi-
ne: Quando filius meus in cruce pendebat omnes illos labores
27 perferens, atque hæc ineffabilia beneficia in homines confe-
rens, cum eo eram cuncta componens. Nam corpus illud san-
ctissimum, in quo verbum diuinum illa omnia operabatur,
meum corpus erat, illud enim à purissimis visceribus meis susce
pit, ego illic cum eo afflictionibus, atque angustijs onustra mo-
rabar. Sanctissimus filius meus illic corpore: ego verò anima cru
cifixa eram. Illius caput spinis coronatum erat, meum autem
cor doloribus circunseptum. Et quanquam hoc grauissimum
fuit onus, maiori tamen illud patientia tolerauit, quam Isaac
onus sibi à patre impositum pertulit.

Isaac autem genuit Iacob. Sanctus hic patriarcha aliud etiam
exemplar, atque figura fuit excellentiarum huius glorioſæ
reginæ. Dicitur sanctus hic vir tota nocte cum Domino fuis- *Gene.32.*
28 se colluctatum, cui aduenientе aurora dixit Dominus, Dimit-
te me, iam enim ascendit aurora. Vnum ex nominibus, quæ
diuinæ literæ sanctissimæ virgini imponunt, est: aurora. Et *Cant.6.*
sic dicitur: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consur-
gens? Aurora dicitur quasi aura rorans. Manè enim excidit ros,
quo herbæ, ac flores in virore, ac pulchritudine sua conseruan-
tur: & plurimi flores, qui nimio solis æstu marcuerant, auroræ
distillantis rore reuirescunt. Hæc omnia speciosissimæ huius
auroræ rores spiritaliter efficiunt, qui sunt cœlestes ipsius fauo-
res, & auxilia, quibus perfusi iusti tanquam flores in gratiæ pul
chritudine, ac virore cõseruantur. Qui verò prę concupiscẽtiæ
calore marcuerant, gratiãq; perdiderant, his cœlestibus roribus

irrigati conuertuntur eamq; recuperant. Sõnus in aurora perce-29
ptus est dulcissimus: ità etiam somnus contemplationis mysterio-
rũ, quæ Deus in hac admirabili virgine fuit operatus, est de-
uotis, pijsque animis suauissimus. Manè ardua quæque, ac magni ponderis negotia optimè peraguntur. Sic, si cum Deo aliquid agere vultis in hac aurora fieri oportet, ideſt, sacratissimã hanc virginem mediatricẽ constituere debetis. Antequã hæc aurora mũdo illucesceret, luctamen, & contẽtio inter Deũ, & homines erat. In tota legis veteris nocte homines Deo peccatis suis bellũ inferebãt: Deus autẽ eos grauissimis supplicijs impugnabat. Vn
Psalm. 105. de dicit Propheta. Exacerbauerunt eũ in cõsilio suo, & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Hoc est, tribulati, & afflicti sunt propter peccata sua. Adueniente autẽ hac splendidissima aurora dicit Deus humano generi: Dimitte me, iam enim ascendit aurora. 30
Hoc est, rationi dissentáneũ est plures inter me, & vos esse cõtẽtiones, & luctamina, cũ talem habeatis aduocatã. Ex hac aurora procedet sol iustitiæ Christus Iesus, filius meus, qui vos in mei amore inflãmabit: sicuti reuera fecit, quãtũ est ex se, sanctissimorũ exẽplorũ, cœlestisq; doctrinæ suæ radios immittẽs. Hic S. Patriarcha Iacob humillimus fuit, atq; summissimus: de illo nan-
Gene. 33. que refert scriptura: Prospiciẽs fratrem suũ Esau ipse progrediẽs adorauit pronus in terram septies donec appropinquaret frater eius. O admirabilem viri sancti humilitatem, qui ante pedes ho-
Gene. 47. minis peccatoris septies fuit cõsternatus. Posteaq; cũ eũ Pharao interrogaret dicens: Quot sunt dies annorũ vitę tuæ? respondit: Dies peregrinationis vitæ meæ cẽtũ triginta annorũ sunt parui, & mali. Vbi etiam eius humilitas illuxit: siquidem annos, quos 31
optimè in diuino ministerio cõsumpserat, paruos appellauit, & malos. In his omnibus profunda sacratissimę virginis humilitas, & mira submissio satis delineata est. Quod apparet in eo, quod
Luc. 1. Dei mater electa dixit: Ecce ancilla Dñi. Et in suo cãtico dixit:
Ibid. Quia respexit humilitatẽ ancillę suę: ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Vbi reuerà confessa est, cũ ipsa esset ex se vilissima, atq; abiectissima, eò quòd De[i] infinitæ clemẽtię suę oculos in eã iniecerit, sic beatã illã effecisse. Aut, quæret quispiam, vnde gloriosæ huic Dominæ tã perfecta humilitas aduenit? Etenim humilitas, atq; animi submissio ex vno triũfontium dimanare cõsueuit. Nõnullis quippe ex plurimis, grauissimisq;

sce-

32 sceleribus admissis aduenit. Ideoq; aliquando permittit Deus nõ nullos superbos in grauia peccata corruere, & propterea ignomi-
Psalm. 118. nia affici, vt pudore confusi humilientur. Vnde Dauid ait: Priùs quàm humiliarer, ego deliqui. Videamus ergo, nũquid humilitas huic sacratissimæ Dñæ aduenit, eo quòd peccatũ aliquod admiserit? Non vtiq;: nõ ex hoc illi fonte dimauit, abiecta quippe, & vilis est humilitas ex peccato dimanans. Alijs aduenit humilitas non ex grauibus peccatis, quę admiserint: sed ex timore, quo
1. *Cor.* 10. se illa cõmittere posse cognoscunt. Et hoc admonet B. Paulus dicens: Qui stat, videat ne cadat. Ecquis adeò erit elatus, qui assidua offendicula, quæ sunt in humana vita perspiciens, nõ humilietur? Si eleemosynam facis inani gloria oppugnaris. Si illã negas impietatis, & auaritiæ argueris. Si inferiores tuos punis, ira re-
33 pleris: si eos impunes dimittis, in omissionis, ac remissionis culpã incidis. Si nimiũ comedis, incidis in gulam: si non comedis, pigritia repleris. Si tibi beneficia conferuntur, in ingratitudinẽ laberis, nisi illa accipias, proximorũ tuorum famam obtrectas. O Deus infinitæ potẽtiæ (quæ tua est pietas) nos tot, ac tantis periculis libera. Ex horũ periculorũ consideratione magna prudentibus oritur humilitas, considerantibus, se, si nõ cadunt, cadere posse. Verum neque ex hoc fonte sanctissimæ huius virginis humilitas dimanauit: nam non solùm non peccauit, sed confirmationis suæ conscia fuit, seque peccare non posse certè cognouit. Et sic dixit: Beatã me dicẽt omnes generationes: intelligebat enim se in æternũ fore beatã. Alijs prouenit humilitas ex plurimis beneficijs, quæ ab alijs perceperunt. Et sic semper humiles incedũt,
34 & vt Hispanè dicimus (*Pecho por tierra*): quia tanta se beneficiorum multitudine deuinctos animaduertunt, vt nullatenus se illis satisfacere posse cognoscant. Ex quo fonte huius gloriosæ virginis humilitas mira profluxit. Ex sic iure optimo dicere possumus, illam iuxta hoc humillimam purarum omnium creaturũ esse oportere, quia maiora beneficia, quàm omnes à diuina manu percepit. Et tanquam gratissima cognoscens quanto beneficiorũ numero esset astricta, seque nullatenus tot tantisque beneficijs satisfacere posse perspiciens semper in diuino cõspectu profundissimè humiliata fuit. Et propter hanc humilitatem disposita est, vt à diuina maiestate indies beneficia maiora perciperet. Hanc igitur fratres charissimi submississimã, atque humil-

Universidad de Deusto Biblioteca

limã virginem diuino gratissimam cõspectui suppliciter depre-
cemur, vt nobis auxiliũ consequatur, quò hîc humiliemur. Quã
to enim profundius in hoc sęculo humiliati fuerimus, tantò cel-
siùs nos diuina maiestas per gratiam, & in futuro per gloriã subli
mabit. Ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodem Festo Natiuitatis sacratissimæ Virginis Mariæ Concio Quarta.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Matthæi. 1.

Roman. 4. BEatus Paulus Apostolus in ea, quam scripsit ad Romanos mirificam Patriarchæ Abrahæ fidem valde commendat dicens: Qui contra spem in spem credidit. Et Paulò inferiùs addidit: Plenissimè sciens quia quæcunq; promisit Deus, potens est facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Hęc omnia dicit Sanctus Apostolus, quia hæc quæ illi Deus promisit, humano videri, impossibilia videbantur: videlicet, senem centenarium in longæua, & sterili vxore filiũ esse geniturũ: deinde iubens illi filiũ sacrificare sibi, in illo tamen omnes gentes esse benedicendas. Nõ
Genes. 17. solùm autẽ in diuinis literis hęc fides, verùm & profunda ipsius 2 humilitas, atq; obedientia maximè cõmẽdatur. Nam cùm Deus eũ bis alloqueretur, pronus in faciẽ cecidit. Præcipienteq́ue ei Domino, vt ipse se, filiumq; suũ Ismahelem, ac vniuersam familiã circũcideret, cùm iã nonagenarius esset, dicit sacer text. Cùmq́ue finitus esset sermo loquentis, omnia opere compleuit in
Genes. 22 ipsa die sicut præceperat ei Dominus. Posteaq́ue promittens ipse Deus se in Patriarcham Isaac singularia beneficia esse collaturum ei causam assignauit dicens: Eo quòd obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta, & mandata mea. Quasi diceret: Non propter iustitiam tuam hęc in te beneficia confero, ideo nè superbias: sed quia patris tui obedientia singularis hæc,

&

3 & plura promeruit. In quo quantum Deus operum iustorum hominum meminerit, quàmq; tenaci ea memoria teneat, demõstratur, & per aliorum merita alijs benefacere declaratur. Et in hoc admonemur, vt etiam obediẽtes simus, siquidem Deus obtemperantibus sibi tam abundantia dona retribuit, sicut Hieremias Propheta docet dicens: Non cesset manus tua: est enim *Hierem. 31* merces operi tuo. Optime hoc vnusquisque iustorum intelligit: siquidem in Prouerbijs dicitur: Mens iusti meditabitur sa- *Prou. 5.* pientiam, ideſt, meditabitur, quomodo debeat obedire. Et alia translatio habet: Mens iusti meditatur obedientiam. In quo denotatur perseuerantia, qua iustus considerat quomodo obediturus sit: siquidẽ in præsenti in eo meditatur, idemq; in futuro tempore faciet. Vbi etiam alij transtulerunt: Mens iusti meditabitur
4 sapientiam. In quo Deo parere singularem obedientiam esse significatur. Deniq; adeó sanctus hic Patriarcha Dei timens erat, cognoscẽs cõtinuũ tẽporaliũ bonorũ successum maximũ reprobationis signũ esse, vt cùm sibi Deus aduersus quatuor reges vi- *Genes. 14* ctoriã cõcessisset veritus fuerit, nè forte Deus hoc ipsum prẽmio donãs se ab æterno excludere vellet. Cùm autẽ Deus illũ tãtopere diligeret, statim voluit eũ illo timore liberare certiorẽ faciens, se illũ ab æterno præmio nõ exclusisse: vt patet inferiùs dicẽs ei: *Gene. 15* Noli timere Abrahã: Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Quasi diceret: Ne timeas: nã præmiũ tuũ præcipuũ, nõ tẽporale quidẽ, sed æternũ erit. O si timor hic hominũ cordibus dominaretur quantò magis prosperis, quàm aduersis euentibus cõtristarẽtur. Cùm vero non futura quidem, sed præsentia solũ cõ
5 siderent, calamitatibus contristantur, & patientiam amittunt, diuinamq; maiestatẽ sæpe offendunt: prosperitatibus autem delectantur. Longũ quidẽ esset, si nũc huius sancti Patriarchæ Abrahæ, filijq; eius Isaac, & nepotis Iacob virtutes recẽsere vellemus.

Quod cùm ita sit, valdè mirãdũ est, quare spiritus sanctus Dauid his sanctis Patriarchis præferre voluerit, illũq; prius commemorauerit dicẽs: *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abrahã.* Cuius triplex assignatur ratio. Prima est: q̃ quẽadmodũ peccata, quę ex pura malitia sine occasione cõmittuntur, Deo sunt nimis execrabilia: sic virtutes, sine occasione peractæ gratissimæ sunt diuinæ maiestati. Dicit Deus: Tres species odiuit ani- *Eccles. 25.* ma mea & aggrauor valdè animæ illorum: pauperem superbum

bum: diuitem mendacem: & senem insensatum: Digna vtique 6
sunt hæc verba pensatu. Quid Domine? nunquid alia peccata
non sunt, quæ tibi magis aduersentur, maioremq; malitiã præse
ferant? Sũt vtiq;: nã pauperem superbire, inanitas magis, & amẽ
tia, quàm peccatũ esse videtur. Diuitem mentiri, negligentia po
tius, & mala consuetudo, quàm graue facinus dici potest. Senem
q́ue fœminas adamare, & sonalia ex canis suspendere deliri, ca-
duciq́; potiùs hominis, quã peccatoris factũ esse videtur. Dico, si
hęc peccata in superficie, atq́; vt in litera sonãt, considerẽtur, alia
cõplura grauiora esse peccata, Deoq́; execrabiliora, quęq́; homi
ni maius afferũt detrimentũ. Si autẽ attẽdatur, quod sub hoc cor
tice Spiritus sanctus significat, & quid in his rebus expetit, ea di-
uinę maiestati nimis odibilia esse cognoscẽtur. Vnde hoc dicere
perinde est, ac si diceret: Iis grauissimè peccatis offendor, quæ fa 7
ciendi nullã aliã homo occasionẽ habet præter suãmetipsius ma
litiã. Et sic dico pauperem superbũ mihi esse odibilẽ. Pauperem
mẽtiri non est mirũ: necessitas enim sæpenumero hominẽ ea di-
cere, atq; aliquando facere inuitat, quę ipse minimè vellet. Diui-
tẽ superbire, nõ est mirandũ. Cũ enim domũ suã rebus omnibus
adeò refertã, se tã pretiosis vestibus indutũ, tãtã auri, argẽtiq; co
piã, tantũ famulatũ, nihil deniq; tẽporale sibi deesse perspiciat,
quid mirũ si superbiat, ac inani arrogantia efferatur? Diuitẽ autẽ
mẽtiri, pauperẽq; superbire, hoc magnã malitiã prę supponit, si-
quidẽ sine occasione fit. Iuuenẽq; imprudentẽ errare, operaq; in
cõsiderate peragere, nõ est mirandũ: aliquod enim excusationis
genus habere videtur. Senẽ autẽ, qui iã prope est, vt ab hac vita
discedat, insanire, qua potest excusatione subleuari? Quia hęc 8
peccata eius sunt cõditionis, vt homo ad ianuã illis aperiẽdã nul-
lã habeat occasionẽ, neq; facti huius excusationẽ, se dilla ex pura
malitia perpetrarit: idcirco apud Deum adeò sunt execrabilia.
Quẽadmodũ igitur hæc peccata, quia ex pura malitia & sine oc-
casione committuntur, diuinę maiestati odibilia esse dicũtur: sic
vice versa bonũ opus, quod sine occasione perficitur, ipsi gratissi
mum est. Status diuitũ, atq; potentiũ huius sęculi plurimas ha-
Ezechi. 16. bet malorum occasiones. Vnde reddẽs Ezechiel Propheta ratio
nẽ, quare Sodomitæ, atq; Gomorrhæi adeò mali fuerunt dicit:
Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis,
Gene. 13. & abũdãtia, & otiũ ipsius & filiarũ eius. Et vbi primũ diuina scri
ptura

9 ptura retulit abundantiam vallis Sodomę, vbi quinque illæ ne-
fandæ vrbes sitæ erant dicens illam esse quasi paradisum Dei,
statim addidit dicens: Homines autem Sodomitæ pessimi
erant, & peccatores coram Domino nimis. Causamq; vniuersa- *Gene. 6.*
lis diluuij dicit fuisse; quia filij magnatum, atq; eorum, qui, quia
Dei loco alijs præerant, dij vocabantur, ob parentum suorũ po-
tentiam filias hominum, ideſt, alienas vxores alijsq; viris matri-
monij vinculo alligatas tyrannicè vsurpabant, eisque tanquam
proprijs vtebantur: solum modo quia earũ illis pulchritudo pla-
cebat. Et hoc significant verba illa: Videntes filij Dei filias ho-
minum quod essent, pulchræ, acceperunt sibi vxores ex om-
nibus, quas elegerant. Cum igitur diuitum magnatumq; condi
tioni tot malorũ adhæreant occasiones, necessumque fit quen-
10 quam illorum magnam sibi inferre violentiam, vt aliquid Deo
gratum, æternæque beatitudinis dignũ efficiat. Maximi Deus
æstimabat Dauid, quia cùm rex potens esset, tamque liber, atq;
omnibus rebus abũdaret, adeò humilis fuit, vt dixerit: Ego autẽ *Psalm. 39.*
mendicus sum, & pauper. Quasi diceret: omnia mea ita possi-
deo: quasi ostiatim ea fuissẽ mendicatus. Et sic diuitijs illis, atq;
potentia vsus est, vt omnia illa in Dei seruitute consumeret: si- *Psalm. 58.*
cut ipse fatebatur dicens: Fortitudinem meã ad te custodiam. Si
quidem igitur Deus diuitum, potentiumque virtutes tanti æsti
mat, eo quòd inter multas malorum occasiones fiant, curate fra-
tres charissimi ij, qui in isto statu constituti estis, vobis violen-
tiam inferre, occasiones istas superantes, pijsque operibus inten-
dentes, siquidem diuinæ maiestati adeò grata sunt. Qui autem
11 pauperes estis, Deum glorificate, qui vos in ea conditione collo
cauit, vbi plurimæ vobis sunt bonorum occasiones, dummodo
labores eius æquo animo toleretis. Secundò voluit Dauid cæte
ris patribus anteponi, vt nos doceret in aliqua re oculos consti- *Eccles. 3.*
tuere, quæ nobis causa sit humilitatis. Spiritus sanctus ait: Quan
tò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies
gratiam. Pretiosę margaritæ auro cælari solent, quod illarũ splẽ- *Simile.*
dori est valde contrarium. Et quia si immediatè super aurum
construuntur, splendorem amittunt, idcircò aurifices inter eas,
& aurum parum luti collocare consueſcunt, vt ità gemmæ ni-
torem suum conseruent. Magnates, atque potentes viri dicũtur
illustres, quia inter cæteros plebeios homines sunt tanquam mar
garitæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

garitæ pretiosæ. Hi tanquam gemmæ statuum suorum auro 12
sunt cælati. Alij quippe quinque, alij decem, alij deniq; viginti
quotannis mille aurei redduntur. Hoc autem aurum animi splē
dori, atq; virtuti vehementer aduersatur. Idcirco inter aurū istud
& gēmas lutū, ideſt, humanæ fragilitatis, festinæq; mortis aduen
tus assiduam considerationem oportet imponi: & cum hoc luto
pretiosæ margaritæ in virtutis, diuiniq; timoris splendore con-
seruabūtur. Ideo dicit spiritus diuinus: Quantò magnus es, humi
liate in omnibus. Vt autē profundius humilieris, in ea, quæ te ad
humilitatē, tuiq, ipsius abiectionem prouocent, oculos conijce,
sicut in fragilitates, defectusq; tuos, & in aliquē, si fortè in genere
tuo vilis fuerit, & abiectus. Hoc quippe nos hic Dominus erudit.
Qui cùm filius verus esset Dei, & sanctissimę virginis Marię, ple
runq; filius hominis, non autem Dei vocabatur, quia hic est hu- 13
milior titulus. Sic etiam cùm quatenus homo hos duos inter cæ-
teros haberet progenitores, Abrahā, scilicet, & Dauid, priùs in
hac sancti Euangelij lectione Dauidis, quàm Abrahæ filius vo-
luit nuncupari: quod ob maiorem fecit humilitatem.

Tertiò hāc sanctorum Patrum seriem ità disposuit, vt nos do-
ceret, talem sedem nobis in domo Domini esse concedendā, qua
lē opera nostra in diuino ipsius fauore, & gratia nobis dederint.
Itaque si peccator pœnitētiā agere volet, & plurima virtutis ef-
fecerit opera, in diuino conspectu multis iustis poterit anteponi.
1. Ioann. 1. Et sic dicebat D. Ioannes. Quod vidimus, & audiuimus, annun-
ciamus vobis, vt & vos societatē habeatis nobiscum, & societas
nostra sit cū Patre, & cū filio eius Iesu Christo. In quibus verbis
manifestat B. Apostolus ad quantā sublimitatē peccatores peruer- 14
nire possint, si voluerint: siquidē sanctorū Apostolorum in Apo
stolica vita, quam gesserunt, comites esse possunt. Quod cùm ità
sit fratres dilectissimi, tanto, tāque salubri pœnitentiæ remedio
vti curate, siquidem ad tantā sublimitatē animos erigit. Meritò
etiam hic quæri potest, quomodo diuinus humilitatis magister
Christus Saluator mundi tā curiosus fuerit, vt sic minutim gene-
logiam suam voluerit scribi, in quo visus est sæcularium homi-
num, & de generis potiùs nobilitate, ac splendore se iactantium
quàm bonorum operum claritate nitere, curantium fatuæ va-
nitati fauere. Videturque voluisse, vt hic nobilitatis suæ testi-
monium à maioribus suis illectum (ideſt, (*Vna Executoria de hidal-*

15 *hidalguia*] scriberetur: cùm tamen ipse dixerit: Claritatem ab ho *Ioan. 5.*
minibus non accipio. Non ego (inquit) honorem ab hominibus
capio: imo potius eis gloriam, ac splendorem impertior. Dico
relictis alijs rationibus, quas super hoc Euangelium superiùs as-
signaui dominum in hoc non curiosum quidem videri, sed occa-
sionem potius præbere voluisse, quo sanctissimæ genitricis suæ
præclarissima pietas, atq; eximia sanctitas clarius illuceſceret. So
lā sæculare nobilitatē in ea constituit: omnia alia bona huius sæ-
culi abea seperauit. Neque enim eā diuitijs locupletauit, neq; ad
sublimes sæculariū dignitatū gradus illā euexit: sola generis no
bilitate illustrauit. Nā quēadmodū literarū scientia super gene-
ris nobilitate cōstituta magis apparet: ita vt par in duobus viris,
altero nobili, altero infimæ conditionis sapientia magis in illo,
16 quàm in hoc splendeat: sic etiam virtus in nobili, quàm in igno-
bili genere clariùs illuceſcit. Idcirco non solū Dñs sacratissimam
genitricem suam plurimis virtutibus voluit exornare, sed illud
etiam, quod eas rutilantiùs faceret splendere, in illa voluit collo-
care. Quia præclarissimæ huius cœlestis reginæ virtutes vniuer-
so mundo heroico pietatis exemplo futuræ erant, vt sublimiùs
efferrentur, atq; omnibus apertiùs innoteſcerent, tanta eam re-
gij sanguinis nobilitate decorauit. Voluit etiam genus suum scri
bi, vt quod innocentissima hæc Domina passa est, intelligere-
tur. Circa quod oportet vos animaduertere, in humana vita di-
uersa martyriorum incruentorum esse genera. Quenquam esse
iuuenem sanū, & speciosum, & castitatē obseruare genus est mar
tyrij. Hic etenim stimulū, & tortorem carnis suæ habet, à quo
17 passim colaphizatur, & assiduò contorquetur. Quenquam esse
diuitem, & simul sobrium certum est etiam mar tyrij genus.
Quenquam rebus omnibus abundare, & tamen non lautè, sed
parce comedere, ac ieiunare, martyrij genus esse videtur. Quen-
quam Deum non offendere, sed quoad potest ei seruire curare,
seque pauperē, infirmū, tribulationibus concussum & ab omni-
bus abiectum malos autem diuites, prosperos, atque potētes ad
uertere, magnum est martyrij genus.

At inter hæc omnia tormentorum genera vnum mihi marty
rium peculiarius esse videtur: scilicet, virginē nobilissimā, quęq;
à tot regibus originē ducebat, adeò pauperē esse, vt victū sibi ne
cessariū manib⁹ cōpararet. Hoc martyrio voluit De⁹ sacratissimā

geni-

Universidad de Deusto Biblioteca

genitricẽ suã cruciari, quod cũ inter filias hominum esset nobilissima, tã pauper esset vt præ summa inopia in stabulo pareret. O virgo singularis, quæ neq; similẽ visa es, nec habere sequentẽ. O martyr incõparabilis quis amodo, ò Domina mea paupertatẽ oderit, siquidẽ Deus te, quã maximè diligebat, pauperrimã esse voluit? In hac etiã Sancti Euangelij lectione docemur, quàm parui Deus nobiles æstimat, nisi virtutibus illucescant: quando quidẽ in hac sacra Domini genealogia plurimi reges intexuntur, qui nunc gehennalibus ignibus cõburuntur: Ioram Rex fuit filius Iosaphat, & auus Saluatoris, & tamen in inferno nũc propter tyrãnides, quibus vsus fuit, ardet. Achaz rex fuit & filius regis, & pater regis, & auus Iesu Christi filij Dei, & tamen inferni nũc cruciatibus contorquetur. Et Amon rex etiã fuit paterq; sanctissimi Regis Iosiæ, filiusq; Manasses, qui magnã dicitur egisse pœnitentiã: auusq; fuit filij Dei, & propter ipsius abominationes in inferno cõmoratur. Idcirco nemo arbitretur, eò quòd nobilis, aut etiam filius sanctorũ sit, se esse saluandum. O sancte Deus si per diuinã dispensationẽ inferni carceres hodie viseretis, quot reges, duces, atque magnates illic perpetuis cruciatibus torqueri videretis. Idcirco iure optimo dicit B. Hieronymus: Nobilitas vera est clarũ esse virtutibus. Dignũ est etiã scitu quare Sanctus Euangelista tres reges Ocozian, Ioan, & Amasiã ab hac Domini genealogia sustulerit. Nã Ioram genuit Ocozian: Ocozias autẽ genuit Ioan, Ioas autem genuit Amasian: quibus omnibus prætermissis ad Osiã migrauit, qui fuit filius Amasiæ, Siquis dicat, eos fuisse silentio prætermissos, quia maximi peccatores fuerunt, non hæc vtiq; causa fuisse videtur, alij enim tot & tantaq; peccata cõmiserunt, quos tamen Sanctus Euangelista recensuit, sicut apparet in idololatrijs, atq; abominationibus Salomonis, qui totà Deo perceperat beneficia. Quare igitur hoc memorato alios prætermisit? Dico eũ sic fecisse, vt diuini verbi excellentiã, eiq;, atque ipsius ministris debitã reuerentiã demonstraret. Etenim hos tres reges diuino verbo restitisse, Deiq; ministros immaniter tractasse legimus. Dicitur Ioas occidisse Zachariã, quia ei vera dicebat. Et dixit Rex Amasias prophetæ cuidã ipsum Dei nomine reprehendẽti: Nũ consiliarius regis es? Quiesce, ne interficiam te. Eximia est diuini verbi laus quòd quia illud contẽpserunt eius derisores Deus à genealogia sua tollat, & dicat:

4. *Reg.* 8.
4. *Reg.* 18.
4. *Reg.* 21.
Hieron. in epist. ad. Celan.
4. *Reg.* 12.
1. *Paralip.* 24. & 25.

21 dicat: Nolo patrem meũ, meum esse patrem, quia verbum meũ spreuit. Vnde infertur, quàm grauibus supplicijs puniendi sunt sanctissimi Euangelij contẽptores, quod diuino ipsius ore prædicatum fuit. Quando Hierusalem destructa fuit, destructionis illius Deus causam assignans dixit: Quia subsannabãt nuncios Dei, & parui pendebant sermones eius, illudebantq; Prophetis, donec ascenderet furor Domini in populũ eius, & esset nulla curatio. O rem dictu, atque auditu metuendam. Quod suppliciũ fratres mei vos à diuina maiestate percepturos speratis, qui nunc Euangelicæ doctrinæ prædicatorum verba tam parui æstimatis, eorumq; sermonibus illuditis, & eos obrectatis? Deus mentes vestras illuminet, quò tantum malum cognoscentes ab eo resipiscatis.

2. *Paral.* 36.

22 Progreditur Sanctus Euangelista Patriarchas hos recensens quoadusque ad sacratissimam Virginem Mariam peruenit. *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* In his verbis includitur causa perfectionum singularium sanctissimæ huius Dominæ. Etenim quæ species, quæ virtus, quæ gratia, quæ denique gloria Dei genitricem dedecebat? Laxis habenis contemplamini, mentẽ diffusissimè extendite, Virginemq; cogitatione depingite purissimam, prudentissimam, speciosissimam, deuotissimam, humillimam, mansuetissimam, omnibus denique gratijs, omnibus perfectionibus, atque virtutibus refertissimam: & tamen quicquid mente concipere poteritis si cum innumeris huius cælestis Imperatricis excellentijs conferatur, quasi nihil esse videbitur. Diuus Paulus dicit de Abraham: Non per legem promissio Abra-
23 hæ, vt hæres esset mundi, sed per iustitiã fidei. Admirabilis promissio fuit hæc Abrahæ facta, vt totius mũdi esset hæres. At, vbi tanta promissio legitur adimpleta? In Christo vtiq; reparatore nostro, de quo dixit ipse Sanctus Apostolus, quem constituit hæredem vniuersorũ. Et ipse Dominus dixit: Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Quia verò Abrahã eius auus fuit, ideò totius mundi hæres dicitur esse, cum Christus Redemptor noster illius hæres extiterit. Vnde infertur quantò maiori ratione gloriosa hæc Domina cælorum terræq; vocetur Imperatrix, cùm ipsa sit genitrix, de qua natus est Iesus. Noluit Spiritus sanctus eius virtutes scribi, neque aliud quicquam de illa in hoc sancto Euangelio dici, nisi: *De qua natus est Iesus*, quia eã tubi quò perfectiorem

Rom. 4.
Hebr. 1.
Matt. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fectiorem poteris, mẽte contemplandam reliquit. Vbi enim to-24
tum, quod est illam Dei genitricem esse, positum est, non opus
erat pluribus. Nam si qua remaneret virtus, quin scriberetur, exi
stimares illam in sacrosancta Dei genitrice non fuisse: ideòque
omnia voluit prætermitti. Nam si tales effecit Deus alias virgi-
nes, quæ sanctissimæ genitricis suæ ancillæ fuerunt, qualem eã
Psal. 44. oportuit effecisse? Idcirco dixit Dauid: Adducentur Regi virgi-
nes post eam: quia omnes sunt illi inferiores, neque tanta perfec-
tione pollent. Ex his etiam verbis: De qua natus est Iesus: vna
peculiaris excellentia denotatur amoris, quo cælestis hæc Do-
Simile. mina Deum amauit. Amor quippe est sicut aqua, quæ natura-
liter descendit, & non sine artificio ascendit: si quod autem est ar
tificium, ascendit quousque origini suæ adæquatur. Vnde Bea-
Iacob. 1. tus Iacobus dixit: Omne datũ optimũ desursum est descẽdens à 25
patre luminũ. Inter dona verò optima vnũ peculiare nimis est
amor: qui à Deo ad homines, & inter homines à parẽtib⁹ ad libe
ros descendit. Vt autẽ hic amor velut aqua ad suũ fontem iterum
ascendat, vsus est Deus artibus suis diuina illi præmia constituẽs
Prou. 4. cum dixit: Ego diligentes me diligo. Et Ioannes ait: Si quis dili-
Ioan. 14. git me, Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansiõ-
nem apud eum faciemus. Si autem duplex amoris terminus ita
connexus daretur, vt alter esset alterius principium, & è con-
tra, absque arte, sed naturali cursu amor ad alterutrum termi-
num suauiter duceretur. Hoc solum modo inter Christum Sal-
uatorem nostrum, & sanctissimam Virginem matrem eius
fuit inuentum. Nam ille, quia est Deus, est sui matris initium:
ipsa verò, quia mater, causa est filij quatenus hominis. Ita- 26
que mater à filio procedit, & sic naturali cursu amor à filio ad
matrem defluit. Et quia filius à genitrice dimanat, naturali
etiam fluxu amor matris ad filium descendit. Ideòque singu-
Cant. 2. lariter ipsa dicere potest illud Canticorum: Dilectus meus mi-
hi, & ego illi.

De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus, id est, vnctus, non ma-
terialibus quidem olei vnctionibus, sicut reges, ac sacerdotes vn-
Simile. gi consueuerant: sed oleo lætitiæ, gratiæ, ac misericordiæ. Ad la-
nam, comendam, id est, [*para cardarla*] atque ex ea pannum effi-
ciendum, quo homines induantur, opus est eam oleo conspergi,
& sic facilis est adaptatu. [*Assi podemos dezir que no vno modo para*
labrar

27 *labrar y cardar al hijo de Dios para que se vistiesse nuestra desnudez, hasta*
que fue Christo vngido y humanado] Sicque tam mitis, atque suauis
man sit, vt ineffabili patientia sacratissimam carnem suam plu-
rimis verberibus, sacratissimum caput acutissimis spinis, diui-
nosque pedes, ac manus suas crudelissimis clauis, [*Sufrio ser carda-*
dos y laurados.] O benedictus, & glorificatus talis Deus, qui tales
modos exquisiuit, quibus, furorem suum, quo propter scelera
nostra in nos erat concitatus, mitigaret, nosque misericordiæ suę
viscеribus indueret. Tullius dicit: Furor viri nusquam melius *Tullius.*
mansuescit, quàm per prudentem mulierem. Nec verò mirum
est viros à fœminis domari, ac mitigari, siquidem ipsa bruta etiã
animantia domare consuescunt. Nam naturales Philosophi di-
cunt, vnicornem animal esse ferocissimum, quod nulla potest ar
28 te domari: cui si offeratur Virgo, statim in eius sinum immitti-
tur, ibique se vinciri patitur. Dicit Dauid: Dilectus quemadmo- *Psal. 28.*
dum filius vnicornium. Quæ verba Deo nostro aptè applicari
possunt: qui cùm esset quasi vnicornis adeò ferox, atque terribi-
lis, vt nullis vnquam orationum, suspiriorum, atque lachryma-
rum artibus sancti Patres eum vincire, aut domare potuerint,
vbi primum purissima illa Virgo Maria in conspectu eius di-
xit: Ecce Ancilla Domini: statim quasi mansuetissimus agnus *Luc. 1.*
mitigatus est, & in purissimorum ipsius viscerum sinu se huma
nitatis nostræ vinculis alligari passus est. Et glossa super Iob di- *Glos. sup.*
cit, vnicornem vt primum vincitur, statim mori. Sic vnigenitus *Iob. 19.*
filius Dei vbi primum incarnatus est, statim per voluntatem, ac
votum obijt se se in illo instanti morti offerens. Diues coram
29 egenis de diuitijs se se iactare non solet; nam se coram illis de
substantiæ multitudine iactare, esset dicere: Petite, petite à me.
Sic Rex quantumuis sit clemens gaudet seuerus ab omnibus
æstimari. Noster autem diuinus Saluator Iesus Christus inter
tot pauperes, atque peccatores, quot in hac sancti Euangelij le-
ctione recensentur, vult vocari Christus, hoc est, gratiæ, ac
misericordiæ dies, mansuetissimus, clementissimusque, vt
omnibus innotescat se magnopere desiderare, vt homines ab
ipso beneficia petant, & confidenter ad se accedant, atque ex cle
mentia sua fructum percipiant.

De qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Hoc sigillum humanũ *Gene. 1.*
esse perfecit. Cũ Deus aliqua minus perfecta, sicut aquã & terrã

Universidad de Deusto
Biblioteca

creasset, illa perspexit, bonaque esse vidit. Quando autem de firmamento locutus est, etsi grandis, atq; mirifica machina est; non tamen dicitur: Vidit Deus quòd esset bonum. Et hæc ratio huius disparitatis assignatur, scilicet, quia creaturus erat solem, qui firmamẽtum illud erat illustraturus, quod est cælum stellatum, vt omnes illas stellas in eo sitas decoraret, atque radiaret. Sic etiã non dicitur de homine: Vidit Deus quòd esset bonum, quia etiã vacuus mansit quousque formatus est sol iustitiæ Iesus Christus, qui humanam naturam illustrauit, ac decorauit. Annulus aureus exactissimè fabrefactus, in quo vacuum aliquod remanet, nõ dicitur perfectus, etiam si sit aureus, quousque in eo pretiosa margarita cæletur. Sic natura humana, licèt rationalis sit, non fuit prorsus perfecta, quousq; diuinitas in ea cælata fuit, Deo illam assumente. Hoc ipse promiserat per Michæam. Nam vbi nos legimus: In domo pulueris, puluere vos conspergite; alia translatio habet: In domo pulueris, puluere me conspersi. Id est, in ventre beatissimæ Virginis Mariæ, ibi ego (ait Dominus) cooperiar luto, vt lutum vestrũ perficiam. Ex eo quod purissima hæc Virgo domus Dei fuit, vbi Deus puluere coopertus est, & tam lenter habitauit, inter alia nobis vnum commodum peculiare prouenit. Quando plurimorum expensis domus instruitur, rationi consentaneum est, omnes, quorum expensis erigitur, quotannariorum reddituum eius esse participes. Hæc autem sanctissima Virgo domus est Dei, quodammodo nostris expensis instructa. Nam nisi Adam peccasset, (vt ait Beatus Augustinus, & D. Thomas) nunquã illa Dei genitrix fuisset: ideò huius dignitatis occasio peccatum extitit. Itaq; illam Dei esse genitricẽ [*Nos costo nuestra iusticia original*] modo explicato. Tot igitur nostris expensis Dei domus, & mater fuit electa: rationi consentaneum est, vt diuitiarum, quæ tam admirabili dignitate lucrata est, nos participes faciat in diuino semper conspectu pro nobis intercedens. In hac die sancta mater Ecclesia canit, dicẽs: Natiuitas tua Dei genitrix Virgo gaudiũ annũtiauit vniuerso mũdo. Est quisquam carcere vinctus vociferans, & dicens: Quãdo iam tandem è carcere exibo? Hic enim & catenis, & ærumnis circunseptus teneor. Cui dicit quispiam: Lætare frater. Rex enim te isthinc le ablaturum esse promisit. Iterum venit alius, & dicit illi: Certo scio Regem velle te isthinc abstrahere, ac libertate donare. Aliqua

Simile.

Mich. 1.

Simile.

D. Augu. in ser. 36. & de verbis apost. sermo. 8. & 9. tomo. 10.

D. Thom. 3. p. q. 1. artic. 3.

Simile.

qua hi nuncij vinctum consolatione permulcent. Si verò venit alius, & dicit: Frater iam papyrus in mensa posita est, in qua Rex libertatis tuæ syngraphum scripturus est: hoc audiens meritò lætitia exultat. O Virgo sacrata quàm meritò dicimus: natiuitas tua gaudium annuntiauit vniuerso mundo. Nam etsi Prophetæ Deum nos à culpæ carcere abstracturum esse prædixerunt, huius tamen beneficij tempus non ita apertè assignabant. Hodie verò nobis nuntiatur virginalem, candidamque papyrum, quæ es tu, in qua Pater æternus suum diuinum, infinitumque verbum erat scripturus, quod est salutis nostræ chirographũ Iesus Christus, iam in huius seculi mensa esse collocatam. Et maiori etiam iure nunc gaudere possumus, quàm cùm nata es, siquidem iam hæc omnia in homines sunt collata beneficia. Hocque vnum superest, vt ex illis fructum percipiamus, vt per ea diuinę gratiæ compotes effecti ad æternæ beatitudinis gloriam peruenire mereamur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amẽ.

¶ SVPER hoc Euangelium, liber generationis, quatuor conciones reperies in Festo Conceptionis Virginis Mariæ in aduentuali volumine.

IN FESTO EXALtationis Sanctæ Crucis

Concio Prima.

Nunc iudicium est mundi, &c. Ioan. 12.

SAPIENTISSIME vtiq; Beatus Augustinus super illam primam creaturarum institutionem adnotauit, Deũ cùm singula quæque priuatim crearet, dixisse, omnia bona esse: postquam autem totam orbis molem confecit, non solùm illa omnia bona, sed valdè bona vocasse. Et sic illic dicitur: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona. Nam præter probitatem, quas res in se priuatim sunt

Augu. super Gene.

Gene. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædítæ, ex ipsarum coniunctione alia illis accidentalis probi- 2
Simile. tas exoritur. Experientia quippè comperimus quanuis singulæ voces suauiter ac dulciter priuatim sonent; ex ijs tamen aggregatis longè suauissimum, ac præstantissimum exoriri concentum.
Simile. Et rosæ, ac flores licèt singuli sint odoriferi, atque decori, ex illorum tamen congregatione fit suauissimus, & longè pulcherrimus fasciculus. Sic etsi in singulis creaturis peculiaris quædam erat probitas, cunctis tamen consideratis earum probitas perspicacius illucebat. Idem de mundi reparatione dicere possumus. Licèt quippè singula opera, quæ Christus Saluator noster effecit, superna sint admiratione dignissima; ex ijs tamen cunctis consideratis alia multò mirabilior, atque sublimior resultat admiratio. Quis peculiariter attenta animi consideratione cogitabit quomodo Deus homo factus est, quomodo in stabulo natus 3
est, quomodo è cælo Angelos, è Iudęa pastores, deniq; ab Oriente reges adduxit, qui eum in stabulo adorarent, quomodo circũcisus, quomodo in templo oblatus, quomodo Herodis persecutionem fugiens in Ægyptum se contulit, quomodo quadraginta dies in solitudine ieiunauit, quàm ineffabili charitate prædicauit, quàm præstantia, & singularia miracula operatus, quomodo solo hominum amore vinctus in cruce mortuus est, cuius cor prę singulari harum rerum consideratione, amore ac teneritudine non liquefiat? si verò hæc cuncta, quæ Deus in homines præstãtissima contulit beneficia simul considerauerit, nõ obstupefiat? Idcircò sanctus Isaias Propheta de diuino Saluatore nostro di-
Isai. 9. cit: Et vocabitur nomen eius admirabilis. Nam si vnum quod- 4
que eorum, quæ ob salutem nostram operatus est, magnam affert admirationẽ, quanto maiori admirationi cuncta nobis erũt? Quanto maiora beneficia Dauid à Domino percipiebat, tanto
Psal. 70. diligentius se Deum laudaturum esse fatebatur, dicens: Ego enim semper sperabo, & adijciam super omnem laudem tuam: quoniam nõ cognoui literaturam. Vbi alij verterunt: quoniam non agnoui numerum. Hoc est, quia tot sunt beneficia tua Domine, vt nequeant numerari. Ideò os meum tota die annuntiabit iustitiam, & bonitatem, & misericordiam, & laudem tuam. Et quanuis cunctorum recordatio beneficiorum maiorem affert admirationem, atque efficaciùs mouet, quàm singulorum consideratio, tamen, vt hæc coniuncta, & vniuersalis cælestium beneficiorum

5 beneficiorum recordatio hanc efficiat operationem, opus est singula quæque lentissimè ruminari: inter quæ ineffabile sacratissimæ Redemptoris nostri mortis mysterium, atque beneficium ad maiorem teneritudinem solet hominum animos commouere. Seneca refert, cùm in ciuili quodam bello vir no- *Seneca.*
bilis domi suæ ab hostibus occidendus quæreretur, fidelissimum atque amantissimum eius famulum velociter se se illius vestibus induisse, annulosque digitis imposuisse, vt hostes illum esse, quem quærebant, existimantes eum interimerent, sicque virili, atque præstanti animo mori voluit, vt Dominus suus remaneret incolumis. O humanus amor, atque fidelitas, quo peruenire potes. Dicite, quæso, quid Dominus iste superstes tanto se famuli beneficio deinctum animaduertens
6 facere tenebatur? Quanto fideliſimi illius serui amore caperetur? quàm beneuolè illius liberos, si qui fortè remanserant, pertractaret? Quanta igitur teneritudine corda nostra mollefieri deberent recordantibus nobis non seruum quidem, sed Deum, ac Dominum nostrum infinito nostri amore deinctum mori voluisse, vt nos in perpetuum viueremus? Seruus ille heroicum illum amoris actum effecit, ingenti beneficiorum, quæ à Domino acceperat multitudine astrictus: Deus autem noster hoc longè præstantissimum charitatis opus perfecit, non ministerijs quidem nostris inductus, sed varijs potiùs sceleribus nostris offensus. O immensam Dei probitatem, atque clementiam, quibus verbis satis dignè poterit recenseri? nullis vtique. Eò beneficium hoc altero præstantius est, quò infi-
7 nita Dei Maiestas est humili atque abiecta serui conditione sublimior. Quo igitur amore, qua gratiarum actione, quibus laudibus tanto huic beneficio satisfieri oportet? Quod si quis dicat, non Deum quidem, sed humanitatem fuisse perpessam, verum est, eum non quatenus Deum, sed quatenus hominem mortuum fuisse. At, dic mihi, quid debes filio Dei, qui sacratissimam illam humanitatem indissolubili vnione, admirabilique hypostatico vinculo sibi coniunctam, cui suum esse personale communicauit, ineffabilique charitate dilectam tui causa tot tormentis, tamque atroci morti libenter exposuit? O cælũ, ô terra, ô creaturæ etiam insensibiles, naturæ vestræ limites trãsgredięntes nobiscũ tantũ hoc beneficiũ collaudate, meritasq; Deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pro illo gratias agite. Hoc adeò Prophetam commouebat, vt di 8
xerit: Benedic anima mea Domino, & omnia, quę intra me sunt
Psal.102. nomini sancto eius. Rationemque reddens addidit: Qui redimit de interitu vitam tuam. Super quo notandum est, vt vera redẽptio esse dicatur, duplicem venditionem fieri oportere, alteram in qua venditur, quod alienatur, alteram verò, in qua prior venditio dissoluitur, & res alienata redimitur. Per primum peccatũ facta est prior venditio, in qua se se homo diabolo vendidit, sicut & nos omnes facimus, cum peccamus. De hac venditione di-
Isa.50. xit Apostolus humani generis nomine (ad illud Isaiæ alludens:
Rom.7. Eccè enim in iniquitatibus vestris venditi estis.) Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Hanc autem venditionem dissolui, nosque Deo restitui oportet. Et de hoc sic prędixit Isa-
Isa.62. ias Propheta: Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. 9
Quomodò ô sancte Propheta illos gratis venundatos fuisse testaris. Quomodo venditum dici potest, quod pro nihilo datur? Quandò quid pretiosum vili venundamus, illud nos gratis dare affirmamus. Quomodò autem fuit redemptio, siquidẽ nihil datum fuit? Quomodo illam redemptionem dicis, si fuit sine argento? Hoc vtique dicit, quia totum, quod homo ad redẽptionem suam adhibet, est parum: præcipuum enim Deus adhibuit, siquidem sacratissimam vitam suam proposuit, eamque morti atrocissimæ tradidit. Deum igitur dilectissimi fratres intentis animis collaudate, quia tot expensis suis vos redimere dignatus est. Nec verò gratissimi esse cessetis: si quidem hæc bene ficia tam recentia sunt hodie in diuino conspectu, quàm ipsa die
Psal.148 qua in nos collata fuerunt. Et hoc significat Dauid dicens: Exal 10
tauit cornu populi sui, vbi alij transtulerunt: Exaltabit cornu populi sui. Et sic est in contextu Græco: & sic etiam legit Diuus Hilarius. In qua interpretum varietate significantur opera, quę vnigenitus Filius Dei ad populum suum extollendum perfecit, ità illum pristinis quondam temporibus à peccati lapsu erigere potuisse, vt semper idem facere possint, & vsque ad nouissimam sæculi consummationem effectura sint. Ideoque dicit Propheta: Exaltauit, & exaltabit cornu populi sui. Et siquidem semper sunt recentia beneficia, semper etiam gratitudinem recentem esse oportet: sin minus ipsamet beneficia ob ingratitudinem nostram in iudicium nobis, & condem-

natio-

11 nationem conuertentur.

Hoc nos diuinus Magister in hodierna sancti Euangelij lectione mirabiliter erudit. Vbi de sacratissima ipsius morte sermonem faciens dicit: *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* Hoc est, nunc pro mundo sententia proferetur: nunc mundus tyrannica Diaboli seruitute liberabitur. O Christe potentissime cœlorum, terræque imperator, spiritaliumque diuitiarum liberalissime largitor, quare Domine singulare hoc, quod in mundum beneficium confers, mundi iudicium appellas? Nonne meliùs diceres: Nunc singulare quoddam in mundum confertur beneficium, quod neque humanis, neq; Angelicis linguis valet explicari? Dico Dominum Redẽptorem in his verbis significasse singulare hoc beneficium ijs,
12 qui ex eo fructum recipere noluerint, esse iudicium. O rem dictu, auditu que timẽdam: quod maiora Dei beneficia nobis sunt maiora iudicia, nisi ex illis fructum percipere voluerimus. Quã do Dominus filium viduæ suscitauit, omnes timor dicitur accepisse, & quandò dixit Paralytico: Tolle grabatum tuum, & va- *Matt.9.* de in domum tuam & surrexit: videntes turbæ timuerunt. Et in actibus dicitur: Multa prodigia, & signa per Apostolos in Hierusalem fiebant, & metus erat magnus in vniuersis. Mi- *Act.2.* rabile quidem, quia filium Dei sacrosanctosque eius Apostolos mortuos suscitare videtis, timore comprehendimini? Si illi viuos occiderent, & terram aperiri iuberent, quæ illos deglutiret, aliqua timendi ratio esse videbatur: at quia eos tot pia opera facientes cernitis idcircò timetis? sic vtique: quia hæ miseri-
13 cordiæ sunt terribilia iudicia ingratis. Quapropter fratres charissimi quando Deus aliqua in vos contulerit beneficia, & quandò accepta consideraueritis, valde timete, ne vobis in iudicium, & condemnationem conuertantur. Et sic dicit D. Gregorius: Cùm enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. *Grego.ho-* Tantò ergò esse humilior, atque ad seruiendum Deo promptior *mi 9 sup.* quisquam esse debet ex munere, quantò se obligatiorem esse cõ *Matth.* spicit in reddenda ratione. Vnde in Apocalypsi dixit quidã Angelus Diuo Ioanni: Beati qui lauant stolas suas in sanguine Ag- *Apoc.22* ni, Idest, beati, qui ex pretiosissimo sanguine, ac sacratissima morte immaculati Agni Iesu Christi fructum percipiunt: vt sit potestas eorum in ligno vitæ, idest, in cruce, & per portas intrẽt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuitatem. Hæ portæ sunt illa sacratissima Domini vulnera. 14
Per has portas ingrediuntur in cælestem ciuitatem omnes iusti,
qui conscientiarum maculas sanguine, qui ab eis defluxit, lauare
curant. Statimq; addit dicens: Foris canes, & venefici, & impu-
dici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis, qui amat, & facit
mendacium. O terribilia verba. Quod est vel marmoreum cor,
quod hæc audiens timore non infringitur? Extra ciuitatem Dei
in profundo inferni remansuri sunt hi omnes, quorum hîc men
tio fit: non solùm quia peccarunt, sed etiam quia post admissum
peccatũ in cœlesti, atq; salubri immaculati agni sanguinis laua-
cro maculas suas abluere noluerunt. Eia canes, qui proximorũ
vestrorum famam obtrectationis dentibus laceratis: eia carnales
qui sensualium voluptatum aquis estis submersi: eia idololatræ,
qui pecuniam, honorem, ventremq; tãquam Deos adoratis, quo 15
modo obstupendam hanc comminationem non pertimescitis?
Quid expectatis? quouè detinemini? Quare modò non curritis,
cùm opportunum tempus habetis, vt diuinis sacramentis cũ im-
maculati agni Iesu Christi virtute lauemini? Animaduertite, v-
nũ ex ijs, ob quę diuinus hic reparator de vobis conqueri potest,
esse, quia sic frustra ipsius merita deperdi sinitis, neq; eis vti vul-
tis. Vnde in colloquio quodam, quod cum æterno patre suo ha-
Isaiæ. 49. buit, postquam posuit eum, sicut saggittam electã, vt refert Isaias
propheta, vt quantam vim, atq; efficaciam opera, & verba sua ad
durissima quæq; corda redigenda habeant, manifestet, addidit
dicens: In vacuum laboraui: sine causa, & vane fortitudinem meã
consumpsi. Ego iudicium meum cum Dño, & opus meum cum
Deo meo. Hoc est, frustra omnes vires, diligentiamq; meã in ho 16
minibus saluandis adhibui: sed Deus sit iudex, qui nouit, me ni-
hil intentatum reliquisse, nihilq; subtraxisse quominus eorum
saluti conferrem: optimèq; scit, omnes, qui pereũt, non mea qui
dem, sed ipsorum culpa perire. O inferam hominum pertinaciã,
atq; duritiem, ad quos à malis suis coercendos omnia, quæ Deus
fecit (remanente in eis libero arbitrio) non suffecerunt. Beatus
Bernard. Bernardus verbum illud: Sitio: exponens dicit: Quid Dñe nun-
quid crudeliùs siti, quàm clauis, ac cruce torqueris? Omnibus
omnia quæ hucusq; tulisti, æquo animo tacuisti: & solum modò
desiti conquereris? Ad hoc respondet: cùm omnia, quæ Dñs di-
xit, atq; perfecit, ad salutẽ nostram dirigerentur, nunquã cõque
stum

stum fuisse de ijs, quæ in ipso erãt, sed ob ea, quæ ex parte nostra
deficiebant: nam hoc solum eius intentionem poterat impedire.
Amorẽ vtiq;, humilitatem, pœnitentiã, dispositionẽ deniq; no-
strã sitiebat: solus namq; harum rerum defectus, eorũ quæ pro-
pter nos fecit, effectum poterat impedire. Et sic ob ea tantũ suspi
rat, quę ad saluationẽ nostrã ex nostra metipsorũ parte deficiũt. *1oã. 19*
Atq; hinc pendet solutio maximi cuiusdã dubij, quod inest ver
bis illis Beati Ioannis dicentis: Sciẽs Iesus, quia omnia cõsumma
ta sunt vt cõsummaretur scriptura dixit: Sitio. Quomodo ô san-
cte Euangelista omnia iam consummata esse dicis, siquidem tot
adhuc mysteria adimplenda supererant? Nõdũ enim mortuus
fuerat: nondum atrocissimus ille mucro sacrosanctum eius latus
18 transfixerat: nondum è mortuis resurrexerat: nondũ discipulos
suos diuini spiritus gratia fultos in vniuersum mũdum sanctum
Euangeliũ prædicaturos miserat? Respondeo cœlestẽ saluatorẽ
nostrũ tantũ iam sui erga nos amoris ostendisse, vt quæcunq; sa-
luti nostræ ex ipsius parte deerant, iam perfecta putari possent.
Nihil cõficiendũ manebat, in quo aliquod dubiũ, aut difficultas
inesset, nisi quod nobis faciendũ supererat. Beatus etiam Augu- *August.*
stinus verbũ illud valde perpendit, vbi dicitur: Vnus militũ lan
cea latus eius aperuit. Non vtiq; dicit sanctus Euãgelista eius la-
tus fuisse percussum, sed apertum, vt significet nihil esse in Iesu
Christo Saluatore nostro, quod nobis non pateat. Corpus eius
vndiq; patet. Hoc solũ super est, vt disponamur, & adineffabilia
illa beneficia colligẽda ingrediamur. O infælices, ac miseri pec-
19 catores quomodo vniuersæ hæ rationes durissima ista corda vo-
bis non cõpungunt? Quomodo tot, tãq; præstãtia beneficia præ
termittere non confundimini? Adeò deuincti iniquitatibus ve-
stris à Sathana detinemini, vt ne pedẽ quidem ad ea consequen-
da mouere velitis. Meritò quidem dixit Dauid de peccatoribus *Psal. 124.*
loquens: Declinantes autem in obligationes. Vbi alia translatio
habet: Declinãtes autem in obliquationes. In quo apparet pec-
cata non solum obligationes, & vincula vocari. [*Mas tambien se
llaman dobleçes, enriedos, y marañas*) Itaq; adeò illis animus deuin
citur, obliquatur, intricatusq; remanet, vt sibi sæpenumero nul-
lum modum, quo ab eis se explicet, atque resoluat, reperire pos-
se videatur.

His igitur sacratissima Iesu Christi mors iudiciũ est, & cõdẽna
tio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio. Ideòque dicit: *Nunc iudicium est mundi.* Et statim addit: 20
Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Diabolum huius mundi principem vocat, quia mundanis hominibus tanquam mancipijs dominatur: ipsíque eius voluntatẽ promptissimè exequũtur. Si eis præcipit de aliorum moribus obtrectare, obtrectant, si carnalibus voluptatibus indulgere, indulgent; & quamuis aliam abominationem statim ipsius imperio admittũt. Nec verò contentus est diabolus quòd illi sua sint mancipia, sed vult etiam, vt ipsis, quas committũr, abominationibus deseruiant. Vnde Beatus Petrus de peccatoribus quibusdam alios in peccata inducentibus, eisque flagitia persuadentibus dicit: Libertatem illis promittentes cùm ipsi serui sint corruptionis: à quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Idcircò Diuus Paulus discipulum suum Timotheum diligenter hortatur, vt curet quòd peccatores à diaboli laqueis resipiscant, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. O miseros homines, qui maledictæ diaboli voluntati obediunt. In cruce igitur supernus dux Iesus Christus maledictum hunc principem superauit: & ad hoc in illam ascendit, vt simul illo deuicto nos ab eius tyrannica potestate redimeret, atque ad diuinam sui obedientiam redigeret. Quod si quis dicat: Diuus Ioannes de hoc diuino Redemptore loquens dicit: Et baiulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum: si eam sibi baiulabat, quomodo dicis illum ad salutem nostram in eam ascendisse? Sic vtique verum est, quod nobis eam tulit, sibi enim neque gratiam, neque gloriam essentialem per illam meritus est. Accidentalis autem gloria minima fuit tot, tantorumque merces laborum. At tam ineffabili charitate nos diligit, vt vtilitatem nostram suam ipsemet esse ducat. Ideòque cùm Diuus Ioannes dicere posset: Exiuit baiulans nobis crucem: dixit: Exiuit baiulans sibi crucem: cum non ob sua quidem, sed ob nostra scelera pateretur, vt significauit Dauid, dicens ipsius nomine: Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Substantia hic pro fundamento accipitur, sicut cùm Diuus Paulus dixit: Est autem fides sperandarum substantia rerum. Quomodo ô Sancte Apostole fidem substantiã appellas, siquidem hoc præter cætera inter Dei nostrasque virtutes interest, videlicet, quòd nostræ sunt accidẽtia, quæ possunt abesse, & adesse absque corruptione subiecti: Dei autem

Ioan. 19.

Psal. 68.

Hebr. 2.

23 autem sunt cum ipsius essentia identificatæ, iuxta quod fides nõ substantia quidem, sed accidens est. Ad hoc respondeo, hîc substantiam idem esse, quod fundamentum. Et sic vult dicere gloriosus Apostolus, fidem omnium Theologicarum fundamentum esse virtutum. Sicut enim accidentia substantiæ innituntur, sic spei, & charitatis fides est fundamentum, atque substantia, totumque spirituale ædificium, quo cœlestis beatitudo comparatur, illi innititur. Ideòque dicit Beatus Paulus eam esse sperandarũ rerum substantiam. Ita etiam hîc: Et non est substantia idem est quod; & non est fundamentum. Omnibus vtique compertum est, nisi peccatum fuisset admissum, labores, afflictiones, atque dolores futuros non fuisse. Itaq; si labores in mundo sunt, hi per peccatum ingressi sunt: quamobrem pœnæ, meritò culpa dici-
24 tur fundamentum. Vnde: Infixus sum in limo profundi, & non est substantia significat: In summo pœnarum, atque laborum, ô Pater æterne, & in angustiæ, afflictionis, ac doloris profundo pelago submersus demoror, nec verò in me fundamẽtum, hoc est, culpa reperitur. Innocens, ac totius sceleris expers tormenta perpetior. O benedictus, & glorificatus talis Redemptor, & benedicta hæc charitas: quippe cum propter aliena peccata, & ob prædestinatorum gloriam promerendam patiatur, de se tamen dici vult: Exiuit baiulans sibi crucem. Ecquis hæc attentè considerans non ardentissimi amoris ignibus inflammatur?

Idcircò de hac sacratissima morte sermonem faciens, statim hîc subdit, dicens: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* O Angelorũ gloria Iesu Christe fili Dei, quomodo sum-
25 ma veritas cum sis, & omnia, quæ hîc dicis, sufficienter expleueris, siquidem iam in crucem sublatus, eiq; suffixus fuisti, omnia tamen ad te non attraxisti? Quomodo tot, tamq; obstinatos peccatores in orbe reliquisti? Dico Dominum hîc dicere, quòd omnes homines postquam tot beneficia perceperunt, tam quæ ineffabilis charitatis signa viderunt facere oporteret. Ecquis ægrotũ medicinam, ac valetudinem fugiturum esse putaret? Aut quis sibi persuaderet captiuum redemptionem, atque libertatem esse neglecturum? Profecto postquam vnigenitus Dei filius crucifixus fuit, peccata nobis impossibilia admissu esse deberent. Hoc significauit Isaias Prophera, dicens: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum impiorum: conquieuit,

Similes.

Isa. 14.

cõquieuit, & siluit omnis terra: gauisa est & exultauit. Hæc omnia 6
pretiosissima Domini mors operata est. Atque hi effectus in hominibus, nisi quodammodo lapidibus duriores, ac Dæmonibus essent peiores, cerni deberent. Idem prædixit Michæas Propheta his verbis: Miserebitur nostri Deus noster: deponet iniquitates nostras, & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra: videlicet, vt iam amplius nõ memoretur in orbe peccatum. Iam peccata, & Dæmones Iesu Christi Reparatoris nostri passionis mari submersi fuerunt: Eia igitur dilectissimi fratres sursum corda, sursum corda. Quomodo cœlestem hunc Dominum, ac sponsum vestrum in quo fidem, spem, charitatemque vestram vos oportet statuere, non sequimini? Attentis animis considerate cœlestem Redemptorem vestrum in illa cruce eleuatum, lachrymis, ac cruore conspersum à vobis cerni: qui 7
vos dulcissimis verbis alloquitur dicens: Animaduertite ô homines me vestri amore deuictum huc ascendisse. Diuus Marcus dicit, quòd Domino Iesu in cruce pendenti summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cum scribis dicebant: Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus. Arbitrabantur quippe infelices Dominum clauis in cruce sustineri. Verùm longe opinione fallebantur: præcipuè nanque summa clemen- 18
tia, & pietate tenebatur. Absalon cum patre suo certamen iniuit. Cùmque in bello versaretur, propter nimium calorem (quo torquebatur forte fortuna caput galea denudauit). Vt autem longis erat crinibus eo sub quercu prætereunte adhæserunt arboris ramis, & suspensus mansit: quo sic pendente accessit eius aduersarius, triplicique hasta eius cor transfixit. O speciosissime Absa- 28
lon Iesu Christe fili Dei, de quo dixit Dauid: Speciosus forma præ filijs hominum. Passionis Domine certamen aggressus es aduersus æternum Patrem tuum. Ipse enim per Ezechielem Prophetam dixerat: Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni. Nunquam hîc vir in mũdo fuit inuentus, qui pro nobis staret aduersus Deum, donec tu ô bone Iesu è cœlo in terram descendisti. Tu aduersus iram, atque furorem æterni Patris tui, vt eum mitigares, constantissimè dimicasti: & in hoc conflictu præ ardentissimæ charitatis calore, quo excandescebas, caput galea detexisti: sic enim te ab hominibus omnibus viribus

tuis

29 tuis exutum tractari passus es, quasi omnipotentia non polleres. Et sic dicit Abachuch Propheta: Cornua in manibus eius, ibi *Abach.* 3
abscondita est fortitudo eius. Manibus enim crucis cornibus affixus nullam prorsus fortitudinem habere videbaris. Et ita dicit Diuus Paulus. Crucifixus est infirmitate, scilicet, humanitatis, *2. Cor.* 13.
abscondita diuinitatis potentia. Illicque verè tuis pulcherrimis capillis, quæ sunt tua diuina attributa, pendebas. Clementia vtique, pietas, ac misericordia tua te in cruce tenebant. Et sicut Absalon tribus lanceis transfixus est, sic etiam tu tribus clauis es crucifixus: at non ijs quidem, sed tuis speciosissimis capillis in cruce tenebaris. Ideoque iure optimo dixisti: Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Quid igitur fratres respondetis 30
huic vocationi, qua vos diuinus sponsus, ac Dominus vester è cruce accersit? Quomodo fieri potest, quin vos ad eum conferatis? Quomodo fieri potest, quin deuictis omnibus passionibus, disruptisque vinculis, quibus detinemini, ad hunc diuinum Deum, cuius tot, tantisque beneficijs deuincti estis, ardentissimo spiritus affectu properetis? Per ineffabilem huius altissimi Domini clementiam vos deprecor fratres charissimi, ne obscœno secularium rerum luto demersi maneatis, sed potiùs ex toto corde vestro diuinæ obedientiæ, atque amori vos submittatis: quò ipsius allecti gratia cum eo cœlesti gloria
fruituri ad æthereа regna conscendere valeatis.
Amen.

31 In

Universidad de Deusto
Biblioteca

In eodem Festo Exaltationis Sanctæ Crucis Concio Secunda.

Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras, &c. Ioan. 12.

HODIE solennis sacrosanctæ Crucis exaltatio ab alma matre Ecclesia celebratur. Et quanuis gladium, quo sponsus est occisus, ab sponsa custoditi, ac reuerenter honorari, inhumanum, atque abominabile videretur: sanctam tamen Ecclesiam festũ Crucis celebrare, quæ fuit instrumẽtum, quo sacratissimo sponso eius mors illata est, nec inhumanũ est, nec esse videtur. Illa enim non instrumenta quidem passionis filij Dei, sed amorem eius mortis ipsius causam esse ducit: sicque illa veneratur, non quatenus Domino pœnam intulerunt, sed quatenus illis diuinus Redemptor tantam à diabolis, atque peccatis, quæ subuertit victoriam reportauit, mundumque qua premebatur Sathanica tyrannide, ac seruitute liberauit. Oportet autem vos scire fratres in Christo Iesu hoc signum crucis apud complures orbis nationes multò ante mundi redemptionem permagni fuisse æstimatum. Nam Arabes, qui maximi fuerunt Astrologi inter alias figuras, atque imagines, quas in lapidibus, & ære insculpebant, crucis signum pluris æstimabant, alijsque omnibus præferebãt, vt refert Marsilius Ficinus libro de triplici vita. Ab Ægyptijs etiam antiquis magni fiebat: qui priusquam characteres ad scribendum inuenissent, diuersarum rerum, sicut arborum, animaliumque figuris vtebantur: inter quas figuras signum etiam crucis habebant: quo futuræ vitæ, aut salutis spem significabãt. Sicque ab eis pluris æstimabatur; & ideò illud in Dei sui Serapis pectore depingebant. Hoc narrat Rufinus, quod refert Petrus Eremita. His omnibus præfigurari visa est singularis reuerentia, quæ in sancta Ecclesia vniuersali sacrosanctæ cruci erat exhibenda, eo quod mundi reparationis, ac redemptionis fuerit instrumentum.

Marsil.

Rufin. lib. 2. Eccle. histo.

Petrus Ere. lib. 8. de honesta disciplina.

4 strumentũ. D. Paulus in ea, quam scripsit ad Ephesios, dicit: Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionẽ per sanguinem eius in remissionem peccatorum. Vt autem quodam modo intelligatis quale fuerit hoc redemptionis beneficiũ, quæ diuini Redemptoris sanguine in cruce perfecta fuit, considerandum vobis est genus humanum vtriusq; mali, culpæ, scilicet, & pœnæ, captiuitate fuisse deuinctum. Cõtemplamini modò generis humani redemptionem nondum esse peractam, vniuersosque homines fame, siti, doloribus, atq; angustijs oppressos frigori, æstuiq; expositos in hoc mundo, velut in atrio inclusos commorari, quos quidam è sublimi loco prospiciens miraretur, ac miseraretur: cui Deus diceret: Quindecim dies ibi commorare, 5 videbisq; quam merito isti hæc omnia patiantur. O quot mala videret. Quosdam etenim in se inuicem digladiantes, quosdam aliorum bona diripientes, quosdam alios decipientes, quosdam alienis vxoribus tanquam proprijs vtentes: alios denique mortem sibi inuicem inferentes aspiceret. Hìc alios falsò iurantes, illic blasphemantes, illic deniq; proximorum famam murmurationibus obtrectantes intueretur. Profecto iam tandem tot insultationes perspiciens deficeret: illisque obstupefactus diceret: O homines infernales, ô peruersa, & maledicta gens, qualem vitam ducitis? qua captiuitate tenemini? Nunc dico, quæ vestra sunt scelera, nobiscum satis misericorditer agi. Dicite quæso, ecquis vobis vitam concedit, quò tàm tyrannicè, atq; iniquè viuatis? Ecquis vos cibat, potat, ac vestit? Ecquis vobis terram cę 6 lũ, solemq; largitur, cùm tamen inferno dignissimi sitis? Si autem huic obstupefacto diceret Deus: His ità corruptis, omnique bono indignissimis volo remedium adhibere, vnigenitumq; filium meum concedere, qui humanam assumens naturam eorũque causa sanguinem suum in cruce diffundens mortem acerbissimã patiatur, vt illos à culpis suis liberet; ac pœnç: quas posteà perpessi fuerint, eis ad æternam gloriæ coronam impetrandam conducant. O quantam illius animo infinita hæc pietas, atq; clementia admirationem afferret; & quàm indefesso spiritus feruore immensam Dei probitatem, ac misericordiam cõmendaret.

Ephe. 1.

Hoc vtiq; in mundi redemptione actum est. Et præ tam inefabilis beneficij consideratione gratitudine plenus Sãctus Apostolus

Universidad de Deusto
Biblioteca

stolus dicit, Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Chri 7
sti, qui gratificauit nos in dilecto filio suo. Quia verò hæc redem
ptio in cruce facta fuit, idcircò eam venerari, atq; in cœlum vsq;
laudibus debemus extollere. Loquens Salomon de arca Noe di
Lapi. 14. cit: Benedictũ est lignũ, per quod fit iustitia. Quæ verba maiori
ratione de sancta cruce dicere possumus: siquidem in ea singula
ris iustitia facta est, cũ genus humanũ à Diaboli seruitute, qui il-
lud tyrannicè vsurpabat, fuerit vindicatum. Et ità dixit summa
veritas, cùm iam morti appropinquaret: *Nunc iudicium est mundi,*
nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Idest, nunc de mundo iudi-
cio contendendum est, & Dño suo est restituendus: princepsq;,
qui eum iniustè possidebat, eijcietur foras; vt verus, ac legitimus
Psalm. 96. eius Dominus Deus illi dominetur: quod iudicium, atq; iustitia 8
in benedicto crucis ligno perfectum est. Vnde Dauid vniuer-
sum mundũ inuitat, vt propter hanc iustitiam, & redemptionẽ
exultet dicens: Dñs regnauit, exultet terra, lætentur insulæ mul
Tertul. lib. 3. aduer. Mart. tæ. Vbi Hugo cardinalis alijque doctores legunt: Dominus
D. Ambr. in epi. 1. ad regnauit à ligno, exultet terra: hoc est, Dominus regnum suum
Cor. 2. Augu. sup. Psal. 96. & Iusti. Martyr. in Dialo. Contra Tripho. Iud. 5. cruce redemit. Et sic Tertullianus & D. Ambrosius & Sanctus
Augustinus & Iustinus martyr dicunt Iudæos verbũ hoc: à lig-
no: quod erat in hoc psalmo à Biblijs deleuisse, vt sacratissimum
crucis mysteriũ obscurarent. Et ità recipit sancta mater Ecclesia
in suo hymno dicens: Impleta sunt quæ concinit Dauid fidelis
carmine dicens: In nationibus regnauit à ligno Deus: O admira-
bilem, atq; inauditum regnandi modum! In libro iudicum di-
cuntur Debora, & Barach, quum Dominus Hebræos à tyrannica
Sisaræ seruitute liberauit, canere cæpisse, atq; inter alia dixisse: 9
Noua bella elegit Dominus: quia, scilicet, tyrannũ illum debilis
fœminę Iahelis manibus interfecerat. O quàm meritò nunc etiã
cuncti dicere possumus: Noua bella elegit Dominus: siquidẽ tu-
barum clangore mœnia Hierico fecit excidere, quasi fortissimis
queisq; machinis oppugnarentur: siquidem vna virga Pharao-
nis potentiam dissipauit: siquidem asinina mandibula per ma-
nus Sampson innumeros Philistæos occidit: siquidem per ma-
nus imbecillæ Iudith Olophernem interemit: siquidem deniq;
per manus pastoris Dauid funda procerum, atq; horribilem Phi
listæum Goliath humi proiecit, & capite mulctauit. Hęc omnia
Dæmonem debili, atq; ignominioso crucis instrumento à Re-
dem-

redemptore nostro superandum esse figurabant, vt animaduertit
D. Paulus dicens: Vt per mortem destrueret eum, qui habebat *Hebr. 2.*
mortis imperium, idest, Diabolum, & liberaret eos, qui timore
mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Aduertite ni-
hil secundũ naturæ cursum sine semine nasci vt manifestè appa-
ret in plantis, in brutis, atq; in hominibus. At diabolus suo sub-
tili ingenio semen, quod est peccatũ, vnde mors oriretur, inue-
nit. Ex quo tanquam ex semine in hominis corde seminato,
mors est exorta, sicut ipse Apostolus affirmat dicens: Per vnũ *Roma. 5.*
hominem in hunc mundũ intrauit, scilicet, peccatum, & per pec
catũ mors. Et quia Dæmon maledictum hoc semen in hominis
corde seuit, dicit Sanctus Apostolus, quòd habebat mortis im-
periũ. Venit autem Christus supernus mundi reparator, illũque
11 qui mortis habebat imperiũ, destruxit mortis suæ merita, gra-
tiamq;, vnde vita æterna dimanat, in cordibus seminando. Et
sic grande quoddam mysterium reperietis, quod referũt Sanctis-
simi doctores Cyprianus, Epiphanius, Augustinus, Hierony- *Cyprianus*
mus, & Chrysostomus. Horum omniũ doctorum sententia est *sermone de*
sanctam crucem admirabili diuini spiritus prouidentia super *resurrect.*
Adæ sepulchrũ fuisse collocatam, ideoq; montem illum calua- *Epiph. lib. 2.*
riæ nuncupari, quia caput humani generis ibi iacebat: vt vnde *Hæres. c. Vl-*
mors oriebatur, inde vita resurgeret. Et vt siquidem caput illud *timo. Aug.*
vetitæ arbori inhærendo, & ex eius fructu comedendo nos om- *serm. 71. de*
nes infecerat, atq; in peccatum induxerat: hoc alterum sacratissi- *immolatione*
mi reparatoris caput crucis instrumentum assumens, omnes nos *Isaac vbi D.*
ad se attraheret, atq; à peccati nexibus liberaret. Et hoc est quod *Hier. citat:*
12 dicit D. Paulus: Et de peccato damnauit peccatum in carne, vt *& idẽ senti*
iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem *re affirmat.*
ambulamus, sed secundum spiritum. De peccato damnauit pec *Chrys. Hom.*
catũ significat, (*Que a costa del mismo peccado lo destruyo.*) Sicuti vul *83. in Ioan.*
go dici solet: suis proprijs copijs illo principi bellũ infertur, ipsi- *c. 19. Tom. 2*
que absque dubio destructur. Ecquæ sunt copiæ peccati? labo- *Roma. 8.*
res vtique, ac mors. Destruensque Christus Saluator noster pec-
catũ laboribus, & morte ipsummet suis copijs euertit. Quæ om-
nia fecit, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secun-
dum carnem ambulamus, scilicet, eius effrænatis appetitibus sa-
tisfacientes, sed secundum spiritum, idest, ea quæ spiritui nostro
valde conducunt operamur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ideoque postquam dixerat: *Nũc princeps mundi huius eiçietur fo-* 13
ras: Addidit dicẽs: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Dicitque Sanctus Euangelista: *Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus.* Scilicet, morte crucis. Plurima hîc notanda occurrunt. Primò posset quispiam dicere: Siquidem princeps mundi huius Sathanas iam ab eo fuit expulsus, nil iam est, cur eum timeamus, iam ad libitum nostrum viuere possumus. Ad hoc respondeo, quanuis Dæmon à mundo quatenus princeps fuerit expulsus, non tamen quatenus Sathanam fuisse reiectum. Sathanas quippe idem est, quod calumniator, tẽtator, persecutor, & accusator. Quapropter fratres solicitè vigilemus: ad nostrum enim exercitium illum Dominus, vt Sathanam in mũdo reliquit. Mysterioſè dixit Dominus: Videbam Sathanam si- *Luc.10.*
cut fulgur de cœlo cadentem. Nam quemadmodum cùm fulgur 14 *Simile.*
corruit, quæcunq; reperit, comburit, destruit, ac fœtore coinquinat: sic Sathanas homines vitijs inflammare, fœtoreq;, ac corruptione replere conatur. Et sicut qui aduersarium suum deuincere vult, eum non patitur requiescere, sed semper cum eo dimicat, ne denuò vires, ac spiritum recipiat: sic vos oportet semper Sathanæ resistere, donec eum superetis, ac pedibus submittatis
Psalm.17. sicuti faciebat Dauid, qui dicebat: Persequar inimicos meos, &
4.Reg.13. comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant. Quando Sanctus Eliseus præcepit Regi Ioæ, vt arcum contenderet dicens: Pone manum tuam super arcum: & cùm posuisset ille manum suam, posuit Eliseus manus suas super manibus regis: nisi Ioas defecisceretur, sed diu perseueraret, sicut eum Eliseus admonebat, siquidem tale ab eius manibus percipiebat auxiliũ, 15
Syrios penitus euerteret, integramque ab eis victoriam reportaret. In quo significatum est, quòd siquidem homo in hoc spirituali conflictu Dei habet auxilium, quo aduersus Dæmonem dimicare potest, nisi defatigaretur, sed plurima in eum tela conijceret, integram ab eo victoriam compararet. Quapropter fratres siquidem tampræstanti auxilio adiuuamini, vnusquisq; virili, ac præstanti pectore dicat: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant. Secundò super hæc verba notandum est, vbi nostra translatio dicit: Omnia traham ad me ipsum: in contextu Græco haberi: Omnes traham ad me ipsum, id est, omnes electos. Ex quo colligitur signum reproba-

16 probationis eorum, qui diuinum hunc Redemptorem non sequuntur. Quocirca fratres charissimi lamentamini, & cum magna cordis vestri afflictione singuli dicite. O Christe supernę mundi Saluator, cordiumq; dulcissime deprædator, quàm malum est signum me per affectionem, atq; amorem à te tũ procul abesse. Quando accipiter aucupem fugit, solet auceps in ar- *Simile.*
borem ascendere, & inde recentes, rubrasq; carnes, & cruore perfusas manu tenens, eiq; demonstrans ad eum proclamat. Oseas *Oseæ. 9.*
dicit: Ephraim quasi auis euolauit. Vbi mysticè per Ephraim intelligitur omnis homo, qui præ cæteris mundi creaturis ratione, consilio, iudicio, liberiq; arbitrij vsu locupletatus est. At velut auis per peccatum à diuina Dei obedientia recessit. Quem, vt ad se reduceret diuinus auceps Iesus Christus in arborem cru-
17 cis ascẽdit: illinc q; sacratissimam carnem suam cruore perfusam ei ostendens illum accersit. Vulnera quippe, quibus illic trãfossus fuit cælestia quædam sunt ora, quæ peccatorem vocant, vt ad Dominum conuertatur. Sanguis etiam ibi profusus ad eum clamat: de quo dicit D. Paulus, quòd est melius loquens, quam *Hebr. 12*
sanguis Abel. O Christe vere animarum amator, qua lingua poterit explicari quanta cum charitate peccatores è cruce vocaueris? nec verò nunc desinis ad eorum corda interiùs propulsare, vt ad te conuertantur. Adeò autem sunt surdi atq; insensati, vt voces tuas nolint audire. O quàm meritò ad confusionem nostram dicere possumus illud Isaiæ dicentis: Eleuabit signum in *Isai.5.*
nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce
18 festinus velociter veniet. Hoc dixit Sanctus Propheta de Chaldęis, qui, vbi primum Deus permisit, velocissimè ad tyrannides suas exercendas perrexerunt. Nos autem, quibus ipse Dominus in cruce efficacissimè proclamauit, suauissimisque vocationibus accersiuit, vt nos ad eum per amorem, obedientiam, atq; imitationem conferamus, nequaquam ei volumus obedire. Accipiter saturatus, qui cum carnes, quas in monte reperit, co- *Simile.*
medendo moratur, aucupis vocationibus non occurrit. Hæc est etiam ratio, ob quam nos Dei vocibus non respondemus, quia, scilicet, huius sæculi carnalitatibus, ac turpitudinibus vehemẽter intendimus. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum, factorem suum, *Deut.32.*
& recessit à Deo salutari suo: inquit Moyses de plebe Israëliti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ca. Idemq́ue de Christiano populo dici potest: grandique cor- 19
dis miseratione superaddi. Hic autem populus sic à Domino sceleribus elongatus ne tanto quidem tamque ineffabili Dominicæ mortis beneficio ad Dei amorem atque obedientiam vult reduci: O fratres in Christo Iesu per immensam ipsius probitatem vos deprecor, vt erubescatis vos adeò ingratos esse, nec tam ineffabili beneficio debitam gratiam referre.

Tertio super illa sancti Euangelij verba notandum est Dominum, siquidem dicit, se in cruce pendentem omnes suos ad se esse allecturũ, in hoc significare voluisse se omnes electos suos ad crucẽ, vt simul cũ ipso cruci configãtur, adducere. Et ità dicit
Gal. 6 D. Paulus: Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Vbi maximè verba hæc: Qui sunt Chri 20
sti, à vobis vellem adnotari. Nam licet qui non sunt Christi carnem suam crucifigunt, siquidem maximos labores perpetiũtur, vt sæcularia consequantur: vitia tamen, & concupiscentias suas non crucifigunt: imo potius eas viuidiores indies relinquũt. O quot labores patitur auarus, libidinosus, & ambitiosus: hos autẽ labores non ob crucifigenda quidem, sed ob augenda, & conseruanda vitia perferunt. Qui verò Christi sunt, vtrũq́; carnẽ, scilicet, cũ vitijs crucifigunt. Quemadmodũ qui crucifixus est nec pedẽ, nec manũ commouere potest, sed omni motui est fixus: sic
Baruch. 4. qui est Christi carnem, cupiditatẽ, ac desideria sua crucifigit, ne ad quicquã faciendũ, aut cupiẽdum, quod diuinæ legi dissonet, moueantur. Et ità dicit Deus per Baruch Prophetã: Delicati mei ambulant vias asperas. Tunc iusti animæ indulgent, cum corpus 21
aspere tractant. Ideoq́; dicit Dñs eos, qui animã delicatã, suauibusq́; indulgentijs circunseptã habere volunt, vias asperas ambulare, idest, pœnalibus, ac laboriosis operibus intẽdere. In quar
4. Reg. 2. to Regũ volumine legũtur incolę Iericò Eliseo prophetæ dixisse: Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu, Dñe prospicis, sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. Ipse autẽ petijt vas sale plenũ, illudq́; in aquas immisit dicens: Hæc dicit Dñs: sanaui aquas has, & non erit in eis vltra mors, neq́; sterilitas. Aptissimè mũdũ hũc Iericho, quod rẽ mutabilẽ significat, possumus appellare, siquidẽ tã instabilis est, tantaq́; ac tã crebra passim vestiũ, & morũ cõmutatio in eo est. Et habitatio huius mundi optima est: in ea enim æternã vitã possumus promereri. Aquæ verò sunt pessimæ,

22 pessimę, quę sunt carnis desideria effrenatiq́; appetitus. Hę aquę huius mũdi incolas affligunt, efficiũtq́;, vt terra, quæ est vita humana, sterilis, atq; infructifera sit. Nã sæpenumerò carnales appetitus efficiunt, vt bonorũ operũ, quæ facimus, meritũ amittamus: propter illas enim bona opera nõ diuino quidẽ, sed nostro potius amore ducti efficimus. Ad harum igitur aquarum salubre remediũ nobis præcipit maximus Eliseus Christus Iesus filius Dei, vt vas crucis cum sale prudẽtiæ in eas immittamus, vt sanẽtur, vitaq́; nostra fertilis, & meritoria efficiatur. Tunc autẽ hoc facimus, cùm pœnalibus, ac laboriosis exercitationibus carnem nostram mortificamus.

Alius sensus horum verborum est: *Omnia traham ad me ipsum*: hoc est, hoc beneficio illos omnes deuinciam, vt per amorem se-
23 se ad me conferãt, meque per obedientiam, imitationemque sequantur. Omnes (inquit): quia beneficiũ in omnes collatũ fuit. In libro Exodi dixit Deus Moysi: Primogenitũ hominis pretio redimes. Quasi diceret: Volo, vt filius regis quinq́; siclis, filius autẽ pastoris nõ quatuor, sed quinq; etiã redimatur. O grãde mysteriũ. Quippe cum in populo illo tantũ inter diuites, & pauperes, inter reges, & subditos discrimẽ futurum esset, omnes pari quinque siclorũ pretio vult redimi. Hoc fecit, vt significaret, nos omnes tã pauperes quã diuites quinq; sacratissimis Saluatoris nostri vulneribus esse redimẽdos: sicq́; omnes pari fide, amore atq; obedientia ei seruire debere. Nec verò te potes excusare dicẽs te debilẽ esse, cũ omnib⁹ ex vna eadẽq; cruce, & dominica morte robur,
24 ac fortitudo dimanarit. Cùm nutrix Miphiboseth filij Ionathæ infantẽ brachijs deferret, cũ eo cecidit, vt autem tener erat, crus ei cõfractũ fuit, & claudus effectus est. Sic excidẽte primo parẽte nostro Adã per culpã cum omnes seminariè, & originaliter in illo essemus omnes claudi, atque ad in cælum inter faciendum inhabiles fuimus effecti. At quemadmodum claudo pes ligneus apponitur, vt possit incedere: sic Deus nostri misertus ligneum nobis pedem tribuit, quæ est crux, passio, ac mors vnigeniti filij sui: cuius meritis claudicare liberamur, vt apti, atque expediti per hanc spiritalem viam possimus incedere. Hoc igitur ligneo pede charissimi fratres vtimini, & per modum, ac viam, quam vos docuimus, ad vestrum diuinum caput tendere incipite, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

in vobis sententia illa impleatur: *Omnia traham ad me ipsum.* 25
Etsi obscurissimis verbis Dominus hic de morte, & cruce sua
locutus est: illa tamen Hebræi, qui aderant, optimè intellexe-
runt. Et respondit ei turba, Nos audiuimus ex lege quia Chri-
stus manet in æternum, quomodo tu dicis: Oportet exaltari fi-
lium hominis? Mirabile quidem est, quòd cùm hic de Domi-
nica morte mentio fiat, dicatur: Oportet exaltari filium hominis
Quem hoc oportebat, ò suauissime animarum nostrarum ama-
Simile. tor? nos vtiq; propter prædictos effectus. Pastores montibus ig-
nem applicare, eosq; comburere solent, quò posteà fœnum, her
bæq; abundantia ad armenta pecudesq; pascendas nascatur. Sic
nos oportebat, vt hic diuinus mons complurium tribulationum
ignibus vreretur, quo nobis tanta spiritalium pastuum sacra-
mentorum, donorum, virtutum, gratiæ, ac deniq; gloriæ abun- 26
dantia nasceretur. O fœlices animi, qui vberrimi huius montis
pastibus depasci curant. Nobis etiam necessarium erat filium
hominis exaltari, vt scutum quoddam haberemus, quò nos ab
Ieremi.3. hostibus protegeremus. Vnde Hieremias Propheta dicebat: Da
bis scutum cordis laborem tuum. Labor per antonomasiam sa-
cratissimam Christi Redemptoris nostri mortem, atq; passionẽ
significat. Quod scutum siquidem iam nobis pater æternus con
cessit quando Diabolus te, ò frater tentationis ictu percutere
Cant.2. conabitur, illo te protege: hoc enim ipse sponsus sponsam in cã-
ticis exhortatur dicens: Surge, propera amica mea, & veni co-
lumba mea in foraminibus petræ. Columba cum se ab accipitris
nimis afflictam, & insectatam aduertit, in cauernis petræ se 27
includit, ibiq; secura moratur. O Christiana anima si te Diabo-
licis, aut carnalibus tentationibus persecutam experiris: ad pe-
Bernar. træ foramina, quę sunt dulcissimi Redemptoris tui vulnera, con
fuge. Nam, vt ait Diuus Bernardus, vbi firma, tutaq; requies, ni-
si in vulneribus Iesu Christi? O benedictum tale refugium, vbi
non à Diabolo, & mundo solùm, sed à metuenda ipsius Dei ira
se se homo tuetur. Caue autem ne adeò sis infidelis, vt scutum
istud accipias, quò te in peccatis tuis defendas cùm charitatis ze
lo à proximis tuis corriperis. Nõnulli sunt ita peruersi, atq; cor-
rupti, quibus si dixeris: Quare tot peccata committitis? Quare
Deum non timetis, & à vijs vestris pessimis conuertimini, an-
tequam à diuino furore deuoremini? respondent: Maxima
est

28 est Dei misericordia, ingentiaq; Iesu Christi filij eius merita, hęc
nobis proderunt, ne condemnemur. O cæci, ac miseri quomodo
vos à Sathana decipi sinitis? quia ex tanto sacratissimæ Domi-
ni Iesu Christi mortis beneficio ansam assumitis in sceleribus,
atq; abominationibus vestris perseuerandi. De hoc ipse Domi-
Psal.128 nus per Dauid Prophetam queritur dicens: Supra dorsum meũ
fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.
Hic dorsum significat passionem, ac tormenta Domini. Et ita
vbi nos legimus. Corpus meum dedi percutientibus, & genas
Isai. 51. meas dedi vellentibus, Septuaginta interpretes transtulerunt:
Dorsum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas. Tunc
q; peccatores super optimi Iesu dorsum fabricãt, cùm ipsius pas-
sioni fidentes turpiter, flagitioseq; viuere, ac peccata peccatis su-
29 peraddere audent. Caueamus fratres charissimi à tam maledi-
cta fabricatione, ac ædificatione. Oportebat etiam filium homi
nis ad doctrinam, eruditionemq; nostram exaltari. In libro Ge
Genes.30 nesis dicitur Patriarcha Iacob sese deuinxisse pecudes Laban
custodire, dummodo ei agnos tribueret, qui diuersis coloribus
nascerentur. Quo sibi à Laban concesso, Iacob hoc artificio vte-
batur. In canalibus virides, excoriatasq; virgas ante ouium ocu-
los proponebat, quò cùm oues conciperent, virgas illas multico
lores contemplantes diuersis coloribus agnos producerent. Om
nes nos complures pecudes habemus, quæ sunt animæ potentiæ
corporalesq; sensus: quod pecus ne amittatur, Dei custodia indi-
get. Vt enim ait Dauid: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, *Psalm. 126*
frustra vigilat qui custodit eam. Et propter hoc beneficiũ, quod
30 in nos confert, vult vt ei diuersorum colorum agnos præbeamus
per quos diuersa virtutum genera designantur. Albus quippe co
lor puritatẽ, niger humilitatẽ, viridis spem, rubicundus denique
charitatẽ, & miram in laboribus patientiã significat. Vt autem
Deo placeatur, nõ sufficit quenquã vna harũ virtute fulgere, sed
omnibus eum præditum esse oportet. Parũ prodest homini ca-
stitas cũ superbia, & minus humilitas cum luxuria. Vnde Bea-
Gregor. tus Gregorius in Homilia super euãgeliũ: Sint lumbi vestri pre
cincti sic dicit: Nec castitas magna est sine bono opere, nec bonũ
opus quicquã est sine castitate. Atq;, vt animæ efficacissimum
sanctarum virtutum conciperent desiderium, illasq; exequentes
glorioſos parerẽt fœtus, hac singulari industria vsus est æternus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus: videlicet, viridẽ, & excoriatã virgam in crucis canalẽ loca 31
nit, vbi sanctorũ animæ reficiuntur. Hæc viridis virga est Iesus
Christus Saluator noster: ipse etenim dixit cùm ad mortẽ perge
ret: Si in ligno viridi hæc faciũt, in arido quid fiet? Hãcq; viridẽ
Luc. 23. & excorticatã plurimisq; verberibus excoriatam, vibicibusque
ac cicatricibus consitã virgã posuit æternus Pater, quùm in cru-
cis canalẽ locari permisit, vt oues, quæ sunt fideliũ animæ cœle
stem sponsum suum tot coloribus circunspersum, verberumque
diluuio in cruce perfusum contẽplantes feruida diuersarũ virtu-
tũ concipiant desideria, illaq; opere exequantur, quibus Deo,
cuitanta est earum cura, cõplaceant, atq; deseruiant. Sicq; diui-
nã gratiã promereantur, qua cœlestis beatitudinis gloria cõpa-
ratur. Ad quã nos perducat idẽ Iesus Mariæ filius, Amen.

¶ SVPER Hoc Euangelium duplicem concionem in Sabba- 1
to ante Dominicam Palmatum in volumine quadragesima
li reperies.

IN FESTO S. MATthæi Apostoli Concio Prima.

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio Matthæum nomine, &c. Matth. 9.

Iob. 4. DEus in principio domum suam ex Angelis 2
construxit, qui omnes iusti fuerunt, atq; in
gratia creati. Verùm sicut dicit Iob: In ange-
lis reperit prauitatem: & ita cecidit huius san
cti ædificij pars maxima per peccatũ, & ma
lorum Angelorum ruinam. Volensq; ipse
Deus hũc casum reficere, domumq; suã re-
ædificare, ab hominibus etiam iustis exorsus est, qui fuerunt pri
mi parentes, vterq; in originali iustitia creati: at illicò defece-
runt, siquidem protinus peccauerunt. Dicit igitur Deus: Scio
quid faciam: siquidem Angeli eo quod adeò donis meis locuple
tatos

3 tatos sese viderunt superbiendi occasionem sumpserunt: homi-
nesque tanto affecti beneficio ingrati, atque inobedientes fue-
runt. Ego peccatores accersiam, Ecclesiæque meæ illos funda-
menta locabo, quò miserum, atque abiectum statum, vnde illos
sustuli, perspicientes humilientur, perseuerent, & non excidant. Simile.
Et sic peccatores inuenit, peccatores vocat, iustosque eos red-
dit, ac iustos in Ecclesia sua constituit. Sicuti latomus, qui rudes
lapides demolitur, insculptosque in ædificatione constituit: sic
Deus Diuum Petrum, Paulum, atque Matthæum perfecit, alios-
que sacros Apostolos cælauit, eosque Ecclesiæ suæ fundamen-
ta suppposuit. Et sicut faber cedrum inter rubos, ac spinas viden
eam illinc aufert, & dolat, atq; optimè paratam ædificij colum-
nam eam cõstituit, sic maximus artifex Iesus Christus vidit ho-
4 minem Matthæum nomine sedentem in thelonio, quasi cedrum
inter spinas, illicq; eum sustulit dicens: Sequere me. Et à cupidita
tibus, sæcularibusq; negotijs circunscissum, absolutum, atq; do-
latum vnam ex quatuor Ecclesiæ suæ sanctæ columnis illum cõ Simile.
stituit, qui sunt sacrosancti quatuor Euãgelistæ. Quãdo peritissi
mus quispiam medicus in ciuitatem denuo ingreditur, siquem
inuenit ægrum ab alijs medicis desperatum, atq; depositum, ma
ximam in eo curando, ac sanando adhibet diligentiam vt famã
sibi, celebremque opinionem comparet, atq; alij infirmi eum
ad sibi medendum accersiant. De Christo Redemptore nostro August.
dicit Beatus Augustinus: Magnus de cœlo venit medicus, quia
magnus in terra iacebat ægrotus. Et quanquam omnes peccato-
res dicuntur, & sunt infirmi, Diuum tamen Matthæum ægrotũ
5 à terrestribus medicis desperatum, atque depositum fuisse dice-
re possumus. Nam infirmitas, in quam publicani, vectigaliumq;
conductores incidere solent, est auaritia, atq; cupiditas, quam
nisi Deus potentiæ suæ dextera tangat, est penitus incurabi-
lis. Diuina nos misericordia custodiat, ne in tantum malum cor-
ruamus. De quo dixit Beatus Paulus: Radix omnium malorum 1. Tim. 6.
est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & in
seruerunt se doloribus multis. Hæc est sæculi anima, ac spiritus,
qua homines ad mille iniustitias, ac peccata perpetranda inouen
tur. Hæc etiam est diaboli stimulus, quo suos compungit, vt ne
vna quidẽ trãquillitatis hora fruãtur: ex hac etiam idololatria di-
manat. Hebrei ex auro, & argẽto, quod ex Ægypto subtraxerũt
vitulum

vitulum, quem adorauere, conflarunt. Cumque vnus esset, di- 6
xerunt tamen vt habetur in Exodo: Hi sunt Dij tui Israël, qui
Exo.32. te eduxerunt de terra Ægypti. Eum multos, cùm vnus esset, ap-
pellarunt; quia singuli aurum, diuitiasque suas, quas attulerant,
vt vitulus conflaretur, adorabãt. Sic modò auari aurum, diuitiasque suas adorant, siquidem in eis amorem, affectumque suum
constituunt, & earum causa Dei obliuiscuntur, illique inobediunt. Hæc etiam tyrannos atque crudeles homines reddit. Et
Psal.33. ita vbi nos legimus in Psalmis: Diuites eguerunt, & esurierunt,
in Hebræo contextu habetur: Leones eguerunt, & esurierunt.
Itaque idem est diues auarus, ac leo crudelis, hominumque de-
Matt.19 structor. Demum tam graue peccatum est, vt Christus Iesus
Saluator noster dixerit: Facilius est camelum per foramen acus 7
intrare, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Quod non
delibidinoso quidem, neque de inuido, aut de superbo dixit: Ex
quo quantum quàmque nociuum sit hoc vitium apertè colligitur. Sicque Deus se de illo supplicium sumpturum promittit
Ezech.22. dicens per Ezechielem Prophetam: Ecce complosi manus meas
super auaritiam tuam, quam feci sti. Idest: Ego manum meam
restringam, & contracto pugno auaritiam tuam percutiam.
Quare autem ò Domine auaritiam contracto pugno percuties?
Vtique, vt maius sit supplicium, quando grauissimum est pec-
catum. Et siquidem tu pugnum tuum contraxisti, neque ma-
num tuam pauperum necessitatibus aperire volnisti: ego ma-
num meam complodam, & coarctabo, vt te diriùs cruciem. O
terribilia verba: quomodo illa auari audientes toto corpore nõ
contremiscunt? Quia vtique præ auaritia quodammodo insen 8
Ouid. sibiles redduntur. Ouidius fluuium esse testatur, in quem quic-
quid ingreditur, in lapidem protinus conuertitur. Et quanuis
illud est mendum, ac fabula: de auaritia tamen hoc iure optimo
dicere possumus. Ipsa etenim est flumen, in quod vbi primùm
homo ingreditur, durus quasi lapis efficitur, diuinisq; cõmina-
tionibus redditur insensibilis. Insuper hæc omnia dico, auari-
tiã esse incurabilẽ morbũ. Luxuriã quippe tẽpus, & ætas lõgeua
refrenat: at hic morbus nũquid senectute curatur? Nõ vtiq;, imò
tũc vehemẽtius dominatur, vt apparet in maledicto Saule, qui
1.Reg.15. in senectute cupidus, & auarus fuit effect⁹, vt dicitur in libro pri
mo Regũ: & propter hoc peccatũ à Deo repulsus est, sicut ibidẽ ei
annuncia-

9 annunciauit Samuel propheta dicens: Quia proiecisti sermonẽ
Domini proiecit te Dominus. Hoc autem fecit quãdo pepercit
optimis gregibus ouium, & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis, quæ pulchra erãt regis Agag, nec voluit dispersere ea, videlicet, cupiditate deuictus. O quot sunt hodie in orbe Saules, qui iuuenes cum essent liberales, atq; amici Dei erãt,
postquam autem senuerunt, auari, ac cupidi redditi sunt. Quid
autem erit eis, qui à iuuentute auaritiam didicerunt? Quãdo igitur morbus hic senectute non curatur, quonam medicamẽto sanabitur? nunquid calamitatibus? Superbiæ labores, ærumnæ, ac
pressuræ mederi consueuerunt: cupiditas verò eis magis accrescit.
Nam necessitas est velut pondus horologij, quod rotas attrahit, *Simile.*
neque eas requiescere sinit: sic necessitas cupidum, atque auarũ
10 apprehendit, atque solicitat, ne vnquam quiescat, sed semper in
quietus satagat, & in cupiditate magis accrescat. Nec verò morbus hic abundantia curatur: siquidem experientia comperitur,
quòd Crescit amor numi quantum ipsa pecunia crescit. Et qui
diuitias ad cupiditatem extinguẽdam perquirit, similis est oleũ
in ignem, ad illum extinguendum proijcienti, qui eũ magis ac- *Simile.*
cendit. O fratres in Christo Iesu per viscera misericordiæ Dei
nostri vos deprecor, vt vallo cor vestrum circundetis, ne auaritia vlteriùs progrediatur: nam etiam & mare limitibus, & littoribus est obsessum, vos autem nunquam saturamini. De inferno
dixit Isaias Propheta: Dilatauit infernus animam suam, & ape- *Isai.5.*
ruit os suum absque vllo termino. Idem vtique de singulorum
vestrũm corde dicere possumus: siquidem nullo termino cupi-
11 ditatem vestram circundatis. Quòd siquis quærat quomodo ter
minus hic sit cordibus imponẽdus, respondeo, illum sanctis consiserationibus imponi posse, recordando vitam cras esse finiendam, omniaque terrestria in hoc sæculo esse relinquenda, sicuti
dominus dixit diuiti arbitranti se diuitijs suis diu esse fruiturũ,
his verbis: Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ au- *Luc.12.*
tem parasti cuius erunt? Addiditque vlteriùs dicens: Sic est qui
sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Etiam valde meritorium fore sentio, si quemadmodum iustus paupertatem vouet,
sic etiam diues, cui omnia necessaria suppetunt, se nihil amplius
acquisiturum esse promitteret. Quod siquidem nullus diuitum
facere vult, neque diuitiarum acquisitionem taxi moderatur,
sentio

sentio reges optimè facturos, si leges sancirent, nequis post- 12
quam triginta mille aureos haberet, aut aliam maiorem, siue mi
norem pecuniæ quantitatem obtineret, amplius emptioni-
bus, & venditionibus intenderet, sed vectigalia emeret, & ex il-
lorum redditibus viueret. Nam cùm homo centum millia au-
reorum possidet, propter bonam ipsius opinionem omnes ei fi-
dunt, sicque omnia sibi comparat lucra, alij verò mercatores in
dubijs tantũ negotiationibus, paruiq; lucri cariùs ementes & vi
liùs vendentes versantur. Itaque omnia, ex quibus pingue lucrũ
elici potest, diuites emũt, os autẽ abrosum, atq; inutile pauperi-
Simile. bus derelinquunt. Quando aquila venatum exit, nulla aliarum
auium pinguem prædam potest aucupari, omnia ipsa compre-
hendit viles tantum modo, & debiles relinquens aues. Sic locu-
pletissimi quique mercatores optima quæque, & maximi lucri 13
sibi comparant. Regesq; taxim istam eis constituentes optime
Deut. 17. esse facturos, patet. Nam diuinæ literæ etiam diuitijs regis limi-
tes, taximque in veteri lege constituerunt dicentes: Cùm fuerit
rex constitutus, non multiplicabit sibi equos, neque habebit ar-
genti, & auri immensa pondera. Si autem rex auri, & argenti,
quæ ad reipublicæ vtilitatem, defensionemque subordinat, ta-
xim debet habere: quantò maiori ratione priuati hominis auro,
& argento taxim debet statuere, qui nihil aliud expetit, nisi so
locupletare, licèt cum aliorum notabili detrimẽto ditetur? Hic
igitur erat morbus incurabilis, quo Beatus Matthæus labora-
bat. Venitque peritissimus medicus Iesus Christus, & illum mi
rabiliter vno verbo curauit dicens: Sequere me. Sicque alios, 14
qui eodem morbo laborabant, vt simul cum eo curarentur, ex-
citauit.

Dicit igitur Sanctum Euangelium: *vidit Iesus hominem se-
dentem in thelonio.* Sedens orbem suis negotijs reuoluebat. Heû,
heû, milliès heû, quàm ad literam hoc idem in orbe terrarum
agitur. Sedens quippe malus mercator in sede alienum san-
guinem sugit, illincque hamos emittit, quibus in Flandria, Ve-
netijs, & vbique terrarum numos expiscetur. Iurisque peritus
in sella sua sedens, librosque reuoluens maioratus instituit, mo-
dicoque labore innumeram acquirit numerorum multitudi-
nem. Pauper autem agricola terram cum sudore vultus sui à so-
lis ortu, vsque ad occasum maximo cum labore perfodiens vix

se alit:

15 se alit: tu vero in auaritię cathedra sedens amplas, sumptuosasq; *Habc. 2.*
ædes cõstruis. Audi ergo ô peccator, quid tibi Habacuc Prophe
ta Dei nomine dicat: Væ qui congregat auaritiam magnam do
mui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu
mali. Congregasti confusionem domui tuæ: cõscidisti populos
multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit,
& lignum, quod est interiuncturas ædificiorum, respondebit.
Væ illi (ait Dominus) qui diuitias cum auaritia domui suæ con
gregat: væ qui terram deprædatur, vt nidum suum in sublime
ferat, nomenq; suum in excelsum tollat. Dicite mihi, in quem
scopum tendit mercator? qualis est eius finis, & intentio,
cum alios decipit? Ad quid respicit iuris consultus, qui heri
à gymnasijs venit, & iam terræ dominatur, amplasque do-
16 mos ædificat, & pingues maioratus instituit? Videlicet, vt
sit in excelso nidus eius. O infœlix si statu, in quo Deus te lo-
cauit, contentus viueres, neq; te alijs præponere, nomenque
nouum illustris viri velles acquirere, in conditione tua tranquil-
lus cum bona conscientia tu, & filij tui viueretis. At cum super-
bias, inaniq; gloria efferaris, & generis tui principem te velis ef-
ficere omnia tibi in perniciem, & temporalem, & æternam con
uertũtur, miser autem liberari te putas de manu mali. Animad-
uertite amentiam: arbitratur quippe miser hic sibi non esse pre-
paratum infernum. Cogitasti confusionem domui tuæ. Malam
telam confusionemque domui tuæ orsus es: nam tu, & filij tui
mala ista persoluetis. Etenim etiam & ipsi parietum lapides ad
uersum te conclamabunt: trabesque & postes ipsi miro artificio
17 perpoliti, atq; insculpti, qui domicilium tuum fulciunt vireta-
que rebus, ac sudoribus alienis consita, thronus tuus sedesque
heroicæ maiestatis omnia hæc aduersum te proclamabunt.
Quid ergo respondebis ô infœlix quando hæc, & tua met-
ipsius conscientia, atq; Dæmones te in diuino cõspectu accusa-
uerint? Nunc igitur, ô frater, siquidem tempus tibi suppetit,
opportunum tibi remedium adhibe: & animaduertat vnusquis-
que in qua sede illũ Sathanas collocarit, & in quanto inferni pe
riculo versetur. Et siquidem omnes Deus passim diuinis inspira
tionibus accersit, velociter surgant, tantumque discrimen eui-
tent. Hoc est vnum malum ob quod Deus inter alia de homini
bus maximè queritur: scilicet, quod postquã peccauimus, ab

ipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isai.65. ipso reuocati nolimus ad eum conuerti. Et sic dicit per Isaiã Pro- 18
phetam: Et vos, qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis mõ
tem sanctum meum, ideſt, Ecclesiam eorum, videlicet, quæ in
sacro baptismate promisistis, obliuiscentes: qui ponitis fortunæ
mensam, & libatis super eam. Glossa super hoc dicit, Deam for
tunæ temporalis esse honoris, diuitiarum, atq; autoritatis incre
mentum, ad quæ augenda omnia, quæcunque peraguntur, sunt
quædam sacrificia, quæ Deę fortunæ immolãtur. Et qui hæc fa
ciunt, tanquam idololatræ mensam, atque altare huic Deæ eri-
gunt, quos hîc Deus vehementer comminatur dicens: Numera-
bo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis, ideſt, in peccato ve
stro moriemini. O quàm dura comminatio, quomodo ij, qui se
tanto scelere comprehensos sentiunt, non trepidant, & mœro-
re conficiuntur. Et valdè notandum est Dominum hic absolutè 19
non dicere, se propter hæc peccata illos esse puniturum. Sed pro
eo (inquit) quòd vocaui, & non respondistis, locutus sum, & nõ
audistis, sed pertinaciter faciebatis malum in oculis meis. Vbi
apparet Dominum magis conqueri, quòd homo post peccatũ
ad eum nolit conuerti, quàm quod ipsum peccatum admiserit.
Hoc etiam est valde pensandum, quod dicit: & faciebatis mala
in oculis meis. In quo peccatorum impudentia detegitur, qui cũ
simile. se à Deo perspici cognoscant à malis tamen suis non cessant. Mit
tit Dominus puerum suum aliquò, qui pergens cum alijs pueris
in via ludit. Accedit dominus ad ianuam, eumq; prospicit. At il
le cùm se à Domino suo videri aduertit, statim à ludo desistit, &
currens domini sui mandatum exequitur. Magnæ enim impu-
dentiæ genus esset, eum scientem se à domino videri, in ludo, at 20
que inobedientia perseuerare. Omnes nos à Domino Deo no-
stro cum diuersis mandatis mittimur. Viris coniugatis quædã,
clericis alia, religiosis alia, singulis denique iuxta conditionem
suam singula præcipiuntur. Plerique autem sæcularibus nænijs
intenti Dei præcepta exequi negligimus. At si attente conside-
ramus, nos à Deo perspici, hæc consideratio nos debet ab omni-
bus istis ludicris impedimentis reuocare. Quod si hæc considerã
tes nihilominus tamen in eisdem peccatis pertinaciter commo-
ramur, hoc maximæ impudentiæ, ac deprauationis est signum.
Ideoque magno cum affectu dicit hîc Dominus: Et facieba-
tis malum in oculis meis.

Non

21 Non vtique sic fecit Beatus Matthęus: sed vbi primum bonus
Iesus in eum oculos coniecit, & dixit: *Sequere me, protinus surgens*
secutus est eum. O fratres mei quoties à Deo vocati fuistis, semper
autem eius vocationibus obsurdescitis sursum, deorsum, inte-
rius, exteriusq; vos accersiuit, sursum gloriam vobis promittens,
deorsum vos inferno comminãs, interiùs conscientiæ morsibus,
exteriùs deniq; calamitatibus, ac morbis deterrens. Habet se in
hoc sicut veterinarius calceator, Hispanè [*Herrador.*] Præterit via *simile.*
tor pulcherrimum deferens equum, quem vendere non vult, tũc
veterinarius vngulam equi clauo transfigit, quò viator cernens
equum claudum, quem vltrò vendere noluit, vendat inuitus. O
ineffabilem Dei probitatem, quot peccatorum corpora morbis
trãsfigit, alijsque laboribus premit, vt siquidem se spõte suæ diui
22 næ Maiestati committere nolunt, saltem laboribus, morbisque
compulsi se se illi tradant. Et sic dicit Dauid cum ipso Deo lo-
quens: Contere brachium peccatoris, & maligni: quæretur pec- *Psal.9.*
catum illius, & nõ inuenietur. Quod si hucusque omnes hæ vo-
cationes nõ profuerunt, aduertite, quæso, fratres, nam viam etiã
vos erudit, qua ad eum ire possitis: non etenim in salutis vestræ
expetitione defecisci tur. Et ita vbi nos legimus in libro Prouer-
biorum: Viam sapientiæ monstrabo tibi, educam te per semi- *Prou.4.*
tas æquitatis: alia translatio habet: Viam sapientiæ monstraui ti
bi, eduxi te per semitas æquitatis: & sic est etiam in paraphrasi
Chaldaica. In qua translationũ varietate denotatur assidua per-
seuerãtia, qua Deus nos vocat, ducit, salutemque nostram curat:
siquidem dicit: Monstrabo, & monstraui. O benedictus, & glo-
23 rificatus talis Deus. O infœlices, qui tantæ clementiæ sunt rebel
les. Quomodo fieri potest, quin huius ineffabilis probitatis Dei
consideratione moueamini, qui tam amorosis visceribus vobis
dicit idem quod diuo Matthæo: Sequere me? Quasi dicat: Huc-
usque laborasti, diuitias, honorem, voluptatemque sequens: nũc
autem, ecce ego adsum, quem paucioribus passibus, minorique
difficultate consequêre. Hoc dicit per Isaiam Prophetam his ver *Isa.57.*
bis: In multitudine viæ tuæ laborasti, nec dixisti, quiescam; vitã
manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti me. O verba perpe-
tua recordatione digniſsima. In multitudine (inquit) viæ tuæ la-
borasti: quia totum hominis malum in eo consistit, quòd quam
sibi libet viam amplectitur, voluntatemque suam Dei beneplã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cito derelicto, atque neglecto vult exequi. Etenim si es auarus, 24
carnalis, superbusque talis es, quia tu is esse vis. Diciturque via
rum multitudo, quia homo est multicupidus. (*hoc est antro jadi-*
zo), & ex vno in aliud præcipitium deuenit semper condemna
tionẽ suam perquirens. Nequit enim homo per has vias, ad quas
à deprauatis appetitibus suis commouetur, sine magno labore,
ac cordis afflictione procedere. Et non dixisti, quiescã. Obstupẽ
dum est vtiq; quòd cùm peccator aduertat laborem, ac defatiga-
tionem, quam in scelerum suorum executione perpetitur, non
tamen dicit: Nunc tandem volo requiescere, atq; à tanto labore,
& agone liberari. Volo hanc malam fœminam derelinquere, in
cuius societate tot sunt anni, ex quo creatorem meum offendo.
Volo ab iniusta hac lite desistere, domumque meã redire. Nolo
iam amplius pauperes insectari, nolo, vt mei causa iurisconsulti 25
animas suas in infernum detrudant, iniustam litem meam tractã
tes. Non dixisti: Quiescam. Et quare? Quia vitam manus tuæ in
ueneristi: Vulgo dicere consuescitis: Hic homo ex manibus suis vi
uit. Ita dicit hic Deus: tuis pessimis operibus, ac negotiationi-
bus, quæ sunt manus tuæ, honorem, diuitias, autoritatem deniq;
inueneristi. Et quanuis hoc te ex parte molestia afficiat, in laborẽ
que inducat, ex altera tamen parte delectat, & ita illud sequeris.
Propterea (inquit) non rogasti me. Quandiu vos mundus oble-
ctat, resque vobis prospere succedunt, Dei non recordamini: tũc
solummodo ad Deum conuertimini, quando vobis mundus est
omnino contrarius. Tunc, vt paulò ante dicebamus necessitate
compulsi. Deum deprecamini, vt vos deducat, atq; ad suam mi- 26
sericordiam recipiat. Nonnulli autem adeò duri, atque proterui
sunt, vt ne laboribus quidem oppressi ad Dominũ conuertãtur.

Etiã per euãgelicos prædicatores vos ò fratres charissimi Deus
passim accersit, qui assiduò vobis in pulpitis Dei nomine dicũt:
Sequere me. O patres prædicatores per immẽsam Dei clemẽtiã
vos rogo vt vnusquisq; vocationẽ suã cõsideret, sciatq; diuinum
hũc Dñm velle cõcionatores suos eos esse, qui, sicut dixit Chri-
stus summ⁹ prædicator Matthæo, dicere possint populo: *Sequere*
1. Cori. 4. *me*. Sic faciebat D. Paul. qui Corint. hortabatur dicens: Imitato
res mei estote, sicut & ego Christi: Ego mundũ negligo, ego ieiu
no, ego labores patior propter gloriã Dei: sic vos etiã facite. O
Dñe per infinitã tuã clementiã te quęsum⁹, vt eos in orbẽ cõcio
natores

27 natores mittas, qui merito in pulpitis vniuersæ plebi dicere pos-
sint: Sequere me. Et, imitatores mei estote, sicut & ego Christi.
Hoc fratres charissimi in orationibus vestris assiduò Deũ effica
cissime vos oportet rogare, vt vobis prædicatores cõcedat, qui tã
opere, quã verbo vos rectè, pièq; viuere doceant. Simulque eum
rogate, vt prius mentes vestras illuminet, atque clarificet, quò
ea, quæ ipsius concionatores prædicauerint, animis vestris consi- *Ioan. 6.*
deant, in eisque imprimantur. Dominus enim dixit: Scriptum
est in prophetis: Erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audit
à patre, & didicit, venit ad me. In quo significauit prius oporte-
re mentes nostras à cœlesti Patre diuinitus illustrari, vt sic tandẽ *4. Reg. 17*
ministrorum eius verba cordis aure percipiamus. Quarto Re- *2. Para. 30*
gum volumine, & secundo Paralipo. dicitur, sanctus rex Eze-
chias, cùm res diuini ministerij reficere, ac restaurare vellet in
28 vniuersum Israel nuncios misisse, vt omnes ad festi celebratio-
nem vndique conuenirent. Profecti sunt igitur tabellarij lite-
ras deferentes, in quibus sic scriptum erat: filij Israel conuerti-
mini ad Dominum Deum Abraham, Isaac, & Iacob, & reuer-
tetur ad reliquias, quæ fugerunt manus regis Assyriorum. Et
sequitur ibi: Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in
ciuitatẽ illis irridẽtibus, & subsannantibus eos. In Iudæa vero fa
cta est manus Dñi, vt daret eis cor vnum, vt facerent iuxta præ
ceptũ regis, & principũ verbũ Domini. Eccè quã manifeste, pa-
tet in hoc exẽplo, Dei manũ, atq; impulsum esse necessariũ, vt
cũ nostro emolumẽto verba diuina audiamus. Et præsuppositò,
quod diuino commoti auxilio, qui vsque adhuc in peccato mo-
29 rabamini, hunc publicanum imitantes ad Dominum conuerti
vultis, veramque agere pœnitentiam, scitote in hoc sancto
opere duo concurrere oportere, misericordiam, scilicet & iu-
stitiam, quarum alteram Deus, alteram vero peccator debet
adhibere. Quod cum ita sit, te vellem ò peccator interrogare,
vtram harum ponere velis? misericordiam ne, an iustitiam? Di-
ces tu: Misericordiã ponere volo. Ego autẽ licet maior forta sse
peccator, quã tu, nõ misericordiã quidẽ, sed iustitiã potius adhi-
bere volo. Et ratio est, quia si ego misericordiã pono, Deus iusti-
tiã adhibebit. Si autẽ Deus iustitiam adhibet, quid mihi erit? Si
quidẽ dicebat Dauid: Nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo Domine *Psal. 142.*
quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuẽs. Quod si ego

iustitiam adhibuero, Deus misericordiam ponet. Sic affirmat Di- 30
1. Cor. 11. uus Paulus ad Corinthios, dicens: Si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Ne tu ô peccator misericordiã ponas corpori tuo immoderatè indulgens, illudque leniter, ac delicatè tractans: sic enim Deus iustitiam ponet, teque in perpetuũ condemnabit. Sed iustitiam potius adhibe, scelera tua in iudiciũ coram ratione adducito, teque metipsum pro tuorum qualitate delictorum condemna, illa veræ contritionis, atque doloris ense trucîda, pœnasque tantorum scelerum dignas in te quò meliùs poteris, exequere, sicque Deus misericordiam ponet, malisque
Psal. 50. tuis remedium adhibebit. Quando Dauid dixit: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: addidit, dicens: Quoniam peccatum meum cõtra me est semper. Quasi diceret: Domine iuxta probitatem, legemq; tuam mihi parcere debes: 31
nam ego iustitiam pono, peccatumque meum punio, illudque capitalem hostem, atque contrarium semper esse duco.

Conuersus Beatus Matthæus grande, splendidumque Domino conuiuium fecit, ad quod alios plurimos Publicanos inuitauit, & peccatores. Et sic dicit sanctum Euangelium, *Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi Publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, & discipulis eius.* Hoc fecit vir sanctus, vt omnes, velut ipse, conuerterentur. Etenim hoc est seruorum Dei ingenium, desiderant quippè omnes Deo seruire, illumque dilige-
Psal. 33. re. Et sic vbi primũ Dauid dixit: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, statim addidit: Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Statim omnes inuitat, vt secum ipsum Deum collaudent. *Et vi-* 32
dentes Pharisei dicebant discipulis eius: Quare cum Publicanis, & peccatoribus manducat Magister vester? Liberet nos Deus ab hominibus adeò malignantibus, qui etiam in innocentissima immaculati Agni Iesu Christi vita maculam esse duxerunt. Gaudete, & exultate qui mœrore afficimini, eo quod absque culpa vestra de vobis malignantes detrahunt. Etenim quando purissimam Iesu Christi vitam murmurationis nouacula tetigerunt, quid mirum si de vobis, qui estis quasi formicæ etiam detrahant? Totius sanctitatis atque virtutis Magistrum dicunt deprauatis conuersationibus delectari: tu verò vis opera tua ab omnibus collaudari? longe profectò opinione falleris. Æquo animo frater

33 frater ista patere Deumque glorifica, quia ad maiorem gloriæ coronam te illa via deducit, quam ipse cucurrit. Vos autem obtrectatores, atque homines peruersè iudicantes diuinæ iustitiæ rigorem timete: malitiam enim istam acerrimè punire consuescit. Vt autem quàm graue sit peccatum vestrum apertiùs cognoscatis, illudque cum vera correctione maiori odio habeatis, metuenda illa sapientiæ verba notate; vbi dicitur: Benignus est *Sap. 1.* enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledictũ à labijs suis, quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor. Horum, quæso, verborum modum, vimque accuratè perpendite: diligenter enim ea considerantí admirationem afferunt maximam: quorum sensus est. Etsi spiritus diuinus benignissimus, & clementissimus est, nihilomi-
34 nus tamen maledicum hominem à peccatis, quæ verbo suo commíttit, minimè liberabit: nouit enim quanta cum malitia peccat. Vbi verbum illud, non liberabit, significat quàm indignus sit venia malitiosus homo, qui corruptis visceribus de proximis suis detrahit, atque illos infamat, huncque istius peccati difficillimè dignam pœnitentiam acturum esse designat; seroque se ab hoc detractionis vitio esse liberaturũ. Vellem etiam à vobis aduerti hîc, vbi nos legimus: Spiritus sapientiæ non liberabit maledictũ à labijs suis; aliam translationem sic habere: Spiritus sapientiæ benignus est, & non liberabit maledicum à labijs suis: & sic est etiam in contextu Græco, vbi apparet idem esse maledictus, & maledicus. Vt sciatis hominem murmuratorem in diuinis literis per antonomasiam maledictum appellari. Quod cũ
35 ita sit fratres in Christo Iesu tam pestilens vitium execramini, veramque illius, & cæterorũ agite pœnitentiam, gratiamque suam vobis Dominus largietur, qua cælestis gloriæ beatitudinẽ comparetis: ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Universidad de Deusto Biblioteca

In eodem Festo Sancti Matthæi Apostoli Concio Secunda.

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio Matthæũ nomine, &c. Matth. 9.

1 NVM ex ijs, quæ peccatores ad agendam pœnitentiam maximè commouent, est eis sanctorum, qui prius peccatores fuêre ante oculos exempla proponi. In prophetia Hieremiæ dicitur Rex Se- 2
Hiere. 39. dechias iussisse sanctum Prophetam in puteum inijci, in quo non erat aqua, sed lutum: quia ea prædicabat, quæ sibi, suisque displicebant. Quod cùm vir nobilis eius amicus audiret, ad Regem ingressus est, petijtque ne Hieremiam tam misera morte in illo horrendo loco interire permitteret: Rexque illius precibus exoratus Hieremiam à puteo præcepit auferri. Impetrata facultate abierunt quidam eique funes, quibus se vinciret, atque à puteo exiret, immiserunt, simulque veteres pannos, quibus circundaretur, iniecerunt dicentes: Pone veteres pannos sub cubito manuum tuarum, & super funes, ne ei à puteo exeunti asperi funes officerẽt. Singuli peccatores dicere possunt quod
Psal. 68. dixit Dauid: Infixus sum in limo profundi, & non est substantia, id est, fundamentum. Nam postquam infœlix homo in pro- 3
fundo peccati pelago iacet, nullum in se habet fundamentum, cui innitatur, nisi Deus pro sua misericordia eum illinc abstrahat. Hoc autem plerunque modo Deus peccatores à peccati puteo abstrahit. Mittit, scilicet, concionatores, qui eis funes immittant, quibus adhærentes ab eo exeant: hi verò funes sunt variæ
Matth. 3. sancti Euangelij promissiones, & minæ, vt illud: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum: & alibi: Nisi pœ
Luc. 13. nitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Hi autem funes asperrimi sunt: nam peccata lamentari, occasiones fugere, ieiunare, corpus flagellare, cæterisque sanctis exercitationibus intẽdere, asperum est sensualitati. Ne igitur peccatorẽ feriant, hisq; funibus

4 funibus aliquantulum facilibus, atque suauibus possit adhærere, veteres illi pannos immittunt, quæ sunt priscorum exempla sanctorum, qui peccatores, sicut ipsi cùm fuerint, ad Dominum tandem conuersi sunt, asperrimamque pœnitentiam egerũt. Nõ solùm autem veteres, sed nouos etiam pannos ei debent immittere, quæ sunt exempla virorum, qui nunc maximam, ac saluberrimam pœnitentiam faciunt. Non enim Deus Ecclesiam suã deseruit, vt plurimi in ea sancti nõ sint nũc, sicut & olim. Quem *simile.* admodum fructuum alij verni, alij autem hyberni sunt: piscium que alij in vno, alij verò in alio tempore sunt gratiores, auiumq; & animalium alia in vno, alia in alio tempore sunt suauiora, quę omnia diuina prouidentia sunt instituta, non solùm ad hominũ alimoniam, sed ad ipsorum etiam indulgentiam, ac voluptatem,
5 qui autem corporum voluptatem tam diligenter curauit, quomodo animarum saluti prouidere negligeret? Principes, qui se *simile.* magnos venatores esse iactant, ostia sua capitibus, pedibus, cornibusq; ferarũ, & aquilarum, aliarumq; auiũ rapinæ rostris exornata habere consueuerunt. Quod si quis quærat, vnde tot animalium capita, pedes, ac cornua dimanarint, totque auium rostra processerint? respondetur ei, ne mireris: nam Dominus huius domus est venator insignis, & omnia hæc animantia venatus est. Sic Deus ostia sua peccatoribus peccato mortuis, quos quasi magnus venator in huius sæculi nemore occidit, qui tanquam feræ pratis, sensualibusque voluptatibus pascebantur, habet exornata. Quò tu ô peccator contemplans quod Deus alijs peccatoribus effecit, venię fiduciam concipias, teque acutissimis
6 diuini ipsius amoris sagittis percuti, ac transfigi patiaris. Admi- *Iob. 28.* rans Iob naturæ vires dicebat: Ferrum de terra tollitur, & lapis calore solutus in æs vertitur. Mirabile vtique est, parum terræ adeò condensari, vt lapis, ferrum, & æs fiat, ex quo gladius confletur, & ex lapide conficiatur æs, ex quo cymbalum efficitur. Mirabilius autem est, Deum ex terrenis, carnalibus, ac turpibus peccatoribus admirabili charitatis suæ calore acutissimos gladios conflare, quibus aliorum peccatorũ corda concidat, & ad se alliciat, cymbalaq; perficere, quibus alios ad sui ministeriũ conuocet. Ecquid est Beatus Matthæus? Ecquid sancta Magdalenæ? Ecquid Diuus Paulus? Ecquid sunt hodie plurimi, quos nostrismet oculis multa peccata committere vidimus, nunc autem

pœnitentiam maximam agere, plurimasq; virtutes operari per- 7
spicimus? Ecquid (inquam) aliud sunt, nisi acutissimi quidam gladij, ad corda nostra diuino amore ferienda, & cymbala, quæ nos ad diuinam obedientiam accersiunt?

Eia peccatores, quid facitis? quis vos in peccatis vestris detinet? Quare aliorum exemplis commoti, qui tam debiles, atque imbecilles sunt, ac vos à sceleribus vestris non exitis, veramque illorum agitis pœnitentiam? O corda adamantibus duriora, quæ talibus gladijs se percuti non patiuntur, nec ex sanctæ Ecclesiæ artificijs, fructum percipiunt, quæ ad eos vt hoc faciant, commouendos, hæc sancta illis exempla proponit. Inter quæ vnum efficacissimum est, quod in hodierna sancti Euangelij lectione refertur vbi dicitur: *Vidit Iesus hominem sedentem in telonio.* Referunt Ethnicorum historiæ postquã insignis ille pictor Apelles ima- 8
ginem Helenæ mirabiliter depinxerat, suammet effigiem in eadem tabula depinxisse, quò tam insignis illius operis, quàm admirabilis illius autoris memoria posteris remaneret. Hoc quodammodo Euangelista fecisse videtur: qui cum imaginem, totamque Saluatoris nostri vitam mirabilibus coloribus tanquam in tabula ad salutem, doctrinamque nostram depinxisset, seipsum etiam insculpsit, id est, suam admirabilem conuersionem descripsit: non ad gloriam quidem suam, (siquidem suam vilem viuendi rationem narrans, nomen suum retulit, quod alij Euangelistæ noluerant explicare) sed ad gloriam Dei, qui tam clemẽter eum à periculosa illa publicanorũ conditione liberauit. Quæ ita corrupta, deprauataque erat, vt volens Dominus perditissi-
Matt. 18. mum hominem significare, dixerit: Sit tibi tanquam Ethnicus, 9
& publicanus. Et dicit, quòd vidit eum sedentem in telonio. In hoc verbo, sedẽtem, bonũ aliquod, quo publicanus hic præditus erat, fortè significatur. Nã quando munus est periculosum, sicut argentariorum, mercatorum, vectigalium exactorum, & ministrorum iustitiæ, si hi munera sua velociter, & inaduertẽter exequuntur, magna inde inconuenientia dimanabunt, plurimos in eis defectus admittent. Si autem sedentes, pacatique illa exercuerint, ad illaque diligenter aduerterint, etsi munera hæc periculosa sint, illa tamen inculpabiliter poterunt exercere. Vnde colligitur, quantum errant qui tempus vanè frustraque consumunt: postea verò res magni ponderis, quæque ad officia sua spectant,

10 spectant, velociter, & perturbate, quasi sine vlla attẽtione faciũt. Propter hoc asperrimè Christus Saluator noster Hebræos reprehendit dicens: Facto vesperè dicitis: Serenum erit, rubicundum *Matth.* 16
est enim cœlum, & mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cẽlum. Faciẽ ergo cœli dijudicare nostis, signa autem temporum non potestis? Quasi diceret, rerum inutilium magnam curam habetis, in illisque tempus vanè consumitis, signa verò, & miracula, quæ ego perfeci, & quotidie facio, non consideratis, quæ si cõsiderassetis, vtique me mundo promissum Messiam iuxta legem Moysi esse cognosceretis. Leones, & aquilæ, quę vnguibus aucu *simile.*
pantur, semper eos contractos habent, ne quid eis officiat, tantũmodo in necessitatis tempore illos relaxant, quando venaturæ sunt. Sic prudentes viri sapientia, ingenio, viribus ac denique tẽ-
11 pore tunc solùm vtuntur, cùm eis maximè necessaria sunt. Et sic dicebat Dauid: Fortitudinem meam ad te custodiam. Et forsitan *Psalm.* 58
sessio illa B. Matthæi significat curam, & animaduersionem, qua munus suum exercebat, etsi periculosum erat: quæ aliqua dispositio fuit, vt Deus in eum oculos immitteret, eumque conuerteret. Quanuis communiter dicitur, in hoc verbo, sedentem, ineffabilem Dei misericordiam reuelari. Etenim quemadmodum cum Diuus Paulus leonino illo furore inflammatus Damascum properabat, vt Iesu Christi Saluatoris nostri sequaces disperderet, atque deuoraret, milleque infernis dignissimus erat, tunc vocatus est, vt in cœlum diuinitus raperetur: sic cum Beatus Matthæus negotia Diuinæ maiestatis offensiua sedens, & tranquillus exerceret, tunc eum accersiuit, ac iustificauit.

12 Tres peccatorum gradus refert Dauid: quorum alij per scele- *Psalm.* 1
rum viam gradiuntur, alij in ea stant: alij autem sedent, quorum vltimi sunt pessimi. Ideoque virum, qui nullo horum modorum peccat, laudat dicens: Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & qui in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedet: sed in lege Domini voluntas eius. In cathedra pestilentiæ sedebat Beatus Matthæus: & quod (credo) minus cogitabat, erat hæc misericordia, quam Dominus cum illo fecit. O ineffabilis Deus, & quàm incomprehensibilia sunt iudicia tua, & quàm indignis nobis singularia passim beneficia confers. Ecquis de diuina misericordia desperabit, siquidem tãtum peccatorem ad misericordiam Dominus recipit? Si qua ciuitas regem of-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simile. fendisset, vnus autem præcipuè ciuis inter omnes peculiaris esset offensor, rex autem non solum huic ignosceret, sed præeminenti cuidam domi suæ muneri eum præficeret: meritò vniuersa ciuitas veniam sibi ab ipso rege concedendam posset sperare. Siquidem igitur Deus corruptissimo huic Publicano non solum ignouit, sed duobus præcipuis domi suæ Apostolatus, scilicet, & Euangelij muneribus eum præficit, meritò nos possumus sperare, quantumcunque magnis, corruptisque peccatoribus ad ipsum tamen verè atque ex animo conuersis veniam nobis esse concedendam.

Et ait illi: *Sequere me*. In hoc ei præcepit, vt diuitias derelinqueret, ante quam ab eis desereretur. Sunt enim diuites quasi neogamæ, Hispanicè [*Nouias*] pauperes, quibus vestes, vitæ, atque monilia, quibus exornentur, solummodo in diem matrimonij contrahendi commodantur: quo finito, domino suo cuncta redduntur, ipsæque rudibus, tritisque vestibus domi suæ manent. Sic dives tandiu diuitias suas possidet, quandiu huius vitæ nuptiæ durant: quibus peractis corpus veteri inuolutum sindone manet in sepulchro. Hoc dicuntur mali in inferno confiteri dicentes: Diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra. *Sap.5.*

Et surgens secutus est eum. Illic videretis eum vsuraria chirographa diligentissimè disrumpentem: illic illicitos contractus dissoluentem: illic pignora dominis reddentem: illic debita dimittentem, illic vsuras restituentem: illic denique eleemosynas liberalissimè largientem. Itaque breuissimè se rebus omnibus sæcularibus expediuit. O efficacissimum verbum: Sequere me. Quasi diceret: diuitias solicitus, atque anxius quæris? Ego te locupletissimam venam ostendam, ex qua plurimas breui tempore diuitias abstrahas. Dives esse vis? Ego te diuitem esse volo. Verum veræ diuitiæ non ibi sunt, vbi tu quæris. Sequere igitur me, & ego illas tibi ostendam. Suadeo tibi (dixit Diuinus hic Dominus in Apocalypsi) emere à me aurum probatum, vt locuples fias. Quo autem pretio aurum istud emitur, nisi Dominum ipsum sequendo, perfectissimasque illius virtutes imitando? O admirabilem Dei potentiam, quæ tam paucis verbis *Apoc.3*

bis tantum peccatorem mollefecit, atque conuertit? Eccè adimpletum quod hæc summa veritas dixit per ipsum Beatum Matthæum, vbi postquam exaggerauit, quàm difficilis sit diuiti auaro ingressus in cœlum, addidit dicens: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. Videbitis rupem, quæ nullis malleis poterit infringi, fulgur autem è cœlo corruens in instanti eam mediam dissecat. Idem obdurato peccatori accidit: ad quem mollefaciendum cùm humana non sufficiant artificia, diuina vocatio in momento mollefacit, atque conuertit. O quanta est hæc confusio nobis, qui toties ab ipso Domino vocamur, sicuti in Prouerbijs significatur, vbi dicitur: Sapientia foris prædicat: in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat: in foribus portarum vrbis profert verba sua dicens: Vsque quò paruuli diligitis infantiam? Et quanuis nos toties, & tam diuersis in locis vocat: immobiles tamen quasi lapides in scelebris nostris manemus. O quàm meritò dicitur in eodem libro Prouerbiorum: Iter pigrorum quasi sepes spinarum: via iustorum absque offendiculo. O admirabilem metaphoram. Contemplamini hominem vndique crudelissimis, & acutissimus vepribus circunseptum, qui sic se animaduertens, ne ab illis compungatur, in eodem loco quietus commoretur. Talem dicit Spiritus Sanctus esse peccatorem, cui pœnitentia, ieiunium, disciplinæ, sanctæ exercitationes, alienæ substantiæ restitutio, peccati, occasionisque eius desertio, hæc omnia sentum, spinarumque murus altissimus esse videntur, per quæ ne prætereat, n peccatis quietus manet. Hæc autem, quæ malis spinarum valla videntur, sunt iustis via plana, & sine offendiculo. O serui Dei, quàm optimi huius veritatis testes estis, siquidem per omnes sanctas exercitationes tam velociter curritis, illasque tam planas, atque suaues reperitis. Et notandum est, quòd hic, vbi nos legimus: Iter pigrorum quasi sepes spinarum: alia translatio habet: Iter impiorum. Ex quo apparet idem esse dicere, pigrum, atque impium: pigrumque impium, & crudelem esse animæ suæ. Daniel Propheta dicit: In diebus illis, ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus. Panem desiderabilem non comedi: & caro, & vinum non introierunt in os meum *Matth.19* *Prou.1* *Prou.15* *Dan.10.*

Universidad de Deusto Biblioteca

os meum. Super hæc verba dicit sapientissimus pater Nicolaus 19
Lyranus. Lyranus Hebræis Babylone sub seruitute commorantibus Syrum primo anno, quo regnare cœpit, facultatem concessisse redeundi in Iudæam. Quia verò nonnulli eorum diuitias iam Babylone possidebant, terramque nouerant, in qua plurimos annos vixerant, & ei affecti erant, à seruitute exire noluisse, sicque quasi duos annos in eadem captiuitate commoratos fuisse, quoadusque sanctus Daniel diuturnam hanc perfecit orationem, Deumque abundantibus lachrymis, atque suspirijs deprecatus est, vt illam Babylonis affectionē ab eorum cordibus euelleret. Cuius oratio tertio anno regni Syri exaudita est, Hebræiq; ab illa seruitute prodierunt. O vtinam Deus nunc plurimos nobis concederet Danieles, qui Deum lachrymis, ieiunijs, prolixisque orationibus precarentur, vt maledictas has affectiones ab homi- 20
nibus, qui tantopere captiuitate delectantur, auferret, eosque ab huius sæculi amore euelleret, ac misera, qua præmuntur, seruitute liberaret. Hoc fratres mei quotidie in orationibus vestris Deū rogate, quando vestra maximi refert. Et factum est discumbente eo in domo, scilicet, Matthæi. &c. Plærunque in peccatoris cōuersione sanctos Euangelistas de conuiuijs meminisse comperietis. Magdalena ad Saluatoris pedes in conuiuio accessit. Quādo Zachæum vocauit, celebratum est conuiuium. Quo die filius prodigus in domum patris suiredijt, factum est conuiuium: & quo die Dominus Diuum Matthæum vocauit, atque conuertit, etiam dicitur celebratum fuisse conuiuiū. Ex hoc apparet, quàm suauis est Deo conuersio peccatoris. Quo nam die homines con uiuia sua celebrare consueuerunt? In illis vtique quos solenniores 21
maiorisque lætitiæ ac voluptatis habent. In paschis, in liberorū matrimonijs, &c. O fratres quam suauis est Deo, quamque delectabilis dies, quam q; solenne pascha, in quo anima perdita ad ipsum conuertitur, siquidem statim curat habere conuiuiū. Credo etiam hoc conuiuium à B. Matthæo fuisse præparatum, ad lętitiam significandam, qua plenus erat, eo quòd à tanto malo se liberum animaduertebat, quasi qui à crudelissima immanis tyranni seruitute se videt ereptum. Sic Diuus Augustinus in libro
D. Aug. lib. confes. suarum confessionum canere cœpit, ac dicere cùm se peccati videt immunem: Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Dicitque ibidem: Quàm suaue mihi subitò factum

22 ctum est carere suauitatibus nugarum: & quas amittere metus erat, tunc dimittere gaudium fuit. Vnde comparans Isaias Propheta lætitiam hanc gaudio, quo afficiuntur ij, qui plurima è superatis hostibus spolia colligunt, his verbis: Lætabuntur coram te, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia: rationē subdidit, dicens: Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrū exactoris eius superasti. O quam suaue, ac dulce est hominibus ambitionum, cupiditatum, atque libidinū, se immunes experiri, securaque conscientia esse, quod est beatitudinis quoddam cælestis exemplar. Et sic in Actibus Apostolorum de conuerso Eunucho dicitur: Ibat per viam suam gaudens. O Matthæe, Matthæe, quàm meritò conuiuium facis, & quàm aptè dicere potes: Congratulamini mihi, quia inueni non
23 ouem, sed animam meam, me ipsum, qui perieram. Fecit etiam conuiuium, vt illa occasione alios Publicanos amicos suos accerfiret, quò cum vitæ autore conuersantes, & comedentes ad eum conuerterentur. Non quippè contentus est iustus peccatum deserere, & ad Deum accedere, sed cùm ipse per amorem ad Deū veniat, vellet, vt omnes etiam venirent; hocque omnibus modis expetit. Hoc sponsæ desideria significabant, quæ non contenta erat dilectum suum videre, sed omnes etiam inuitabat, vt ad illum accederent, illo fruerentur, & eius pulchritudinis admirabilis, sicut & ipsa, amore caperentur, dicens in libro Canticorum: Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Quid? nonne tibi sufficit illum so-
24 lam videre, eoque perfrui? Nunquid non vereris ne fortè aliæ fœminæ tam decorum, ac desiderabilem eum videntes concupiscant? Hæ vtique sunt terrestres, ac rusticæ huius sæculi cogitationes. Non est, inquit, sponsus meus sicut homines huius sæculi, qui vt vnam diligant, alias odio habere consueuerunt. Sponsus meus omnes sine vllo detrimento meo diligit: omnes summopere diligit, cùm tamen ego eius dilectissima esse non desinam: ideoque volo omnes illum amare, illoque frui. Hoc desiderio ardebat Diuus Augustinus, qui dicebat: Vbi gustaueram Dō-
Augusti. mine lumen tuum, frendebam, quòd alijs indicare non possem. Et ipse Deus hoc præcipit in Apocalypsi, dicens: Qui audit,
Apoc. 22 dicat: veni. In tertio Regum volumine dicitur Deus Eliam

Prophetam

Prophetam è monte, in quo erat, descendere, Eliseumque in 25
Prophetam vngere, & ad sui ministerium accersire iussisse.
3. Reg. 19 Dicitque sacer textus: Profectus inde Elias reperit Eliseum arantem. Cumque venisset Elias ad eum, misit pallium suum super eum. Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam, & ait: Osculor, oro te, patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te. Cui dixit Sanctus Elias: Vade, & reuertere, quod enim meum erat, feci tibi. Sicque vir sanctus mundum relinquens, vltimum tandem ei vale dicens tulit par boum, & mactauit illud, & aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt. Ecce quomodo Eliseus cum mundum relinqueret, Deoque vellet ex animo seruire, ciuibus suis in signum lætitiæ cordis sui fecit conuiuium. Considerate fratres Deum concionatores suos nunc mittere, qui vos ad eius ministerium 26
accersiant, & à terrestri amore, atque affectione auellant: terram namque, sicut Eliseus aratis, animæ potentijs, corporisque sensibus terrenis bonis, ac delicijs intendentes. Vt igitur vos ab his terrenis exercitationibus reuocemus, vobis prædicamus, diuinæque misericordiæ pallium super vos immittimus, vos ad veniam, Deique amorem, & gratiam inuitantes. Nonnulli autem vestrûm diuino verbo tacti post concionatorem, sicut Eliseus post Eliam pergitis dicentes: O Pater concione tua cor meum vulneratti. Vellem vtique saluari, mundumque hunc, à quo tot ab hinc annis decipior, derelinquere. At deosculor patrem meum, & matrem meam. Vellem certè monachus esse, verùm parentes, & fratres habeo, quos maxi- 27
mè diligo. Litem nunc ago; negotijs quibusdam magni ponderis intendo. Hæc expediam, & postea tempus mihi remanebit, in quo quæ mihi consulis, faciam. Fratres feci quod meum erat. Nemo velit excusari dicens, se plurimis esse negotijs implicatum. Siquidem hæc res vestra pluris interest, nunc, cùm tempus habetis, illam peragite. Ego hoc vos admonens facio quod meum est. Iam vos ad diuinam misericordiam inuitaui. Hoc diuino pallio operimini, quando Dominus illud vobis liberalissimè concedit. Cessate iam arare, atque per terram sensibus, ac potentijs serpere. Diuini amoris igne animalia ista, simul & iugum seruitutis, quo illa opprimitis, concremate: & hoc erit ciuibus vestris solenne conuiuium facere. Nam heroicum pietatis,

28 tis, & conuersionis exemplum, quod eis in hoc perhibebitis, magis eorum animis, quàm cibi optimè conditi corporibus proderunt. O quantoperè vnius peccatoris conuersio alios peccatores eius familiares commouet, & quàm diligenter illius pio concitati exemplo idem facere curant. Et sic adimpletur illud: Qui audit, dicat: veni. Eia peccatores, nunquid adest aliquis, qui Deo gloriam reddere velit? Est ne aliquis, qui velit cessare iam terram arare? Est ne qui charitatis pallio velit operiri? O vtinam Deus nunc efficaciam his meis sermonibus conferret, quò viscera vestra penetrarent, & ad Deum conuerteremini, siquidem vestra tanti refert.

Animaduertite autem quomodo huius sancti viri desiderium fuerit adimpletum, siquidem hîc sacer contextus dicit: *Ecce multi Publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, & discipulis eius.* O ineffabilem Dei probitatem. Ecquis potentissimum Dominum, ante cuius conspectum cælestes potestates consternuntur, adeò propter hominum salutem humiliatum, vt cum infamibus, immundisque peccatoribus ad mensam sederit, contemplans non obstupescet? Murmurantibus autem de hoc Pharisæis immanibus, ac misericordiæ totius expertibus respondit summa misericordia, dicens: *Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus.* O verba terra, & cælo locupletiora. O verba suauitate, miraque consolatione repleta, in quibus se se Dominus medicum appellauit, significauitque se tanquam medicum cum ægrotis conuersari oportere. Quid enim faceret æger, si à medico reijceretur? Benedicant tibi sancti, cunctæque bea-
30 torum spirituum Hierarchiæ, ô Christe dulcissime hominum amator, qui tantum nobis animum addis, quò te confidenter appellemus, & quantumcunque grauibus sceleribus vulnerati simus, ad te tanquam ad cælestem salutis nostræ medicum accedamus. Nam quanuis corruptissima quæque vulnera, grauissimique morbi sint ægro nociui: medico tamen eis peritè medenti sunt honorabiles. At, rationi dissentaneum est hominem debilem, atque imperfectum ex his Domini verbis occasionem assumere cum peccatoribus conuersandi: hoc enim solis perfectis licet. Ideò Beatus Paulus ait: Scripsi vo- 1 Cor. 5.
bis in Epistola, ne commisceamini fornicarijs, aut auaris, aut idolis seruientibus. Si is, qui frater nominatur inter vos,

est

est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut 31
ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Et infe-
1. Cor. 15. rius dicit: Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua. Hoc
Aggæi. 2 mirificè in Aggæo propheta significatur. Vbi præcepit illi Do-
minus, vt sacerdotes interrogaret: Si tulerit homo carnem sacrifi-
catam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panē,
aut omnem cibum: nunquid sanctificabitur? Et dixerunt, nō. Et
dixit Aggæus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his,
nunquid contaminabitur? Et dixerunt: contaminabitur. Et re-
spondit Aggæus, & dixit: Sic populus iste, & sic gens ista ante fa-
ciem meam, dicit Dominus. In his omnibus significatur, virtu-
tem eius esse qualitatis, quæ non nisi magno labore valeat com-
parari: vitia verò facillimè quasi ignem arentibus stipulis adhæ-
rere. Non enim sanctificatur homo, eo quòd sancta tetigerit: im- 32
mundus autem ad immunda accedens, immundior redditur, hoc
est, homo debilis, & imperfectus ad ea accedens, à quibus conta-
minari potest, redditur imperfectior, magisque peruertitur. Id-
Prou. 7. circò dicit Sapiens: Discede ab iniquo, & deficient mala abs te.
Et alia translatio habet: Discede ab iniquo, & discedent mala
abs te. Et in hac translatione clariùs ostenditur, quantum pro-
dest homini ab iniquo recedere. Dicit enim: Si tu ab iniquo dis-
cesseris, mala quasi fugientia à te proficiscentur, neque in te re-
quiescere poterunt.

Addidit que vlteriùs Dominus, dicens: *Euntes discite, quid est, misericordiam volo, & non sacrificium.* O admirabilem sententiam, & Deo vtique dignam, quæ infinitam eius charitatem, probita-
temque manifestat. Nam cum sacrificiorum religio ad diuinæ 33
ipsius maiestatis gloriam spectet: misericordia verò ad hominū
miserias subleuandas dirigatur, tanta est Dei pietas, vt quasi glo
riæ suę immemor nos proximorum nostrorū necessitatibus dili
gentissimè subuenire, maximè velit: ficq; sibi sacrificium offer-
ri vult, vt cum misericordia sit coniunctum: & ipsum etiam mi-
sericordiæ opus sacrificium appellat. Nam Beatus Paulus di-
Hebr. 12. cit: Beneficentiæ, & communionis nolite obliuisci: talibus
enim hostijs promeretur Deus. Estque valdè notandum Do-
minum propter illorum malorum hominum murmurationē ab
incepto bono opere nō destitisse, quod veri ei⁹ imitatores facere
debent. Signum quippè imperfectionis, nimiæq; imbecillitatis
est

34 est propter murmurationes malignantium ab incepto bono de-
sistere. Nam vt ait Dauid. Sagittæ paruulorum factæ sunt pla- *Psal. 63.*
gæ eorum. Pueri balistas cum sagittis scirpi afferre consuescunt
quibus vix muscas ferire possunt. Et satis imbecillus puer esset,
qui harum sagittarum ictus timeret. Tales quidem sunt, qui ob
cauillatorum, atq; obtrectatorum verba bonum desinunt opera
ri. Vniuersa gentium contradictio templi ædificationem Israe-
litis non poterat impedire: altera namq; manu ædificabant, alte
ra verò gladijs dimicabant, vt patet in libro secundo Esdræ.
Multò quidem minori impedimento esse debent malignatium, *2. Esdræ. 4.*
corruptorumque hominum cauillationes solidis, verisque Dei
seruis, quominus incepta bona protendant: nec alijs quantumuis
acribus contradictionibus oportet eos à sancto proposito remo-
35 cari. Sic enim merita magis, magisque in dies accrescunt, gratia-
que cœlestis augetur, qua æternæ beatitudinis gloria comparatur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

¶ IN aduentuali volumine quatuor habes conciones in festo Sancti Andreæ, in quibus complura reperies, quæ huic sancto Euangelio poteris applicare: præcipuè verò de diuini visus effectibus, deq; cœlesti Dei vocatione.

IN FESTO DEDICATIONIS S. Michaelis Archangeli Concio Prima.

1 *Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum. &c.* Matthæi. 18.

IO die glorioso cœlestis nobilitatis principi B. Michaeli Archangelo festum sancta mater ecclesia celebrat in memoriam, scilicet, egregij illius triumphi, quem à Diabolicis copijs reportauit illius callidissimi serpentis vexillā humi prosternens, iustorumque insignia in cœlestibus sedibus stabiliens. Itaque in illius gloriosæ victoriæ recordationem sancta Ecclesia militans quasi assiduis improbi

huius antiqui hostis concussibus fatigata, ne ab illo superetur, 2
hunc sacrum diem huius heroici principis laudibus dedicauit,
quò eius semper auxilio muniatur. In quo bellica quadam arte
usa est. Solent quippe reges in nouis prælijs veteranis, armo-
rumque peritissimis ducibus vti, eorumque auxilio fulciri, &
sapientia, ac experientia gubernari, qui aliàs iam ab hostibus vi
ctorias reportarint. Cùmque potentissimi huius principis au-
xilio cœlestis Ecclesia triumpharit, Ecclesia militans, quæ hu-
meris arma semper asportat, etiam triumphare desiderans in sui
auxilium veteranum hunc ducem accersit, ne solùm contentus
sit, Dæmones è cœlestibus mansionibus eiecisse, sed illos etiam
ex animis nostris expellat, qui sunt alij cœli maioris pretij, at-
que valoris. Certissimum vtique est, Dæmones magnopere
desiderare aditum ad gloriam, quam ipsi amiserunt, nobis im- 3
pedire. Et siquidē Beatus Michael nobis sedes, quas ipsi possi-
debant, expediuit, iustum est, quòd eum rogemus, vt iter etiam,
quo ad illas properemus, expediat. Et quādò glorioſus hic prin-
ceps, cæterique cœlestes spiritus in peccatoris conuersione lætā
tur, sicut summa veritas affirmat dicens: Gaudium erit corā An
gelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente: rationi con
sentaneum est eius festum à nobis summa cum alacritate, & gau-
dio celebrari.

In hac sacra solēnitate Euangelium hoc nobis proponitur, in
quo de humilitate agitur, quia primus ille Angelus, qui malorū
omnium fuit dux, per superbiam corruit, cùm à Deo perfectio-
nibus illis præditus, quibus pura creatura poterat exornari fue- 4
rit creatus. Et sic eum appellauit principium viarum Dei. Deus
non iter facit, quia semper immobilis manet. Eius viæ non sunt,
quibus ille ad nos, sed quibus nos vadimus ad eum. Hę autē sunt
creaturę, per quarū considerationē ad eius cognitionē, atq; amo
rē accedimus. Illumq; principiū viarum Dei appellari, est pri-
mam Dei creaturam in perfectionis primatu vocari. Ex quo hu
ius miseri, atq; infœlicis Angeli perfectio declaratur, siquidē sa-
cra pagina eum principium viarū Dei nominat. Homines non
ad libitum suum primogenitos suos gignunt, sed, sicut Deus
disponit, sicque aliquando sunt debiliores, & insipientiores vni
uersæ domus. Deus autē quodvoluerit, esse, perfectionēque crea
turis suis concedere potest. Ergo huic primogenito (vt ita dicā)
plures

Luc. 15

Iob. 40.

5 plures perfectiones erat daturus, quàm alijs puris creaturis. Ille
autem animaduertens se decorum, & prę cæteris exornatū, non
fuit, hoc contentus. Nunquam quippe superbia, & ambitio ijs,
quæ possident, sunt contentæ: sed statim omnia, quæ superbus
consecutus est eius oculis vilescunt, & parua videntur, ideoq; plu
ra desiderat. Hic infœlix Angelus se ipso noluit contineri, sed
super ea, quæ à Deo acceperat, ascendere conatus est. At atten-
dite superbiæ eius finem. Ei quippe dicit Isaias: Detracta est ad Isai. 14.
inferos superbia tua. Et quemadmodum sancta scriptura nobis
hunc Angelum superborum ducē depingit, eumq; cum ipsius se
quacibus cœlum per superbiam amisisse testatur: sic etiam alte-
rum Angelum humilium ducem repræsentat B. Michaelem,
qui cum eius sectatoribus æternā beatitudinem humilitate me-
ruerunt. Et hæc est causa præcipua, ob quam sancta mater eccle
6 sia hoc nobis Euangelium in huius heroici principis, cæterorum
que Angelorum solennitate proponit: vt scilicet, cognoscamus
æternum Dei esse decretum, neminem prorsus ad gloriam,
quam illi possident, ascēsurum, nisi per humilitatis viam, quam
ipsi priùs ambularunt. Nam sic etiam Christus Saluator noster
corporis sui gloriam comparauit, vt affirmat Diuus Paulus di- Philip. 2
cens: Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mor-
tem: propter quod & Deus exaltauit illum. Monstruosumque
esset corpus, (qui sunt credentes,) alia ianua, quam caput in-
gredi.

Dicit igitur sanctum Euangelium. *Accesserunt discipuli ad Ie-*
sum. Cùm Deus sit pater misericordiarum, gaudet, nos ad ipsum
7 cum dubijs, ac difficultatibus nostris accedere. Tuncque ad eum
confugimus cum & eum deprecamur, vt in negotijs nostris nos
illuminet, & erudiat, atq; eorum mentes clarificet, quos nobis in
Ecclesia sua præceptores reliquit: & ad ipsos viros sanctos, atq;
eruditos confugimus, qui eius nomine nos doceant, dubijsq; no
stris respondeant. Et quia hoc Hebræi non fecerunt, idcircò de
illis conquestus est Deus per Isaiam prophetam dicens: Et os Isai. 30
meum non interrogastis. Vbi iustos, sapientesq; viros, quos ha-
bet in terra, os suum appellat. At, non debetis Deum curiosa in
terrogare, sicut hodie Apostoli fecerūt dicētes: Quis putas maior
est in regno cœlorū? Quid vestra interest nosse vtrùm Ioannes
Baptista sāctior sit Euāgelista? Quid, & his similia quęrere? De

vestra spiritali salute agite, & curiositates istas inutiles prætermittite. Principium perditionis mundi fuit curiositas. Hæc Euã euertit: quippe cui cùm diceret Dæmon, Eritis sicut dij scientes bonum, & malum: illa curiositate fuit excæcata, seque superari passa est. Ideò dicit Sapiens: In pluribus operibus eius, scilicet, Dei, ne fueris curiosus: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper: O admirabilem sententiam. Fœlix qui eam custodierit. Quærite fratres, quomodo cœlestis beatitudo comparatur, & quomodo Sancti ad gloriam, quam possidẽt, peruenerũt, & deniq; quomodo vos illos oportet imitari: quis autem maior sit Sanctus, nolite perscrutari. Proponitur puellæ duplex labor, quo illorum exemplo alios faciat, illa verò totum tempus consumit perscrutando vter sit melior. Filia bonum est te exemplar istud contemplari, atque laudare: præcipuè tamen idcircò tibi proponitur, vt alios labores istorum exemplo perficias. Quid prodest, me de Sanctorum meritis perscrutari, eosque laudare, si nullum eorum exemplum imitari volo? Præcipua ratio, ob quam nobis Dominus illos ante oculos proposuit, fuit, vt eos imitaremur.

Genes.3. *Eccles.3.* *Simile.*

Veruntamen hîc dicere meritò possumus Sanctos Apostolos non curiositate quidem, sed potiùs ambitione commotos Dominum hoc interrogasse. Eorum enim intentio erat sciendi quisnã eorum huic Ecclesiæ militãti præfuturus esset. Sed ambitionem istam celarunt quærentes, quisnam in triumphanti maior esset futurus, ex vno alteram elicere prætendentes. Ambitiosorum enim hominum est ingenium, bonorum desideriorum colore ambitionem suam operire. Simulant enim se propter proximorum vtilitatem prælaturas, ac dignitates expetere. Absalon maxima regnandi, patremque suum è regali sede deturbandi cupiditate flagrabat. Videte autem quomodo iniquum hoc desiderium pij zeli persona simulabat. In secundo nanq; Regum volumine de illo dicitur: Manè consurgens Absalon stabat iuxta introitum portæ in via, & omnem virum, qui habebat negotium, vt veniret ad Regis iudicium, vocabat Absalon ad se, & dicebat: De qua ciuitate es tu? Qui dicebat: Ex vna tribu Israel ego sum seruus tuus. Sum ex hoc, aut illo populo, & apud Regem litem ago. Respondebatq; ei Absalon: Videntur mihi sermones tui boni, & iusti, sed non est qui audiat constitu-

2.Regum.15

tus à Rege. Dicebatq;: Quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes, qui habent negotium, & iustè iudicem? Hæcq; dicens, & illos maximo amore complectẽs solicitabat corda filiorum Israel. Nihil minus infælix hic, quàm populorum commodum expetebat: ambitionem tamen suam iustitiæ zeli colore induebat. Etiam & Apostoli quanuis simplices erant, ambitionem tamen suam deuotionis pallio superinduunt, significantes se desiderare cognoscere, quis maior sanctus esset in cælo. Si milites essent, non vtiq; mirum esset in eos ambitionem ingredi: aut si Alexandri Magni, siue Iulij Cæsaris socij essent, non mirarer illos ambitione scatere. At Iesu Christi veri totius humilitatis magistri, atque exempli discipuli cum essent, in eos tam pestiferam honorum cupiditatem, mortiferãque pestem introisse, maximam affert admirationem. O quàm meritò dixit Dauid: Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Exijt Loth Sodomis, vt patet in Genesi. Cum autẽ filias suas secum tulisset, ipsæ eum inebriarunt, maximasq; abominationes admittere fecerunt. Nemo securum se esse ducat, quia est in religione dicens, hic securus sum: extra Sodomæ, mundique immunditias sum. Nam quanuis quis Sodomis exierit, secum tamen passiones suas filias carnis suæ defert, quæ illum inebriabunt, atque peruertent, vt Deum offendat, nisi solicitus, & cum timore viuat. Ideò dicitur in Ecclesiastico: Homo sapiens in omnibus metuit, & in diebus delictorum attendit ad inertia. Hoc est, quandiu in hoc mundo viuit, non se securum esse ducit. Dies delictorum sunt hi præsentis vitæ, siquidem in ijs omnibus homo peccare potest. In illisque attendit sapiens ad inertia, vt fugiat illa. Vbi alia translatio habet. Homo sapiens in omnibus metuet. In quo significatur, quàm assiduus sit timor in sapiente, siquidem metuit, & metuet. Ecquis talem in viris ab ipso Deo edoctis miseriam perspiciens non timebit? Quanuis pineum simulacrum diuersis coloribus sit depictum, semper tamen pinum redolet. Sic etiam, quanuis homo compluribus sit virtutibus exornatus, semper tamen hominem redolet. Ideò Dauid dixit in Psalmo: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Quapropter iustos etiam cum magna vigilantia viuere oportet. Hoc Dominus in discipulos suos permisit, nuncq; in multos iustos permittit incidere ad

Psal.38. *Genes.19* *Eccles.18.* *Simile.* *Psalm.93.*

maius ipsorum bonum, & emolumentum. Nam de singulis iu- 14
stis dicit Dauid: Omnia quæcunque faciet, prosperabuntur. Et
Psal.1 *Rom.8.* Diuus Paulus dicit: Diligentibus Deum omnia cooperantur in
bonum. Etenim etiam ex peccatis iustus commodum abstrahe-
re solet: quia ex illis, quàm parum valeat, experitur, sicque hu-
Chrysostom. homil. super Epistola. ad Roman. 2. miliatur, ac diligentiùs euigilat. Mirificè hoc Diuus Chrysosto
mus perpendit factum Dauidis combinans, qui intuens Beth-
sabee, concupiuit, & peccauit, adulterioque coniunxit homici
dium. Postea verò cum in castris existeret aduersus Philistæos,
qui Bethlehem obsidione premebãt, siti perstrictus, quia tem-
pus messis erat, vt dicitur in libro secundo Regum, dixit: O si-
2.Reg.23. quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem.
Allataque est illi aqua. Et postquam vas in manibus habuit,
scrupulum sensit bibendi eam, & sic humi diffundens Do- 15
mino sacrificauit. Dic Rex sancte, quare aquam effundis,
qua tantopere indiges? Ecquid mali faceres illam bibens?
Ex hoc cognoscetur (ait Beatus Chrysostomus) quantum
emolumenti iusti ex ruinis eliciunt, quippe qui priùs illicito
assentiens appetitui corruit alienamque cõcupiuit, ac vsurpauit
vxorem, nunc tam expertus, ac præuigilans euadit, vt licito sitis
appetitui nolit assentiri.

Et aduocans Iesus paruulum statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Voluit vtique diui-
nus Magister his verbis fumum in discipulorum suorum pe-
ctoribus elatum comprimere: sicque extra quod illi fuerant
percontati, eis respondit. Illi solùm quæsierunt: Quis pu- 16
tas maior est in regno cœlorum? Diuinus autem Magister
significans eos non solùm à maioratu, sed ab ingressu etiam
illius procul abesse, respondit, etiam ad ius habendum in-
grediendi in regnum cœlorum eis necessariam deesse condi-
tionem, videlicet, quòd in pueros essent conuertendi. Statim-
que quæstionem eis soluit dicens: *Quicunque ergo humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum.* Acsi in his
omnibus diceret: Ad ingrediendum in regnum cœlorum ne-
cessarium est, vos paruulos effici. Et quò magis in hac san-
cta pueritia profeceritis, eò maiores eritis in illo beatissimo
regno. Non loquitur hîc Dominus de paruulis illis, de qui-
bus

17 bus in Prouerbijs dicitur: Vsq; quo paruuli diligitis infantiam, *Prou.1.*
& stulti ea, quæ sunt noxia cupiunt? Nam hi sunt peccatores in-
sensati. Quemadmodum enim quicquid pueris datur, etsi vene
num, aut culter acutissimus sit ad os deferre, seq; illo interimere
consueuerunt: sic peccator insipiens quicquid videt, licet mortife
rum sit, statim ad animi os, quę est affectio, atq; consensus, addu
cit, seq; illo interficit. Sed de illis loquitur qui sunt pueri per ama
biliũ, suauiũq; rerũ, quę in eis sunt, imitationẽ, quales sunt, synce
ritas, puritas, atq; simplicitas gratissima, & alienatio quædã to-
tius superbiæ, vanitatis, & ambitionis: quæ in vero humili repe-
riri solent. Vera namq; humilitas in quatuor rebus consistit. Pri
ma est, quod humilis se ipsum nihili æstimat, sed præ propriæ
vilitatis cognitione pro nihilo ducit. Secunda est, quòd neminẽ
18 negligit. Tertia, quòd mundum contemnit. Quarta, & vltima,
quòd contemptum negligit, & nihili æstimat: ità quòd cum cõ-
temnitur, contemptum illum pro nihilo habet. Hæc est mag-
na perfectio, & fastigium humilitatis. Illarum quadraginta
duarum mansionum, quas sacra pagina refert filios Israel feciss-
se, ex quo egressi sunt Ægypto, quousque terram promissionis
intrarunt, quadragesima fuit in Helmon-deblathaim, vt dicitur
in libro Numerorum. Mansiones illæ figuræ fuerunt graduum *Numer.33*
cœli, quæ est vera terra quietis iustis promissa. Postquam illi
Hebræi Ægypto exierunt, rubrum mare transierunt, ad palmas-
que venerunt, vbi aquas dulces reperunt, mansionesque suas
postea facientes ad Helmon-deblathaim accesserunt. Sic etiam
19 primus humilitatis passus est, cùm homo ab Ægypto, hoc est à
sui ipsius ignorantia exit, cognoscens vilitatem suam, & mala,
quæ commisit: illumque oportet mare rubrum præterire, corpo
ralibus, scilicet, afflictionibus, cilicijs, disciplinis, atq; ieiunijs de
pasionibus suis vindictam sumendo vsq; etiam ad sanguinis ef-
fusionẽ, si opus fuerit. Et inde ad palmas veniet, vbi dulces aquas
è fontibus hauriet: hoc est de se ipso victoriam reportabit: ibiq;
suauitatem, ac spiritalem consolationẽ bibet, quam victoriæ de
nobis metipsis comparatæ triũphus secũ affert. Verùm nec ideò
in terram promissionis adhuc introibit: sed virili constantique
animo illũ iter facere oportet, quoad vsq; perueniat ad Helmõ- *D. Hiero. in tract. mans. fili. Israel;*
deblathaim, qui iuxta Beatum Hieronymum, significat oppro-
brium & contemptum.

Cumq; iam ad hanc perfectionem peruenerimus, vt iniurias 20
nobis illatas minimè sentiamus, sed potiùs cõtemni gaudeamus
in tam sublimem statum ascẽdemus, vt in vltimo iam huius glo
riosæ scalæ gradu pedibus persistentes manibus cælestibus man
sionibus hæreamus, cum cælestis illius Hierusalem ciuibus con
uersantes. O fratres in Christo Iesu summa animi contentione
per hanc scalam ascendere incipite, quò singularem hanc perfe-
ctionem consequamini: siquidem dicit Dominus: *Nisi conuersi*
fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.
Magnæ vtique senibus est confusioni, quòd volens Dominus
exemplum humilitatis, & synceritatis adducere, non senem qui
dem, sed paruulum aduocauit: cùm tamen ipsi summopere te-
neantur alijs præbere pietatis exemplum. Nam quanuis in iu- 21
uentute aliquantulum fuerint negligentes, in senectute tamen
ob diuturnam, qua sæcularium vanitatum experientia pollent,
illas iam odisse deberent, diligenterque curare, vt quod in iuuẽ-
tute perdiderunt, in senectute recuperarent. Nullus est, qui no-
Simile. ctis crepusculo aduentante ianuas domus suę non claudat, illiusq-
que angulos diligentiùs consideret. Tunc enim fures aliena diri
Apoc. 12. pere solent. In Apocalypsi dicit B. Ioannes se vocem audisse di-
centem: Væ terræ, & mari: quia descendit Diabolus ad vos ha-
bens iram magnam sciens, quòd modicum tempus habet. Qua-
si dicere: Væ sæcularibus, & Ecclesiasticis, væ diuitibus, & pau-
peribus, vę magnis, & paruulis. Diabolus enim sciens se modicũ
tẽporis habere, in quo vos superare possit, diligentissimè laborat
multosq;, ac varios tentãdi modos excogitat, quibus vos euertat, 22
ante quam tempus finiatur. Quia verò scit, naturaliter senes mi
nus quàm iuuenes esse victuros, idcirco in senectute illos diligẽ-
tiùs insectatur. Hoc etiã Dauid significauit dicens: Ipsi calcaneũ
meũ obseruabunt. Calcaneũ, ideſt, senectutem, & posteritatẽ.
Ideò diligentiùs eos animi ostia, ideſt, sensus claudere oportet,
Eccles. 4 atq; etiã propter exemplũ, quod adolescentibus perhibere tenẽ
tur. In Ecclesiastico dicit Spiritus sanctus: Presbytero (hoc est
seniori) humilia animã tuã, & magnati humilia caput tuum. In
quibus verbis docemur plus honoris ętati, quàm diuitijs esse per
hibendũ: siquidẽ longæuo animã, diuiti verò, atq; potenti solũ
caput iubet inclinari. Et siquidẽ iuuenes hanc senibus reuerẽtiã
debent: senes multò magis bonũ exẽplũ adolescentibus exhibe
re

23 re tenentur. Indecorũq; est capitis canitiei sensus canitiẽ nõ esse
cõiunctã, cuius causa longæuis reuerentia debetur. Nã in libro
Sapientiæ dicitur: Senectus venerabilis nõ diuturna, neq; anno
rum numero cõputata. Cani autẽ sunt sensus hominis, & ætas *Sapiene. 4*
senectutis vita immaculata. Verũ, heu heu, & millies heu quãtũ
est circa hoc lachrymandũ si corruptio, morũq; deprauatio cõsi-
deretur, quę in hac misera tẽpestate senes inuasit, cùm eos tã cupi
dos, ambitiosos, ac vanos, sicut iuuenes experimur, & fortè mul-
tò peiores. O cæcos, ac miseros vos, quos in pœnã dissolutionũ,
scelerũq;, quę in iuuentute cõmisistis, Deus è manu sua dimisit,
quò malis assuefacti ab eis recedere nesciatis: quod ad maiorẽ ve
stri cõdẽnationẽ fiet. Vt autẽ cognoscatis quàm execrabilia sunt
diuinæ Maiestati scelera senectutis, animaduertite, vbi nos legi-
24 mus in Ecclesiast. O diuit anima mea senẽ fatuũ, & insensatum, *Eccles. 25.*
& aggrauor valde animæ illius, in cõtextu Græco haberi: O diuit
anima mea senẽ adulterũ. In quo significãtur senũ peccata adeò
diuinę Maiestati esse odibilia, quasi quodãmodo essent adulte-
ria: quod est maximũ gen⁹ exaggerationis. Pudeat ergò nũc vos
Fratres mei turpissimæ vitæ vestræ, cùm caput, & barbas canis
insitas habeatis. Et scitote etiã Ægyptios quãuis Ethnicos senem
per cygnũ significare consueuisse, qui quo senior est, eò suauiùs
cõcinit. Sic vos quò seniores estis, eò sanctius virtutis, ac pietatis
exẽplũ perhibere tenemini. Quod nisi ita sit, nõ est cur de canis
gloriemini. Vt enim dicitur in Ecclesiastico, Melior est puer sa- *Eccles. 4.*
piens rege sene, & stulto. Sicuti melius est pyrum licèt viride
25 melle, saccarouè conditum, quàm maturum, & putridum: sic *Simile.*
plus valet puer virtute præditus, quam senex vitijs putre-
factus. Et quia senes tales erant, non aduocauit Iesus senem,
sed paruulum.

Etiam suspicor, quòd si nunc diuinus Magister puerum ad-
uocaret, vix eum cum illa puritate, ac innocentia reperiret, vt
de illo dicere posset: *Nisi efficiamini sicut paruulus iste, nõ intrabitis in*
regnum cælorum. Vix enim rationis vsum attingunt, cùm iam
compluribus sceleribus corrumpuntur: cuius causa est paren- *Prou 29.*
tum negligentia. Nam in Prouerbijs dicitur: Virga, atque cor-
reptio tribuit sapientiam, puer autem, qui dimittitur voluntati
suæ, confundit matrem suam. Vbi alij transtulerunt: Correctio
tribuit sapientiam. In quo significatur, solam correctionem in

pueris esse sapientiæ causam. Quid autem erit, si verborum cor- 26
reptioni virga, & supplicium misceatur? Hoc vtique maioris erit efficaciæ. At, carnalis amor, quo liberos vestros diligitis, efficit, vt nec verberibus nec reprehensionibus in illos vtamini: vnde à prima infantia quodammodo Diaboli esse incipiant.

Gregorius. 4 lib. Dialog. Diuus Gregorius in dialogis rem obstupendam de puero quodam refert. Scilicet, quòd Romæ homo quidam filium quinque annorum charissimum habebat: qui patris negligentia de Deo in illa tenera ætate blasphemabat. Cumque die quadam in matris brachijs existeret, vociferari cœpit dicens: Tolle, tolle eos pater. Quid vides puer? dixit pater. O pater, ait puer, video Mauros. Et hoc in agone, ac furore persistens de Deo blaphemare cœpit, sicuti consueuerat: & in illo instanti expirauit, ductusque est à Diabolis in infernum. O quàm horrendum, ac æterna memoria dignum est hoc. Ego vos deprecor 27
fratres per infinitã Dei probitatem, ne in liberis vestris pijs moribus instruendis negligentes sitis dicentes eos adhuc pueros esse, & cùm maiores fuerint à vobis esse docendos siquidem infelix puer ille, cum quinq; esset annorum tanta potuit scatere malitia, vt à Diabolis corpore, atque anima in infernũ arripi mereretur. Ideo admonens nos Diuus Petrus, vt tanquã pueri essemus,

1. Petri. 2. visus est non audere nobis consulere, vt essemus, quasi pueri aliquot iã annos agẽtes, sed dixit: Sicut modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo lac cõcupiscite, vt in eo crescatis in salutem.

Additq; hic Dñs dicens, Quidquid boni vni ex minimis illis factum fuerit, sibi fieri, seque illud esse soluturũ: qui autẽ eos scãdalizauerit, æternis esse supplicijs afficiendũ. O quam horrendum esse deberet homini considerare animam proximi sui per- 28
petuis inferni tormentis sua causa esse cruciandam. Si sanguis Abel sic ad Deum vociferabatur aduersus eum, qui illius corpus occidit: quantò magis clamabit infælix anima contra illum à quo fuit occisa, & cuius causa gratiæ vitam perdidit? O quomodo conqueruntur, ò quomodo vociferantur, ò quomodo in perpetuum damnati ijs in inferno maledicunt, qui condemnationis suæ causa fuerunt. Vt autem hoc vos magis deterreat, au-

Hiere. 2. dite quid dicat Deus per Hieremiam Prophetam, quæ sunt ex terribilioribus verbis totius sanctæ scripturæ. Quid niteris (ait Dominus bonam ostendere viam tuam adquærendum dilectionem?

29 nẽ, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentũ. O anima sanguinolenta, quæ tot animas occidisti non pudet te familiarem meam te ostendere, postquàm tot immanitates admisisti. Non erubescis amicitiam, amoremque meum quærere? quæ non es contenta tot scelerum maculis infici sed maledictas vias tuas alios docuisti? & in alis tuis inuẽtus est sanguis animarũ pauperum, & innocẽtũ. Hoc est, in operibus, malisq; exẽplis, quibus quasi alis infamia tua ad omniũ aures peruolat: ibi inuẽtus est sanguis nõ mortaliũ quidẽ corporũ, sed immortaliũ animorum pauperũ innocentũ, quos tuo scãdalo, quasi gladio acutissimo iugulasti, quo ęternis supplicijs cruciarẽtur. Et posthæc omnia cũ animæ illæ tua causa in inferno patiãtur, mecũ, in cœlesti gloria
30 te regnaturam, æternisque delicijs fruituram speras? O quã metuenda sunt hæc. Quomodo ea audientes non obstupescimus? O lusores, ò libidinosi, ò lenones, ò tyranni, ò vsurarij, qui alios persuasionibus vestris ad creatorem suum offendendum concitatis non obstupescitis hæc, quæ Dominus hic dicit, audientes? Etenim vos omnino ab amore, atque gratia sua videtur eijcere, vt absque vllo remedio in perpetuum maneatis, cùm vnicuique vestrum dicat: Cur niteris bonam ostendere viã tuam adquęrendam dilectionem? Quod si quis dicat: Ego nemini sermonibus persuadeo, vt Deũ offendat. Ideo Dominus subdidit dicens. Et in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperũ. Vt significaret homines dupliciter solere proximos suos ad
31 peccandũ inducere: vno modo illos inuitãdo, verbisq; cõmouendo: altero modo malis exẽplis suis eos prouocãdo. Et illi, qui horũ alterũ facit dicit hic pater misericordiarũ: Cur niteris bonã ostendere viam tuã, adquærendã dilectionẽ? Quid? Anne Dñs hic infinitæ clemẽtiæ fuę nobis ostia claudit, quò de illa penitus desperemus? Nõ vtiq;. Sed his exaggerationibus vtitur, quotãtorũ scelerũ grauitatẽ clarius cognoscatis: atq; vt significet, q̃ si ea, quib⁹ digni estis vobis esset supplicia inflicturus, vbi primũ quis vnã anima perderet, protinus eum absq; vllo remedio in perpetuum dimissurus esset. ¶ Quod cũ ita sit fratres charissimi, qui vos in hoc deliquisse cognoscitis, acerrimam pœnitentiam agite, & vsque ad profundum abyssum submississima cordis humilitate cõsternimini venia vos semper indignissimos esse iudican-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicantes, tamque horrendas immanitates, & abominationes cõ 32
tinuis lachrymis lamentantes, & omnibus possibilibus rationibus eos ad Dei ministerium, quos peruertistis, reducere curate. Ex ijs quæ dicta sunt, oportet vos intellexisse, quã merito dixit Dominus: *Væ homini illi, per quem scandalum venerit.* Statimq; nos monet, vt hæc scandala fugiamus, dicens: *Si manus tua, vel pes tuus scãdalizat te, abscinde eum, & proijce abs te.* Permanũ, pedẽ, atq; oculum intelligit hic diuinus Magister quidquid quamuis nobis vtilissimũ sit, quod à nobis præcipit amoueri, si nobis peccandi occasioni fuerit diuinæ gratiæ suæ conseruationẽ pluris æstimantibus, quã quodlibet aliud emolumẽtũ, quod nobis à creaturis prouenire possit. Additq; Dñs dicens: *Bonũ est tibi ad vitam ingredi debilẽ, vel claudũ, quàm duas manus, vel duos pedes habentẽ mitti in gehennã ignis.* Nemo in vitã æternã, nisi integer omniumq; defectuũ im- 33
munis ingredietur. Sed vult dicere, q̃ si cum aliquo defectu in eã esses ingressurus, melius esset te aliqua corporis tui parte carẽtẽ in vitam æternam ingredi quam integrum gehennalibus cruciatibus cõtorqueri. Vbi, quo integrior esset, eò plus ignis ille quid torquere posset, haberet.

Denique concludit Dominus dicens. *Videte ne contemnatis vnum ex pusillis. Dico enim vobis, quia Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est.* O Domine infinitæ pietatis, benedicat tibi anima mea, & vniuersus iustorum chorus te glorificet, qui adeò vilissimos hos terræ vermiculos æstimas, vt Angelos gloriæ coronatos nobis concedas, qui summa cum diligentia, & amore in nostri ministerio occupentur. Verum quid miramur, quòd nobis Angelos in pædagogos dederis, siquidem vnigenitum filium tuum nostra causa in cruce moritu- 34
rum nobis dedisti? In his verbis nos admonet Dominus, ne proximos nostros contemnamus, quantumcunque viles, & abiecti nobis esse videantur: siquidem eos tanti æstimat, vt eorum ministros Angelos faciat. Et ita dicit B. Hieronymus. Magna dignitas animarũ, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum deputatũ. Ab ortu natiuitatis, inquit, Quia, quemadmodũ cum poma sunt in horto vnus & idem custos hortũ simul, & poma custodit: at postquã poma ex horto abstrahuntur, alter ad hortũ, alter ad poma custodiẽda requiritur custos: sic quãdiu infans in genitricis vtero cõmoratur, idẽ Angelus matris

Hiero. c. 18. Matt. To. 9.
D. Tho. 1. p. q. 113. art. 5
Simile.

custos

custos matrem, filium q̃ custodit. Sed postquam è matris vul- 35
na profertur, protinus Deus in eius custodiam Angelum mittit. Quibus igitur ministerijs tantum Domino beneficium persoluemus, qui tales nobis pædagogos, magistrosq; concessit? Et enim vnus Angelus plura nos docere potest, quàm multi concionatores. Et ita de illo Angelo, qui apparuit Danieli dicitur: Vox sermonum eius, vt vox multitudinis. Et si vnus erat, qui lo- *Dani. 10*
quebatur, complures tamen voces sonare videbantur. In quo significatũ est vnũ Angelũ plusquàm multos homines docere posse. In hoc autem ministerio nihil aliud expetunt, quàm nos sibi ipsis similes reddere. Nam quemadmodum, nisi per imitationẽ Dæmones fuerimus, non condemnabimur, sic nisi per imitationem Angeli fuerimus, non saluabimur. Et licet Angeli tã po- 36
tentes sint, aliquãdo non cõtentus est Deus nobis ordinariũ Angelũ ministrare, sed iustis etiã in eorũ auxiliũ Angelorũ mittit exercitus. Quãdò quippè Iacob fratrẽ suũ è Mesopotamia veniẽs *Genes. 32*
timebat, fuerũt ei obuiã Angeli Dei. Vbi notãdũ est, sanctã scripturã nõ dicere, illos missos fuisse, vt significet amorẽ, ac prõptitudinẽ, qua in auxiliũ nostrũ veniũt. Et si reuera missi fuerũt, venisse tamẽ libẽter, & vltrò dicũtur, quia summa cũ charitate venerũt; nõ autẽ vnus, sed tot, vt eos perspiciẽs sanctus Patriarcha dixerit: Castra Dei sunt hæc. Attendite, quot Angelos Dñs in auxiliũ iusti mittit, siquidẽ eos Iacob, exercitus Dei, & castra vocauit. Præcæteris Angelis glorioſum Archangelũ Michaelẽ peculiari deuotione, ac reuerentia sancta ecclesia veneratur: cuius vnũ ex præcipuis munus est, animas à corporis ergastulo exeũ- 37
tes in cõueniẽtibus gloriæ mãsionibus collocare. Cùmenim animæ iuxta merita, quibus ab hoc sæculo exierint exornatę, inter Angelorũ choros cõstituendæ sint: B. Michael eas in loco ipsarũ meritis debito collocat. Sicq; sancta mater ecclesia illũ Dei nomine laudãs decãtat: Archãgele Michael cõstitui te principẽ super omnes animas suscipiẽdas. In cuius signũ eũ animas in statera perpẽdentẽ sancta mater ecclesia repræsentat. Quid princeps glorioſe perpẽdis? Merita vtiq; appẽdo, vt animas in supernis mãsionibus debito ordine collocẽ. O quãtopere tũc optimis operibus onerati esse gauderemus, quę cũ Dei charitate perfecta tãtũ valent, vt in chronicis ordinis Minorũ. 2. p. l. 4. dicatur quòd cùm maximus quidã peccator, qui multi erãt anni, ex quo pec-

cata

cata sua non confitebatur, nocte quadam duos fratres huius san- 38
ctissimæ Religionis in domum suam excepisset, quorum sanctis admonitionibus, nocte illa conuersus est: cũque eadem nocte alteri eorum peccata sua confiteri vellet, ille respondit, se tunc ex itinere fatigatum esse, eumq; admonuit, vt illa nocte bene præpararetur cumq; crastina dies illucesceret, confiteretur. Idemq; vir nobilis maxima cum deuotione, pioque affectu stipulas manibus suis detulit, quibus lectulus conficeretur, in quo serui Dei nocte illa requiescerent. Eademq; nocte in somnis reuelatũ est eidem sancto fratri virum illum esse defunctum: cuius animam cùm Diaboli deferre vellent, sanctum Angelum eis obstitisse dicentem, illam iam non esse, eorum. Dicentibusq; Diabolis eã nullis meritis esse munitam, ob quæ ipsorum manus euaderet, dixit Angelus eius custos iudici: Adducantur paleæ, quas manibus suis nocte detulit, vt pauperum fratrũ lectulus sterneretur. 39
Paleæq; illæ in altera lance constitutæ, quas homo peccator cũ peccatorũ suorũ dolore diuini Redemptoris nostri meritis innitens adhibuit, grauius appenderunt, quã vniuersa scelera, quæ in tota vita sua commiserat. Sicque anima illa à Diabolis liberata fuit, & à sancto Angelo in saluationis locũ deducta. Exurgensq; frater cũ socio suo ad viri nobilis cubiculum se contulit, eumque reuera defunctum inuenit. O immensam Dei probitatem, atq; clementiam. Si ergo modicæ paleæ cum charitate concessæ tantum valuerunt, quid plurima bona opera valebunt, quæ iusti cum diuino amore facere solent? Curate ergo fratres charissimi diligentissimè pijs vos exercitationibus exercere, vt illa 40
hora vos sanctus Michael cum magno pondere inueniat, ineffabilique hilaritate æterna præmia percipiatis. Verùm heu quam terribili pauore deterrebitur anima, quæ tunc se adulterijs, homicidijs, furtisque oneratam, auri autem charitatis vacuam inuenerit. Daniel Propheta explicans Balthassari sensum scripturæ, quã in pariete viderat, dixit ei. Mane, numerauit Dominus regnum tuum: & compleuit. Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. O verba terribilia. Quantumcunque potentes simus, quantumcunq; diuitiarum habeamus quibuscũq; regnis, ac nationibus dominemur, manèvita nostra finitur, meritaq; ac demerita nostra perpẽdẽtur: At, vę illi, cui B. Michael dixerit: Appẽsus es in statera, & inuẽtus es minus habens.

Danie. 5.

Frater

41 Frater inuenio te non habentem pondus amoris, neq; bonorum operum: quapropter abi in infernum, vbi sempiterno tormẽtorum pondere cõprimaris. O terribilem stateram. Ecquis adeò insensatus nunc est, qui bonorum operum diuino amore ornatorum aceruum maximum cumulare non curat, ne in illa vltima hora tam horribilem audiat sententiam. O Christe vere mundi Saluator per infinitam clementiam tuã te supplices exoramus, oculos nunc nobis adaperias, quò inuenti à Beato Archangelo Michaele meritis, gratiaq; repleti, eius manibus in cœlesti gloria collocemur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodẽ Festo dedicationis sancti Michaelis Archangeli Concio Secunda.

Accesserunt Discipuli ad Iesum dicentes: &c. Mat. 18

1 Odie Sancta Mater Ecclesia diuini spiritus lumine gubernata sancti Archangeli Michaelis, vnaq; omnium Angelorum festum dignissimum celebrat. Nã siquidem, vt dicit Apostolus, Omnes sunt administratorij Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, rationi consentaneum est nos omnes venerari, omniumq; festum lætis animis celebrare. Et quanuis, Spiritus sublimiorum Hierarchiarum in terram mitti non solẽt vt affirmat B. Diony sius his verbis: Meritò igitur illa prima cœlestis fruitio ab altissimis spiritibus agitur, cùm sit ordo omnibus celsior, atq; sacratior: vt ante conspectum diuinæ maiestatis cõtinuò satisfaciat, perpetuòq; locata sit hactenus ille, spiritus tamẽ sublimioris Hierarchiæ ad spiritus inferioris chori, & hi ad alios inferiores Angelos cum salutis nostræ negotijs mittuntur. Et sic quasi [*Postas de correo*] quorum alter in vnum locum peruenit, alter verò inde ad alterum proficiscitur, aut sicuti qui ludit (*Al vino te lo doy*) diuinę reuelationes, atq; mysteria de ore ad os veniũt, quousq; ad nos accedunt. In hoc autem festo sacrum hoc nobis

Hebr. 1.

2

Dion. lib. 7. de cœlesti Hierarchia.

proponitur

proponitur Euangelium in quo dicitur: Accesserunt discipuli 3
ad Iesum. Diuus Lucas hanc historiam referens sic dicit: Intra-
uit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. Et Beatus
Luc.9. *Marc.9.* Marcus dicit: In via inter se disputauerant, quis eorum maior es-
set. Hic autem sanctus Matthæus dicit, eos non solùm in illa co-
gitatione, quam D. Lucas, neq; in disceptatione, quam sanctus
Marcus recenset, stetisse: sed vlteriùs progressos fuisse, & cũ hac
quæstione, ac difficultate ad Dominum accessisse. Hic humanę
miseriæ casusque discursus, atq; processus manifestatur: & quo-
modo peccatum ad executionẽ peruenit, manifestè declaratur.
Etenim priùs intra hominis cor secretò celebratur: deinde in or-
dinatis, pessimisque verbis ore profertur: vltimò tandem ad exe
cutionem peruenit: Sicut accidit in his sanctis viris, qui priùs
hoc cogitauerunt, deinde inter se disceptauerunt, vltimò deniq; 4
negotium ad sanctissimum magistrum suum detulerunt. Hinc
igitur elicimus, quòd nisi mala nostra vlteriùs progedi velimus,
statim eorum caput in cogitatione scindam⁹. Et ità dicit Diuus
Hiero. lib. de cust. Virgi. Hieronymus: Fœlix, qui, vt ait Dauid, allidit paruulos suos ad
petram. Singulare remediũ est in vita Christiana ad sceleribus
obuiandũ illa sanctissimæ Petræ ictu statim, cùm accrescere in-
cipiunt, confringere, scilicet, cogitationem protinus diuertendo
ad Iesum Christum crucifixum, proprioq; cruore perfusum, la-
chrymisq; conspersum, & in profundo quodam tormentorum
pelago submersum, vt nos à peccato liberaret, contemplandum.
Psal.7 Et de illo, qui hoc non facit, dicit Dauid: Concepit dolorem, &
peperit iniquitatem. Maximè hic est etiam adnotanda dulcissi
ma, suauissimaq; Dei prouidentia, qui ad nostram ędificationẽ, 5
& consolationem homines electissimos in hanc imbecillitatem,
Luc.22. non semel quidem, sed sæpiùs permisit incidere. Diuus enim Lu
cas dicit, quòd in vltima cœna facta est contentio inter eos, quis
eorum videretur esse maior. Et Beatus Matthæus refert filios
Matth.20 Zebedæi ambitione commotos primas sedes in regno cœlorum
expetijsse, alioſque discipulos hoc intelligẽtes indignatos fuis-
se. Itaque in tota Euãgelica historia nullum aliud vitium in san
ctos Apostolos, dum Christo conuersabantur in vita mortali,
præter hanc maledictam Christianę vitę tineã dicitur inuasisse.
Et sic vtique est, quòd ambitio, atque superbia est familiarius vi
tium hominibus Deo dicatis, ac religiosis. Plurimiq; ferè sine la
bore

6 bore gulam comprimunt, carnem suam castigant, & in spiritus
seruitutem redigunt: & non solùm eleemosynas largiuntur, sed
omnibus etiam, quæ possident, abrenunciãt, seque sanctissimæ
religionis iugo vltrò submittunt, alijs denique sanctis exercita-
tionibus intendunt: de quibus tandem vana quædam alijs domi
nandi cupiditas sæpe triumphat, cum cæteris in omnibus ante-
poni desiderent. Ac sæpenumero sanctiores viri inanium laudũ
desiderio apprehendi consueuerunt, omnesque eorum actus illis
placent, ac spiritali quadam superbia euanescunt, & prope sunt,
vt dicant cum Diuo Paulo: Bonum certamen certaui, cursum *2.Tim.4.*
consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona
iustitiæ. De quibus dici potest illud Apocalypsis: Dicis, quòd di *Apoc.3.*
ues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es mi-
7 ser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Ideò sæpenume
rò Deus electos suos in præsenti vita aliquibus minoribus vitijs
tentari, atque aliquando permittit incidere, quò vilitatem suam
cognoscant, neque in hoc abominabile vanitatis, superbiæq; spi
ritalis vitium corruant. De se fatetur Beatus Paulus, dicens: Ne *2.Cor.2.*
magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus
carnis meæ. Vilissimum, valdeque ignominiosum erat altissi-
mæ huius sancti Apostoli perfectioni, eũ turpibus propriæ car-
nis stimulis cruciari. Verùm hoc ad profundæ ipsius humilitatis
conseruationem ita necessariũ fuit. Corpora, quæ prospera sem- *Simile.*
per valetudine perfruuntur, & nimia sunt carne refecta, quæ à
medicis plethorica nuncupantur, iuxta Hippocratis aliorumq;
medicorum communem sententiam, nimium periculosa, gra-
8 uissimisque morbis propinqua sunt. Ideoq; satius ducunt, si par-
ua quadam infirmitate laborent. Sic spiritus virtutibus, meritis-
que repleti, quique nullam in se imperfectionem, imbecillita-
tem ve sentiunt, pestifero spiritalis elationis vitio sunt valdè pro
pinqui, videlicet, ob ipsorum imbecillitatem. Ideoque Deo bo-
nũ videtur illos aliquibus imbecillitatibus humiliare, ne in ma-
iora, & periculosiora peccata prolabantur. Permisitque Domi-
nus sanctos Apostolos in hoc vitium ambitionis incidere, cùm,
vt in nullo quantumuis perfecto statu securitatem esse noueri-
mus: sicque timidi semper, atque solertes viuere curaremus: tum
etiam ad nostram consolationem, vt cognoscamus, atque spere-
mus, Dominum, siquidem has in suis miserias tolerauit, etiam in

nobis, quandoquidem imbecilliores sumus, has, & alias esse latu- 9
rum. In hoc etiam loco illud consideratione dignissimum est, sci licet, quantum inter iustorum, aliorumque peccatorum, qui à ve ræ cognitionis suæ lumine derelicti sunt, tentationes intersit. Ni mirum, quia iusti cum tentationibus oppugnãtur, eas Iesu Chri sto verò salutis, vitæque magistro reuelant, eiusque consilijs li benter obediunt, sicut hîc sacrosancti Apostoli fecerunt. Et qui in tentationibus suis hunc diuinum magistrum consulit, val dè propinquus est saluti. Peccatores in tentationibus suis præ ter carnem, vtilitatem, dignitatemque suam consulũt neminem:
Psal. 22. quas etiam alijs sibi similibus reuelant, ideòque tam certa est eo rum ruina. Et sic, vbi nos legimus: Consilium malignantium ob sedit me: alij transtulerunt: Concilium malignantium obsedit me. Et sic est in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica, & 10 sic etiam legit Beatus Hieronymus. In qua dictionis varietate si gnificatur, ex malorum congregatione cõsilium proficisci, quod illud recipienti maximè obest. Quapropter charissimi in Chri sto fratres cauete, ne in tentationibus vestris, aut in alijs negotijs malignantes, peruersæque conscientiæ homines consulatis: hi enim vos perdent. Sed ad diuinæ sapientiæ fontem Iesum Chri stum confugite, illosque qui sunt eius loco consulite.

Et aduocans Iesus paruulũ, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amẽ dico vobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. O quam metuenda sententia. Profectò, si eius vim penitus intelligeremus, corda præ dolore, ac mœrore nobis confringerentur. In qua nobis summa, infallibilisque veritas di- 11
cit, tantum nobis ad ingrediendum in cælum deesse, quàm pro cul à puerorum innocentia, & puritate distamus. O Deus infini tæ maiestatis, quid faciam? Quomodo tam difficile opus appre hendam, quale est, hominem, sicut me peccatis assuefactum ad puerilem innocentiam, synceritatemque redire? Ne contriste mini fratres. Non enim hîc Dominus dicit: Nisi efficiatis vos sicut paruulos: sed, nisi efficiamini sicut paruuli. Aliunde namque nobis hæc ad puerilem innocentiam conuersio pro-
Psal. 76. uentura est. Nos enim hoc nequimus efficere. Hæc, inquit Propheta, mutatio dexteræ excelsi. Non vtique manus no stræ, hoc est opus, sed diuinæ gratiæ, cui nihil est impossibile. Bonum liberi arbitrij vsum ex nostra parte ponamus, efficaci-

que

12 que desiderio, ac toto animi conatu diuinam misericordiam deprecemur, vt quod fragilitas nostra non obtinet, id in no bis ipsa perficiat. Dicit Dominus: Nisi conuersi fueritis, quia omnia peccata sunt auersio à Deo, & conuersio ad creaturas. Oportetque nos à creaturis auerti, faciemque, id est, amo rem, & affectionem ad Deum conuertere. Sicque homo ad puerilem innocentiam attingendam disponitur. Quaquidem præcellebat Saul, cum iam vir perfectæ esset ætatis, quo tem pore in Regem fuit electus, siquidem de illo dicit sacra Scri ptura: Filius vnius anni erat Saul, cùm regnare cœpisset. Quod 1. Reg. 13.
significat eum in illa ætate sicut puerum vnius anni esse syncerum. At, quæret quispiam: quare Dominus hîc suos sanctos discipulos reprehendit, significans eis illos nullum ius habere
13 ad regnum cælorum possidendum, quia in eodem regno maiores esse volebant, cùm tamen vniuersis Christianis liceat exoptare cunctis beatis gloria præcellere? In hac vtique vna parte ambitio non vitiosa quidem, neque culpabilis est, sed sancta potiùs, atque laudabilis. Vnde petitio Elisei Prophetæ ad sanctum Eliam meritò laudatur. Ipse etenim in quarto Regum volumine dixit: Obsecro, vt fiat in me duplex spiritus 4. Reg. 2.
tuus. Quid, vir sancte, nunquid tu magistro tuo melior esse vis? Sic vtique: Deus enim vult, vt absque aliorum despectu alijs antecedere probitate curemus. Sicque ei Elias Dei nomine dixit: Rem difficilem postulasti: attamen si videris me quando tollar à te, erit quod petisti. Sicque reuera, quod expetijt, impetrauit. Multò autem melius est cupere hominem maiorem
14 esse in regno cælorum, quàm exoptare duplici Eliæ spiritu pollere. Nam hominem desiderare maiorem esse in regno cælorum est desiderare maiori gloria perfrui. Hoc autem desiderium maiorem Dei charitatẽ eius animo inesse significat: quod enim non amamus, illo frui non optamus. Amor namque est requies centrumque desiderij, vt acutissimè dicit Scotus. Ergo si *Scotus in* amor Dei est bonus, & adeò bonus, vt per eum cætera om- *4. distin.* nia sancta efficiantur, quare illius auiditas erit iniqua? Dicit *49. q. 3.* idem subtilis doctor Scotus, nec sine Christianæ Theologiæ *& 4.* fauore, beatitudinem in Deo amando, siue fruendo consistere. Actus enim, inquit, animæ, quem Theologi fruitionem vocant, nihil aliud est, quàm illa voluntatis cũ re dilecta connexio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est, ipse amor. Si igitur hominis gloria est Deum amare, & in 15
Dei amore omnibus Seraphim excellere cupere possumus, imò
sanctum est, quare increpandi erunt sancti Apostoli, quia in re-
gno cælorum maioratum, siue præeminentiam exoptabant? Ad
hoc respondeo, cælestem magistrum hîc non reprehendisse de si
derium præcellendi alijs in regno cælorum, sed mediũ: quo pri-
matum hunc adipisci conabantur. Illi quippe in hoc sæculo alijs
honore, dignitateque præstãtes in futuro sæculo maiores esse vo
lebant. Arbitrabantur enim eum, qui maior hîc esset, maiorem
etiam, præstantioremque illic esse futurum. Ad quod eis respon
dit Dominus, hanc non esse viam cælestis primatus adipiscen-
di, sed profundam potius humilitatem, volũtariamque propriæ
personæ abiectionem.

Ideòque illis dicit: *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli,* 16
non intrabitis in regnum cælorum. Et quicunq; humiliauerit se, sicut paruu-
lus iste, hic maior est in regno cælorum. Quid hoc est Domine? Nun-
quid sacra pagina iustos non appellat viros? Nonne dicit Da-
uid: Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum? Beatus
vir, qui timet Dominum? Et Isaias Propheta eos misericordiæ
viros appellat. Quomodo tu dicis, eos sicuti pueros esse debere?
Dico illos viros nuncupari in oppositionem aliquarum pueri-
lium imperfectionum, quales sunt ignoratio, atque debilitas. Iu
sti verò imbecilles non sunt, sicut pueri. Nam si à mundi primor
dio, præsertimque postquam filius Dei suum sacrosanctum Euã
gelium prædicauit aduerteritis, in eis tam in viris, quàm in fœ-
minis; tam in pueris, quàm in senibus opera cernetis, quæ per se
sumpta toti mundo stupori, ac pauori fuerunt, maioriq; pom- 17
pâ, atque triumpho, quàm Cæsarum, Dariorum, Romanorum-
que omnium Imperatorum victoriæ celebrari meruerunt. Quid
virilius esse potuit, quàm teneras, nobiles, diuites, omnibusq; de
licijs, atque indulgentijs educatas virgines sæcularibus voluptã
tibus, fastuque dimisso, seque, ætatem iuuenilem, pulchritudi-
nem admirabilem, libertatem inæstimabilem, & deniq; vitam
super hæc omnia desiderabilem contemnentes, sponso suo Iesu
Christo eius causa moriendo omnia cõsecrasse? aliasque quàm
plurimas id quotidie studiosissimè exoptasse? Maximè commẽ
dat Valerius Maximus heroicum P. Scipionis Africani factum,
quia cum Carthaginẽ in Hispania deuastasset, ei allata est virgo
quædam

Psal. 1.
Psal. 111.
Isai. 57.

Valerius Max.

18 quædam deuincta: quam cùm desponsatã esse cognosceret, sen-
sualem appetitum, atque libidinem vincens illam tangere no-
luit: quod factum omnium, quæ fecit, illustrissimum esse dici-
tur. Quid igitur dicerent hi de illis, quæ corpus, & animam suam
non ad vnum diem, sed ad totam vitam sub aliena voluntate Do
mino consecrantes quotidie de mundo, diabolo, deq; semetipsis
summa cum hilaritate triumphant? Meritò igitur iusti vocan-
tur viri, cùm puerilibus imbecillitatibus careãt. Vult autem Do
minus eos sicut paruulos effici per imitationem rerum amabi-
lium: quæ illis insunt. Et ita dicit Beatus Petrus: Deponentes igi *1. Petr. 2.*
tur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inui
dias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabi
les, & sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem: si ta
19 men gustatis, quoniam dulcis est Dominus. O admirabilem ex-
cellentis Apostoli doctrinam, quàm præcisè nos docet, quas con
ditiones viro iusto oportet inesse: videlicet, quòd sit humilis, &
paruulus in Christo Iesu. Hæc omnia, quæ sanctus Apostolus
nobis hîc præcipit derelinquere, sunt veteres Adæ reliquiæ.
Deus in hominis corde sanctam quandam simplicitatem, synce
ritatemque seruerat: quam diabolus auellẽs eius loco malitiam,
dolum, simulationem, inuidiam, ex qua obtrectatio tãquam ex
mortifero quodam fonte dimanat, odium, atque alia pleraq; ma
la seminauit. Hæc igitur omnia, inquit Diuus Petrus, euellite:
& tanquã pueri lacte, quod est Euangelica doctrina aliti in om-
ni virtute, sanctitateque in dies magis, ac magis accrescere cura-
te. Verùm animaduertite quid dicat: scilicet, quòd ita pueri si-
20 mus, vt simul rationabiles existamus, hoc est, ratione vtamur.
Non vult nos in ignoratione, quæ ex peccato processit, sed in pu
ritate pueros imitari. Et ita dicit D. Paulus: Fratres nolite pueri *1. Cor. 14.*
effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfe-
cti estote. O miseros nos, quàm vice versa hoc perficimus, quod
hîc à sancto Apostolo docemur: siquidem in malitia dæmones,
in sensibus autem pueros imitamur. Habes accensam in mensa *simile.*
lucernam, puerque quem in brachijs habes, tanquam insipiens
vult lucem manu contrectare. Tu verò dicis: Caue puer, nam cre
mat. Nec dum hæc dixeras, cùm ille iterum lucem arripere ten-
tat. Tu verò secundo dicis: Caue, cremat. At licet sæpius tum
mosseas, quum minus arbitraris, lucem apprehendit, ac manibus

vstus vociferari incipit. Quousque combustus est, tibi non 21
credidit, quia puer est. Fortè fortuna præterit viam homo
cum cymbalo eleemosynam sancto Antonio petens, ideſt, (*Pi diendo para sant Anton*) Puer autem obstupefactus in domum
velociter currit. Quid fugis puer? Mater (inquit) quia venit
sanctus Antonius. Vidistis ne? Lumen comburens eum non
terret, nec matri credere vult, quoadusque crematur: Beatus
autem Antonius sanctus tam benedictus illum obstupefa-
cit. Est puer, non est mirum ei isthæc accidere. O homines,
quam insipientes pueri sensibus redditi estis? Exis tu ò pec-
cator domo tua ad peccandum. Dicit tibi conscientia tua: Sub-
siste homo, quia cremaberis: nam ista, quam alloqui vis, non
est mulier, sed diabolus conscientiæ tuæ: Et negotium illud,
quod conficere niteris, non diuitias tuas augebit, sed te in in- 22
fernum potius detrudet. Tu verò pertinax iterum, atque ite-
rum ad peccatum redis. Quousque peccatores vruntur, con-
scientijs suis credere nolunt, nec diuinæ legis vocibus fidem
Luc. 16. adhibere volunt. Diuus Lucas dicit de illo diuite epulone: Mor-
tuus est autem dives, & sepultus est, & in inferno. Sic enim
D. Aug. Ser. 2. de diuers. legit Beatus Augustinus, & sic est in contextu Græco. Eleuans
autem oculos, cùm esset in tormentis illic miser ille dives o-
culos adaperuit, qui sic clausos habuit in hac vita, ad ea facien-
da, quæ sibi magis necessaria erant, & ad illa timenda, quæ si-
bi conueniebant. Aduenit morbus, siue labor, qui est cœle-
stis eleemosynarius, admonitio, quam tibi Deus mittit, vt
cordis tui crumenam aperias, & monetam contritionis profe-
ras, atque à tua mala viuendi ratione resipiscas, tu verò in labo- 23
re incipis lamentari. Quid ploras puer? (*Que viene sant Anton*)
Quia me pauperem ægrum, ignominijs affectum experior.
Ideo ploras? Dicere potius deberes: O benedicta talis pauper-
tas, ac talis infirmitas, siquidem Dominus his medijs te te à ge-
hennalibus cruciatibus liberare conatur. Ne timeas infelix:
non enim Diuus Antonius pueros edit, imò potiùs illos ser-
uat. Non tibi labores isti eueniunt, vt pereas, sed, vt salueris.
Ecce quomodo sensibus pueri sumus, cùm ea, quæ timere non
debemus, maximè timeamus; illa verò quæ meritò timenda
sunt, non horreamus. Idcircò nos admonet Diuus Petrus vt
simus, quasi modo genitiinfantes rationabiles. Et Diuus Pau-
lus:

24 lus: Nolite (inquit) effici paruuli sensibus, sed malitia par-
uuli estote. At, attendite sanctum vniuersæ Ecclesiæ pasto-
rem concludere dicentem: Si tamen gustatis quoniam dulcis
est Dominus. Hoc opus, hic labor est: hic tota res est. Si Deum
gustatis, illoque delectamini, vniuersa, quæ hic docemur,
vobis facillima videbuntur. Verum quomodo Deum gusta-
bitis, si nunquam cum illo conuersamini? O æterne Deus, ò per-
ennis infinitæ suauitatis, ac dulcedinis fons, quomodo homines
te gustabunt, si nec die, nec nocte vnam horam expediti sunt,
qua diuinas istas aquas bibituri accedant?

Fratres in Christo Iesu pro salute, remedioque vestro vos
deprecor, vt quotidie modico aliquo tempore vos curetis sæcu-
laribus negotijs expedire: in quo ad suauissimum cælorum Do
minum paulisper alloquendum accedatis, quò eius suauitatem
25 gustetis. Hoc enim modo vobis via patefiet, qua id, quod nos
hic sanctus Apostolus erudit, exequamini. Hoc humilitatis Euã
gelium in Angelorum celebritate decantatur, quia ipsi humillimi, ac submississimi sunt. Eorumque submissio ex hoc satis aper
tè colligitur, quòd nos maximo cum amore, ac diligentia comi-
tantur, nobisque ministrant, cùm vilissimi, turpissimi, atq; abie-
ctissimi simus terræ vermiculi: illi verò adeò nobiles, vt filij *Iob. 38.*
Dei in sacris literis nuncupentur. Vt patet in libro Iob, vbi dicit
Deus: Quis dimisit lapidem angularem eius, cum me laudarent
simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Vbi glossa,
Astra (inquit) matutina, & filij Dei, ideſt Angeli. Amor autẽ exi
mius, quo nobis deseruiunt, in illa mirabili visione, quam san-
ctus Eliseus Propheta perspexit, seruoq; suo Giezi ostendit, de-
26 claratus est. Vidit quippe montem equis, curribusque flammi- *4. Reg. 6.*
feris plenũ, qui omnes eorũ custodiæ paratissimi erãt. Hiq; erãt
sancti Angeli, qui in figura ignis apparuerũt, vt significarẽt, amo
rẽ, & diligẽtiã, qua ministeriũ illud executuri cõuenerãt. Vnde
per ignominiã, & abiectionẽ dicit Ezechiel prophera cũ Lucife *Ezech. 28*
ro loquẽs: Et tu Cherub extẽtus posui te in mõte sancto Dei, in
medio lapidũ ignitorũ ambulasti. Quasi diceret: Cũ in medio ex
cellentium, diuinoq; amore candentiũ creaturarum existeres,
frigefactus, & in carbonem algidum conuersus es. Vbi val-
de notandum est, cùm Lucifer Seraph esset, hic tamen Cherub
appellari: nam Cherub scientiam, seraph autem significat chari-

tatem. Et quia scientia peccato non repugnat, charitas autem cum eo esse non potest, ideò Lucifer, post ruinam Cherub, non verò Seraph nuncupatur. Hæc etiam omnia maximæ sunt nobis confusioni. Si enim Deus ad vnum iustum, scilicet, Eliseum custodiendum tantam Angelorum multitudinem misit, quàm innumerabiles erunt, quos in suæ protectionem Ecclesiæ mittit? Quod si omnes sunt quasi ignei currus, quomodo cuncti amore non excandescimus, & non hoc diuino igne cremamur? quomodo tam algidi in tam boni Dei ministerio incedimus? Maxima vtique est miseria nostra, siquidem tanto bono non vtimur. Præsertim cùm, vt dicit Origenes super Lucam, post Christum natum efficaciùs Angeli nos custodiant. Quod hoc exemplo clariùs apparebit. Si pauperculo iter facienti iumentum, quod oneratum ducebat in terram procideret, & fortè fortuna tunc Rex illac præteriret, qui ex equo descenderet, pauperculumque iuuaret, ac diceret: Frater ne mœreas, ego enim te asinum leuare iuuabo: tu ist hinc, & ego hinc eum apprehendamus: sicque asinum vtrinque tenentes è terra leuarent: quid, quæso, Duces, Comites, ac Marchiones efficerent, cum Regem hoc facere, aut saltem intentare perspicerent? Absque dubio ex equis velocissimè descenderent, & ad Regem concurrerent, dicerentque: Sistat, sistat regia maiestas, hoc enim nos faciemus. Quod si Rex nollet ab illius pauperis adiutorio desistere, nec illi profectò desisterent, sicque omnes illum efficacissimè adiuuarent. Ita postquam cælestes ciues Regem præcelsæ maiestatis humi prostratum, hominemque factum viderunt, vt lapsum hominem erigeret, cuncti efficaciùs illum modò iuuant. Et sic, quanuis antea coadiutores Dei vocarentur, nunc tamen nomen hoc eis aptiùs quadrat. Atque hinc intelligetis verba illa, quæ Angelus Raphael dixit Tobiæ: Ego sum, inquit, Azarias magni Ananiæ filius de filijs Israel. Quæ verba difficillima sunt. Nam hic re vera erat Angelus Raphael: Angelus autem nullius erat filius. Angeli quippè non alij ab alijs, sicut animalia gignuntur: quomodo igitur dixit: Sum Ananiæ filius? Dico illum, vt se Angelum esse celaret, metaphoricè fuisse loquutum, quò res, quas peracturus venerat, cum maiori Tobiæ merito perficerentur. Verumque erat, eum esse de filijs Israel: nam pro filijs Israel, non autem pro idololatris stabat.

Origen. homil. 10. et 13. super Lucam.

Simile.

Tob. 5.

stabat. Eratque Azarias, id est, coadiutor Dei in animarum salute. Ananiasque significat filium gratiæ Dei: & ipse filius erat gratiæ Dei in gratia creatus, & confirmatus. Estque valdè notandum, quàm in promptu inuenerit Tobias hunc Angelum, & quomodo enim fuerit comitatus, & ad plura, quàm Tobias petebat, se fe astrinxit, vt videre est in ipsa historia, capit. 5. Ex quo frater intelliges quàm in promptu sit Angelus tuus, & quomodo te in pluribus ducit, quàm tu ab eo petere nosti. Idemque Angelus postea dixit Tobiæ seniori: Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam Domino. Non vtique deserunt Angeli orationes nostras, vt à Deo intelligantur, siquidem, vt ait Apostolus, omnia nuda, & aperta sunt oculis eius: sed vt eum deprecentur, vt sibi reuelet, quæ propter illas orationes, ac bona opera nobis vult conferre beneficia, quorum ministros se se Angeli offerunt, vt perpendit Lyra super Tobiam. Sicque in eodem Tobia contingebat Nam ipsemet Angelus, qui eius preces in conspectu diuinæ maiestatis obtulerat, venit minister beneficiorum, quæ Deus illi fecit, cùm ei visum restituit, filium custodiuit, aliaque illi bona dedit, quæ in eodem capite recensentur. Cùm Ioseph fratres suos quæreret, inuenit eum vir errantem in agro, vt patet in Genesi. Meritoque dicere possumus hunc Angelum fuisse. Nam dicenti Ioseph se fratres suos exquirere, cùm vir eum de ipso, neque de fratribus eius per contatus non fuisset, statim ei dixit, vbi eos inueniret: quod si homo esset, nequaquam facere posset. Ex quo etiam apparet, quàm in promptu sunt Angeli ministerio seruorum Dei. Quod etiam in Daniele perspicitur, quem absque dubio leones deuorarent, nisi Angelus Domini eorum ora obthuraret. Et sic ipse dixit: Deus meus misit Angelum suum, & obthurauit ora leonum, & non nocuerunt mihi. At, attendite illum vlterius dicere: Quia coram Deo iustitia inuenta est in me: sed & coram te Rex delictum non feci. Quasi diceret: Ideò me Angelus tanto hoc periculo liberauit; quia nec Deum, nec proximum offendi. Quod si Angeli nostri nos à plurimis laboribus, atque infortunijs, quibus premimur, non eripiunt: huius causa forsitan est, quia sumus maximi peccatores: vultque Deus, vt hac ratione purificemur. Quia Angeli in nostri ministerio tam diligentes se præbent,

Tob. 12.

Hebr. 4.

Gene. 37.

Dan. 6.

præbent, ideò eos sacra Scriptura cum alis depingere consue- 33
uit: quia ad bonũ nostrum perficiendum volant. Et sic eos vidit
Isaias Propheta, qui affirmat se perspexisse quosdam Seraphim.
Isai.6. Et erant, inquit, sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant
faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.
Illos in capite, medio, & pedibus alas habere, significat diligen-
tiam, qua nos in initio, medio, ac fine operum, vitæque nostræ
Psal.90. libentissimè iuuant. Et sic dicit Dauid: Angelis suis Deus man-
dauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Vbi alij verte-
runt: Angelis suis Deus mandabit de te: & sic est in contextu
Græco, & in Paraphrasi Chaldaica. In qua translationum va-
rietate quàm assidua de nobis Deo sit cura, significatur: quia ite-
rum, atque iterum Angelis præcipit, atque præcipiet, vt nos
vbique custodiant. Et quanquam illi obedientes sunt valdè: di- 34
cit tamen sanctus Propheta, Deum illis mandasse, atque manda-
turum, vt significet, quàm meritò singuli iusti dicere possint:
Psal.39. Dominus solicitus est mei. Dicitque: In omnibus vijs tuis. Pri-
ma quippe hominis via est, ex quo in matris suæ ventre genera-
tur, quoadusque in lucem prodit: atque illic eum diabolus suffo
caret, nisi ab Angelo custodiretur. Secunda via est vitæ discur-
sus, qui totus est properatio ad mortem. Tertia tandem, & vlti-
ma via est, ex quo anima à corpore segregatur, quoadusque ad
locum, quem eius opera meruerunt, deducitur. Vt dicitur in Euã-
Luc.16. gelio D. Lucæ de paupere Lazaro: Factũ est, vt moreretur men-
dicus, & portaretur ab Angelis in sinũ Abrahæ. O quoties hîc ade-
stis, qui ante multum temporis mortis agone prememini, vbi ab
vniuerso mundo deseremini. Tempus adueniet, in quo quære- 35
tur: Vbi est vxor huius defuncti? & respõdebitur: Foris est mœ-
rore contracta, peneque exanimata. Vbi sunt eius liberi? etiam
foris lamentantur. Et quis eum comitatur? clerici tantum, ac reli-
giosi. Et quid dicunt? Subuenite, aiunt, sancti Dei: occurrite An-
geli Dñi suscipientes animam eius, offerentes eam in conspectu
altissimi. Eia Angeli Dei hûc in hac via ei fauete, hîc eum comi-
tamini, vbi ab amicis, liberis, atq; ab ipsa vxore deseritur. Quod
illi fidelissimè, & diligentissimè faciunt dominicum exequen-
tes præceptũ, quod illis iubet, vt nos in omnibus vijs nostris cu-
stodiant. Et quia hoc diligentissimè faciũt, idcircò in capite me-
dio, ac pedibus alas habere dicuntur.

Tantusque

36 Tantusque est zelus, quo salutem nostram expetunt, vt di-
cant sacræ literæ illos inter se contendere, non quòd se odio ha-
beant, cùm eorum voluntates sint charitate cõfirmatæ, diuinæq;
voluntati conformes. Dicuntur autem nostri respectu accidenta
liter contendere: vnusquisq; enim pro clientibus suis, quos sub
sua protectione suscepit, exorat; & aliquando etiam ante quàm
Dei voluntatem nouerint, contraria deprecantur. Et ob hanc pe
titionum diuersitatem alij aduersus alios contendere dicuntur:
vt dicitur in prophetia Danielis. Vbi dicitur sanctus Propheta *Dan.10.*
Dominum fuisse deprecatum, vt populum Israeliticum, Persa-
rum seruitute detentum liberaret, Angelusque eorum custos
Prophetæ preces offerebat: Angelus autem custos Persarum ei
resistebat. Vnde Angelus Hebræorum dixit Danieli: Ego ve-
37 ni propter sermones tuos: princeps autem regni Persarum resti-
tit mihi viginti, & vno diebus. & ecce Michael vnus de principi
bus primis venit in adiutorium meum. Hunc principem regni
Persarum dicunt sancti Doctores Hieronymus, & Gregorius *Hiero. su-*
esse Angelum, qui vniuersæ Persiæ curam gerebat. Et hîc cura- *per Dan.*
bat Hebræos ab illo regno nõ exire, quò Ethnici eorũ conuersa- *10. tom.5*
tione, sanctoq; pietatis exẽplo in Dei cognitionem deuenirent, *Gregor. li*
atq; ad eũ conuerterẽtur. Angelus autem Hebræorũ expetebat, *bro. 17.*
vt ab illis idololatris proficiscerentur, ne ipsorũ consortio peruer- *moral. ca.*
terẽtur. Sicq; hoc inuicẽ expetẽtes aduersabãtur: quoadusq; ve- *7. ante*
nit B. Michael, qui in Iudæa præerat synagogæ, Angelumq; Is- *med.*
raelis adiuuit, & à Dño impetrauit, vt populũ suũ seruitute libe
raret; Diuinaq; voluntate perspecta duo illi Angeli nõ amplius
38 contenderũt. Hoc fratres dilectissimi à glorioso Principe sancto
Michaele instantissimè vos oportet exposcere: vt quẽadmodũ
Hebræis auxiliatus est, quò ab infidelib⁹ illis proficiscerẽtur, sic
etiã vobis faueat. Idololatræ sunt lusores, qui plurimas horas in il
lis chartarũ imaginibus adorãdis consumunt. Quòd si ab aliquo
reprehẽdũtur, respõdẽt. Quid igitũr facturi sum⁹, nisi luserim⁹?
Attendite Christianorũ hominũ responsionẽ: quasi nihil aliud
esset, cui possent intẽdere, cùm in tãto breuissimè cælũ amittẽdi,
atque in infernum in perpetuũ prolabendi periculo versentur.
O infœlices vos. Iam ignis infernæ fornacis est accensus, in quẽ
iussum est, vt ob scelera vestra detrudamini, vosque terribiles il-
li cruciatus expectant: & tamen absque vllo timore parum

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc temporis, quod vobis in hoc sæculo supereſt, in quo tanto malo remedium poſsitis adhibere, ludendo vultis amittere? Vnde, quæſo, hi in tantam inſenſibilitatem, atque in ſemetipſos immanitatem deueniunt, niſi, quia illos comprehendit maledictio
Pſal. 113. Prophetæ. Qui poſtquam de idolis dixerat: Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt, &c. addidit, dicens: Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. Hoc eſt, Idololatræ ſimiles fiant ipſis rebus, quas adorant. Siquidem inſenſibilia venerantur, in eiſque confidunt, inſenſibiles etiam ſicut ipſa reddantur, ne malum, in quo morantur, intelligãt. Liberet nos Deus à tam terribili maledictione. In hãc ſuſpicor vos, ô luſores, incidiſſe, ſiquidem tam inſenſibiles quodammodo eſtis, quàm ipſæ chartarum, quas adoratis imagines. Etiã libidinoſi amatores, auari ac cupidi ſunt idololatræ: ſicut affir-
Epheſ. 5. mat Apoſtolus, dicens: Hoc enim ſcitote intelligentes, quia omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatẽ in regno Chriſti Dei. Vbi alia tranſlatio habet: Qui eſt idolorum ſeruus, & ſic eſt in contextu Græco. Quod relatiuum ſingulis membris oportet referri, hoc modo: Omnis fornicator, qui eſt idolorum ſeruus, aut immundus, qui eſt idolorum ſeruus, & ſic de alijs, nõ habet hæreditatem in regno Chriſti Dei. Ecce miſeriam, in quam infœlices hi deueniũt, cùm tam abominabilium idolorum ſint ſerui. Glorioſum igitur Archangelum Michaelem, fratres chariſsimi, deprecamini, vt ſiquidẽ Hebræis fauit, quò ab idololatris illis exirent, vobis etiã auxilietur, vt à mala horum idololatrarũ ſocietate recedatis, ne vos ſuis depranatis exemplis, ac conuerſatione corrumpãt: ſed puri, mundiq; in diuina gratia conſeruemini, qua cæleſtis gloriæ beatitudo comparatur: ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

In

In eodem Feſto dedicationis S. Michaelis Archangeli Concio Tertia.

Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, &c. Matth. 18.

CVM Deus infinitè ſit bonus, ab æterno ſeſe in diuinarum perſonarum productione infinitè communicauit: ita quòd nulla Patri, Filioq; perfectio inſit, quam non Spiritui ſancto vterque communicet. Cumque ſe interiùs ita communicaret, exteriùs etiam communicari voluit. Sicque ſui admirabili potentia ingentem hanc orbis molem conſtruxit: quæ tanta creaturarum diuerſitate niteſcit, vt eam Propheta contemplans in admirationem raptus dixerit: Quam magnificata ſunt opera tua Domine: *Pſal. 13.* omnia in ſapientia feciſti. In hac autem ſpecioſa machina cælũ empyreum peculiari quadã pulchritudine exornauit, illud Angelis replens. Non dicimus Deum Angelis illud impleuiſſe, eo *D. Thom.* quod Angeli locum occupent; nam omnia millia millium Angelorum, quæ ſunt in cælo in minima quaque vnguis parte po- *1. p. q. 61.* terunt commorari, cum nullum occupent locum. Experientia *art. 4.* comperimus cẽtum mille lucernarum flammas paruum quod- *D. Thom.* dam domicilium capere poſſe, nec alias ab alijs impediri, niſi lu- *1. p. q. 52.* cernarum materialia corpora eis impedimento eſſent. Si autem *ar. 1. et 2.* in materiali luce, quæ aliquid habet corporis, hoc eſt, quantò magis erit in Angelis ſpiritalibus, qui corporibus carent? Dicimus autem cælum empyreum à Deo Angelis fuiſſe repletum, quia omnes, quos voluit, creauit; & in hoc diuina eius volũtas fuit impleta. Hos hominibus longè præſtantiores ſubtilibus intellectibus, efficacibuſque voluntatibus creauit. Vnde illos alloquens Dauid, dicit: Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes *Pſal. 102.* virtute, facientes verbũ illius ad audiendã vocem ſermonũ eius. Benedicite, inquit, Deo, quia vos tam potentes, atque ad diuinã ipſius voluntatem exequendam expeditos creauit. Non ſolùm autem eos tam excellentes natura creauit, verùm, vt ait Diuus

Auguſti-

Aug. lib. 12. de ciuita. ca. 9. à medio. Tom. 3. D. Tho. 1. p. q. 62. ar. 3. Eccl. 24.

Augustinus & B. Tho. eos omnes in gratia creauit. Sicq; verbā illa Eccli. declarari solent: Ab initio, & ante sæcula creata sum: quibus sancta mater Ecclesia sacratissimā virginem Mariam Dominā nostram glorificat: quia fuit in gratia creata, sicut Deus Angelos creauit ab initio. Sicuti pictor, qui in Hispania secundum Romanam consuetudinem pingit, Romanum pinxisse dicitur. (*que pinto vn Romano*) Tantumque nonullis sacratissimam virginem in gratia creatam fuisse videtur, vt hoc concedere nolint. Quid? non miramini Deum in gratia creasse illos, qui Diaboli futuri erant, æternisque inferni cruciatibus condemnandi: maximum verò, atque incredibile ducitis, illam in gratia, suaque amicitia creasse, quam cœli, terræque imperatricem prædestinauit, atque in matrem suam præelegit? Et siquidem Angeli in gratia creati fuerunt, sequitur, quòd in fide Christi

Rom. 6.

Iesu creati sunt. Nam Beatus Paulus ait: Gratia Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Hoc est, per gratiam Dei mediante Christo Iesu Domino nostro æternæ beatitudinis vita comparatur. Vnde sequitur Angelos, qui in gratia creati sunt, in fide Iesu Christi filij Dei, scilicet, quod humanā naturam esset assumpturus fuisse creatos. Et sic apparet iuxta doctrinam sanctorum patrū Cypriani, Bernardi, Cyrilli. Theodoreti, & oecumenij, omnes Angelos in fide viua, quod filius Dei homo faciendus erat, fuisse creatos, quo Deo parentes, fidēq; sibi ab ipso intimatā credentes æternā beatitudinē, finemq;, ob quē creati fuerunt, mererentur. Et præterea ad Tit. dicitur: Paulus seruus Dei Apostolus autē Iesu Christi secundū fidē electorū Dei: & agnitionē veritatis, quæ secundū pietatē est in spē vitæ æternæ, quā promisit, qui nō mētitur, Deus ante tēpora sæcularia: hoc est, in illo primo instanti, antequā cœli mouerētur. Tūc autē nulla aderat creatura, cui supernū illud beneficiū posset promitti, nisi Angelis. Et B. Petrus dicit Angelos bonos exoptasse mysteriū Christi tanquā cōmune Angelorū, atq; hominū bonū adimpletū videre, his verbis: In quē desiderant Angeli prospicere. Græci autē legunt: In quæ desiderāt Angeli prospicere, referētes relatiuū, quæ, ad diuini saluatoris mysteria, quæ ipsiā expleta videre cupiebāt. Et D. Paul. dicit. Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis. Repleti intelligitur de gratia, qua vnus quisq; indiget tanquā mēbrū corporis eius mystici, cuius

Cypri. tract. de cœlo, & labore. Bern. sup. cant. Cyril. su. Isa. Theod. & oecum. super Epist. ad Heb. Ti. 1. c. 1. Petri. 1. Coloss. 2.

4

5

6

caput

7 caput ipse est. Quē etiā dicit Apostol⁹ omniū principatuū, ac potestatū esse caput, ac principē. Et sic Angeli virtutē, qua pollēt, à Christo Redēptore nostro tāquā à proprio capite receperūt. Inter hos autē Angelos prēcipu⁹ fuit Lucifer. Hic cū se adeo specio sum, gratijsq; refertū animaduerteret, in superbiā elatus aduersum creatorē suū peccauit: aliosq; angelos corrupit, vt Deo dereicto ipsum sequerētur. Tantūq; illius malitia potuit efficere, vt breuissimo quodā tēporis spatio tot Angelos peruerterit, quot homines à mūdi primordio, vsq; ad ipsius cōsummationē salui erunt: sicuti tractat B. Augu. & Magister sentētiarū. O quā efficax concionator esset Lucifer. O quā cito auditorū animos sermone cōuerteret. O rē sanguineis lacrymis deplorādā. Tota qua

Aug. in Enchirid. Magi. in 2. sen. d. 9

8 dragesima, ac toto etiā anno cōcionator vociferat, & viscera ipsa cū voce profundit, vt vnā animā Diaboli ancillā cōuertat, nec dū cōficere potest, vt à peccato recedat: Lucifer autē nō in vna quidē vrbe, sed in toto cœlo empyreo cōcionat⁹ breuissimè tot Angelos peruertit, Quale peccatū infælices illi Angeli admiserint, scitu est difficillimū. Ratioq; huius difficultatis est, quia omne peccatū, quod pervolūtatis assensum admittitur, error aliquis intellectus præcedere solet: eò qđ omnis peccās sit ignorās, vt Aristoteles affirmat: in Angelorū verò intellectu error aliquis esse nō potuit. Cū enim error sit alicui⁹ culpę pœna, vbi nulla culpa præcesit, nulla potuit esse pœna. Quapropter qui melius, veri⁹ que de hac materia loquūtur, dicūt, hoc peccatū non cōmissionis quidē, sed omissionis fuisse. Nā hoc peccati gen⁹ cōmitti potest

Arist. 3. Ethic. c. 3.

9 absq; eo q̄ in intellectu error p̄cedat, cū, scilicet, nō aduertim⁹ qđ diligēter aduertere tenemur. Mali aūt Angeli in primo suæ operationis instāti, qñ eximiā dignitatē, & oīa, quę à Deo acceperāt, cognouerūt, statim in secūdo instāti oīm autorē venerari, eiq; p̄ tot beneficijs gratias agere, sūmaq; tāq; sūmū bonū charitate diligere, seq; totos ipsius obedientiæ, ac ministerio tradere tenebātur. Quę qa cū debuerāt, nō fecerūt, hoc peccatū omissionis admiserūt. Se enim cūtā p̄stātes aspicerēt, insemetipsis gloriatisūt, & corda sua extulerūt: sicq; Dei æqualitatē exoptarūt, quę est, à nemine depēdere. Et in hoc statuit D. Tho. æqualitatē cū Deo: q ar

D. Tho. 1. p. quæs. 93 art. 3.

bitrat⁹ est Lucifer se per se metipsum fore beatū. Cūq; Lucifer, & eius sequaces sanctos Angelos in suam opinionem adducere conarentur, exurrexit princeps glorioſus Michael tanquam

præstan

præstantissimus illorum omnium dux, & Dei gloriã honorem- 10
que propugnauit. Ideò quippe dicitur Michael, hoc est, quis si-
Apoc. 12 cut Deus? Et sic dicit Beatus Ioannes: Factum est prælium ma-
gnum in cælo: Michael, & Angeli eius præliabantur cum draco-
ne; & draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, nec lo-
cus inuentus est eorum amplius in cælo. Meritò quidem dicit
prælium magnum, siquidem de re tam graui contendebant, vide
Bern. ser- licet, vtrùm Deo gloria, & honor reddendus esset, necne? Vel sc
mo. 17 su cundum Bernardum, vt declarat Alexander Alensis, & secundũ
per Cant. Lactantium; vtrùm sacratissima Christi Saluatoris humanitas
Alexan. esset adoranda? Vt autem Diuus Ioannes Luciferi venenosam
Alens. 3. rabiem significaret, eum draconem appellat. Certamen vtrinq;
p. q. 74. non corporalibus quidem, sed spiritalibus ictibus, qui duriores
m. 4. sunt, rationibus pugnantes, sicut viri docti in gymnalijs facere so 11
Lactan. li- lent, aggressi sunt: & vtrique quò melius poterant, opinionem
bro. 2. c. 9 suam defendentes naturales vires vehementissimè applicuerũt.

Cumque adhuc viatores, & pœnę capaces essent, maiori affli
ctione, atque tormento affecti sunt boni, quia tantam diuino ho
nori contumeliam inferri perspexerant, quam si materialibus
vulneribus icerentur. Nullus vnquam extitit dux, qui tam virili
ter regis sui ius propugnaret, tantumque in eo defendendo labo
raret, quàm benedicti Angeli Dei sui honorem, & gloriam pro-
tegendo dimicarunt. Et plurimi in illo conflictu maiori sunt affe
cti cruciatu, quàm præstantissimus quisque Martyr: sicque ma-
gno cum labore cælestem beatitudinem compararunt. Et quan-
uis Lucifer maioribus naturalibus viribus pollebat: Sanctus ta-
men Michael diuina gratia, sacrisque Iesu Christi meritis adiu- 12
tus illi præcelluit: quæquidem merita iam æterno Patri erant ac
cepta: sicut inferius affirmat Beatus Ioannes, dicens: Ipsi vicerũt
Chrysost. propter sanguinẽ Agni. Diuus Chrysostomus dicit? Quum Pha
homil. de risæus, & Publicanus orabant in templo, duo pariter exercitus
Saul & Dauid. alter in alterum dimicabant. In Publicano peccatorum manus
existebat, quorum dux erat humilitas: in Pharisæo autem virtu
tum castra morabantur, quarũ dux erat superbia. At demũ vicit
humilitas. Quid igitur esset in cælo, cùm in B. Michaele, atque
Angelis eius virtutum exercitus dimicaret, quarum dux erat hu
militas: in Lucifero autem, & angelis eius inobedientiarum, es-
frænatarumque affectionum copiæ morarentur, quarum dux
erat

13 erat superbia, quomodo fieri posset quin Angeli boni victoriã
reportarent? Hæc autem victoria non fuit parta illos retractan-
do, aut falsæ eorum sententiæ arguendo, eosq; conuertendo. Nã
Angeli, vt tenet B. Thomas & Enricus de Gãdauo ante electionẽ *D. Tho. 1. p.*
sunt liberi: post electionem verò nullam habent libertatem. An *q. 64. art. 2.*
gelica enim voluntas adeò efficax est, vt siue bonum siue malum *Enric. de*
apprehẽdat, adeò illi adhęreat, vt nequaquã illud dimittere pos- *Gand. lib. 2.*
sit. Quemadmodum gladius acutissimus manu præstantissimi *d. 6.*
viri in corticem immissus clypeum adeò fortiter illi adhæret, vt *Simile.*
ipsemet vir, à quo fuit immissus eum non possit abstrahere: sic
boni Angeli, qui bonum semel apprehenderant, adeò illud pe-
netrauerunt, vt in perpetuum ei mentibus affixi remaneant: qui
verò malitiam susceperunt, adeò illi firmiter sunt infixi, vt in
14 æternum pertinaces extiterint. Voluntas humana, cùm non
sit tam acuta, atque efficax, non sic apprehendit bonum, nec
malum, ideoque facilè vtrunque dimittit. Ideòque victoria,
quam à Diabolis boni Angeli reportarunt, fuit illos à malis non
fuisse deuictos, sed potiùs eos à cœlestibus mansionibus, vbi crea
ti fuerant, expulisse. Ideoque dicit Beatus Ioannes, vbi supra,
& proiectus est draco ille magnus, & Angeli eius cum illo mis-
si sunt, videlicet, vt æternis cruciatibus torqueantur. Vnde, Fra
tres dilectissimi, Diuus Petrus metuendum quoddam elicit ar- *2. Petri. 2.*
gumentum in hunc modum. Si enim Deus Angelis peccãtibus
non pepercit: sed detractos in tartarum tradidit cruciãdos: quid
facient tibi ô peccator? Et sanctus Iudas in sua canonica dicit: An *Iudas.*
gelos verò, qui non seruauerũt suũ principatum, sed derelique-
15 runt suum domicilium, in iudiciũ magni Dei vinculis æternis
sub caligine reseruauit. Hic aduertunt doctores Græci, illud vo-
cabulum, principatum in Græco sermone dignitatẽ, originemq;
significare, idest, quia non seruarunt originalem dignitatem, in
qua creati sunt, quæ fuit viua fides, ob quam ad æternam fœlici-
tatem ius habebant. Et quia hunc principatum non custodierũt
dicit sanctus Apostolus illos à Deo in magnum, & nouissimum
tremẽdi iudicij diẽ fuisse reseruatos, vt eos in æterna vincula sub
caligino si infernalisq; ignis potestate detruderet. Hoc autẽ dicit:
quia Deus igni illi potentiam conferet, qua eos illic semper deti
neat, vt quãuis velint, nullò possint exire, sicut inũc exeunt: nec
aliquid, quod eis tormẽto nõ sit, valeãt cogitare: nã eorũ uolũtas,

atque intellectus etiam illo tetertrimo igne tenebuntur. Si ergo 16
maledictos hos Angelos Deus propter vnicum voluntatis mo-
tũ in æterna tormenta proiecit, quid faciet tibi tot quotidie sce-
lera perpetranti, quẽm diu ad pœnitẽtiã expectat? Etenim An
gelis secundũ D. Thom. sententiam nullũ concessit pœnitẽtiæ
tẽpus, sed statim ad eã agendã inepti remanserunt, neq; illã age-
re potuerunt. Tu verò, qui cũ illam faciendi libertatẽ habeas, pẽ
nitentiã agere non vis, quo supplicio dignus eris? Quomodo in
D. Tho. 1. p. fælix hæc audiens non contremiscis? Verũ adeò peccatis es dedi
q. 64. art. 2. tꝰ, atq; submersus, vt merito de te dici possit illud Iob dicẽtis: Te
Iob. 15. tendit aduersus Deũ manũ suã, & contra omnipotentem robora
tus est. Cucurrit aduersus eũ erecto collo. Mitte frater manum in
pectus, & conscientiam tuam, & hæc omnia tibi contingere co-
gnosces. Siquidem omnibus viribus totoque conatu sceleribus 17
tuis quotidie omnipotentem Deum offendis: & tam erecto col-
lo, tamque hilari vultu manes, quasi aduersus ligneum aliquẽ,
aut marmoreum Deum, cui non est auditus, neque intellectus,
Eccles. 9. peccasses: omnia quippe ijs, quæ hic sanctus Iob dicit, significan
tur. Audi ergo quid spiritus sanctus de te, deque alijs tui simili-
bus dicat. Corda (inquit) filiorum hominum implebuntur mali
tia, & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur.
Et alia translatio habet: Et post hæc ad inferos deducuntur. Et
sic est in contextu Græco, & sic legit Beatus Hieronymus. O
terribilia verba! Ecquod est marmor hæc audiens, quod timore
non laceretur, in quibus certitudo condemnationis, ac tormen-
torum peccatoris malitiæ. diuiniq; contẽptus repleti, nisi in me- 18
liorem frugem se recipiat, adeò infallibilis esse significatur, qua
si iam actualiter in gehennales cruciatus iaceretur? Etenim hoc
significãt verba illa, deducũtur ad inferos. O æterne Pater lumi
nũ per infinitã clementiã tuã te deprecor, vt horũ cæcorũ mẽtes
illumines, quo nunc, cũ opportunũ tẽpus habent, perverã pœni
tentiã ad te conuertantur, prius quã tuo tremẽdo furore glutian-
tur. Super hanc Angelorũ ruinã vellẽ fratres aduertatis, quòd cũ
infælices sese illo cœlo repulsos perspiciant, infernali superbia
concitati in aliud multò præstantius ascẽdere, quæ est anima no
stra, illiusq; contra Dei volũtatẽ dominari conantur. Super quo
B. Greg. hõ. etiã in hoc sæculo inter Angelos bonos, & malos assiduũ geritur
34. in euãg. certamẽ. Nã vt aiunt D. Greg. B. Tho, & Magister, sicut singuli homi-

19 homines singulos Angelos habent in custodiam: ita etiam sin- D. Tho. 1. p.
gulos habent diabolos aduersarios ad virtutis exercitationẽ. Ita q. 113. art. 2
dicitur in Ecclesiastico. Omnia duplica vnũ contra vnũ, & non & q. 114.
fecit quicquam deesse. O admirabilẽ Dei prouidentiã, quot re- artt. 1. Mag.
bus hominibus consuluit. Contra frigus quippe calorẽ, cõtra fa- in 2. d. 2.
mẽ cibos, contra sitim aquã, & vinũ nobis cõcessit: Et aduersus Eccle. 42.
diabolũ animã euertere conantem, Angelum, à quo protegatur,
immisit. Est autem valde lamentandum, cùm in cœlo Empyreo
Angeli sancti victoriã de Diabolis reportarint, in hoc sæculo fre
quentius Diabolos superantes animarũ prædam asportare, si qui
dẽ multo plures à Dæmonijs, quã ab Angelis deferuntur: non
propter Angelorũ negligentiã, sed ob culpã nostrã, & quia caro
nostra pro Sathana stat, estque instrumentum, quo à Diabolo su
20 peramur. Atque hinc intelligetis qua re illam Beatꝰ Paulus An
gelum Sathanæ vocauerit dicens: Datus est mihi stimulus car- 2. Cor. 12.
nis meæ, Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Quare ò sancte
Apostole angelum Sathanæ carnem appellas? Nunquid caro
spiritalis est. An non est caro? aut sicut Dæmones è cœlo prola-
psa est? Non vtique. Sed video carnem meam intima quadam
Diabolo societate coniunctam, ita, vt ejus artes, ac stratagemata
non carnis quidem, sed diaboli, & Angeli Sathanæ esse videan-
tur. Quod cùm ita sit, fratres dilectissimi, carnem vestram ieiu-
nijs ciliciis, disciplinisque mortificare curate, ne illius causa vin-
camini. Hoc nos diuinus Magister noster erudiuit. Qui cũ in de
serto cũ Diabolo dimicaturus esset, prius quadraginta dies ieiuna
uit. O Christe superne electorum dux, quid hoc est Domine?
21 Quando quis certamen est aggressurus, prius comedit, ne in con
flictu deficiat: tu vero ante prælium ieiunas? Si bellum esset cor-
porale, merito posses mirari, quia in corporali conflictu corpora
libus viribus opus est. At certamen hoc erat spiritale, ad quod
aggrediendũ insignia sunt arma ieiunia, aliæque pœnales exer
citationes, quibus caro maceratur, & spiritus fulcitur. Nam, vt 2. Cor. 12.
ait Paulus: Dum infirmor, fortior sum. Corporali namque ieiu
nio, & afflictione caro in spiritus seruitutẽ redigitur, qui illi prius
aduersabatur: sicque quę antea Sathanę fuerat instrumentũ, iam
spiritus redditur auxiliatrix. Vt igitur nos cœlestis Magister eru
diret, quomodo in spiritali pugna victuri essem, priꝰ quã certamẽ
aggrederetur, sacratissimũ corpus suũ ieiunijs, frigori bꝰ, lõgisq;

vigilijs voluit macerare. Pro magno supplicio dixit Deus Hie- 22
Ezech.26. rosoly mæ per Ezechielem Prophetam: Lapides tuos in medio
aquarũ ponent. Quibus verbis mystice significauit, quàm neces
Simile. sariæ sint pœnales exercitationes spiritali vitę conseruandę. Ha
bet pauper agricola fundũ iuxta agrũ diuitis, atq; potẽtis: diues
q; paulatim sulcos fundi pauperi subtrahit. Pauper verò, ne dives
in fundum suum se se immittat, inter eum, & diuitis agrũ pro
ceros erigit lapides: qui diuiti impedimento sunt, ne illud pau
peri inferat detrimentum. Hæc vita est fundus, quem colimus,
vt fructum in altera metamus. Est autem nobis tetetrimus ho
stis, qui quotannis, & quotidie etiam in fundum nostrum se se
immittit. Quodsi mihi fidem non vultis adhibere, in vos metip
sos oculos conijcite, & animaduertetis quomodo magis, ac ma- 23
gis in dies peccatis, ac peruertimini, & in sceleribus vestris ma
gis confirmamini. Quando verò minus arbitrati fueritis adeò
vos Diabolus possidebit, vt in infernum detrudat. Ne igitur
fundum vestrum sic surripiat, se seque in eum fraudulenter im
mittat, inter vos, & illum limites lapidum constituite: qui sunt
ieiunium, vestium asperitas, silentium, recollectio, atque ora
tio, &c. Ex ijs intelligẽtis quantum sit Dei supplicium per
mittere, quòd hi lapides carnalium illecebrarum aquis euertan
tur: & quantum bonum sit eis animum circundare carnem spi
ritui submittendo. Quod si fecerimus, Angeli boni victoriam
belli, quod propter nos cum diabolis gerunt, nequaquam amit
tent. Vt autem fratres noueritis quantopere vos Angelorum
ministerio, diligentiaque oporteat vti, animaduertite, quid con
saluerit Deus populo Israel in libro Exodi dicens: Ecce ego mit- 24
Exo.23. tam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & per
ducat te in locum, quem præparaui tibi. Obserua eum, & audi
vocem eius, ne contemnendum putes, quia non dimittet, cùm
peccaueris, & est nomen meum in illo. In quibus verbis mani
festè significat Dominus se aliquando Angelis facultatem con
cedere, vt nos corporalibus afflictionibus puniant: sicuti magi
Simile. ster, aut pædagogus, qui videns discipulum suum indulgentijs
allectum bonum esse nolle, seueris verberibus eum cædit. Et sic
2.Reg.24. dicitur in secundo Regũ volumine: Cùm vidisset Dauid Ange
lum cædentem populum magna, scilicet, peste, dixit: Ego sum,
qui peccaui, vertatur obsecro manus tua contra me. Timeamus
igitur

25 igitur dilectissimi fratres hæc verbera: credibile namque est ob
scelera nostra plurimas pestes, morbos, egestates, ac tempestates
per Angelorum ministeria nobis euenire. Quod si nos in me
liorem frugem non receperimus, caueamus, ne insempiterna tor
menta corruamus.

In hac sacra solennitate sacrosanctum hoc Euangelium de
cantatur, quia in illius fine agitur de assistentia, & perseuran
tia, qua Angeli custodes hominum salutem in diuino conspectu
impetrare conantur. Etenim hoc significant verba hæc: *Ange
li eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est.* In cuius ini
tio recensetur infirmitas, in quam Sancti Apostoli inciderunt,
& medicamen, quod illi Dominus docuit adhibendum. Infir
mitas verò erat ambitio. Hæc homines desertis patrijs profunda
maria nauigare, vltimasq; orbis regiones solicitos peragrare co-
26 git. Hæc est tinea viri secularis, clerici, monachi vestem & ru
dem etiam rustici agricolæ saccum rodit. Hac pernicioßissima
peste Dominici discipuli contacti accesserunt, vt diuinum Ma
gistrum suum interrogarent dicentes: Quis putas maior est in
regno cœlorum? Et aduocans Iesus paruulum statuit eum in me
dio eorum: & quæ sequuntur, vsque ibi: Quicunque ergo humi
liauerit se, sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum.
Notabile quidem est, quòd cùm tot, tamque eximiæ sint virtu
tes, dicat tamen Dominus iuxta humilitatis mensuram cœle
stem beatitudinem concedi, & quantò quis humilior fuerit, tã
to maiori in cœlorum regno gloria afficietur. Cur non dixit:
Qui maiorem egerit pœnitentiam, qui largiores erogauerit elee
mosynas, qui diutiùs ieiunauerit, qui plus temporis in oratione
27 consumpserit, hic maior est in regno cælorum? Ad hoc posse
mus respondere illud Matthæi. Ita pater, quia sic fuit placitum *Matth.11.*
ante te. At, dicere possumus Dominũ hoc fecisse propter pristi
nũ odium, quo superbos execratur. Et sic dixit Diuus Iacobus: *Iacob.4.*
Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Nam vera
magnitudo sophisticam, & fictam naturaliter odit. Cumque
Deus verè sit maximus, eos execratur, qui paruli cùm sint, sicu
ti reuera omnes in eius comparatione sunt tanquam nihil, mag
ni se æstimant. Inter mirabilia opera, quæ in orbe fabricata sunt
vnum ex præstantioribus fuit templum Salomonis, in cuius
constructione infinita penè auri, atque argenti copia consump-

ta est. Quo expleto adeò elati remanserunt Hebræi, vt magnũ 28
quoddã ministeriũ seDeo perhibuisse putarent. Quos, vt ab hac
elatione tolleret, dixit eis Isaias propheta ipsius Dei nomine:
Isai. 66. Hæc dicit Dominus, Cælum sedes mea: terra autem scabellum
pedum meorũ. Quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi? &
quis iste locus quietis meæ? Idest quæ domus est hæc excelsæ, in
gentiq; maiestati meæ? Quid mihi opus est illa? Si domũ cõstru
xistis, vobis vtiq; construxistis, scilicet, vt me in ea deprecemini
& delictorũ veniã consequamini. Si ergo ò Domine hoc, quod
humano videri tantũ est, tibi tamen tã vile videtur: quid tibi po
terit cõplacere? Etenim permagni nostra refert hoc scire. Qui
apud reges plurimũ valere desiderant, primũ debent perscrutari
quę regi sint grata. Quãtò igitur plurisnostra interest nõsse quæ 29
grata sint Deo? Ne autẽ hæc quærendo fatigaremur, statim per
ipsum Prophetã inferiùs explicat dicẽs: Ad quẽ respiciã, nisi ad
pauperculum, & contritũ spiritu, & trementẽ sermones meos?
O ineffabilẽ Dei probitatẽ, in quo bonũ, fœlicitatemq; nostrã
constituit. Si diceret: Solùm mihi sapientissimi nobilissimi, po-
tentissimi, speciosissimi deniq; placent: quid facerent, qui rebus
his carent? At, in re tantummodo fœlicitatem nostram statuit,
quam omnes facere poterant, si ad illam faciendã se se dispone-
re voluerint: his enim Dei auxiliũ non deerit. Pauperculum vo
cat hîc humilẽ. Ille quippe verus est humilis, qui paupertatem,
nuditatemq; suam agnoscit: qui ex se nihil aliud, nisi peccata se
habere cognoscit: qui quicquid boni habet, quicquid gratiarum
siue naturę, siue fortunæ, illud se à Deo accepisse nondubitat: qui
non iudicio, sapientiæ, consilio, nec viribus suis nititur, sed om- 30
nẽ spem suã in Deo constituit: & quasi pauper locupletissimæ
ipsius mensæ micas semper efflagitat. Hic cùm Deum offendere
maximè timeat, eius sermones tremit propter summum deside-
rium, quo ei placere studet. Et sic quum concionator Dei nomi
ne comminatur, tremit, quum pollicetur, sperat: cum iubet, ob-
temperat: cùm loquitur auscultat: cùm vocat, prẽstò est. Hunc,
qui in oculis suis est nihil, amorosis Deus oculis intuetur, & non
solùm semel in eum aspicit, sed iterum atq; iterum quasi rem si-
bi gratissimam cernit. Ideòque non dicit: Ad quem aspiciam:
sed, Ad quem respiciam? Et qui sic minor est, hic in diuino con
spectu maior erit. Hæc medicina ambitioni medetur.

Posteà

31 Posteà subdidit Dominus dicens: *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis.* Extra rem videtur hîc Dominus de scandalis agere, cùm tamen de illis aptissimè loquatur. Accesserunt Apostoli cum ambitione, atque peccato. Et vbi primum supernus Magister in illis, qui totius Ecclesiæ principes futuri erant, peccatum inspexit, statim de scandalo agit. Quasi diceret: Difficile est principi atque prælato inesse peccatum, absque eo quòd in inferiori scandalum sit. Quanuis aliquæ stellarum splendorem amitterent, aliæ tamen lucidæ perseuerarẽt, *Simile.* at si sol lucem amittit, omnes remanent obscuræ. Et sic dicit Oseas Propheta: Audite hoc Sacerdotes, & domus regis auscultate, quia vobis iudicium est, quoniam laqueus facti estis spe- *Ose. 5.*
32 culationi, & sicuti rete expansum subter Thabor. O quàm meritò magnatibus, & principibus huius sæculi, si male viuunt dicere possumus: Vos estis laqueus, & rete, quo Diabolus plurimas animas aucupatur. Vtitur Sathanas artificio, quo colum- *Simile.* barum aucupes vti consuescunt. Hi quippe columbam maiorem, quam aucupari possunt, accipiunt, quæ à longinquo videatur, eique oculos auellunt, & iuxta illam retia tendunt. Quam cum aliæ quietam aspiciant, ad eam se conferunt. Tunc auceps retia contrahit, & quinquaginta, aut centum coniunctim apprehendit. Sic Diabolus virum præclaræ famæ, egregiæque autoritatis apprehendit, eumque aliquo vitio excæcat: atque illa cæca columba alios complures, qui impio eius exemplo peruertuntur, aucupatur. Per Isaiam Pro- *Isai. 56.*
33 phetam dicit Deus: Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum. Statimque addit dicens: Speculatores eius cæci omnes. Et paulò inferiùs: Ipsi, inquit, pastores ignorauerunt intelligentiam, omnes in viam suam declinauerunt. Quasi dicat: Omnia vitia, quantumuis turpia, & bestialia sint ad euertendum populum securè poterunt introire: siquidem Diabolus principes eius, & gubernatores peccatorum caligine obcæcauit, atque ità peruertit, vt singuli appetituum suorum viam sequantur. Si Angeli rebellarunt, huius rebellionis causa fuit, quia contra Deum præstantissimam, quam fecerat, creaturam insurrexisse viderunt, qui fuit Lucifer. Vtinam soli impugnarẽt nos maligni spiritus ait Beatus Bernardus, & nihil nocerent homi- *Bernar.* nes perniciosis exemplis. Nam plus mouent facta, quàm dicta:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diabolique nihil aliud faciunt, nisi nobis suadere malitiam ver- 34
bis. At malum exemplum corruptam naturam ad malum vehementer inclinat. O fratres dilectissimi per immensam Dei charitatem vos deprecor, ne tantum humeris vestris onus imponatis, quale est vnius animæ cõdemnatio. Animaduertite, vos quãtũ est ex vobis, quando facitis, vt aliquis mortaliter peccet, adeò immanes esse, quasi eum protinus in perpetuos inferni cruciatus detruderetis, & quasi eum immittentes diceretis: Illuc ito cum omnibus Diabolis passurus in sæcula sæculorum. Nam propter illud lethale peccatum iã peccator ille pœnis illis manet astrictus. Quod si posteà pœnitentiam egerit, hoc per infinitam Dei misericordiam fiet: tu verò quantum est ex te, iam illud ei damnum intuleras. Ecquis igitur hæc intelligens deinceps diligentissimè non cauebit, ne tam grauiter diuinam Maiestatem offen- 35
dat, ne ve tantum proximo suo afferat detrimentum.

Væ mundo à scandalis. Idest, hi, qui in mundo versantur, in periculo sunt, infœlices sunt ob scandala, quę in eo quotidie oriũtur. *At, Væ homini illi, per quem scandalum venerit.* Quis dixit hoc væ? Quis hoc suspirium edidit? Quis tam metuendum protulit verbum? Ille, qui hominũ corda perscrutatur, ille, qui iudex nouissimus est futurus, ille, qui peccatorũ qualitatem nouit appendere, hic dicit: Væ. In magno periculo versatur ægrotus, quando illũ medicus lamentatur. Infælix reus, cuius iudex lecta sentẽtia manu frontem percutit dicens, væ. Infælix tu, ô scandalose homo. Iam enim supernus iudex sententiam aduersus te legens, te plorat, & dicit: Væ homini illi, per quem scandalum venit. Et Pau- 36
lò antea dixerat: Qui scandalizauerit, &c. Expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & mergatur in profundum maris. In quibus verbis videtur assignare remedium, quod potest adhiberi, ne scandalosus homo proximis suis officiat. Nam hominem, cuius collo alligata mola in profundum mergitis, ibi eum absconditis, ità vt nullo vnquam tempore ampliùs videatur. Sic gubernatores deberent publicum peccatorem, scandalosum in aliquem locum includere, vbi nunquam ampliùs appareret, ne tantum proximis suis detrimentum afferret. O fratres, quibus regionum gubernatio incumbit, Deus vos illuminet, quò terram diligentissimè ab omnibus scandalis mundare noueritis, publicosque peccatores ab ea relegetis, quorum causa Deus

37 Deus vrbes punire consuescit. Vt sic cum puritate sanctitateq; viuentes diuinam gratiam mereamur, qua cælestis gloriæ beatitudo comparatur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodem Festo dedicationis Sancti Michaelis Archangeli Concio Quarta.

Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, &c. Matth. 18.

1 QVI De nauigandi arte præcepta tradunt periculosa loca diligenter aduertere solent, vbi sunt scopuli sub æquore delitentes, quos vbi primum naues furibundis ductæ impulsibus pertingunt, lacerari consuescunt: & in chartis nauigationis illos insculpunt, quò nautæ ab eis recedant. Cumq; vita nostra sit continua quædam ad cœlestem portum nauigatio, charta ac norma nauigationis, quæ est sacra Scriptura nos pericula, quæ sunt in hac nauigatione, sapienter erudit. Inter quę vnum ex præcipuis est superbia, & elatio, quam plurimi attigerunt, & perierunt, sicut apparet in Angelis, alijsque compluribus, qui eam attingentes vt sacra pagina refert, infœliciter perierunt. Hic etenim est
2 spiritalium incommodorum, ruinarumque fons. Et sic dicitur in libro Prouerbiorum. Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltabitur spiritus. Hæc infœlicem Absalon *Prou. 16.* impulit, vt, cùm tanti parentis esset filius, tamque bona doctrina educatus, tantam publicè impudentiam, & fœditatem ad Dauidis patris sui contumeliam admitteret, cui similem barbarorum nemo legitur perpetrasse vt dicitur in libro secundo *2. Reg. 16.* Regum. Tetenderunt Absalon tabernaculum in solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israele. Et priùs quàm tantam committeret abominationem, refert sacratus textus causam huius fuisse, vt eum audiret omnis Israel,

quòd fœdaret patrem suum, roborareturque cum illo manus eorum. Et maledicta Athalia interfecit omne semen regium, vt, scilicet, se in ambitione sua sustineret, sicut habetur in quarto Regum volumine. Longumque esset recensere quot, quantasque ruinas homines fecerint, eo quòd periculosum hunc tetigerint ambitionis scopum. Hæc optimam reipublicæ gubernationem perturbat. Nam ambitiosi, ne inferioribus displiceant, vt quod expetunt, consequantur, complura eorum peccata consentiunt. Sicut aucupes, vt aues ad laqueos suos attrahant, earum cantus imitantur: auceps perdicum quasi perdix cacabat: aucepsque coturnicum tanquam coturnix garrit: sic qui alijs cupiunt dominari, vt subditorum animos aucupentur, eorum sese ingenijs, affectionibus, ac voluntatibus accõmodant. Et ita respublicæ, Ecclesiasticæque, ac sæculares congregationes deprauantur, ac subuertuntur propter ambitiosorum præsidum, ac gubernatorum dissimulationem. Hæc est simoniæ mater. Ambitiosus enim omnes vias aggreditur, vt expetita consequatur: quod magnopere diuinam iram prouocat, vt apparet in libro Regum tertio. Vbi dicitur: Quicunque volebat, implebat manum Ieroboam, & fiebat sacerdos excelsorum: & propter hanc causam euersa est domus Ieroboam, & deleta de superficie terræ. At si sacerdotij idolorum venditio tam acri supplicio punita fuit: quid supplicij de Ecclesiasticarum dignitatum, sublimiumque, ac diuinorum sacramentorum administrationis venditione sumetur? Quomodo igitur, qui grauibus his sceleribus se infectos aduertunt, toto corpore non contremiscunt, sed securè, quieteque viuunt? Vbi nos legimus in Prouerbijs: Qui exaltat os suum, quærit ruinam, alia translatio habet: Qui exaltat ostium suum, quærit ruinam. Et sic est in contextu Græco, & in Paraphrasi Chaldaica. In quo significatur, superbiam in verbis, & in operibus, fastis, sumptuosisque ædium constructionibus grandium ruinarum, cœlestiumque suppliciorum esse causam. Quid autem accidet ei, qui sacram dignitatem pecunijs emens, per simoniam exaltat ostium suum? Siquidem Christiani estis, & hæc firma fide tenetis, quomodo ij, qui huiusmodi sceleribus culpati estis, non trepidatis? quomodo seueram Dei iustitiam non timetis? Quis

4. Reg. 11.

Simile.

3. Reg. 13.

Prou. 17.

vos

6 vos dementauit, & synderesin rationis inuoluit, vt in tanto periculo tam securi, quietique viuatis? O cæcos, ac miseros vos, quam euidens est hoc vestræ condemnationis indicium. Philosophus quidam testamentum fecit, in quo magnam pecuniæ quantitatem homini insipientiori, qui reperiri posset, legauit: huiusque testamenti executorem alterum Philosophum statuit. Tunc temporis Romæ consulatus vacauit: consulem quippe suo munere abutentem senatus iussit occidi: statimque alter in illam dignitatem fuit electus, quam ille hilari animo suscepit. Quod cum Philosophus testamentarius cognouisset, statim se ad consulem denuò electum contulit, eique prædictam defuncti pecuniam obtulit. Quem cum consul interrogaret, cur hæc sibi pe-
7 cunia daretur, ille respondit, Hoc faciens impleo testamentum, in quo iussa est hæc pecunia dari insipientiori, qui reperiri posset. Et iuxta hanc conditionem tu es huius pecuniæ legitimus hæres: siquidem prædecessoris tui exitium miserrimum perspiciens idem munus libentissime suscepisti. Ex quo tu stultissimus totius vrbis esse probaris.

Quod si Ethnici stultum esse ducebant, qui temporales dignitates sibi oblatas libenter accipiebat propter infælices earum exitus, & quia ingentium ruinarum causa esse consueuerunt: quomodo Christiani illos non insipientes iudicabimus, qui non solum Ecclesiasticas dignitates libenter accipiunt, sed cum magno etiam animi sui detrimen-
8 to illas aliquando pecunijs emunt? Sciens igitur cœlestis magister Iesus Christus Redemptor noster ambitionem non solum per se pessimam esse, verum aliorum etiam complurium malorum esse seminarium: ideo namque dixit Dauid: Non veniat mihi pes superbiæ, significans superbiam, & ambitionem pedem esse, quo peccati machina sustinentur) accedentibus discipulis suis ad eum mortifera hac peste contactis, percontantibusque: *Quis putas maior est in regno cœlorum?* (sicut sacrosancti Euangelij historia refert) *Aduocans paruulum statuit eum in medio eorum, & dixit*, &c. vsq; ibi: *Hic maior est in regno cœlorum.* At quærat quispiã: Siquidẽ

Psalm. 35.

charitas

charitas est virtutum omnium præstantissima, quare dicit 9
Dominus eum, qui plus humilitatis habuerit, non autem
qui maiori charitate præstiterit, fore maiorem? Respondeo
Dominum non ratione quidem solius humilitatis eum ma-
iorem futurum affirmare, sed propter virtutes, quas humi-
lior sua maiori humilitate comparabit. Huius quæstionis
occasio ex eo processit, quòd, cùm tributum non à priuatis
quidem, sed à patribus tantum familias exigeretur, Domi-
nus pro se, & pro Diuo Petro illud exoluit, in quo eum
vniuersorum caput futurum esse declarauit. Et quia cæteri
ambitiosi erant, ambitio verò est mater inuidiæ, efficitque
ne ambitiosi alios in honores, ac dignitates, quas ipsi expe-
tunt efferri patiantur, hac rabie concitati ad Magistrum ve-
ræ humilitatis accesserunt. Qui, vt superbiam illam, ac am- 10
bitionem in eorum animis reprimeret, aduocans paruulum,
statuit eum in medio eorum. Prophetæ quando aliquid in
auditorum animis vehementer imprimere conabantur non
contenti erant id solis verbis dicere, sed aliquibus exteriori-
bus signis, atque operibus illud significabant. Hoc autem
Isai. 20. Dei iussu faciebant. Sic Isaias Propheta, vt significaret,
quàm nudi, omnibusque spoliati remansuri erant propter
peccata sua habitatores Hierusalem, se vestibus exuit, vt
patet in ipsius Prophetia. Et Sanctus Propheta Hieremias,
vt significaret Hebræos ob ipsorum flagitia esse vinciendos,
& confringendos se se catenis circumcinxit, vrnasque con-
fregit. Sic, cùm Dominus plurimas humilitatis normas ver-
bo tradidisset, nunc, vt eam discipulorum suorum animis 11
efficaciùs imprimeret, illum eis puerum ante oculos propo-
nit, quasi viuum quoddam humilitatis exemplar. Tan-
quam præceptor, qui alios scribere vult docere, charateres
in papyro scribit, quò illorum exemplo discipuli alios eo-
rum similes efficiant. Sic etiam Deus in illius pueri inno-
centiæ papyro humilitatis, puritatis, & synceritatis characte-
res inscripsit, illosque discipulorum suorum oculis propo-
suit, vt inde ipsi eos addiscerent. Qui infantes domi ve-
stræ habetis, Deum laudate, qui tales vobis præceptores
concesserit, qui die, noctuque vobis prædicent, si eorum ingenia
attentis animis volueritis aduertere, quomodo sine cupiditate
superbia.

superbia, & inuidia viuunt, nullius famam obtrectant, nemi-
nem vlciscuntur, & facilè parcunt. Et dixit: *Nisi conuersi fueritis*
& efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cœlorum. O
res obstupenda, quæque illum profundè consideranti mag-
nam affert admirationem: quòd Dominus hominibus cum ip-
so tandiu conuersantibus, & pariter in vna, eademque mensa
edentibus dicat: Nisi conuersi fueritis. In quibus verbis eis
significauit, ad æternam salutem eis non sufficere esse Apostо-
los, nec mundo relicto tritis vestibus, & sine calciamentis in
ipsius sectatione incedere, nisi tanquam pueri redderentur.
Quod si Sanctis Apostolis hoc erat necessarium, quantò ma-
gis illi hac conuersione indigebunt, qui laxis habenis mun-
dum sequentes, eum toto corde suo amplectuntur? Quid ad 13
hoc dicitis fratres? Equis ipsum Deum audiens dicentem:
Nisi quis conuertatur, & sicut paruulus efficiatur, in regnum
cœlorum ingredi non posse, sciensque quàm procul ab hac
conditione abhorreat, non etubescit? O quàm meritò dixit
Dauid: Nolite extollere in altum cornu vestrum, id est, ne mu- *Psal. 74.*
nere, dignitate, diuitijs, sapientia, viribus, generisque vestri no-
bilitate superbiatis. Et enim hæc omnia per cornu significan-
tur: quandoquidem hoc modo in regnum cœlorum non introi-
bitis. Statimque subdit dicens: Nolite loqui aduersus Deum
iniquitatem. Ne dicatis: Si quidem Deus nobis hoc tam diffi-
cile præcipit, è cœlo nos videtur expellere. Ne tantam iniqui-
tatem, atque malitiam ore proferatis. Præcepta quippe diffi-
cilia non desperantes quidem, sed humiles, Deumque timen- 14
tes homines reddunt. Nam etsi hominem ad puerilem inno-
centiam redire difficile est, si tamen ille, quod in se est, fecerit,
Deus reliqua adhibebit. Vt autem quod in vos est facere no-
ueritis, notandum vobis est prius humilitatem à Diuo Ber-
nardo ita definiri. Humilitas est virtus, qua homo vilissima
sui cognitione sibi ipsi vilescit. Ad quod præstandum præte-
ritorum recordatio peccatorum multum conducit: quorum cau
sa homo Sathanæ seruus fuit, æternisque inferni cruciatibus
condemnatus. Multum etiam prodest consideratio cupidi-
tatis, ac sollicitudinis, qua priùs hæc sæcularia, & vilissima
perquirebat. In Genesi dicitur Abimelech Saræ dixisse: *Gen. 20.*
Ecce mille argenteos dedi fratri tuo hoc erit tibi in velamen,
oculo-

oculorum, ad omnes, qui tecum sunt: & quocunque pertexe- 15
ris, mementote deprehensam. Sic ego vos moneo fratres, vt
cùm diuitias, pecunias, domos, ac vineas vestras, oculis perspexe
ritis, memineritis, quàm solicite ista omnia quæsieritis, quam-
que captiuum cor vestrum in horum appetitu duxeritis: hoc
enim vos confundet, atque humiliabit. Glorioſus Paulus
1.Tim.1. postquam magnus fuerat electus Apostolus semper miseriam
1.Cor.15. suam ante oculos deferebat. Et sic dicebat: Priùs blasphe-
mus fui, & persecutor, & contumelioſus. Et rursum: Ego
sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari
Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Mul-
tum etiam ad humilitatem impetrandam conducit conside-
rare quantum nobis deest ad hoc, vt Christianam perfectio-
nem attingamus. Hac consideratione dicit Diuus Ioannes 16
Climacus patrem quendam eremitam elatos superbiæ impe-
tus comprimere consueuisse. Heroicarum quippe nomina
virtutum in cubiculi parietibus habebat inscripta, perfectæ,
scilicet, charitatis, Angelicæ castitatis, profundæ humilita-
tis, mundissimæ denique orationis. Et quum ei aliqua sui
ipsius præsumptio inanis obrepebat, dicere solebat: Ad
experientiam nos conferamus. Virtutesque illas legebat,
quas vt legerat, dicebat: Quando his omnibus virtutibus
Eccles.7 floreris, tunc intelliges quàm procul absis à Deo: quas etsi
haberes seruus tamen esses inutilis: quia quod debueras fa-
cere, fecisti. Has, & alias rationes oportet vos dilectissimi
fratres exquirere, vt in vestri æstimatione vilescatis. Simul- 17
Eccles.3. que illud Ecclesiastici adimplere curate, vbi dicitur: Humilia
valde Spiritum tuum, vt enim ibidem dicitur, Magna potentia
Dei solius, & ab humilibus honoratur. Sicque dispositi, ac diui-
na ope adiuti ad hanc admirabilem conuersionem, de qua hic
Dominus loquitur, peruenietis. Et sicut pueri bonæ indolis
se doceri, & corripi libentissimè patiuntur, sic vos pati, atque
Gregor. etiam desiderare debetis, sicuti faciebat Beatus Gregorius, qui
in Epistola quadam dicit: Ab omnibus corripi, ab omnibus
emendari paratus sum. Et solum mihi amicum æstimo, per cu-
ius linguam ante apparitionem districti iudicis meæ maculas
Augusti. mentis tergo. Atque etiam Doctor ille Doctorum Beatus Au-
gustinus dicebat: Ego & senex, & Episcopus paratus sum à pue-
ris

18 ris doceri. O admirabilem viri sancti humilitatem, magnamq; superbiæ nostræ confusionem, quia tantopere ab alijs doceri, ac corripi recusamus.

Præsuppositio igitur dilectissimi fratres, vos amodò quasi pueros malitia viuere curaturos, alphabetum vos erudire volo, quod semper ante mentis oculos deferatis, iuxta quod bona opera faciatis. A. animam vobis esse significabit. B. bonam spiritalem natura esse designabit; C. animam istam pretiosissimam non quidem genitam fuisse, sed creatam. D. Deum illam creasse. E. Deum istum à quo creata fuit, æternum esse, animamque istam in æternum aut in cœlo glorioſam, aut in inferno supplicijs cruciatam esse duraturam. F. hæc omnia nos à fide doceri, neque naturali ratione intelligi posse. G. significabit, quanuis 19 fides sit donum Dei præstantissimum, sine gratia tamen parùm prodesse. H. ad hanc gratiam conseruandam, humilitatem esse necessariam. I. humilitatem à iuuentute incipere oportere. L. ad humilitatem à iuuentute consequendam opus esse corpus suis imperfectionibus limare. M. hoc mortis recordatione faciendum esse designabit. N. etiam corporalium appetituum negationem esse necessariam. O. Sanctarum simul exercitationum operationem requirit. P. denique in eis perseuerantiam necessariam esse significabit. Hoc A.B.C. fratres charissimi addiscite, illudque in cordibus vestris scribite, die, noctuque perlegite, & quæ per illud significantur, exequimini, quò sicut oportet in hac sancta, spiritalique pueritia proficiatis.

20 *Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit.* Hic suscipere non solùm domo excipere, verùm quodcunq; etiã aliud beneficium conferre significat. Et in hoc sensu locutus est Diuus Paulus in ea, quam scripsit ad Romanos, dicens: Suscipite inuicẽ, sicut & Christus suscepit vos, ideſt, adiuuate vos inuicem. Et quemadmodum beneficium, quod in pauperem confertur, sic & incommodum, quod eidem infertur, in se Dominus suscipit dicens: *Qui scandalizauerit. &c.* Quamobrem fratres mei ne paruulos inhumaniter tractetis. Nam quanuis illi nunc de vobis nequeant vlcisci: siquidem Dominus eorum persecutionem, iniuriamque suam esse ducit, ipse de vobis vindictam sumet, quando vos minus arbitrati fueritis. Quando

Iezabel

Iezabel vineam, vitamque Naboth abstulit, impunem se euasuram esse putauit. Deus autem tantam illam iniquitatem satis puniuit: siquidem eius cadauer canibus esca fuit, vt patet in quarto Regum volumine. Hoc autem supplicium nihil est in comparatione pœnarum, quibus in inferno in perpetuum cruciabitur. Nunquam Dauid, etsi potuit, Saulem occidere voluit. Deus autem non est oblitus iniuriarum, quibus Dauid à Saule fuit affectus, & sicenim vltus est, vt dicitur in libris Regum: vbi tanta angustia dicitur afflictus, vt se ipsum interemerit, sicque ad inferos in æternum descendit. Scitote oppressi iniuriisque affecti, quamuis odiosoribus vestris ignoscatis, nihilominus tamen nisi iuxta vires suas integram egerint satisfactionem, diuinam iustitiam muneris suo essefuncturam. Observandum est etiam parvulos adhibis scandalizari, qui eos persecuntur, illudunt, contemnunt, qui iniustè illos tristitia afficiunt; quoniam, quantum est ex se illis sunt deserendæ virtutis occasioni. Eos etiam scandalizant, qui mala illis perhibent exempla: & multò etiam magis, qui eos largitionibus, aut verbis ad peccandum inducunt.

4. Reg. 9

1. Reg. vlt.

Dicitque Dominus, ei, qui aliquo modo istorum proximum suum scandalizat, *Expedit, vt suspendatur mola asinaria in collo eius.*

Hierony.

Super quo notat Diuus Hieronymus, Dominum hac phrasi vsum fuisse iuxta Palæstinæ consuetudinem: ij enim peccatores grauissimis onustos sceleribus hac morte damnabant. Vt igitur adnotaret, quàm graue peccatum admittit, qui alium scandalizat, maximam pœnam, quam tunc infligebat, assignauit. Timete igitur fratres charissimi diuini iudicij severitatem. Attendite quantopere verebatur Apostolus, ne in hoc peccati genus incideret, qui dicebat: Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Et rursum: Bonum, inquit, est mihi magis mori, quàm, vt gloriam meam quis euacuet. Gloriam autem suam appellat, se Euangelio, quod prædicabat, nullum ponere offendiculum. Et in ea, quam ad Romanos scripsit, vt nobis persuaderet, vt ab hoc maledicto vitio abstineamus, dicit: Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam infirmam, in Christum peccatis. Quòd autem clarius huius mali effectus intelligatis, eucrtū quēdā metuendū vobis referebo.

1. Cor. 8.

2. Cor. 9.

Roman. 8.

quem

quem refert Diuus Hieronymus, dicens: Prætextata nobilissima quondam fœmina iubente viro Hymetio, qui patruus Eustochij virginis fuit, habitum eius, cultumque mutauit, & neglectum crinem mundano more pexuit vincere cupiens, & virginis propositum, & matris desiderium. Et ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se Angelum terribili voce minitantem pœnas, & hæc verba frangentem: Tu ne ausa es viri imperium præferre Christo? Tu caput virginis Dei tuis sacrilegis attrectare manibus? Quæ iam nunc arescent, vt sentias excruciata quod feceris, & finito mense quinto ad inferna ducêris. Sin autē perseueraueris in scelere, & marito simul orba beris, & filijs. Omnia per ordinem expleta sunt: & seram miseræ pœnitentiam vlox signauit interitus. Hæc ille. O quàm obstupendus casus. Ecquis hæc audiens, si quando simile scelus perpetrauit, toto corpore non contremiscit? Etenim hoc non ita contigisse credere nemo potest, præsertim cum idem scriptor, & testis oculatus Beatus Hieronymus extiterit. Quid igitur ad hoc dicitis corruptissimi homines, qui non estis contenti mali esse, verùm proximos etiam vestros corrumpitis, atque peruertitis? Mirabileq; est magnæque confusionis in omnibus ferè statibus maiores plerumq; magis scandalizare. Vnde pro eo, quod nos legimus: In circuitu impij ambulant, secūdum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit. In circuitu impij ambulant, cum exaltati fuerint vilissimi filiorum hominum. Id est, ex eo, quòd iniqui sunt principes, prouenit multorum malitia. Vbique, quocunque vertaris, peccatores videbis. In circuitu impij ambulant. Quod si tot, tamque mali sunt peccatores, hoc plerunque ex maiorum culpa dimanat.

Hieron. in epistol. ad Læt.

psal. 11.

Hiero.

Hoc humilitatis Euangelium in hac sacra Angelorum festiuitate decantatur: eo quòd illi gloriam, qua fruuntur, profunda humilitate, qua Domino seruierunt, illumque amarunt, atque adorarunt, quo tempore mereri potuerūt, sunt assecuti. In libro Apocalypsis refert Diuus Ioannes, se in spiritu in montem excelsum fuisse deductum, sibique ciuitatem sanctam Hierusalem illic fuisse ostensam, & Angelum, qui eum alloquebatur virga aurea, quam manu gerebat ciuitatem fuisse dimensum, hominisque mensuram Angeli esse reperisse. In quo significauit homines etiam per eandem humilitatis viam ad hanc gloriam iter facere

Apoc. 21

facere oportere: siquidem vna, eademque est hominis, atq; An- 27
geli mensura. Vnde nunquam inanes, atque superbos huius sæculi tanta animi contentione honores, celebremque sui æstimationem exquisijsse comperimus, quam diligẽter sancti sui ipsorum despectum expetebant: quia vt sanctis Angelis similes essent, hanc humilitatis virtutem summopere exoptabant. Atque hoc etiam magnopere sancti Angeli intendunt, videlicet, nos sibi similes reddere: ipsi enim vacuas cœli sedes Angelis iterum adimplendas esse cognoscunt. Angeli vero alij ab alijs, quemadmodum homines non generantur, neque Deus plures angelos vult creare. Quid ergo remedij est, quò sedes illæ Angelis impleantur? Remedium est, quòd, quemadmodum qui aurum habere desiderant, neq; illud naturale possunt adipisci, artificiale facere curant secundũ artis alchimiæ normas: sic quandoquidẽ ad 28
sedes illas reficiendas naturales Angeli haberi nequeunt, artificiales eos facere curant. Alchimistę magnã metalli, argenti, scilicet, & stanni copiã liquefactã per auri venas immittunt: sicque stanni, & argẽti colorẽ amittens paulatim auri splendorẽ acquirit. Sic etiã sancti Angeli curant, vt homines per pœnitentiæ, lachrymarũ, orationis, ieiuniorũ, aliarũque sanctarũ exercitationũ venas immittantur: sicq; paulatim hominũ colore dimisso Angelorum nitorem acquirant. O admirabilẽ sanctorũ Angelorũ alchimiam, & artificium, qui talẽ in tam miseris creaturis, sicuti peccatoribus, operationem faciunt, vt ad Angelorum humilitatem, diligentiam, amorem, charitatemque perueniant. Laudans
Psal. 103. Deum sanctus Propheta Dauid dicit ei: Domine Deus meus, 29
magnificatus es vehementer. Vnumque, inquo est magnificatus assignat dicens: Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. Efficit eos ignem ab effectu per metaphoram: quia ignis illuminat, calefacit, & trãsmutat res, in quas operatur. Et hæ sunt Angelorum exercitationes, nos ab hominibus in Angelos cõmutare, nos illuminando, diuinoque amore inflãmando, & cõpluribus imperfectionibus expurgando. Illucent nobis intellectibus nostris adiuncti: sicut fax accensa alteri coniuncta maiorẽ emittit splendorẽ. Et sic, vbi nos legimus in Psal.
Psal. 33. Emittit Angelus Domini in circuitu timentiũ eũ B. Hiero. vertit ex Hebræo: Castrametatur Angelus Domini in circuitu timẽtiũ eum. Quia Angelus in animam nequit introire, iuxta illam

Simile.

Simile.

castra

30 castra sua constituit, & in ipsam operationes suas emittit. Vnde B. Augustin. dicit: Sancti Angeli visionem suam miro quodãmodo spiritui nostro infundũt. Nã spiritales creaturæ, qualis est Angelus, & anima, sunt, vt ait sanctus Dionysius, similes speculo, quod si coram altero collocetur, vnius imagines in alterũ reuerberant, atq; in eo imprimũtur. Sic Angelus coram anima mũda positus, eo quod sit speculum voluntarium, in ea, quas vult cogitationes imprimit. Et hinc est quòd animi puri assiduæque cõtemplationi deditissimi per Angelorum illustrationes mysteria nimis profunda sæpè numero consequuntur: simulque nos inflammant, diuinique amoris in nobis ignem accendunt. Experientia namque comperimus, quòd, si solis radij in cõcauum, mundumque speculum reuerberant, & illi stupæ applicantur,
31 in illis ignis incenditur. Sic etiam, cum diuini amoris radij in Angelos reuerberent, qui sunt specula lucida, & præ humilitate concaua: si eis animæ nostræ, quasi stupę aridæ, effrænatarum que passionum humore carentes fuerint coniunctæ, diuini amoris in eis ignem accendunt mirabilibus operationibus, quas in ipsis animabus efficiunt, aut species earum transformantes, aut alias cogitationes ab eis subtrahentes, & alias adhibentes, aut efficacissimis illas rationibus inducentes. Et ita iustorum animę similes illis quatuor animalibus efficiuntur, de quibus dicitur in Prophetia Ezechielis: Et aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Duo hic sanctus Propheta dicit. Scilicet, illa sancta animalia similia esse carbonibus igni accensis, lampadibusque ardentibus: vt nos do
32 ceat iustum non solum accensum carbonem, sed ardentem etiam lampada esse oportere. Hoc quippe inter prunam, & lampada interest, quod pruna etsi candens est, alijs tamen lucere non potest: lampas autem potest. Iustum igitur sibi prunam, alijsque lampadem per pium exemplũ esse oportet. Amemus igitur fratres charissimi, atq; veneremur sanctos Angelos, qui bonũ nostrũ tam ardenter exoptant. Nullus vnquã extitit sponsus, qui honorẽ, bonũq; spõsæ suæ adeò zelaretur, sicut Angelus animæ, quę sibi custodiẽda cõmittitur: quia ex spirituali ejus prouẽtu singularẽ accidẽtaliter percipit voluptatẽ. Quãto igitur amore, ac reuerẽtia tales, tãtosq; patronos debemus honorare, quorũ fauore tot, tantaq; nobis bona proueniũt? Pudeat ergo nos

Aug. sup. gene. c. 12

Dionys. li de. diui. nomi.

Simile.

Ezechi. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

coram eorum oculis, & multò magis coram Deo, qui nobis præ- 33
sentior, quàm Angeli adest, vllum vnquam peccati genus admittere. Et ex diuinis, quæ in nos conferunt, beneficijs, fructum percipere curemus, quò diuina gratia locupletati cum ipsis cælesti beatitudine fruituri ad syderea regna conscendere valeamus. Quod nobis præstare dignetur Iesus Mariæ filius, qui viuit, & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

IN FESTO S. P. N. Francisci Concio Prima.

1

Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terræ, &c.
Matthæi. 11.

Luc. 10. BEATVS Lucas causam assignat, quare Dominus hæc verba protulerit, dicens: Cum diuinus Magister ad Dei verbum prædicandum discipulos suos per diuersas vrbes, & castella misisset: illos eius præcepto peracto hilares propter admirabilem prædicationis suæ operationem redijsse. Quos nuncios cũ Christus Redemptor noster audijsset, in ipsa hora exultauit in Spiritu sancto anima illa sanctissima, quæ semper Deum per claram 2
visionem contemplabatur, eoque perfectè fruebatur, noua quadam, & accidentali exultatione perfusa. Quod gaudium in inferiorem etiam animæ portionem, exterioresque sensuum potentias dispersum est. Atque hoc cælesti gaudio sanctissima eius lingua commota prorupit: *Confiteor tibi Pater.* Tantum est animas
Luc. 15. ad Deum conuerti, vt non solùm sit gaudiũ coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agente: sed ipse Deus, vt Isaias
Isai. 62. Propheta dicit, exultet: Gaudebit, inquit, sponsus super sponsam, & gaudebit super te Dominus Deus tuus. O eximiam Spiritus sancti similitudinem, qua alacritate afficitur nobilis adolescens cum virginem, quam diu adamauerat, & illius causa molestijs

3 stijs afflictus, & perditus incedebat, in vxorem ducit. Huic vtique gaudio comparat hîc sanctus Propheta lætitiam, quam Dominus ex peccatoris conuersione percipit. In quo significat, quòd si Deus denuò lætari posset, propter hoc gaudium singulare perciperet. Atque etiam ex hoc Christus Redemptor noster quatenus homo lætatur, vt hîc apparet, quia exultauit in Spiritu sancto. O quanta animi contentione nos oportet curare conuersionem nostram, vt hoc gaudium Deo, ac cælestibus ciuibus afferamus. Et quia hoc emolumentum nostrum est: Confiteor tibi Pater, dicit verus animarum amator, Domine cæli, & terræ. O Pater æterne, ô superne Pater luminum, maximè vellem cuncta membra mea in expeditissimas linguas conuerti, quibus tibi dignas agere gratias possem. *Quia abscondisti hæc à*
4 *sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Ad horum verborum intelligentiam oportet nos scire quinam sint hi sapientes, atque prudentes, de quibus hîc Dominus loquitur. Diuus Thomas duplex virtutum statuit genus. Quorum alterum nos cum hominibus fœdere coniungit, & à damno illis inferendo coercet, quas virtutes politicas vocat. Alterum verò nos ad diuinæ puritatis imitationem induci, Deoque similes reddit. Et has virtutes purgatorias appellat, ex quibus prudentiam ita definit: Prudentia est omnia mundana diuinorum contemplatione despicere: omnemque animæ cogitationem in diuina sola dirigere. Ex hac autem virtute temperantia proficiscitur. Quæ sic ab ipso ibidem definitur: Temperantia est relinquere, in quantum natura patitur, quæ corporis vsus requirit. Et hæc virtus pruden
5 tiam, ex qua ipsa processit, augmentat, atque corroborat. Quando enim rudis tunica, asperumque cilicium carnẽ mordet, quando modicus, insulsusque cibus, durusque lectus corpus molestia afficit, quando frigus vrget, quando lapides nudos offendunt pedes, & quando tribuli eos compungunt, quid faciet tunc seruus Dei, qui sponte sua, atque vt Deo placeret, hæc elegit, nisi spiritum ad Deum suum propter ipsum, & propter eius exemplum in cruce pendentem erigere, & labores perferendo confirmati, nimium que consolari? Maximè iuuat, vt spiritus ad Deum erigatur, tot intra te stimulos, atque excitatores habere, quibus spiritum ad Deum erigere assiduò concitetis. Idcirco perfectionis cupidũ has duas sentẽtias in corde suo scribere oportet, vt quod

D. Thom. 1.2.q.61. art.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsæ docent, quibuscunque poterit, rationibus exequatur. Quò 6
sicut nullum est tempus, in quo homo vllo, aut vllis Dei beneficijs non fruatur: ita etiam vix sit tempus, in quo Deum non laudet cognoscens se toties non esse respiraturum, quoties summæ illius, atque infinitæ probitatis, ex qua tot bona proueniunt, meminisse deberet. Ex quibus binis virtutibus oritur sapientia, vt
Eccli. 38. Spiritus sanctus affirmat in Ecclesiastico, dicens: Sapientiã scribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, sapientiam percipiet: quia sapientia replebitur. Ecce quàm apertè dicit diuinus spiritus hominem per temporalium rerum desertionem, & præ cælestium contemplatione sapientiam acquirere, illaque repleri. Hæc sapientia est, vt ait Diuus Bernardus, instar nominis sui,
Bern. sup. Cant. Ser-mone. 85. scilicet, sapida scientia. Vnde sapientia intellectus simul, & voluntatis connotat actum. Etenim ex eo quod est scientia, est actus 7
intellectus, & quatenus est sapida, atque delectabilis, est actus voluntatis. Hæc omnes virtutum exercitationes faciles, ac sapidas reddit, efficitque vt iustus quoddam cælestis gloriæ in animo ferat exemplar. Et sic vbi nos legimus: Quàm speciosa veteranis sapientia, & glorioſus intellectus, & consilium; alia translatio habet, quàm speciosa veteranis sapientia, & glorioſis intellectus, & consilium. Et sic est in contextu Græco. Vbi qui hac diuina sapientia fruuntur, glorioſi vocantur: eo quòd suauissimam atque dulcissimam, & cælesti quodammodo gloriæ similem vitam degant. Qui his virtutibus excellunt, veri sunt sapientes, at
Eccli. 25. que prudentes. Quod cùm ita sit, quomodo summa veritas æternum Patrem suum mysteria sua à sapientibus, atque prudentibus dicit abscondere? Dico duplex esse genus sapientiæ. Et sic di 8.
Prou. 30. cit sapiens in Prouerbijs: Sapientia hominum non est mecum, & noui scientiam Sanctorum. Sapientia hominum est scire, & gaudere proximos decipere, & omnibus rationibus, etiam cum
Iacob. 3. peccato sæcularia quærere. De hac dicit Beatus Iacobus: Non est enim ista sapientia desursum descendens à patre luminum, sed terrena, animalis, & diabolica. Liberet nos Deus à tali sapientia, quam talibus nominibus sanctus Apostolus vocat. Diabolicam eam appellat, quia cathedrarij, & magistri, qui eam homines docent, sunt diaboli, qui sunt spiritus erroris, & sic eos
1. *Tim.* 4. nuncupat Beatus Paulus, dicens: Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide atten-

9 attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum. Et Diuus Ioannes in Apocalypsi hos diaboli equos appellat, dicẽs de illis: Potestas equorum in ore eorum: quibus, videlicet, nobis officiunt. Dicitque equos nobis officere, bellumque inferre, quia etsi à diabolis commouentur, ipsi tamen sunt, qui suis corruptissimis verbis homines peruertunt. Quorum etiam doctrina diabolica, terrena, & animalis ab effectu nuncupatur, quia homines terrenos, diabolicos, & animales efficit: & his Deus sua diuina mysteria celat. At, valdè miror, ô Christe Angelorum gloria, peccatorumque iustificator te, cùm summa sis misericordia, dicere: Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus. Quia æternus Pater humilibus mysteria sua reuelat, te delectari, eique gra- *Apoc.* 9.
10 tias agere bene mihi videtur, te autem gaudere, illumque laudare, quia illa à superbis abscondit, hoc mihi maximam affert admirationem. Quomodo rem tam metuendam audientes non obstupescimus? videlicet, clementissimum Iesum de supplicio superbis inflicto gaudere scientes? In hoc significatur Deus non solùm quatenus Deus de malorum condemnatione lætari, propter ordinem diuinæ iustitiæ, qui illic seruatur sicut ipse dicit in Prouerbijs. Quia, inquit, vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis, ego quoque in interitu vestro ridebo. Diligenter attendite Dominum dicere, se omnes possibiles rationes, & media quæsijsse, vt peccatores ad se conuerteret, videlicet, eos inte- *Prou.* 1.
11 riùs sanctis inspirationibus, exteriusque concionatorum vocibus accersiendo, plurima in eos beneficia conferendo, atque interdum illos seueris supplicijs puniendo. Quia verò ex ijs omnibus fructum percipere noluerunt, dicit se in eorum interitu, & condemnatione risurum. Non solùm, inquit, Deus quatenus Deus iniquorum, in quantum diuinæ legis suæ transgressorũ supplicijs gaudet, verùm Christus etiã Saluator noster ijsdem quatenus homo delectatur. Et ita dicit Dauid: Lætabitur *Psal.* 57.
iustus, cùm viderit vindictam, & manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Iustus per antonomasiam dicitur diuinus reparator noster. Et hic iustus lætabitur, cùm viderit vindictam. Et dicit eum in hac vltione manus suas esse lotarum. Eum

manus lauare, est innocentiam suam ostendere, seque supplicij 12
illius, ac scelerum, quæ admiserunt, insontem esse demonstrare.
Sicuti vulgo dici solet: Ego in hac re manus meas abluo, id est, nõ
sum huius rei culpatus, siue, nõ sum huius criminis reus: sic Chri
stus Saluator noster dicet: Si homines mali fuerunt, & in sceleri
bus perierunt, hoc non accidit, quia ego illos non monui, non,
quia sufficiens illis auxilium denegaui: non, quia eis prædicato-
res, aut sacramenta defuerunt. Hoc erit Dominum Iesum Chri-
stum manus in eorum sanguine lauare, ostendere quàm sit inno
cens condemnationis eorum. Nec verò solus Christus filius Dei,
sed & cuncti etiam iusti malorum condemnatione lætabuntur.
Doctores in 4.d.50 s.Tho.ibi-dem.q.2. ar.4.q.1. & sequẽ. Scotus.q 3 lit.d.et.r. Richar.et Durã.q.3. (Sicut tractant Doctores Theologi.) Non solùm nõ afficientur
mœrore liberi videntes in die iudicij parentes suos æternis cru-
ciatibus condemnatos, nec è conuerso, quia beati erunt, ideòque 13
nulla poterunt affici molestia, verùm ex illo diuinæ iustitiæ actu
lætitiam percipient, non quatenus damnati sunt eorum liberi,
siue parentes, nec quatenus sunt homines, sed in quantum sunt
cælestium præceptorum transgressores. Eia filij Adæ diuitias di
ligenter acquirite, alienaque bona fraudulenter arripite, vt libe-
ros vestros locupletetis, & eorum causa in Tartara prolabimini,
quò ipsi pestea vestra condemnatione lætentur. O stulti, qui in
æternum inferni ignem eorum causa descendere vultis, qui ne
vnam quidem horam in hoc sæculo propter vos tormenta pate-
rentur. *Simile.* Si aliquo vestrûm graui morbo laborante dicerent medi
ci: Nequaquam æger hic euadere potest mortem, nisi integra
hora humanæ carnis fumo suffiatur; nunquid vxor, siue liberi
vestri manum, aut pedem in accenso prunario propter valetu- 14
dinem tuam vna hora morari paterentur? Suspicor vtique ne-
minem eorum nõ vnam quidem horam, verùm ne centesimam
eius partem tormentum istud esse passurum. O cæci, cæci, quis
vos ita excæcauit, vt propter eos, qui si opus esset tam parum ve
stra causa paterentur, creatorem vestrum offendatis, atque in
æterna tormenta corruatis? Per immensam Dei clementiam vos
deprecor charissimi fratres, ne adeò creaturas diligatis, vt ea-
rum causa creatorem vestrum deseratis, in eiusque indignatio-
nem incidatis. Attendite quid dicat Dauid ipsum Deum allo-
quens: *Psal.72.* Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te, id est, qui te de-
serunt seiungendo se à te, creaturasque diligendo plus quam te.

Et

15 Et alia translatio habet: Perdidisti omnem, qui fornicatur abs
te. Et sic est in contextu Græco, sic etiam legit Diuus Augusti-
nus. Vbi adnotatur, quanuis plurimi sint peccatores, singulos ta
men ita peculiariter à Deo puniri, quasi vnus esset in orbe pu-
niendus. Inter quæ verbum illud, perdidisti, perpendi oportet.
In quo significatur, nisi peccator se se in meliorem frugem reci-
piat, tam certam esse illius condemnationem, quasi iam esset in
æterna tormenta proiectus. Quamobrem vnusquisque sibi op-
portunè consulat, & ad Deum conuertatur, ne in illud tempus
deueniat, in quo mitissimus agnus Iesus Christus propter illius
supplicium patri suo gratias agat, sicut hîc fecit, dicens: Confi-
teor tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudenti-
bus. Additque vlteriùs, dicens: Et reuelasti ea paruulis. O Deus
16 infinitæ sapientiæ, vt quid Domine paruulis mysteria tua reue-
las? Nam si sunt humiles, præ illorum cognitione superbient.
Non est hæc veræ humilitatis excellentia, atque proprietas. Nã
hæc virtus diuinis donis accrescit: quia verus humilis omnia do-
na, gratiasque sibi à Deo datas quasi onera suscipit. Non tam
quod recipit, quàm rationem, quam de illo redditurus est, & de-
bitum sibi impositum considerat: & sic non effertur, sed sub
donorum pondere humiliatur, gemit atque suspirat: quemad- *Simile.*
modum arbor, quò fructibus est onustior, eo propensior est in
terram. Estque valdè notandum poma vana, & interiùs abrosa
vermiculis, non arborem in terram declinare, sed solida potiùs,
sana, atque interius plena. Hinc certum quoddam elicitur signũ
quo diuina dona ab ijs, quæ diabolus fingit, separentur. Etenim
17 cùm diuina dona sint solida, eos, à quibus possidentur, ad maio-
rem humilitatem propendunt, quàm si eis non inessent. At quę
dona diabolus fingit, hominem inanem reddunt, atque super-
bum. Nonnulli dicere solent: Deus abstulit à me dona sua, vt me
humiliaret. At forsitan meliùs dicerent Deum ab eis illa subtra-
here, vt illos confundat propter eorum superbiam, negligentiã,
atque ingratitudinem. Nam ad hominem humiliandum, dona
sua Deus conferre consuescit. Nouit quippè Deus ea esse dona
sua, quæ hominem aliquo vitio non corruptum humiliant: si-
cuti bonum vinum vas, in quo infunditur, melius facit. At si vas
est aliqua corruptione infectum, vinum corrumpit. Et sic dixit
Beata Elisabeth sacratissimæ Virgini Mariæ Dominæ nostræ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc. 1. Benedicta inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. 18
Quasi diceret. Siquidem tu adeò benedicta es, vt absque meis meritis tam solicita ad me visendam veneris, tantaque animi submissione me salutaris, non dubito quin is sit fructus ventris tui, qui hæc in te operetur, teque ad tam profundam humilitatem inclinet. Non solum autem qui plura à diuina largitate beneficia percipit humilior esse solet, quia ea quasi onera suscipit, & quia ipsa dona eum ad humilitatem inclinant: sed etiam humiliatur, quia cognoscit, se quo plura à Deo accepit beneficia, eò magis ad ipsorum conseruationem
Psal. 139. diuino auxilio indigere. In Psalmis dicit Dauid: Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. In quo significat, sicut homo à Deo esse hominis accepit, sic Dei manu, atque auxilio indigere ad hoc esse conseruandum. Esse au- 1
tem hominem sanctum, etiam ex diuina manu percepit. Nam si Deus te hominem formauit, tu verò te sanctum fecisti, plus quam Deus effecisti: plus enim est quenquam esse sanctum, quam esse solum hominem. Ergo si te hominem
Psal. 99. facere non potuisti, quia, vt ait Propheta, Ipse fecit nos & non ipsi nos, minus te sanctum facere potuisti. Et siquidem Dei manu ad homines esse conseruandum indiges, multo magis tibi opus est diuino auxilio ad sanctitatem custodiendam.

Prou. 11. *Et reuelasti ea paruulis.* Multò antea diuinus spiritus cœlePsal. 18. stem hanc doctrinam erudierat: siquidem in Prouerbijs dicit: Vbi humilitas, ibi sapientia. Et in Psalmo: Testimonium,
Prou. 9. inquit Domini fidele, sapientiam præstans paruulis, ideſt, 20
humilibus. Et iterum in Prouerbijs: Sapientia, ait, misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & mœnia ciuitatis: siquis est paruulus, veniat ad me. Ancillæ sapientiæ sunt diuinæ inspirationes, & vocationes, quæ etiam in maioribus, & sublimioribus mundi statibus proclamant. Etenim hoc significat vocare, seu clamare ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Ex quo apparet etiam in excelsis statibus hos paruulos reperiri posse, sicuti reuera inueniuntur? Nam isti sunt, qui diuina luce collustrati animorum suorum inopiam, & nuditatem, cognoscentes ad saluatoris sui gratiam tota auiditate confugiunt. Diues, & potens erat Patriarcha Abraham, cum in Mambre conualle morare-

21 retur: siquidem ex seruis suis solummodo exercitum conflare potuit, quo quatuor reges superauit. Et tamen adeò hu- Gene. 18.
milis erat, vt diceret: Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Non dicit se esse solam terram, quæ ad fornaceos parietes conficiendos prodest: neque solum cinerem, ex quo lixiuium fit: sed puluerem simul, & cinerem, quod nihil prodest, se esse affirmauit. Quasi diceret: Et si miser, atque inutilis sum, nihilominus tamen loquar ad Dominum meum. O quantum ad humilitatem impetrandam conduceret, nos in quolibet statu simus, quam miseri, atque inutiles simus, considerare. Quanquam Beatus Paulus ad tan- 1. Cor. 15.
tam peruenerat celsitudinem, vt dixerit: Abundantius illis omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum: inferius tamen subdit dicens: Cùm autem mortale hoc indue-
22 rit immortalitatem. Vbi alia translatio habet: Cùm autem corruptum hoc induerit incorruptionem. Et sic est etiam in contextu Græco. Ex quo apparet sanctum Apostolum, quantum in se, non solum mortalem, sed quid corruptum etiam se iudicasse, quod ex se fœtorem emittit, & quicquid ad illud accedit corrumpit. O admirabilem viri Sancti cognitionem, & humilitatem. O beatos illos, qui eum imitari curant. Præcipuè cum illud verbum, corruptum hoc, de omnibus intelligatur. Per humilem, paruamque portam ma- Simile.
gni nequeunt introire, nisi inclinentur. Portam vero cœlimā, humilemq; esse probatur ex eo, quòd est arcta, & angusta sicuti dixit Dominus: Contendite intrare per angustam por- Luc. 13.
23 tam. Ergo siquidem est angusta etiam est ima. In libro nanque sapientiæ dicitur: Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti: esset que enormis, & sine proportione porta sublimis, & nimis angusta. Ergo si est arcta, & in proportione constructa, necessario erit ima. Siquidem igitur ima, & humilis est, si per eam ingredi volumus, oportet nos inclinari, atque humiliari. Ad hanc etiam humilitatem impetrandam maximè prodest corporalis paupertas libenter, & cum spiritus feruore suscepta. Hæ sunt duæ illæ alæ, de quibus dicitur in Apocalypsi: Datæ sunt mulieri alæ duæ, vt volaret in desertum. Mulier illa sideribus coronata, soleque amicta absq; dubio est sacratissima virgo Maria Dei genetrix, quę his Apoc. 12.

binis

binis alis cunctis diebus vitæ suæ volauit, & multum conduxerũt ad hoc, vt inter alios sanctos adeò singularis esset. Etenim hoc significat duabus alis in desertum volare. Ideòque hodie tã pauci sunt veri humiles, quia pauci sunt sanctæ paupertatis, temporaliumque bonorum abnegationis amatores. 24

Has igitur dilectissimi fratres duas alas ad huius sacratissimæ præceptricis imitationem curemus adipisci. Verum animaduertite, auem quando sedet, alas sustinere, quando autem volat, ipsam ab eis sustineri. Ideò ô anima Christiana si cum per mortem è terra surrexeris, ad gloriam aduolare, atque ab his duabus alis adiuuari, necnon, & vsque illuc perduci volueris (summa namque veritas dixit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum) magnum te oportet nunc in eis sustinendis studium adhibere, quamuis tibi graues aliquantulum videan- 25
tur: postea enim ipsæ te sustinebunt. O seraphice Pater noster Francisce quid de te, de tua profunda humilitate, quid de admirabili paupertate profabor? Idcircò in tua sacra solennitate sanctum hoc Euangelium decantatur, quia in his duabus virtutibus singularis extitisti. Conradus refert Apelli celebri quon- *Conrad.*
dam pictori iussum fuisse, proceræ staturæ Gigantem depingere. Cumque illi difficile videretur eum tantum, quantus à se petebatur, depingere, grandem in illa tabula manum pinxit, simulque duos Gigantes, qui oblongis quibusdam lignis vnum illius manus digitum demetiebantur, quò ex digiti magnitudine Gigantis proceritas innotesceret. Itaque quamuis Gigantem pingere nequiuerit, digitum tamen illius depinxit, ex quo proportionabiliter, Gigantis, cuius ille digitus erat, 26
magnitudo perspiceretur. Hic gloriosus pauperum Patriarcha in omni virtutum genere tantus extitit, vt non solùm totam eius magnitudinem minimè valeam explicare; verùm ne vnam quidem eius virtutem possim penitus recensere. Nam, si quanta, quamque excellens eius humilitas, aut paupertas, siue charitas fuerit, declarare possem: ex hoc quodammodo quasi per digitum proportionabiliter mirificæ perfectionis illius magnitudo perspici posset. Nullus vnquam tam diuitiarũ, quàm ille sanctissimæ paupertatis cupidus extitit. Vnde reb⁹ etiam necessarijs, non, nisi cum facultate reddendi eas alij, si quẽ pauperiorem inueniret, vtebatur. Quippè qui neminem pau-

perjorem,

27 periorem, quàm se esse, poterat tolerare: atque etiam quia vrgentiorem necessitatem iustæ possessionis titulum esse ducebat. Infernus facultatem habet recipiendi in se omnes ad eũ descendentes, non tamen licet ei quenquam dimittere. Talis mihi quodammodo esse videtur paupertas eorum, qui volunt petendi, & recipiendi, non autem alijs pauperioribus se ea, quibus vtuntur largiendi habere facultatem: quæ quidem paupertas meritò potest auara vocari. Non talis erat huius sancti patris inopia. Profunda verò eiusdem humilitas, quibus poterit orationis viribus explicari? De Christo Redemptore nostro dicit Beatus Paulus: Humiliauit semetipsum. Nam, quenquã, cùm ab omnibus con- *Philip.* 2.
temnitur, humilem esse, non est mirandum: quum autem à cunctis honoratur, permagnique æstimatur, tunc humilitate clare-
28 re seq; ipsum humiliare, hoc est præstantissimũ, atque admirabile humilitatis genus. In hoc sanctus hic vir cælestẽ veræ humilitatis magistrum vehementer fuit imitatus. Quippè qui quantò maiori honori ab alijs habebatur, tantò profundius se humiliabat, viliorque apud se erat. In libro Exodi legitur Deus Moysi *Exod.* 3.
dixisse: Veni, mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum, filios Israel de Ægypto. Tantoque à Deo affectus honore, qualis erat eum tanto populo prę ferri, semetipsum humilians respondit, dicens: Quis sum ego, vt educam filios Israel de Ægypto? Quasi diceret: Ad nihil aliud prosum Domine, nisi ad modicas has oues custodiendas, quod etiam vix facere sufficio. Erat enim Moyses valdè humilis. Quod ex eo infertur, quia de illo dicitur in libro Numerorum: Erat enim Moyses vir mitissimus su- *Num.* 12.
29 per omnes homines, qui morabantur in terra. Quæ mansuetudo sine humilitate maxima nequaquam poterat possideri. Et quia tam humilis, mitisque erat, ei dixit Dominus ipse: Videbis po- *Exod.* 33.
steriora mea. Nonnullique dicunt, Dominum hîc ei promisisse illum sanctissimam, quam accepturus erat, humilitatem esse visurũ, quæ dicitur posteriora, eo quod est res minus nobilis Iesu Christi filij Dei. Quæ promissio in monte Thabor fuit adimpleta. Idem discursus inter Deũ sanctissimumque hunc virum Franciscum fuisse videtur. Quem Deus in principio suæ conuersionis accersiuit, per os crucifixi eum alloquẽs, dixitque: Francisce vade, & repara domum meam, quæ, vt cernis, labitur. Quasi diceret: Populum meum à culpæ seruitute cura subtrahere. Cumq;

submi-

ſubmiſiſsimus eſſet, arbitratus eſt, Deum ſibi præcipere materia 30
le illud templum reſtaurare. Hoc, inquit, mihi Deus præcipit, vt
lapides humeris meis afferam, materialeſque hos parietes refice-
re curem: neque enim ego ad plura proficio. In hoc ego tibi Do-
mine miniſtrabo, leproſorum vlcera lauabo, nudis pedibus, tri-
tiſque veſtibus incedã, ægriſq; neceſſaria miniſtrabo: quod etiã
vtinam facere proſim. O, maioribus te volo Franciſce. Volo, vt
exemplo, doctrinaque tua complures homines ab huius ſæculi
Ægypto, ad ſacram quãdam religionem educas, vbi Angelicam
potiùs quàm humanam vitam degant: quo maximè vniuerſalis
Eccleſia reparabitur. Et quia hæc ſacroſancta religio ad magnũ
totius orbis remedium extruebatur, idcircò eam vir ſanctus ita
conſtituit, vt non ſolùm ſibi, ſed alijs etiam eius fratres viuerent.
Simile. In prælijs non militibus ſolùm, tympaniſtis, ac tubicinibus opus 31
eſt, qui bellatores inſtrumentis ſuis fulciant, eiſque animum ad-
dant: ſed ſpeculatores etiam, qui præparatas perſcrutentur inſi-
dias, & duces, qui ſicut oportet, copias moderentur, ſunt nimiũ
neceſſarij. Cumque verum ſit, ſanctiſsimam hanc Eccleſiam mi
litantem appellari, quia Chriſtiani in ea continuum aduerſus
mundum, diabolum, & carnem bellum gerunt, non ſolùm reli-
gionibus indigebat, quæ oratione ſua, diuinarumque rerum con
templatione, quaſi tubicines, tympaniſtæque alios fideles incita
rent; ſed neceſſe etiam erat religiones eſſe, in quibus hæc omnia,
& plura etiam fierent. In quibus viri doctiſsimi virtutibuſq; re-
fertiſsimi eſſent, qui quaſi ſpeculatores Sathanæ inſidias perſcru
tentur, deque illis populum moneant, hoſq; Dei exercitus tan-
quam duces præſtantiſsimi ducant, doceantque quomodo eis 32
præliandum ſit, quò victoriam conſequãtur. Hoc fuit vnum ex
myſterijs, quæ paruulo huic, humilique Franciſco Dominus re-
uelauit. Et quemadmodum poſtea dixit Dominus Moyſi: Po-
ſteriora mea videbis: ſic etiam oranti huic ſeraphico viro in cu-
iuſdam montis faſtigio Dominus apparuit, dixitque: O Fran-
ciſce, poſteriora mea tibi oſtendere volo, & quæ hominum cau-
ſa ſum perpeſſus, demonſtrare. Dolores, vulneraque mihi infli-
cta videbis. Sicque illa in eius ſanctiſsimo corpore impreſsit. O
verè beatum virum, cuius carnem etſi carnifex non percuſsit, nõ
idcircò immolati agni fuit ſimilitudine priuatus. Lex perfectæ
neceſsitudinis non patitur quenquam aliquid poſsidere, quod
amico

33 amico ſuo non cõmunicet. Sicq; Chriſtus Redemptor noſter ei
poteſtatem ſuam in tot miraculorum operatione cõmunicauit.
Non ſolùm autem hoc illi conceſsit, ſed eum ſingulari quadam
gloria inſigniuit. Vulnera quippè illa, quibus mundum è tyran-
nica diaboli ſeruitute liberauit; quibus Sathanam, ac Tartara ſu-
perauit, quibus cæleſtis paradiſi ianuas reſerauit, quę non in au-
reis quidem, aut ſericis tapetibus impreſſa, ſed ſuomet ſacratiſsi-
mo corpori infixa reliquit, in ſacro etiam fideliſsimi amici ſui
corpore imprimere dignatus eſt. Mirabile quidem, quod filius
Petri Bernaldon, qui quondam à patre ſuo quaſi inſanus vincu-
lis fuerat incluſus, propter eximiam Angelicæ vitæ puritatem
ad tantam celſitudinem peruenire, vt ipſe vnus cum Ieſu Chri-
ſto potentiſsimo cælorum Imperatore poſt glorioſam corpo-
34 rum reſurrectionem inter omnes ſanctorum choros his diuinis
chariſmatibus inſignitus illuceſceret. Neque enim illuſtriſsi-
mam hanc gloriæ prærogatiuam, quam ei Dominus in hoc ſæ-
culo communicauit, ab eo poſtea volet auferre. Magnoperè
commendat ſacra Scriptura amorem, quo Ionathas Dauidem
ex bello venientem, Gygantiſque Goliath caput deferentem
dilexit. In cuius teſtimonium ſpoliauit ſe tunica ſua, & dedit 1. Reg. 18
eam Dauid, & reliqua veſtimenta ſua vſque ad gladium, & ar-
cum, & baltheum. Inſignis amicus, qui dedit omnia, quæ dare
potuit, animamque ipſam ſi poſſet, vtique daret. Et quia nõ po-
tuit, eum ſuis armis, ac veſtibus exornauit. Si ergo veſtium armo
rumque largitionem ſacra pagina, quaſi magnum amoris ſignũ
commemorat, quale amoris ſignum fuit, non veſtes quidem,
35 quæ ſunt extra corpus, ſed ſacratiſsima illa vulnera, quibus ſan-
ctiſsimum Domini corpus erat inſignitum, fideliſsimo amico
ſuo conferre? Ecquis tam nouum tamque admirabile, atque in
ſæculo inauditum beneficium non collaudet, & præ alacritate
proclamet? Ecquis admirabilem fidelitatem, qua Deus amicos
ſuos tractat, non admiretur? Ecquis tanto miraculo non obſtu-
peſcat, illudque adoret?

Hunc igitur tantum, tamque bonum Deum fratres chariſsi-
mi ex toto corde diligamus, ſiquidem eſt amatu digniſsimus. *Et
reuelaſti ea paruulis. Ita Pater, quia ſic fuit placitum ante te.* Hæc Domi
ni ſententia nos in omnibus laboribus noſtris debet conſolari.
Hæc etenim Iob in ſuis maioribꝰ afflictionibꝰ permulcebat. Et
ſic

Iob.1. sic dicebat: Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Do- 36
mini benedictum. O quanta cum serenitate conscientiæ inter
tumidiores huius sæculi fluctus, procellasque viueremus, si con-
siderare vellemus nihil nobis sine diuina dispensatione contin-
Ibidem. gere. Sicuti Sanctus Iob faciebat, qui dicebat: Dominus dedit
Dominus abstulit. Et quia Dominus quatenus homo, & æter-
no Patre minor, illi gratias egerat, nunc seipsi æqualem esse affir
mat, dicens. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Quanuis nõ-
nulli dicunt, eum hîc de omnibus rebus, quæ ad mundi redem-
ptionem pertinent, loqui, quæ ipsius manibus Pater æternus
commendauit. Sunt enim pleriq; fideles, qui contristari solẽt,
cùm cogitant, salutem suam non tam in manibus suis, quàm in
diuina voluntate, ac dispositione sitam esse, quasi eam in mani-
bus suis certiorem, securioremq;, quàm in Dei manibus habe- 37
rent. Cui vanæ solicitudini, vt Dominus occurrat, æternum Pa-
trem illam manibus suis commisisse declarat, qui quantum est
ex se nequaquam ouem, quam tanto labore quæsiuit, inuentã-
que super humeros collocauit, perire patietur: præcipuè cũ eius
amore captus manus suas innocentissimas cruci affigendas tam
libenter extenderit. Quod cùm Dauid intelligeret, spiritus sui sa
Psal.30. lutem his diuinis manibus commendabat, dicens: In manus tuas
Domine commendo spiritum meum. Statimque huius confidẽ
tiæ causam assignans addit: Redemisti me Domine Deus veri-
tatis. Quasi diceret: quibusnam manibus melius spiritum meũ
potero commendare, quàm illis, quæ pro me in cruce pepende-
runt? Eia pusillanimes confidenter accedite, salutemque vestrã
potentissimis his manibus propter vos in cruce pendẽtibus cõ- 38
mendate. Et quanuis veritas sit infallibilis hæc omnia in diuini
huius Redemptoris manibus esse sita: at satis conformiùs literæ
dicimus eum de æqualitate, qua æterno Patri par est, loqui. Om
nia mihi tradita sunt à Patre meo, id est, omnem eius potestatem
essentiam, sapientiam, & deniq; quicquid Pater est, mihi tra-
didit. Sicque protinus addit: Et nemo nouit Filium nisi Pater,
nec Patrem quis nouit, nisi Filius. Id est, nemo vnam diuinam
personam comprehendit, nisi alia, quia est etiam infinita, sicut
& illa. Ne verò arbitraremur eum diuitias, magnitudinemque
hanc sibi soli velle, statim subdit: Venite ad me omnes, qui labo
ratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. O benedictus, & glo-
rificatus

39 rificatus talis Deus. Benedicta sit, ô Christe reparator vitæ sanctissima lingua tua, qua tam sancta, gloriosaque verba protulisti, quæ corda nostra magnopere consolantur. O diuites, atq; potentes huius sæculi hæc audientes confundimini, siquidem diuitijs, potentiaq; vestra vos soli frui vultis. Ex quo colligitur diuina charitas in vobis non morari. Nam in Canticis dicitur de anima sancta: Quàm pulchri sunt gressus tui filia principis. *Canti. 7.* Verbum autem Hebraicum in hoc loco significat idem quod filia liberalis, atq; profusi. Sicq; illam sponsus liberalem, generosam, atq; magnanimam appellat secũdum Hebraicam proprietatem, quæ quod in aliqua re præstantissimum est, filium illius rei appellare consuescit. Ne sitis fratres similes infœlici illi diuiti, de quo dicit Dominus, eum secum loquentem dixisse: Ani-
40 ma habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, co- *Luc. 12.* mede, bibe, & epulare. Omnia sibi volebat: ideoq; dixit illi Deus: Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? O verba metuenda. Cauete fratres mei, ne illa Deus in vobis exequatur, ibidem namq; summa veritas dicit: Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Quid ad hoc respondetis diuites, qui vobis omnia cumulatis? Nunquid non auditis quid hîc dicatur: Sic est, qui sibi thesaurizat? Quomodo nonveremini, ne veniant diaboli, animasq; istas à corporibus vestris arripiant, quò in perpetuum crucientur? Discite fratres dilectissimi ab hoc superno Magistro. Attendite quomodo vniuersos accersit, vt diuitiarum suarum participes
41 efficiendi ad eum accedant, dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis. Ad illum igitur cum perfecta obedientia properemus, vt diuina ipsius gratia refecti æterna beatitudine fruituri ad cœlestia regna conscendere mereamur.

Quod nobis præstare dignetur idem Iesus Mariæ filius. Amen.

(2)

In Festo S. P. N. Francisci

Concio secunda.

Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terræ
Matthæ. 11.

NON vtique contentus erat altissimus hominum r·parator, Iesus Christus filius Dei, quòd sanctissima eius anima tanquam glorioſa Deum semper glorificabat, sed quotiescunque æternus eius pater aliquod in humanum genus beneficiũ cõferebat, statim cœlestis Magister in gloriosam confessionem, gratiarumque actionẽ prorumpebat, sicut apparuit in illustrissimo panũ miraculo: vt habetur in Euangelio B. Ioannis. Vbi dicitur: Cũ gratias egisset, distribuit discumbentibus. Eundemque stylum obseruauit, cum ab hac vita discessurus sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum voluit instituere: vt patet in Epistola priori ad Corinthios. Vbi dicitur: Gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate. Et in resurrectione Lazari gratias egit Patri, quia ipsum semper audiebat. Atque etiam hic pro animarum cõuersione gratias agit: ne consideratio hæc absque spiritali prouectu prætereat. Hic enim est fructus, quem ex diuini Saluatoris nostri vitæ, doctrinæque contrectatione recordatione que percipere debemus, scilicet, videre, atque animo perscrutari, quid nobis in ea sit imitandum. Inter cætera seruorum Dei studia vnum ardentissimum fuit, vt in hoc sacratissimum caput suum instantissimè imitaretur. Ex quibus admirabilis in hac re fuit spiritus seraphici Patris Nostri Francisci, qui statim in initio cõuersionis suæ Deum laudare non cessabat: & rudi, tritoque capitio coopertus in nemore diuinas laudes Gallicè decantabat. Interrogatusque à latronibus, quis nam esset, eximia spiritus ebrietate soporatus respondit, Præco sum magni Regis. Ad hanc sanctissimam exercitationem inuitabat vir Dei omnes sequaces suos. Gallus media nocte somno resurgens statim alas excutit, & canere incipit, statimque illius vocibus, exemploque alij quam

Ioã. 6.

1. Cor. 11.
Ioan. 11.

Simile

quamplurimi concitati alas similiter quatiunt, atque cucurriunt. Sic seraphicus hic vir media nocte, dum medium silentium tenerent omnia, quando homines culpæ tenebris immersi Dei penitus obliuisci videbantur, nouo quodam spiritus feruore surrexit: desideriorumque ac cupiditatum suarum alas temporalium omnium puluere excutiens creatori suo laudes canere cœpit. Statimque eius exemplo alij multi viri à sæculi sopore surrexerunt, alasque suas sæcularibus rebus excusserunt easdemque laudes concinere cœperunt. Quales fuerunt Beatus Antonius, sanctus Bernardinus, sanctus Ludouicus Caroli regis Siciliæ filius, Seraphicus doctor Diuus Bonauentura, alijque complures viri sanctissimi, quales ex illius tempore vsque adhuc semper in hac sacrosancta religione floruerunt. Nec vero contentus erat, socios, filiosque suos erudire, vt in te, omnibusque creaturis Deum laudarent, ad quod de sole, luna, & stellis cantica componebat, sed syluestres etiam belluas, aereas aues, æquoreosque pisces ad diuinas laudes inuitabat. Et sæpenumerò ipsæ irrationales creaturę diuinitus excitatæ in hoc glorioſi sancti spiritui parebant. Hoc oportet esse Christiani viri munus, scilicet, creatorem, conseruatoremque suum, ex cuius manibus tot quotidie beneficia percipit, collaudare. Estque hoc munus tanti emolumenti, ac meriti, vt cùm Magnus Apostolus Paulus dixisset: Implemini spiritu sancto, statim medium ad hoc faciendum explicat dicens: Loquentes vobis met ipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritalibus cantantes, & psallentes in cordibus vestris, Domino gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo, & patri. O ad mirabilem Doctrinã Deus corda nostra illuminet, quo cã intelligamus. Multa nos hic diuin⁹ Apostolus docet. Primũ admonet, ne cõtenti simus Deum in cordibus nostris laudare, sed eum linguis etiã nostris extollam⁹: qđ laudis gen⁹ multũ cõducit ad animos ad maiorẽ deuotionẽ excitãdos. Secũdo nos hortatur, hanc laudẽ ex cordis intimo proficisci debere: ne sit oratio turdi, aut picę dicẽtiũ. Laudet Christ⁹, &, Deo gratias, cũ quid dicãt prorsus ignorẽt: ideo dicit: Canentes, & psallentes in cordibus vestris Dño. Estque valde inter cætera pensandum quomodo dicit: Loquentes vobis metipsis. In quo nos docet non Dei quidẽ,

Ephes. 5

sed nostrum potiùs esse prouentum nos Domino gratias agere. 7
Ex his nanque laudibus Spiritus noster fructum percipit, quia
eis noua beneficia comparamus. Dicit etiam has laudes, & gra-
tiarum actiones pro omnibus esse referendas. Quod dupliciter
intelligi potest. Primo modo, vt pro omnibus tam prosperis,
quàm aduersis euentibus gratias agamus, siquidem vtraq; pari
amore diuina ex manu proficiscuntur. Pari amore, quo pater
filium alit, quando perspicit opus esse, illum verberat. Et ita di-
Hebr.12. cit idem Apostolus: Fili mi noli negligere disciplinam Domini,
neq; fatigeris, dum ab eo argueris: quem enim diligit Dominus,
castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Ideoq;
etiam quando à Domino flagellamur, ei gratias agere tenemur.
Altero modo intelligitur illud, pro omnibus: vt pro omnibus
bonis, quæ Deus in proximos nostros confert, ei gratias agamus. 8
Siquidem experientia comperimus, linguam pro calceis, qui
pedibus, pro chirothecis, quæ manibus, & denique pro vesti-
bus, quæ corpori dantur, gratias agere: & omnia membra con
gaudent refrigerio, quo aliquod eorum afficitur. Cùm igitur
omnes simus vnius corporis membra, rationi consentaneum
est, vt alij pro beneficijs, quæ alij percipiunt, gratias aga-
mus. Non solum autem debemus gratias agere pro omnibus
hominibus, sed etiam pro omnibus creaturis irrationalibus,
& insensibilibus. Si rex duobus pinguibus commendatis, ideſt,
Simile. [*Encomiendas*] Duos infantes donat, qui adhuc ratione non
vtuntur, hoc autem facit propter eorum parentem, ille tenetur
regi pro eis gratias agere. Nec verò vir nobilis, si gratitudine præ
ditus est, solum hoc facit, sed infantulos etiam secum defert, & 9
eis dicit: Osculamini filij pedes regiæ maiestatis pro eo, quod
in vos contulit beneficio. Quid Domine, non ne vides puerulos
istos nec loqui scire, nec rationi vti, nec pro his beneficijs
gratias agere posse, nec quæ illis loqueris, intelligere? Vt quid
eos ita profaris? Omnia, inquit, isthæc intelligo. Verùm
hac diligentia, & artibus vtor, vt gratitudinem beneficiorum,
quæ filijs meis mea causa sunt collata, demonstrem. Sic cog-
noscens homo, vniuersas excellentias, quibus creaturæ irratio-
nales, atque insensibiles sunt exornatæ, propter eum eis à
Deo communicatas fuisse, pro illis omnibus illum laudare te-
netur; illasque quantum est ex se ad Dei laudes debet inuita

re.

10 re. Sic faciebat Dauid, qui nullam prorsus creaturam in cælo, *Psal.148.*
terraque prætermisit, quam ad diuinas laudes non inuiteret, vs-
que etiam & abyssos, atque dracones dicens: Laudate Domi-
num de cælis &c. Laudate eum sol, & luna. &c. Laudate Do-
minum de terra dracones, & omnes abyssi. O sancte rex nun-
quid ignoras istas irrationales, insensibilesque creaturas Deo
gratias agere nescire? Vt quid eas tam ardenti spiritus feruore
ad id faciendum, quod nesciunt inuitas. Hoc vtique facio, in-
quit, vt gratitudinem ostendam, quam habeo propter perfe-
ctiones, quibus illas mea causa ditauit. Etenim pulchritudo, qua
cœlos exornauit claritas, quam soli concessit, influentiæ, quas
tribuit stellis, sapor, & odor, quo fructus, ac poma decorauit, v-
bertas, qua terram fœcundauit, &c. hæc omnia sunt commen-
11 data, quibus eas propter me donauit. Et sicut pater dicit pueris
rationis expertibus: Osculamini pedes regis pro eius in vos col-
latis beneficijs, sic ego vniuersas creaturas inuito, vt creatorem
suum collaudent propter excellentias, quas in eis posuit. Etiam
vos super hæc verba pro omnibus oportet aduertere, quòd
quemadmodum in foro non omnia pari pretio venundantur,
sed singula singulis pretijs alia vilioribus, alia carioribus ven-
duntur, sic siquidem Deus in nos alia maiora, & alia minora cõ-
fert beneficia, quãuis cõsiderato amore, ex quo vtraq; procedũt,
ex infinita charitate dimanãt, & sic pro omnibus summo amore
gratiæ debentur, tamẽ ipsa in se alia maiori quam alia sunt grati
tudine digna, sicq; illis ad maiores Domini laudes oportet nos
ardẽtiùs incitari. Dicitq;, in nomine Domini nostri Iesu Chri-
sti, vt nos doceat, Dominũ illum, qui Deus, paterq; noster est, vt
12 oportet, extollere, donum esse ipsius, sicq; nos ab eo illud instan
tissimè postulare debere per merita, scilicet, Iesu Christi
Domini nostri. O vtinam cœlestem hanc doctrinam Chri-
stianus populus exerceret. Per immensam illam charita-
tem, qua pater misericordiarum tot in nos passim bene-
ficia confert, vos deprecor dilectissimi fratres, vt sanctæ huic
exercitationi assuefacti assiduò intendatis, quo linguæ, cor-
daque vestra die noctuque non cessent tam debitum tributum,
tamque meritorium munus, sicut diuinas laudes exolue-
re.

Dicit ergo Dominus: Confiteor tibi Pater, &c. Vsque ibi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& reuelaſti ea paruulis. Reuelatio ſoli intellectui fit. Vt autem 13
noueritis quare Dominus prudentibus ſuperbis myſteria ſua
recondit, & humilibus illa reuelat: notandum vobis eſt, volun-
tatis affectionem omnibus, quæ in intellectu exiſtunt, virtu-
tem conferre: nam animi vires in voluntate ſitæ ſunt, vt affir-
Scot. in. 2. d. mat ſubtilis doctor Scotus. Sicque intellectus ſine voluntate
42. q. 1. quanuis ſit acutus, debilis tamen, impotens, atque inſufficiens
eſt ad cogitationes ſuas exercendas, niſi voluntatis viribus ad-
iuuetur. Hocque vſque adeò verum eſt, vt licet Deus infinitas
habeat perfectiones, quarum vnaquæque eſt infinita, quia diui-
næ eſſentiæ eſt identificata, nulli tamen earum, niſi ſoli volun-
tati omnipotentia conuenit, quãtum ad executionem effectuũ
Infinita eſt Dei bonitas, quia eſt perennis bonorum omnium
fons, infinita eſt eius ſapientia, infinita miſericordia, atque iuſti- 14
tia, verum nec eius ſapientia, probitas, miſericordia, ſiue iuſti-
tia quicquam aliud faciunt, quam diuina ipſius voluntas vult.
Ea, quæ ſunt, fuerunt, & futura ſunt Deus intellectu ab æterno
cognouit, eaque voluntati propoſuit: ipſaque decreuit quomo-
do, & quando ſingula quæque facienda eſſent. Itaque diuinę vo
luntati omnipotentia attribuitur. Sic in nobis animę vires ex vo
luntate dimanant, ipſaque intellectus cogitationibus efficaciam
confert. Nam perſpicuum eſt ea, quæ ſine affectione cogitãtur,
in intellectu conſumi, atque deficere, neque vlterius progredi,
quæ autem cum affectione cogitantur, niſi poteſtas deficiat, ope
re compleri. Atque hinc intelligetis vnum ex ijs, quæ inter bo-
nos, & malos interſunt, vtriſque etenim bonæ, malæque cogita-
tiones adueniunt. At vbi primũ mala cogitatio boni intellectui 15
ob repit, cum voluntas bona ſit, beneq; affecta, illi non inclina-
tur, nec ei vires addit, ſicq; in iuſto mala cogitatio facile deficit.
Cũ vero in malũ praua cogitatio ingreditur, vt voluntas depraua
ta eſt, ad eam propendet, eiq; vires confert, ità, vt ad deſiderium
Simile. perueniat, ſicque anima perditur. Quando duo pila ludũt, ſi vbi
primum pila per æra volans ad alterum peruenit, ſtatim eam re
pellit, lucratur, ſi verò illam recipit, nec protinus pellit, ſtatim
ei dicitur. Defeciſti, ludum amiſiſti. Praua cogitatio eſt pila à
Diabolo immiſſa, quam ſi, vt ad te accedit, protinus repellis,
lucraris, & coram Deo mereris. Si vero aduertenter eam in ani-
mo eſſe pateris, nec illicò reijcis, deficis, & pro tunc ludum tuæ
ſaluatio

16 ſaluationis ãmittis, ſi cogitatio eius rei erat, quæ deſiderata, pec-
catum mortale eſſet. Quia cum illam in intellectu lenter com-
morari paſſus fueris, te periculo expoſuiſti, vt voluntas eam dili
geret, eiq; vires tribueret, ità quod ad deſideriũ peruenire t. Ideo
que Eccleſiaſticus intellectum ſolem appellauit dicens: Homo *Eccli. 27.*
ſenſatus in ſapientia, ſcilicet, intellectus, manet vt ſol. Et de ma-
lis dicitur in libro ſapientiæ: Sol intelligentiæ non eſt ortus eis. *Sap. 5.*
Quemadmodum enim ſol radijs ſuis mundo illuceſcit, ſic in-
tellectus cogitationibus, notitijſque ſuis animam illuſtrat. Et
ſicut radij ſolis quoaduſque in aliquo obiecto ſiſtunt, ac refle-
ctuntur, diſperſi, debileſque procedunt, vt in media aëris re-
gione perſpicitur, qui quia illic non ſiſtunt, ſed velociter tran-
ſeunt, nullum calorem gignunt. Vt primum autem ad terram, aut
17 ad quicquam aliud firmum perueniunt, calorem cauſantur, &
aliquando vſque adeò fulciuntur, vt ignem accendant, præcipuè
ſi in lucidum & concauum ſpeculum [*de azero*] reuerberent. Sic
cogitationes ex intellectu quemadmodum radij ex ſole pro-
deuntes, prius quam in voluntate ſiſtant, debiles, atque imbe-
cilles exeunt. Adeò vero in ea ſiſtentes fulciuntur, vt ſi illa ſit
munda, & per humilitatem concaua, ignem diuini amoris *Pſalm. 38.*
inflamment. Sic contigit Dauid, qui de ſe dicit: Dixi, cu-
ſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Hoc
eſt, cogitatione mea contemplatus ſum quomodo me â pec-
catis cuſtodirem. Et quid inde ſubſecutum eſt rex ſancte?
Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea ex-
ardeſcet ignis. Ecce quomodo ſancta cogitatio in recta vo-
18 luntate ignem amoris incendit. Hoc eſt myſterium, qua-
re Chriſtus Redemptor noſter fidem ſinapis grano compa-
rauit dicens: Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, & di- *Matth. 17.*
xeritis monti huic: Tranſi hinc, tranſibit. Alia ſunt ſeminum
grana tam parua, & minora etiam grano ſinapis, quibus Domi-
nus poſſet paruam fidem conferre, niſi ad aliud, quam ad par-
uitatem reſpexiſſet. At eam ſinapis grano comparauit, quia quã
tũcunque paruum eſt, ſi dentibus conteratur, ſtatim cremat, &
ex eo ad nares fumus aſcendit. Ita etiam quantumcunque par-
ua fides in intellectu commoretur, ſi voluntatis affectione con-
teritur, aſsiduòque ruminatur, ſtatim ipſa voluntas in-
flammatur, & ex ea fumi ad Deum deuotionis aſcendunt.

Atq; vt granum sinapis nihil prodest, nisi teratur, ità fides in intellectu sine volũtatis affectione innutilis est. O infœlices Christiani, qui nunc in inferno cruciamini, & sempiternis ignibus torquebimini, qui auos, proauos, atauosque vestros Christianos veteres iactabatis, quid vobis fides vestra profuit? Nihil vtique, nisi, vt sit nouus quidam tortor à quo affligamini. Dei furorem fratres charissimi valde timete, nec sola fide contenti sitis: sed illius mysteria ruminantes eam diligite: ad hoc enim illam Deus intellectibus vestris infudit. Sicque vos oportet
Roman.1 intelligere verba illa Beati Pauli de illa loquentis, illudque Pro
Abac.2. phetæ Abacuc citantis, scilicet, iustus ex fide viuit: Hoc est, iustus ex fide tanquam ex principio iustificationem suam elicit: & per illam consequitur gratiam, qua viuit. Quod non facit peccator, qui ex fide, quam habet fructum non percipit, vt
2 per eam conuertatur, diuinamque gratiam consequatur. Et nota nonnullos hic transtulisse: Iustus ex fide viuet. Et sic est in contextu Græco. In quo significatur iustus per fidem, qua nunc viget, gratiæ vitam fuisse consecutum, gloriæque, quam sperat vitam esse consecuturum, quia ijs, quæ à fide docetur, vti scit. Idcircò fides in intellectu sine charitate persistens, otiosa, mortuaque dicitur: Nam in translatione nostra in biblijs correctis legimus apud Beatum Iacobum, Fides sine operibus otiosa est. Vbi alij transtulerunt: Fides sine operibus mortua est. Et sic est in contextu Græco.
Iacob.2

Hac igitur salubri, vtilique doctrina præsuppositа intelligetis quare Deus superbis prudentibusque huius seculi mysteria sua non reuelat, scilicet, quia ex diuinis ipsius reuelationibus intellectui factis fructum non percipiunt, neque eas voluntatis affectione diligunt. Ipse enim dixit: Ne mittatis
Matth.7 margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis. Cùmque diuina eius mysteria sint margaritæ pretiosissimæ, non vult eas illis ostendere, qui ex illis fructum non sunt percepturi. Sapientes enim, atque prudentes huius sæculi nolunt sapientiam ad se illius causa in meliorem frugem recipiendum, sed solum modo ad sciendum, vt cum illa in intellectu maneant, seque sapientes esse glorientur. Vna ex magnis tentationibus, quibus Diabolus multas animas venatus fuit, atque venatur, est hic sciendi appetitus, quo
21 eis

22 eis suadet, vt in solis scientijs acquirendis totam vitam cõsumãt. Hoc telo mundum euertit dicens primis parentibus: Eritis sicut dij scientes bonum, & malum. Et ità dicit Seraphicus Doctor Bonauentura: Vsque hodie arbor scientiæ complures priuat arbore vitæ. Pretiosior nanque est drachma scientiæ caritate coniunctæ, quàm mille pondera sine diuino amore. *Genes.3.* *D.Bonau.*

Hos miseros tanquam porcos Deus margaritarum suarum indignos ducit, eosq; ipsorum culpa in cæcitate sua derelinquit. Ideoq; dicit: *Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis:* Scilicet, qui beneficijs à te sibi factis vti sciunt. Tunc luna maiorem à sole recipit claritatem, cùm ab eo longiùs abest: tuncq; in sua plenitudinis perfectione consistit, quum quàm distantissime esse potest ab illo distat. Et
23 quantò altius ascendens ad solem accedit, tantò remanet obscurior, ac solis splendore priuata. Sic anima eò magis à diuino sole illustratur, quò longiùs per sui ipsius, propriæq; vilitatis cognitionem indignam se reputans, quæ ad eum possit accedere, ab illo recedit. Tunc enim eam magis clarificat, & sua diuina mysteria abundantiùs docet. Si autem superbit, & in cogitatione sua dignam se ducens ad eum accedendi conatur ascendere, tũc quasi luna ad solem accedens, obscura manet, & cæca. Estq; hic valde notandum, cùm Dominus æternum Patrem suum alloquatur, priùs eum patrem, quàm Dominum nuncupare dicendo: Confiteor tibi pater Domine cœli, & terrę. In quo nos docuit, ad hoc, quòd quis bonus Dominus sit, priùs eum bonũ pa- *Simile.*
24 trem esse oportere: vt eius dominatio non Ethnica quidem, sed Christiana sit. De qua gentilica dominatione dixit Dominus: Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. O quàm cœlestis doctrina, Dominus eam in cordibus eorum, qui alijs dominamini, dignetur imprimere, quo inferiorum vestrorum patres, ac Domini esse noueritis. Hoc credo pristinis quondam temporibus nimium vsitatum fuisse: Dauid enim in primo Regum volumine Saulem ipsum persequentem alloquens dixit ei: Pater mi vide & *Matth.20.*
cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea. Non solum autem Reges, sed & diuites etiam patris nomine vocari consueuerant. Sequenti quippe capite hæc Dauid Nabali de Carmelo misit mandata: Quæcunq; inquit, inuenerit manus tua da fi- *1.Reg.24.*

lio tuo Dauid. Quod etiã apud Ethnicos seruabatur, vt patet in 25
libris Regũ vbi serui Naamã leprosi eũ alloquẽtes, suadẽtesq; vt
S. Prophetę Elisei iussa cõpleret, dixerũt: Pater, & si rẽ grãdẽ di
xisset tibi Propheta certè facere debueras. Ecce quomodo Dñm
suũ hi serui patrẽ appellarũt. O quãta est nobis cõfusio vidẽtib⁹
quàm, peculab hac clemẽtia & synceritate distam⁹: siquidẽ in hac
misera tẽpestate cõplures Principes, ac Dñi (quę ipsorũ est in in
feriores immanitas) leones poti⁹ ac lupi rapaces, quã patre svo-
cari possunt. Per infinitã Dei potentiã, ex qua omnis prouenit
dominatio, vos deprecor ó dñi, aduertatis, vos quantò magis
Dei potentiã imitamini tãto diligẽtius ipsius virtutẽ clementiã
& pietatẽ imitari debere: quòsic dominiũ exerceatis, vt simul &
patres posśitis appellari. Etiã hìc est valde notãdũ diuinũ magi-
strũ ea, quę ęternus ipsius pater humilibus revelat in hoc loco nõ 26
explicare, sed solũ modo dicere: Abscõdisti hæc à Sapientibus
& reuelasti ea paruulis. Quæ sunt hæc ò summe Doctor seculi?
Quare ea, quę ęternus Pater tuus suis cõfert beneficia, & myste
ria quæ illis reuelat peculariter nõ explicas? Tot tãtaq; Deus in
eos quib⁹ se reuelare vult beneficia cõfert, vt ipsamet sapiẽtia Ie-
sus Christus nomẽ, quod eis imponat inuenire nõ possevideatur.
Sunt etenim inexplicabilia Dei beneficia prę ipsorũ magnitudi
ne atq; excellẽtia. Et sic dicitur in lib. Sapiẽtię, Optaui, & datus
Sapien. 7. est mihi sensus. Nõ vtiq; explicat hic sapiẽs quid sibi datũ fuerit:
significãs nullis prorsus verbis Dei dona explicari posse, sed di-
cit inferius: Innumerabilis honestas per manus illius. Et paulò
post, Infinitus enim thesaurus est hominibus. O admirabilẽ Dei
liberalitatẽ. Et enim adeò se humilibus cõmunicat, vt eius dona 27
innumerabilia, atq; infinita dicantur. In libro Geneśis præcipit
Genes. 22 Deus Abrahę, vt sibi filiũ suũ immolaret. Et solũmodoquia hoc
facere voluit ei dixit: Quia fecisti rẽ hãc. Ecquid est hoc Dñe:
nullũ ei nomẽ imponis? O benedictus talis Deus, qui tãtũ suis
defert honorẽ, eorũq; sibi exhibita ministeria tanti æstimat, vt
nullũ eis nomẽ inuenire videatur. Quod si ministerijs hominum
Deo exhibitis nomẽ nõ reperitur, quomodo eius in homines col
lata beneficia, cũ sint innumerabilia, satis aptovocabulo poterũt
explicari? O fœlices, qui tanto tãq; liberali Domino seruiunt, si
quidem tam lautam mercedem accipiunt. Et reuelasti ea paruu-
lis. Ecquis mysteria, quæ cœlestis hic pater humili Francisco re-
ue-

28 uelauit, satis dignè valeat explicare? Quamuis autem inexplica
bilia sint, de duobus tamen peculiariter sermonẽ faciam. Alterũ
est, quomodo Deus ei reuelauit, qua ratione posset Diabolũ su-
perare. Quod cũ Gigas Goliath populũ Israel opprobrijs obiur
gasset, nullus erat qui aduersus eũ auderet exurgere. Apposuit-
q; Dñs in corde Dauid minoris filij Isai à proprijs fratribus ob- *1. Reg. 17.*
iurgati atq; despecti, vt aduersus eũ consurgeret. Cũq; Saulis ar-
mis esset munitus neq; cũ eis posset incedere illa exuit, fundãq;
cũ lapidibus accepit, & ad Gigãtẽ se cõtulit, quẽ superauit. Cre
dibileq; est eũ hęc omnia diuina instructũ reuelatione feciśe, nã
alioquin nõ diceret Regi tãta cũ certitudine atq; fiducia: Nũcva
dã & auferã opprobriũ populi. Statimq; addidit dicẽs: Dñs, qui
eripuit me de manu leonis & de manu vrśi, ipse me liberabit de-
29 manu Philistęi huius. Sic Deus huic glorioso viro sui æstimatio-
ne paruulo atq; à fratribus suis neglecto reuelauit quomodo Sa-
thanã deberet lapidibus in sectari, qui in illis tẽporibus hominũ
tyrãnicè dominabatur, ipsiq; pasśionis ac mortis Iesu Christi iã
penè immemores Diaboli obediẽtię atq; volũtati submisśierãt.
Cũq; cœlestis hic vir huius seculi diuitijs se se indutũ atq; im-
plicatũ cerneret, quasi Dauid Saulis armis, diuina reuelatione il-
lustratus eas reliquit, seq; cũctis secularibus exuit, fundãq; acce-
pit, quę fuit regula, quã instruxit. Quę meritò potest funda vo-
cari. Nã quẽadmodũ funda ex multis funibus cõficitur, sic eius
regula explurimis pręceptis atq; cõsilijs cõposita fuit. Et hac fũ
da durisq; lapidib⁹, idest trib⁹ votis essentialib⁹ vsq; adhuc Sata-
30 nã per se perfectorũq; ac spiritalium virorũ multitudinẽ qui in
ipsi⁹ religione florverũt & modo persistũt crudeliśimè insecta
tur. Altera peculiaris reuelatio fuit de sacratiśimę pasśionis ipsi⁹
myśterio quod sic ei reuelauit, vt in sacro sancto ipsi⁹ corpore il-
lud impresserit diuinis eũ vulnerib⁹ exornãs. Ad hominũ corda
Iesu Christi crucifixi amore inflãmãda pictores ligneos crucifi-
xos depingere solẽr, quos qui absq; cordis teneritudine aspexe-
rint satis duri cordis erũt. Quod si lignei crucifixi hominũ mani-
b⁹ fabre facti hoc efficere possunt, quãtò efficaciùs hic Frãciscus
imago viua sãctificata diuiniśq; Iesu Chri manib⁹ elaborata ad cor
dis teneritudinẽ ipsiusq; Iesu Chri mortis cõpasśionẽ duriśimũ
quẽq; posset adducere? Per ꝓphetã Zachariã percõtatur ętern⁹
Pater vnigenitum filium suum dicens: Quid sunt plagæ iśtæ in *Zacha. 13.*
me-

medio manuum tuarum? Cui filius respondens dicit: His pla- 31
gatus sum in domo eorũ, qui diligebãt me. Hoc dicit, quia Syna
goga illa, vbi crucifixus vulneratusq; est, domus erat, in qua cõ
plures fideles Dei amici habitabãt, qui eũ singulari charitate di
ligebant. Inde autem, vbi eum diligentius amare deberent exie
runt, qui ei crudelissimam mortem intulerunt. Hic glorioſum
hunc virum interrogare possumus dicentes: Quæ sunt plagæ
istæ ó beate Francisce in medio manuum tuarum? Ipseque iu
re optimo potest respondere: Qui me magnopere dilexit, ille
me vulnerauit: qui pro me mortuus est ille me sacris his stigma
tibus insigniuit. O eximiam viri sancti prærogatiuam. Maxi
mi quidem æstimaretur linteum sacrosanctæ Virginis Mariæ
Dominæ nostræ manibus elaboratum. Ecce igitur præstan
tissimum hoc opus, quod Deus consultõ suis proprijs mani- 32
bus perficere voluit, vt corda nostra in sui ministerium inflam
Galat. 6. maret. Quapropter meritò dicere potest verba illa Beati Pauli
Apostoli ad Galatas dicentis: De cætero nemo mihi molestus
sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Hoc
est, iam me nemo despiciat: iam me omnis homo diligat, & ve
neretur siquidem diuini Saluatoris mei Iesu Christi vulneribus
elaboratus illustratusq; sum. Sacratissimæ virgini cœlorum ter-
Luc. 2. ræq; imperatrici dixit sanctus Simeon: Tuam ipsius animã do
loris gladius pertransibit. Adeòq; benedicta eius anima tenerri
mumq; cor dolore fuit transfixum, vt teste Beato Hieronymo
plusquam martyr extiterit. Hoc autem fuit preciosissimę huius
virginis priuilegium, quod à suomet filio martyrium accepit.
Noluit quippè diuinus Dominus purissimum sanctissimæ ma- 33
tris suæ corpus à tortoribus contrectari. Quo priuilegio suum
etiam fidelissimum seruum Franciscum vti voluit: qui diu cœle
sti amore excandescens martyrium ab Ethnicis se accipere fla-
grabat. Vndè in eius laudem decantat ecclesia: O martyr deside
rio. Etenim non permisit eum hominum manibus martyrio cõ
secrari, sed ipse suismet manibus eum martyrio decorauit:
sicque peculariter sacratissimæ passionis suæ illi mysterium
reuelauit.

Postquam Dominus æterno Patri gratias egit, quia sua paru
ulis atque humilibus mysteria reuelat & reuelauit præcipuèque, vt in eum crederent & vt filium Dei naturalem acciperent:
quò ho-

34 quo homines intelligerent quantum eis hoc reuelans contulit be
neficium, eiusque doctrinam diligẽtius sequerentur: statim ad
dit dicens: *Omnia mihi tradita sunt, à patre meo: & nemo nouit filium, nisi pater, nec patrem quis nouit nisi filius?* Quasi diceret: Cum me
habeatis, omnia animarum vestrarum saluti necessaria habetis:
quæcunque enim æternus Pater habet, mihi tradidit. Itaque
potentia, probitate, sapientiaque par sum Patri. Et siquidem vo
bis in omnibus subuenire possum, venite ad me omnes, qui la
boratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. O fœlices, qui diuinæ huic vocationi respondẽt: nam quantò diligentius ab hu
ius sæculi oneribus se se explicuerint, & quantò expeditiores ad
cœlestem hunc sponsum accesserint, tantò vberiùs ab eo reficiẽ
tur. Quòd quàm plurimi sancti religiosi, qui à primordijs ec-
35 clesiæ in ea extiterunt perspicua experientia sentiunt, atq; sen
serunt. Et sic dicit Beatus Dionysius Sanctos Apostolos reli- *Dionys. de*
gioſis sui temporis diuina nomina imposuisse. Nam modo illos *eccl. Hierar.*
Therapentos, ideſt, cultores propter diuinum cultum, cui con- *c. 6.*
tinuò intendebant appellare consueuerant: modò verò eos mo
nachos propter solitudinem desertumq; ipsorum viuendi mo
dum, quo vni Deo ministrabant vocare solebant. Et Beatus
Thomas huius dictionis, monachus, significationem extollit *D. Tho. 2. 2.*
dicens: Monachum significare diuersis sensibus impartibilem *q. 88. art. 11*
vnitatem. Vir enim vxori astrictus (vt ait Apostolus) solici- *1. ad Cor. 7.*
tus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est.
Vir autem religiosus integer atque vnissimus Domino custodi-
36 tur. Complura dicit illic Diuus Dionysius de hac re: sicque sta
tim in Apostolorum tempore religiosi fuisse probantur: qui gra
uissima huius seculi onera, vt se Deo arctius coniungerent effu
gerunt. Ideoq; ab ipsis Apostolis, sicut ibidem gloriosus hic Do
ctor affirmat maximi æstimati fuerunt. Enim verò quanuis nõ
omnes religiosi esse teneantur, omnes tamen huic diuinæ voca
tioni tenentur obedire suauissimum sancti Euãgelij iugum hu
meris suscipientes, & ab hoc cœlesti magistro, quę nos hic docet
addiscentes, videlicet, Discite à me, quia mitis sum, & humilis
corde. Non vtiq; contentus est Dominus, quod vestitu, loquela
vultus deniq; aspectu humiles simus: sed vult etiam nos intrin
secus in corde humilitatẽ gerere. Etenim pleriq; vestitu sermo
neq; sunt humiles: in corde autẽ Luciferina superbia extollũtur.

Ad

Ad hanc humilitatẽ atq; animi submissionẽ cõsequendã fratres 37
charissimi optimũ est remediũ vos semper cũ maioribus dimetiri: Nã si cũ minoribus vos dimetiamini statim superbietis. Et enim quãtũcũq; minima staturaquis sit, si cum nano se metiatur maximus sibi esse videbitur. Et quantũcunq; procera corporis statura quis sit, si Gigãti conferatur, minimus apparebit. Vir nobilis, qui in pago cõmoratur, quãtũcunq; modicos habeat redditus maiori superbia effertur magisq; sibi præsumit, quã Dux locupletissimus. Quia cũ vilibus ac rusticis hominibus cõuersatur, & egenis illius pagi agricolis cõparatur, inde ei tãta sui met æstimatio ꝓuenit: quãdo autẽ in vrbẽ se cõfert, plurimosq; magnates maximo vtẽtes fastu cernit pudore cõfunditur, & inter eos humilis atq; abiectus incedit. Idẽ accidit in spiritalibus. Nã, si in adulteros, homicidas, vsurarios, atq; lusores, quis oculos cõijciat 38
cũ se illa peccata nõ admittere videat in eius corde inanis quędã præsumptio & superbia exoritur arbitrãtis se optimũ esse. Si verò plurimos iustos virtuteq; prędditos cõsideret eorũ puritatẽ iniquãq; vitã assiduãq; diuinarũ rerũ contẽplationẽ feruorẽq; ardẽtissimũ, quo ad diuina sacramẽta frequẽter accedunt, eximiam pietatem qua pauperibus eleemosynas largiuntur, crebras disciplinas, cilicia, ieiuniaq;, quibus corpora sua mortificãt, ineffabilem patientiam ac mãsuetudinem, inuictumq; animi robur, quo durissimas quasq; calamitates atq; iniurias patiuntur considerãs obstupescet, pudore cõfundetur, atq; magnopere humiliabitur, intelligens quàm procul abilla iustorum perfectione absit. Sanctus Iob, qui inter Ethnicos morabatur in eis oculos statuere nolebat, 39
Iob. 42 sed eos in vnum Deum infinitam eius perfectionem considerans iaciebat, sicq; profundè humiliabatur, atq; dicebat. Nũc oculus meus videt se. Idcircò ipse me reprehẽdo, & ago pœnitẽtiam in fauilla & cinere. Gloriosus etiam pater noster Franciscus hac assidua consideratione vtebatur, & dicebat. Ecquis es tu Domine, & quis sum ego? Et præ assidua contẽplatione immensæ Dei probitatis, & summę puritatis, atq; pietatis sacratissimę vnigeniti filij eius humanitatis miseriã vilitatẽq; suã cognoscebat, sicq; vitã suã profunda cũ humilitate traducebat. Nõ solũ autẽ sanctissimæ Redẽptoris mũdi vitę contẽplatione cor eius teneritudine liquefiebat, sed, vt de tigride dicitur quod tanto hominem odio insectatur, vt nõ solũ eũ discerpere velit, verùm & quãcunque

4ocunque [illegible] tur, atq; dilaniet. Ecc[illegible] Sanctus hic pater tanta amoris tenerritudine diuinũ mundi reparato[illegible] diligebat, vt agnum, aut ouem occidens, illa parua Iesu Christi simplicitate, quã in illis animantibus perspiciebat, totus amore liquescere[illegible] quia in eis quodammodo præstantissimæ cœlestis agni patientiæ & mansuetudinis imago refulgebat. Æternus misericordiarũ pater, qui admirabili potẽtia sua debilẽ hominẽ sicut & nos ex osse & carne conflatũ ad tantũ perfectionis gradũ fecit ascendere, ipse mẽtes nostras illuminet, & corda cõmoueat, vt illius exẽplo ab vnigenito filio suo mãsuetudinẽ, verãq; cordis humilitatem addiscamus, sacrosanctumq; legis suæ iugum perfecta cũ obedientia deferamus, quo cęlesti gratia referti ad ętherea regna perpetua beatitudine fruituri conscendere valeamus. Quod nobis præstare dignetur idem Iesus Mariæ filius, Amen.

In Festo S. P. N. Francisci

Concio Tertia.

Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, &c. Matth. 11. Matt. 11

1 VIm in diuinis literis Saluatoris nostri Iesu Christi imitatio Christianis viris maximè cõmẽdetur vnum ex ijs, in quibus fidelissimi quiq; eius amici illum conantur imitari, est assidua diuinarum laudũ frequentatio, quæquidem diuinę maiestati gratissima est, sicut ipse Deus per Prophetã dicit in Psalmo, Sacrificiũ laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostẽdã illi salutare Dei, ideſt, salutẽ magnã. Perpẽdite, quæso, verbũ illud: Illic iter. In quo significatur in laudũ sacrificio iter pãdi, per quod homo plurima spiritalia dona in diuino cõspectu solet adipisci. Nã diuinæ laudes sunt præstantissimi quidam actus amoris. Cum enim homo debita attentione, atque affectione Deum laudat, & dicit: Benedicta sit tua maiestas, benedicta sit tua bonitas atque sapientia, &c. magis gaudet sibique complacet Deum Isai. 49.

illis

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis excellẽtijs esse præditũ, quàm si eædẽ sibi [illegible]ent. Ad hanc 2
sanctã exercitationẽ nos gloriosus Apostolus Paulus inuitat di-
Coloss. 3. cens: Omne quodcũq; facitis in verbo aut in opere, omnia in no
mine Dñi Iesu Christi, (scilicet facite, vt alia trãslatio habet) gra
tias agentes Deo, & patri per ipsum. Prius vtiq; dixit, Omne, &
postea subdidit, Omnia. Quẽadmodũ enim ingrato homini vni
uersa inter manus (vt aiũt) cõsumũtur, & euanescunt: sic etiã illi
qui, p omnibus Deo gratias agere nouit, omnia crescũt & ad ocu
lũ adaugẽtur. Dicitq; Deo, & patri, vt nobis efficacius quod vult
persuadeat. Quasi dicat, Tanto, tãq; bono Dño gratias agere ne
cessetis, qui cũ esset Deus omnipotens patrẽ vestrũ se vocare mi
nimè dedignatur: vobisq; tanquã filijs charissimis subuenit. Di-
citq; per ipsum, scilicet Christũ: vt significet tantũ, tãq; excellẽs
esse hoc op⁹, vt sine Iesu Christi Saluatoris nostri meritis nequa 3
quã sicut oportet valeat exerceri. Et ad Philippẽses nobis hoc ma
Philip. 4 ximè cõmẽdat dicẽs: Nihil solicitisitis: sed in omni obsecratione
cũ gratiarũ actione petitiones vestræ innotescãt apud Deũ. Qua
si diceret, Nulla secularis solicitudo sufficiat vobis rẽtã necessa-
riã impedire: sed hęc omnibus huius seculi negotijs præferatur.
Inter omnia verò beneficia, ppter quæ nos oportet Deũ lauda-
re, illiq; gratias agere, vnũ ex pręcipuis est, quia tot tãq; innume
rabilibus gẽtibus in infidelitatis tenebris derelictis nobis quod
credimus, reuelauit. Sic faciebat Dauid, qui dicit in Psalmo, Fu
Psal. 15. nes ceciderũt mihi in pręclaris. Vel, vt vertit Felix, In iucũdis, &
elegãtibus, & amœnis. Vel, vt vertit B. Hiero. In pulcherrimis.
Etenim hęreditas mea pręclara est mihi. Statimq; addit dicens: 4
Benedicam Dñm, qui tribuit mihi intellectum, insuper & vsq;
ad noctẽ increpuerunt me renes mei. Sub metaphora loquitur
hic Dauid de pręsentis vitę statibus. Quẽadmodũ, cũ inter vnius
substantiæ cohæredes partitiones & iura fiunt, & funibus vinea
seu fundus diuiditur, posteàq; sortes mittuntur: tunc cui melior
hæreditatis pars accidit, ille dicitur fortunatior: sic iussit Deus fi-
Psalm. 77. lijs Israel, vt inter se terram promissionis diuiderẽt, vt patet in li-
bro Psalmorũ, vbi dicitur: Et sorte diuisit eis terram in funiculo
distributionis. Notãdũq; est, sicut Deus in sua æterna prædesti-
natione cœlestẽ hæreditatẽ electis suis diuisit, quibus singulos
quosq; gloriæ gradibus esset donatur⁹ statuẽs: sic etiã ex tũc præ
sentis vitæ status tãquam media ad hãc beatitudinẽ consequẽdã

ordinata.

5 ordinata decreuisse. Itaque non solùm eos ad gloriam, sed ad me
dia etiam atque opera, quibus est impetranda, Deus iustos præ-
destinauit. Et sic dixit ipse Dauid Iesu Christi nomine: In capi- Psal. 39.
te libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam. Deus
meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Hæc verba citat
Beatus Apostolus Paulus in ea, quam scripsit ad Hebræos, hoc
modo dicens: ingrediens mundum, scilicet Christus, dicit: Ho- Hebr. 10.
stiam & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi, in ca
pite libri scriptum est de me, vt faciam Deus voluntatem tuam.
Tunc Christus quatenus homo in mundum fuit ingressus, cum
in purissimis sacratissimæ Virginis genitricis suæ visceribus fuit
conceptus. Statimque beatissima eius anima intellexit, quod
etiam si ipsa glorioſa atque beata erat, gloria illa inferiori portio
6 ni non erat communicanda, nec in sacratissimũ eius corpus dif-
fundenda, quoadusque moriens in cruce æterni Patris voluntа-
tem faceret. Sciensque hoc ita in capite libri diuinæ prædestina-
tionis scriptum statutumque esse: cælestemque Patrem suum
hunc sacratissimi corporis sui glorificationis, mundique redem-
tionis modum statuisse, protinus illum acceptauit. Quemadmo-
dum igitur in libro diuinæ prædestinationis scriptum erat, quod
Christus Redemptor noster perfecturus erat, mediaque, quibus
purissimi corporis sui glorificationem erat adepturus: sic etiam
scriptum est iustos ad æternam beatitudinem consequendã Dei
voluntatem esse facturos: scriptumque est quomodo, & in quo
statu vitam acturi sunt, vt hanc diuinam voluntatem adimpleãt.
Hocque diuinæ voluntatis decretum Dauid sortem diuisionis
7 appellat, sicuti quæ facta est in terra promissionis. Non verò di-
citur sors, eò quod ex parte Dei, cuius nutu sic omnia, cælestia
atque terrestria gubernantur, vt ne frondes quidem arboris abs-
que eo, quod sic ab æterno decreuerit, moueantur, casu eueniat:
sed dicitur, sors respectu nostri, quia nemo scit vtrùm sibi talis,
aut talis sors sit euentura. Quia vt Ecclesiastes dicit: Omnia in Eccle. 9.
futurum seruãtur incerta, scilicet, quo ad nos. Atque etiam quia
sicut ille, cui in sortibus hæreditatis bona pars accidit, lætatur: sic
homo debet exultare videns se à Deo in perfectiorem tutiorem
que statum in terra eligi. Idcircò gaudebat Dauid, gratiasq; Do
mino referebat, eò quod eius sors in illustrissimum statum, quẽ
Deus in terra habebat, inciderat. Illum nanque ad synagogæ sta-

tum accersiuit, ideòque dicebat: Benedicam Dominum, qui tri- 8
buit mihi intellectum. Quanto igitur maiori ratione Christiani
viri, qui in lege gratię viuimus, dicere debemus: Funes ceciderũt
mihi in præclaris. Inter Christianos autem multo maiori iure re-
ligiosi viri hoc dicere possunt. Vnusquisque igitur singulari cor
dis lætitia perfusus exclamẽt: Funes ceciderunt mihi in præcla-
ris, in iucũdis, in elegantibus, in amœnis, in pulcherrimis. Id est,
funes ac sortes ceciderunt mihi in sacrosancti Euangelij luce,
& in orthodoxæ fidei lumine, siue in sanctæ religionis statu. O
Deus infinitæ misericordiæ, vtinam mihi cor esset vniuersis om
nium Seraphim amoribus exuberans, quo te pro tanto quod in
me contulisti beneficio satis dignè laudarem. Etenim hæreditas
mea præclara est mihi: vbi Beatus Hieronymus transtulit: Hæ-
reditas mea speciosissima est mihi. Et Chaldaica paraphrasis ha 9
bet: Hæreditas mea complacuit super me. Et iuxta vtramque
translationem ij, qui religiosi sumus non solùm gaudere, Deoq;
gratias agere debemus, eo quod tam perfectum, tamque deside-
rabilem, nobisque iucundum statum elegerimus: verum etiam,
quia ipsum statum super nos complacere videmus. Hæreditas
mea complacuit super me. Non est mirum statum tam perfectũ.
Torque, ac talium seruorum Dei Angelicam societatem, quot
sub ista, quam tu professus es, regula militantur, tibi placere, ni-
miumque iucundum esse. Hoc autem permagnum est, quod tã
excellens præstantium vitorum caterua super te complacuit in
suique societatem admittere non recusauit. Ex hoc autem quid
sequitur? Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum. 10
Deum laudare nõ cessabo eo quod mihi mentis oculos aperierit,
quò secularibus vanitatibus derelictis tam rectum, atque securũ
iter ad cælũ fuerim aggressus. Insuper & vsq; ad noctẽ increpue
runt me renes mei. Hoc duplici expositione solet illustrari.

Altera est: Non contentus ero Deum ore laudare, sed tam ex
animo diuinæ ipsius maiestati me tradam, tamq; asperam faciã
pœnitentiam, vt semper totum corpus, atque vniuersa membra
mea de me conquerãtur. Etenim hoc significat, renes mei, id est,
potentiæ corporales quinque sensuum. Quemadmodum mũda-
ni omnia, quæcunque possunt, animæ subtrahunt; corpori verò
vniuersa, quæ vult libentissimè præbent, sicut faciebat ille, de
Eccle. 2. quo dixit Ecclesiastes: Omnia, quę desiderauerunt oculi mei, nõ
negaui

11 negaui eis, neque prohibui cor meum, quin omni voluptate frue
retur, animamque semper lædunt, atque iniurijs afficiunt, ita, vt
de eis assiduo conqueratur: sic vice versa seruus Dei totus indul-
gendo animæ debet intendere, atque ita corpus suum tractare,
vt semper de illo queratur, quia nõ sinit illud dormire, quandiu
vellet, quia non loqui, quia non deambulare, quia non edere, ac
bibere, sicut exoptat. Ita nos admonet Beatus Paulus, dicẽs: De- Ephes. 4.
ponite vos secundum pristinam conuersationem veterem homi
nem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouami-
ni autem spiritu mentis vestræ & induite nouum hominem,
qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate verita-
tis. Ille iustitiam & sanctitatem veritatis operatur, qui à malis re
cedens, cum spiritus feruore ac diligentia bona perficit. Et sic di-
12 cere solemus cum aliquem quidquam feruentissimè facere vi-
demus [*Esto de veras va.*] Quod si quid tepidè ac remissè facit, di-
cimus [*Parece que haze ys esso de burla.*] Hæc autem omnia vsque ad
noctem, hoc est, vsque ad mortem perseuerare debẽt. Atq; etiã
valdè necessarium est hæc à principio diei, hoc est, ab initio vitæ
exordiri. Nã diuinę maiestati pura & sancta iuuentus gratissima
est. Et ita dicit Michęas Propheta: Præcocas ficus desiderauit ani Micha. 7.
ma mea, quæ statim ineunte vere dulces sunt atq; iucundæ, per
quas intelliguntur illi, qui vbi primum ratione vti cœperunt, vir
tutẽ incipiunt exercere. Altera expositio horũ verborũ, Insuper
& vsq; ad noctẽ increpuerũt me renes mei est: tãta cũ reuerentia
genuflexus humiq; prostratus, tamq; perseueranter Deũ lauda-
bo, quo ad vsq; præ defatigatione renibus laborem totumq; cor
13 pus meũ de me conqueratur. Super quo notandũ est, quãdo San
ctus Propheta Esdras spiritu prophetico vetus testamentũ pro-
phetasq; quos Chaldæi cõbusserãt, scripsit, addidisse titulos Psal
mis: q maximè authẽtici habẽt, eò quod illos diuino spiritu illu-
strat⁹ ad Psalmorũ intelligẽtiã addiderit: quos semper nõ in geni
tiuo quidẽ, sed in datiuo casu ponit, sicut ex Græco & Hebræo cõ
textib⁹ apparet, vbi datiui quidẽ casus, nõ autẽ genitiui ponũt.
Quos titulos in datiuo locauit, vt significaret aliũ esse autorẽ
Psalmi præter eũ, à quo fuit prædict⁹. Et sic vult dicere: Psalm⁹
reuelatus ab Spiritu sancto Dauidi. Notãdumq; est plærorumq;
Psalmorum titulum esse Lamnasseach, quam dictionem Latini
interpretes vertere solent secundum Græcum idioma in finem.

Dicuntque hunc titulum, in finem, præponi ad significandum 14
Iesum Christum Saluatorem mundi. De quo dicit Beatus Pau-
Rom.10. lus: Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Quia vix est
Psalmus, in quo non agatur, aut de eius diuinitate, aut humanita-
te, siue de ijs, quæ instituit sacramentis: atque etiam ad Psalmo-
rum cantores hoc titulo in finem exhortandos, vt corda ad Chri-
stum salutem nostram erigentes, illũ pro omnibus, quæ in mun-
dum contulit beneficijs, collaudarent. Veruntamẽ Beatus Hie-
ronymus verbum illud Hebraicum, quod alij transferunt in fi-
nem, transtulit ipse, victori. Et Pœlix transtulit vincenti, quod
idem est. Atque etiam dicit dictionem, lamnasseach, significare,
danti æternitatem, & effundenti sanguinem, quæ omnia Chri-
sto Redemptori nostro, de quo Dauid prophetabat, mirificè
Nicol. Ly- quadrant. At Nicolaus de Lyra titulum ipsum elucidans, dicit; 15
ra. hos titulos ab ipsis Psalmorum cantoribus apponi consueuisse,
quibus se inuicem ad eos fernentiùs, ac deuotiùs decantandos ex
citabant. Tanto enim conatu cantores illi Psalmorum diuinas
laudes dicebant, vt omnes vires suas in eis decantandis adhibe-
rent. Et exhortantes se ad inuicem dicebant: In finem, hoc est,
Deũ vsque adeò collaudemus, vt præ nimia defatigatione cesse-
mus: in finem, id est, vsque ad mortem Deum laudibus extolla-
mus. Sic faciebat Dauid, siquidem dicebat: Increpuerunt me re-
Eccle.43. nes mei. Idemque nos facere oportet. Ita nos admonet Eccle-
siasticus his verbis: Benedicentes Dominum exaltate illum, quan-
Psal.44. tũ potestis, maior est enim laude. Et sic vbi nos legimus in Psal-
mo: Te decet hymnus Deus in Sion, in paraphasi Chaldaica ha-
betur: Coram te reputatur, sicut silentium laus Deus in Sion. 16
Tam infinita est Dei probitas, vt vniuersæ cunctorum laudes
Angelorum, atque Sanctorum, si cum ijs, quæ ei debentur, con-
ferantur, silentium esse reputentur. Quod cùm ita sit, quomodo
Psal.150. dicit Dauid alio in loco: Laudate Dominum secundum multitu-
dinem magnitudinis eius? Ecquis potest Deum infinite lauda-
re? Vult dicere, vt cognoscamus Deum infinitis laudibus esse di-
gnissimum, & cum hac consideratione quantumcunque illum
laudemus, semperq; nos modicum fecisse putemus, curemusq;
illum amplioribus laudibus semper efferre, laudantesque eum
dicamus, sicuti cælestis magister noster: Cõfiteor tibi Pater Do-
mine cæli, & terræ. Hæc duo vobis diligenter pensanda sunt, sci
licet,

17 licet, eum esse Patrem, à quo diligimini, quique à vobis diligi
vult: ipsumque seuerum esse Dominum, qui vult, vt sibi cũ tre-
more ac reuerentia seruiatis: sicut pater gaudet, vt à se cum amo-
re beneficia postulemus. Sicque postquam per Hieremiã Pro-
phetam Israeliticæ synagogæ, & eius nomine vniuersis, ac singu- *Hiere.3.*
lis quibusque peccatoribus dixerat: Tu autem fornicata es cum
amatoribus multis, & Inferius: Frons, inquit, mulieris meretricis
facta est tibi: noluisti erubescere, statim addidit: Ergo saltẽ amo
do voca me: Pater meus, Dux virginitatis meæ es tu. O benedi-
ctus talis Deus. Benedicant tibi, ô Deus viscerum meorum vni-
uersæ cælestes Hierarchiæ, quia tam dulcibus verbis tuum inef-
fabilẽ erga nos amorem, desiderium que ardentissimum, quo no
bis subueniendi flagras manifestè demonstras. Attende pecca-
18 tor, quid tibi Deus infinitæ maiestatis dicat: quamuis plurima,
& grauissima quæque dissolutissimè, atque impudentissimè
peccata commiseris: saltem amodo nouam viuendi rationem ag
gredere, id est, [*Hæc libro nueno*] meque patrem appella, & tanquã
filius mihi obedire incipe, maximaque cordis tui cõtritione me
Ducem totumque bonum tuum esse fatere, cui primum iuuen-
tutis amorem præstare deberes. Nunquid perseuerabis in finẽ?
Nũquid semper eris adulter? Nunquid superbia, auaritia, imma-
nitas demique tua vsque ad mortem erit duratura? Bonum erit
te iam à vitijs resipiscere, saltẽ amodo voca me, pater meus, Dux
virginitatis meæ es tu. Quid ergo tã dulcibus sermonibus, ô pec-
cator respondes? Quomodo fieri potest, quin eos considerans cor
istud marmoreum tibi confringatur, & tam clementi patri te re-
19 bellem esse non pudeat? Verum animaduerte, licet Deus sit Pa-
ter, Dominum etiam esse seuerum, qui te nisi ex infinita ipsius
clementia fructum perceperis, acerrimè puniet. Hæc omnia di-
lectissimi fratres vobis dixi commotus occasione laudum, quas
noster supernus magister Iesus Christus hîc æterno Patri suo agit
dicens: *Confiteor tibi Pater, &c.* vsque ibi: *Et reuelasti ea paruulis.*

Experientia comperimus exeuntis solis radijs cerã liquefieri,
lutum verò obdurari. Vnde prouenit, quòd vnus & idem solis ra
dius tam dispares operetur effectus? Ex diuersa vtiq; dispositio-
ne materiarum, in quibus operatur. Sic accidit quotidie in spiri *Simile.*
talibus rebus: vnus namque atq; idem sermo alios mollefacit, &
alios obdurat, non propter doctrinæ diuersitatem. Idem etiam

Apostolorum tempore contingebat: etenim alij eorum concio 20
nibus conuertebantur, alij vero eosdem insectabantur. Ideoque
dicit Dominus: confiteor tibi pater. O Christe totius clementiæ
magister, quomodo ferri potest, te proter proteruorũ peccatorũ
casus atque supplicia Deo gratias agere? Vnus ex præcipuis
charitatiui amoris effectibus est alienarum calamitatum affe-
Psal. 118. ctuosa compassio. Et ita dicebat Dauid: Exitus aquarum dedu-
xerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Nullus
est adamas adeò durus sicut charitas ad calamitates tolerandas;
1. ad Cor. 13. siquidem dicit Apostolus: Charitas omnia suffert. Neque est
tam mollis cera, quæ tam facile liquefiat, sicut ipsa charitas
ad alienas ærumnas, atque labores sentiendos. Quomodo igi-
tur, ò clementissime Iesu cum spiritus exultatione dicis:
Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus: Cum hęc Lachry 21
marum potius, atque mœroris, quam gratiarum actionis & læ-
titiæ materia sit? Ad hoc respondet Beatus Chrysostomus di-
cens: Dominum non propter verba illa: Abscondisti hæc à sa-
pientibus: sed propter hæc: Reuelasti ea paruulis, æterno patri
gratias agere. Sicut Beatus Paulus dicit: Gratias ago Deo meo,
Rom. 6. quoniam fuistis serui peccati, obedistis autẽ ex corde. Vbi pro
obedientia, quam Romani sancto Euangelio præstiterunt, gra-
tias agit: dolens tamen peccati captiuitatem. At, meo videri, ali-
ter huic dubio responderi potest, & quidem illi magis satisfacit,
videlicet, Dominum non solum propter beneficium in humi-
les collatum, sed etiam pro superborũ supplicio, in quo diuinæ
potentiæ atq; iustitiæ splendor illucescit, Deo gratias agere.
Non enim minori laude dignus est iudex, cũ de malo suppliciũ 22
sumit, quam cũ bonũ præmijs afficit. Et ita quãdo Deus Pharao
Exo. 14. nẽ cũ exercitu eius in mare demersit, plebs Israelitica Deũ cãtibus
Apoc. 19 collaudare cepit dicens. Cantemus Dño: gloriose enim magnifi
catus est, equũ, & ascẽsorẽ proiecit in mare. Et in Apocalyp. di
cit B. Ioannes: Audiui, quasi vocẽ magnam tubarum multarum
in cœlo dicentiũ. Alleluia. Laus & gloria Deo nostro est quia ve
ra & iusta iudicia sunt eius: qui iudicauit de meretrice magna,
quæ corrupit terrã, & vindicauit sanguinẽ sanctorũ suorũ de ma
nibus eius. Et iterũ dixerũt: Alleluia. Ecce quomodo iusti ma lo
rũ supplicio delectantur propter diuinæ iustitiæ splẽdorẽ, quã-
quã verũ est cũ hoc gaudio etiã cõpati, quod simul eorũ miserẽã
tur

23 tur ipsorũ calamitatẽ contẽplantes, sicut tractant Doctores theo *Doct. Tho. 4. d. 50.*
logi in Quarto distinctione quinquagesima. Vbi dicunt, quòd
licet beati diuinæ iustitiæ pulchritudinẽ spectantes, illa delectã
tur, damnatorũ tamen miseriã aduertentes maxima contristarẽ-
tur cõpassione, nisi gustu, quẽ ex Dei visione percipiunt, impe-
direntur. Ecqui sunt hi sapientes, quos Deus ità punit? Illi vti-
que, qui sapientiam non ad Dei quidem gloriam, sed ad ostenta
tionẽ, atque superbiam posident. Beatus Paulus in epistola ad *Rom. 1.*
Romanos sic dicit: Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnẽ
impietatẽ, & iniustitiã hominũ illorũ, qui veritatẽ Dei in iniu-
stitia detinent, Ethnicosq; Philosophos adducit in exẽplum, de
quibus sic dicit: quia cũ cognouissent Deũ, non sicut Deũ glorifi
cauerũt, aut gratias egerunt, sed euanuerũt in cogitationibus suis
& obscuratũ est insipiẽs cor eorũ. Dicentes enim se esse sapiẽtes,
stulti facti sunt, & mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei, in si-
24 militudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & qua
drupedũ, & serpentiũ. O quã seuerũ Deus de illis Philosophis
suppliciũ sumpsit. Quia sapientia sua superbierunt nec illa Deũ
glorificauerũt, permisit illos in terribiles errores incidere. Sic plu
rimi theologi sapientesq; inter Christianos viros magnas faciũt
ruinas, atq; in ingẽtes incidũt errores, eo quod non ad Dei quidẽ
gloriã, sed ad inanẽ ipsorũ ostentationem sapientia vsi sunt, ideo
obscuratũ est insipiens cor eorũ. Deus per immensam misericor
diã suã nostam terribili supplicio atq; etiã peccato, propter quod
id solet immittere, liberet. O fratres charissimi ij, qui sapientes
estis, hæc tam digna timore, timete: curateq; corda vestra humi-
25 liare. Sic enim Deus indies magis ac magis mentibus vestris illu
cescet, cordaq; vestra diuini amoris igne ardentius inflãmabit:
siquidem hic dicit: Et reuelasti ea paruulis, quia sapientiam ad
te diligendum volunt. In Apocalypsi dicit Deus: Ecce dedi co- *Apoc. 3.*
ram te ostium apertum, quod nemo potest claudere: quia modi
cam habes virtutem, hoc est, ostium cœli & diuinorũ mysteriorũ
cognitio. Dicitq; se illi hoc beneficiũ contulisse, quia modicam,
inquit, habes virtutẽ, & obseruasti verbũ meum, & nomẽ meũ
non negasti. O incõmutabilis Deus hãc modicam virtutẽ appel-
las? Si te permagni æstimat verboque tuo diligenter obtem-
perat, quid amplius eum vis facere? Modicã, inquit, in tui repu-
tatione virtutem habes, sed apud me magna est. O quis hoc

vniuersis sanctæ Ecclesiæ studiosis prædicaret. Fratres sapien- 26
tiam studetis, sapientesque esse cupitis? Humiliamini, mẽtesq;
vestras purificate: diuina sacramenta frequentate: Dei legem ob
seruate: sacrosanctum eius nomen veneramini. latissimusque vo-
bis ad sapientiam aditus patefiet.

Vt autem hoc facere sciatis, ad Iesum Christum filiũ Dei con
fugite, qui dicit: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & nemo novit Fi-*
lium nisi Pater, nec Patrem quis novit, nisi Filius. In quo suam infinitã
potentiam sapientiamque fatetur, seque nobis sanere, nosque il-
luminare atque docere, virtutibusque, ac spiritalibus donis exor
nare posse, demonstrat. Quod non solum scit, & potest, sed face-
re vult, cum nos tam suauibus sermonibus accersiat, dicens: Ve- 27
nite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam
vos. Hic affirmat summa veritas peccatum esse pondus; pondus,
inquam, tam graue, vt vnum veniale peccatum, si in altissimum
quemque Seraphim incideret, cum illo gloria frui non posset.

Apoc. 21 In Apocalypsi enim dicitur: Non intrabit in eam aliquid coin-
quinatum. Quale igitur, quantumque pondus erit vnum letha-
le peccatum? Quãuis nullus alius esset infernus, nisi assidui con-
scientiæ morsus, molestiaque, quam peccatum secum habet, hoc
solum deberet homines à sceleribus reuocare. Hac ratione pru-
dens Abigail Dauidis furorem mitigauit, ne ex ingrato Nabal
1. Reg. 25 supplicium sumeret, dicens: Malitia Domine mi non inueniа-
tur in te omnibus diebus vitæ tuæ. Cumque fecerit tibi Domin⁹
Domino meo omnia bona, quæ loquutus est de te, & constitue-
rit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in singultum, & in scru- 28
pulum cordis, quod sanguinem innoxium effuderis, aut ipse te
vltus fueris. Quibus verbis adeò placatus est Dauid, vt non solũ
vlteriùs non fuerit progressus: verum ei maximas retulerit gra-
tiarũ actiones, dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, qui mi-
sit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum,
& benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne item ad sanguinẽ,
Isai. 13. & vlciscerer me manu mea. Quamuis in Isaia dicitur: Onus Ba-
bylonis, quod vidit Isaias filius Amos, qui Propheta in Hieru-
salem morabatur, & ex inde Babylonis onus videbat. In quo si-
gnificatum est peccatores, eò quod tanta confusione secularium-
que rerum tumultu, ac solicitudinum pelago sunt immersi vix
peccatorum põdera sentire, Qui Hierosolymis commoratur, &
in

29 in Spiritus sancti pace, & tranquillitate requiescit peccati grauи
tatem cognoscit: atque illam verè intelligit, si quando tanquam
debilis ac miser homo, peccat.

Siquidem igitur peccatum ex se grauissimum quoddam est
onus, & cum anima spiritalis sit ad profundum inferni pelagus
cã descendere facit, summa animi contentione fratres charissimi
ad potentissimum illum Dominum recurramus, qui nos tam cle
menter accersit: vt nos illo exoneret, gratiamque conferat, quò
libentissimè diuinæ ipsius legis iugo submittamur. De quo hic
dicit: *Iugum meum suaue est, & onus meum leue.* Hoc nequaquã mun
dani credere volunt, videlicet, iugum Dei esse suaue. Iugũ equi-
dem mundi, & diaboli suauissimum esse ducunt, quia illis latè
voluptatibus frui concedit: iugum verò Dei grauissimum arbi-
30 trãtur, quia vitia prohibet. Filij Israel in Ægypto Pharaoni, ope-
rumque præpositis, ac Latomis obediebant. Quia verò licet ab
eis opprimerentur, per eos tamen sibi licebat peccata committe-
re, hanc seruitutem non esse ducebant: Moysi autem obtempera
re, qui eis vitia tantummodo prohibebat, captiuitatem grauissi-
mam iudicabant. Et ita dicebant: Constituamus nobis ducem, *Num. 14.*
& reuertamur in Ægyptum. In hac miseria plerique homines
sunt immersi, quod mundo, diabolo, seu carni seruire, captiuita-
tem esse non ducunt; quanuis in eorum seruitute complures cala
mitates patiantur, scilicet, quia illis est peccandi libertas. Sola
Christiana, & multò magis religiosa vita illis seruitus esse vide-
tur; quia in illa suis turpib⁹ appetitib⁹ liberè satisfacere nequeũt.
O frater religiose, si attente considerares, quãto operè in huius sæ-
31 culi Ægypto homines fatigantur, vt diuitias acquirãt, familiam-
que alant, quàm apertè cognosceres, quàm meritò dixerit Do-
minus: *Iugum meum suaue est*, & quod antea dixerat: Transite ad
me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis ad- *Eccle. 24.*
implemini; hoc est, à fructib⁹, & muneribus meis. Spiritus enim
meus super mel dulcis, & hæreditas mea, super mel, & fauum.
Mellis, fauique nomine vniuersas sæculi voluptates, quæ ab spi
ritalibus gustibus superantur, Dominus significauit. Quem igi-
tur hęc tanta indulgentia, tãq; suauis vocatio non mouet? Quare
illi ô dure peccator, nõ respondes? Quare potiùs mũdo te ad in-
anes has voluptates, quarum amarissimus est exitus, inuitanti,
quàm Deo ad tantum te bonum vocanti credis? Etiam & Aristo

Aristote. Ethic. 4. teles intellectus tantum lumine ductus, dixit: Nullus est, qui nõ 32
gaudeat bonis operibus, & studioſorũ beatiſsima est vita. Quod
licèt Christianæ, virtuoſæque vitæ non ineſſet; ſola tamen cæle-
ſtis præmij ſpes eam nobis facilem, atque ſuauem deberet effice
Gene. 30. re. Patriarcha Iacob dixit in Geneſi: Cras reſpondebit mihi iu-
ſtitia mea. Cras, id est, citò, bonorum operum mercedem accipiã.
Quod ſi ſanctus ille Patriarcha ad virtutẽ exercendam hac con-
ſideratione mouebatur, dicebatque: Cras reſpõdebit mihi iuſti-
tia mea, cùm tamen præmium vſque ad mundi redemptionem
eſſet expectaturus, quare nos ad virtutem ardentiùs non excita-
bimur, credentes ſi fuerimus quales eſſe debemus, illicò poſt hu-
ius breuiſsimæ vitæ tranſitum æternis delicijs eſſe fruituros? Per
immenſam Dei pietatem vos deprecor, dilectiſsimi fratres, vt
mentis oculos aperiatis, atque ad hęc valdè neceſſaria diligenter 33
aduertatis. Atque amodo grauiſsima hæc onera, quibus adeò gra
uamini deponentes diuinum hunc ducem, tanto vos amore vo-
cantem ſequamini, glorioſum paupertatis Patriarcham Franciſ-
cum imitantes: qui maximo eum ſpiritus feruore ſequutus eſt,
quem diuina maieſtas ingenti gloria ſublimauit, cùm illum tam
ſanctæ, glorioſæque religionis, & per vniuerſum orbem propa-
gatæ caput effecerit. In qua tot inſignes viri, Epiſcopi, Cardina-
les, ſummi Pontifices, totque clariſsimi Doctores, egregij prædi
catores, & quod plus eſt, tot inuicti roboris Martyres, ſanctiſsi-
mi confeſſores, puriſsimæque denique virgines floruerunt, qui om-
nes breui tempore mundum ſanctitate repleuerunt. O admira-
bilis Deus in ſanctis ſuis. Non ſolùm autem illum hac gloria, ſed
mirifica illa ſacrorum ſtigmatum impreſsione decorauit. Quan- 34
ta verò gloria fuerit eum ſacris armis, quibus diuinus mundi Sal
uator victoriam reportauit, inſigniri, patet ex ijs, quæ ſuperbus
Hester. 6. Aman dixit. Qui interrogatus à Rege: Quid debet fieri viro, quẽ
Rex honorare deſiderat? exiſtimans ſe eſſe, quem Rex vellet ho
norare, reſpondit: Homo, quem Rex honorare cupit, debet in-
dui veſtibus regijs. Alia multa dixit, ſed hoc primum loquutus
eſt. Nihil aliud elatus ille, honoriſque cupidus animus ingentio
ris dignitatis excogitare potuit, quàm quæ illic dixit: ſibi enim
illa omnia conferenda putabat, quod ſi tam illuſtre, atque tan-
ti honoris erat quenquam mortalis cuiuſdam regis veſtibus ex-
ornari: quanto ingentior huius beatiſsimi Patris ſplendor erit,

uma

eum ab vniuerſali rerum omnium Domino talem, tantumque 35
fauorem, ac indulgentiam ſuſcepiſſe? Quid ſanctiſsimus vir ſen-
tiret, cum ſe ſacris illis vulneribus vidit inſignitum: qualis, quan-
to beneficio aſtrictus, quamque ardenti amore inflammatus be
nedictus illius animus remaneret, qui eum tanto munere exte-
rius inſigniuit, quanto charitatis ardore, cæleſtiumque dono-
rum interiùs exornaret? Imperfectus eſſet artifex, qui domum
exteriùs perpolitam extrueret, quæ tamen interiùs decentia, &
bene conſtructa domicilia non haberet. Cùm autem Deus ſit ar-
tifex perfectiſsimus, ex ijs, quæ in ſacroſancto eius corpore fa-
bricatus eſt, colligi poſſunt dona, gratiæque, quibus animum lo-
cupletarit. O ſeraphice Pater, ſi effigies tua rudis artificis manu
depicta, ſic animos ad ſe allicit, vt eos in Deum transferat, quàm
admirabilis eſſes viſu tumetipſe viui Dei manibus depictus? 36
Hunc igitur fratres chariſsimi, munificentiſsimum Dominum
ardentiſsimè diligamus, qui amicos ſuos tanto afficit honore,
noſque etiam ab ipſo honorandos ſperemus, ſi eorum virtutes
imitati fuerimus, quibus in hoc ſæculo diuina gratia, & in futu-
ro cæleſtis gloria comparatur: ad quam nos perducat idem Ieſus
Mariæ filius, Amen.

In Festo S. P. N. Franciſci
Concio Quarta.

2 *Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terræ, &c.*
Matthæi. 11.

DIGNVM vtique eſt ſcitu, quare quanto diſ-
gentius homines humanis ſcientijs addiſcẽdis intẽ
dunt, tanto tepidius plerunque Deum diligant, ſi-
cuti quaſi quotidiana experientia comperimus:
etenim cum fortaſsè nunquam plures viri docti in
orbe extiterint, quam nunc nunquam forſitan pauciores ſancti
fuerunt. Cuius ratio eſt, quia vt ait Ariſtoteles: Vnumquodque Meta. 9.
ens ſicut ſe habet ad eſſe, ſic ſe habet ad virtutem & operationẽ.
Sicque cum animus noſter finitus, terminiſq; obſignatus ſit, ex

hoc

hoc sequitur, quod quanto plus virtutis suæ in vna re consum- 3
pserit: tanto minus ei remanebit quod in altera possit adhibere.
simile. Habes cuppam optimo repletam vino duoque illi foramina, &
caniculas facis, certum est quãto plus vini per alteram fuerit ef-
fusum, tanto minus esse remansurum quod per alteram exeat.
Duo animi nostri canales sunt intellectus, atque voluntas, & sic
quanto plus animus intellectu operatur, tanto minus potest vo-
luntate perficere: quo magis speculationi intendit eo minus vir-
Cant.6. tutis habet ad affectum. Idcircò dixit sponsus sponsæ: Auerte
oculos tuos à me quia ipsi me euolare fecerunt. O dulcissime ani
marum nostrarum amator, quomodo nobis oculos à te auertere
jubes? in quem nisi in te debemus aspicere? in quem animus me-
lius poterit oculos conjicere, quam in totum bonum suum? Ad
hęc verba intelligenda notandum est, mentis oculos non esse, vt 4
aliqui dicunt intellectum & voluntatem: volũtas nanque cæca
est, quid cæcius affectione? quomodo igitur cæca cum sit mentis
oculus esse potest? Ideò fatendum nobis est solum intellectum
esse mentis oculos. Quod si quis dicat, quomodo cum vnus sit
intellectus mentis oculi appellantur? Ad hoc respondeo etiam
in corpore vnam tantum esse potentiam visiuam, quæ binis ocu
lis communicatur: sic in animo vna est intellectiua potentia
cui⁹ duplex est portio, superior, scilicet, & inferior. Superior est
intellectus quatenus superiora, id est, spiritalia atque cælestia co
gnoscit: siue quatenus eorum contemplationi ruminationique
intendit. Portio verò inferior, est idem intellectus, quatenus
terrestria intelligit: & ita, quia duplicem habet portionem,
mentis oculi conuenienter appellatur. De his binis oculis di- 5
Eccle.2. xit sapiens: Oculi sapientis in capite ipsius. Sententia hæc im-
pertinens apparet: vbi enim nisi in capite oculi esse deberent?
Nunquid aliquis oculos habet in calce? non vtique, ve-
rum hic de alio capite loquitur sapiens, videlicet, de illo,
Ephes.1. de quo dicit Apostolus: Ipsum dedit caput super omnem
Ecclesiam. Hoc militantis atque triumphantis Ecclesiæ ca-
put est Christus, verus Deus & homo: dicitque Salomon sa-
pientem virum oculos, hoc est intellectum cogitationesque
suas in Deo statuere, qui est Iesus Christus ipsius caput. Stulti
quippè oculos intellectum, cogitationesque in calce, hoc est, in
terrestribus rebus sitas habẽt. Hi enim aliquid præter seculares
nænias

6 nenias cogitare volunt: siquidem igitur Salomon dicit sapientis
oculos, id est, intellectum cogitationesq; in Deo sitas esse debe-
re, sponsus autem admonet animam vt à se oculos auertat, quo-
modo hoc intelligi oportet? sic vtique: Salomon docet optimũ
esse intellectum nostrum Dei um diuinaque mysteria eius con-
templari. Sponsus autem dicit ne tanta sit hæc contemplatio, vt
in ea sistatur: sed postquam intellectus diuina mysteria, sicut in
præsenti vita intelligi possunt fuerit contemplatus, protinus si-
stat, locumque cedat, quo voluntas ea possit amare. Contempla
mini intellectum se habere cum volũtate, sicuti nutrix cum in-
fante, quæ postquam cibum dentibus mandit in eius ore consti-
tuit vt illum puerulus gustet atque eo alatur. Si autẽ nutrix post
quam cibos mãdit eos deglutiret, puero noceret, illumque sine-
7 ret esurire. Sic intellectus noster est nutrix, cuius est veritates
spiritales consideratione ruminare: verum non vt in hoc tota res
sistat, sed vt postquam eas intellexerit, voluntati applicet quo
eas gustet, illarumque sensu & cognitione ad bonum ardentius
inflammetur. Quod nisi sic fiat quamuis intellectus manet illu-
stior, voluntas tamen algida, tenuisque quasi puer alimento pri
uatus manet. Ecce vnum ex fontibus, vnde multa mundi mala
dimanant: sunt etenim plurimi, qui decem aut viginti annos in
intellectu illustrando complures pijssimas veritates addiscẽtes,
conterunt, sicque illum acutissimum reddunt, vix autem vnam
horam voluntati tradunt, quò illarũ amore atque affectione ca-
piatur, atq; ita intellectus acutus, voluntas verò arida manet, &
hebes. Cum tonsores monachos tondent, sedet vnus in sella, lin- *simile.*
8 teoque collo circũdato & barba iam madida tonsor nouaculam
exacuit & in capsam includit, aliamque quasi serram cuttationi-
bus plenam extrahit qua illum tondet, & penè excoriat. Itaque
nouaculam exacuere, nihil aliud fuit quam monachum illude-
re. Sic plurimi sunt viri docti curiosi & mali, qui multos annos
intellectum complurium scientiarum studijs exacuunt, estque
frater Christus (qui caro nostra & frater noster est) iuxta sanctę
Ecclesiæ repræsentationẽ in crucis sella barba sacrosancto cruo-
re madefacta, linteoque (quod fuit sacratissimæ genitricis eius
velum) circundatus, & supernus hic frater expectat, vt tu qua-
nus tuum exequaris [*quale hagar la barba*] id est, vt eum honores
scientia quam didicisti tibi insinuas. Transitu verò ex literarum stu-
dijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

dijs venis & quando illi manus applicas & reipublicæ muneri- 9
bus fungi incipis non ijs quæ intellectus didicit, sed voluntatis
tuæ malitia vteris: non Domino intellectus sapientia mini-
stras sed potius deprauata voluntate quasi nouacula curtationi-
bus plena & ferrugine cooperta illum offendis.

His sapientibus atque prudentibus & eis similibus mysteria
sua pater æternus abscondit, & hi sunt de quibus dicit hic Domi
nus: confiteor tibi pater quia abscondisti hæc à sapientibus &
Simile. prudentibus. Hyberno tempore dicere solemus, absconditus
est sol quando illum non videmus, quia nebulæ inter nos &
eum sese inseruerunt, verum ille ex se sicut antea patet. Sic sol
iustitiæ Deus ex se nobis illuminandis promptissimus est: at
miseri peccatores tot ambitionum, passionum, elationum-
que nebulas interponunt vt diuinos radios ad se non sinant
accedere. Sicque quantumcunque literarum addicerint cæ-
ci tamen manent ita vt in eis compleatur quod dixit Iob Pro- 10
Iob. 5. pheta de Deo loquens, qui apprehendit sapientes in astutia eo
rum: per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpa-
bunt in meridie hoc est, iusto Dei iudicio sapientia repleti
eum sint vitæ, viam quasi ignorantes essent non inueniant.
Has igitur fratres mei passiones & peccata subtrahite quo di-
uini radij ad vos accedant. Ideo Propheta Deum precabatur
Psal. 118. in Psalmo: Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.
Hoc est, prius Domine me virtutem edoce, & super hoc funda
mentum sapientiam mihi tribue: etenim sapientia sine probita
te non solum eam possidenti, verum & vniuersæ Reipublicæ 11
1. Cor. 1. solet officere. Et de hac sapientia dicit Beatus Apostolus: scrip-
tum est: perdam sapientiam sapientium, & prudentiam pru-
dentium reprobabo. Idcirco sponsus sponsæ dicit: murenulas au
Cant. 1. reas faciemus tibi vermiculatas argento. O cœlestis sponse, qua
rè in sponsæ tuæ ornamentis secularium hominum stylum non
obseruas (*Las arracadas deplata*) argento cęlari atque circundari so
lent: aureæ verò argento non cęlantur, quomodo tu viceuersa
facis? Huius mysterium est quod per aurum charitas, per argen-
tum verò sapientia designatur: murenulæ quæ quas Deus ani-
mæ sponsæ suæ tribuit sunt cœlestia diuini spiritus dona chari-
tasque, & super hoc aurum optimè sapientiæ emblema, at-
que argentum assidet. O si Deus nobis plurimos viros sanctos
spirita-

12 spiritalisque ac cœlestis sapientiæ gnaros concederet, quantam
in animabus nostris operationem facerent. Vnus olim conciona-
tor vniuersum mundum conuertebat, nunc autem vix tot con-
cionatorum prouentum experimur. Seraphicus pater noster
Franciscus tanta spiritus efficacia dicitur prædicasse, vt aliquan-
do contigerit finita concione ad eum triginta viros habitum
eius petituros sese contulisse quibus omnibus ipse concesserit. Et
in quodam capitulo, quod in sancta Maria de portiuncula cele-
brauit, tanto tamque feruenti spiritu de mundi contemptu con-
cionatus est, vt illo sermone innumeri ad huius sanctæ religionis
habitum suscipiendum fuerint conuersi, peractaque cõcione ex
illis quingentos nouitios recepit. Ecce quomodo literarum igna-
rus diuino spiritu in se commorante afflatus hominum cordibus
13 dominabatur, cœlestis hic pater qui mysteria sua superbis abscõ-
dit humilibus illa reuelat, & ideò in prouerbijs dicitur: Vbi hu- *Prou. 12.*
militas, ibi sapientia. Quemadmodum natura nihil patitur esse
vacuum, sed siquid vacuum esset terra ascenderet & illud adim-
pleret, sic etiam diuina gratia & cœlestis sapientia vbi primum
cor superbiæ ac vanitatis est vacuum, illico descendit è cœlo &
illud adimplet. Et quia sancti suimetipsorum tam vacui erant
ideò diuinus spiritus illos cœlestibus donis impleuit. Hoc signi-
ficauit quod fecit Eliseus Propheta iubens vasa vacua oleo ad-
impleri, & sic dicit beatus Paulus de se suisq; socijs sanctis Apo- *4. Reg. 4.*
stolis: Mente excedimus Deo. & alia translatio habet, mente ex- *2. Cor. 5.*
cidimus Deo, vbi Deo est indatiuo, casu qđ perinde est ac si dice-
ret, iam à nobis metipsis profiliuimus iam affectionibus effræna
14 tisque passionibus vacui sumus, vt Deus in nobis diuinæ sapien
tiæ suæ thesauros constituat. & translatio Syriaca habet, mente
insaniuimus Deo: idemque significat verbum Græcum quod
est in hoc loco, in quo declaratur quomodo iusti profunda hu-
militate commoti proprij amoris expertes in suimet ipsorum cõ-
temptum talia faciunt ad Dei gloriam vt mundanis hominibus
insaniæ videantur. Et sic dixit quidam ipsi Beato Paulo: insanis *Act. 26.*
Paule, multæ te literæ ad insaniam vertunt.

Ideo diuinus Redemptor æterno Patri gratias agit, di-
cens: *Confiteor tibi pater &c. Vsque ibi, & reuelasti ea paruulis. Ita pa-
ter quoniam sic placitum fuit ante te.* Solam æterni Patris voluntatẽ
reddit vnigenitus filius eius sufficientem causam, cur Deus
mysteria

mysteria sua humilibus detegit, licet aliæ sint quarum vna est, 15
quod tam grata est humilitas Deo, vt illius etiam imago compla
Luc. 18. ceat, & sic dicebat bonus Iesus: Sinite paruulos venire ad me, illosque magno cum amore complectebatur, quia in eis humilitatis imago relucet: sicuti quia ei virginitas placet, voluit eius imaNum. 31. ginem aliquo honore affici, vt apparuit in libro Numerorũ, vbi, cum nonnullas vrbes euerti iuberet cum omnibus, quæ in illis erant, virgines tamen intactas atque indẽnes relinqui iussit: non quod infidelium sibi virginitas placeret, sed quia erat sibi placentis virginitatis imago, sicut etiam quia summum sacrificiũ quod Christus Redemptor noster æterno Patri erat oblaturus, tã gratum ei futurum erat: idcircò veteris legis hostiæ sibi placebant, quia diuini illius sacrificij erant imago. Sic puerorum humilitas, 16
quia veræ humilitatis sibi tantopere placentis, vt illa exornatos
inueniens animos eos cælestibus muneribus repleat: est imago ideò ei maximè placet. Nec verò necesse est in alieno horto herbas colligi, ex quibus emplastrum cõficiatur, quo superbiæ vulnere sauciatũ cor curetur: sed meritò dicere possumus, quod Pro
Micheæ. 6. pheta Micheas ad aliud propositum dixit: Humiliatio tua in medio tui. Ille quidem his verbis significare voluit, tu ô populE Israel, si punitus atque humiliatus es, in medio tui est tui causa supplicij. Verum ego dico tibi, ô superbe peccator, quod ad tui humiliationem in medio tui, in tuomet horto herbas colligere potes, ex quibus efficax ad cor tuum humiliandum vnguentũ confi cias. Attende quot medicamenta cõiunxerit Iob, & hæc omIob. 14. nia in te reperies: O homo, inquit, natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur & con 17
teritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Primam miseriam hominis assignat hic sanctus Propheta esse ex muliere nasci. Est enim mulier res tam miserabilis, vt volens Isaias Propheta Dei nomine Ægyptum contemnere dixeIsai. 19. rit: Erit Ægyptus quasi mulieres. Dicite, quæso, ex musca, quid nisi musca nasci potest? & ex aranea, quid nisi aranea potest oriri? Natura quippè nec Gigantes ex musca, nec ex aranea leones nasci patitur. Homo igitur natus de muliere (ait Iob) quasi dicat, vis humiliari? infimum principium, ex quo prodijsti considera: non equidem eris Elephas siquidem ex musca ortus fuisti. Nec verò hoc solùm, sed, breui viuens tempore: vix quisquis homo

natus

18 natus est cum iam ê vita discedit. In hac autem breui vita replebitur multis miserijs. Dic ô homo, si cum esuris Deus cibos suos tibi subtraheret, quale tormentum sentires? quatriduana fames te sufficeret interimere: quod si Deus te mori non permitteret ista tibi fames acerrimum esset tormentũ. Quid autem esset triũ hebdomadarum, & quid trium annorum fames? Esset vtiq; imago inferni; & si sitires, Deusque tibi multos dies aquam denegaret, vtique siti perires, quod si Deus te illa siti mori non sineret, tormentum tuum semper accresceret, & ita in omnibus corporalibus appetitibus considerare potes, quos nisi Deus temperaret, cuncti te ita torquerent, vt in temetipso reperires infernũ. Quomodo igitur potes ô vilissima creatura superbire cum sis ærumnarum abyssus, & pœnarum infernus? O ineffabilẽ Dei sapien-
19 tiam, quæ tam admirabili prouidentia hominem tot miserijs obsedisti, quo in semetipso res quibus se humiliaret, posset inuenire. Dicit vlterius sanctus Propheta: Qui quasi flos egreditur & conteritur. Hominem vtique flori confert propter pericula, quibus est expositus. Oritur flos in campo, & quantumuis decorus sit primum frigus adueniens illum exsiccat; flat ventus & illum deijcit, ingruit hymber eumque suffocat: viget æstus & eum arefacit: venit bos, & eum terit: accedit iumentum, & illum carpit: aduenit homo, & tãdem euellit. O flos agri quot periculis es expositus. O humana vita quanto maioribus es oppugnata periculis, siquidẽ vas aquæ frigidæ, tenuis ventus, tegula excidens è tecto hominem quantumuis fortem atque decorum sufficit interimere. Quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vm-
20 bra. In hoc continuum rapidumque eius defectum significat, ipsiusque vitam semper minui demonstrat. Hoc etiam propriũ est vmbræ, in quo ei similis est homo, videlicet, quod vmbra tam longa est vesperi, quam manè: sic infœlix homo in senectute, in fine diei vitæ, tam longam viuendi spem habet, quam cum iuuenis in initio vitæ erat. [*O sancta Maria Señora*] quanta est hæc confusio, quod hominem longæuum canis conspersum, atque annis onustum tam vanum, cupidum, ambitiosum, sicut iuuenem viginti quinque annorum, & magis fortasse videamus. Vnde hoc prouenit? ex eo vtique quod vix sibi persuadere potest se citò esse moriturum. Est velut vmbra, quæ in occasu solis tam longa est, quam in ipsius ortu. O cæce, cæce, quam longè opinione fal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

leris. Attende quæso, per immensam Dei charitatem, frater 21
charissime, quod tibi singulisque nobis gloriosus Apostolus Pe
1. Petr. 4. trus dicit: Viuant secundum Deum in spiritu, scilicet, homines,
& protinus addit rationem reddẽs: Omnium autem finis appro
pinquabit. Vbi alia trãslatio habet: Omnium autem finis appro
pinquauit: & sic est in contextu Græco. In quo significatur om
nium finis adeò esse propinquus, vt iam aduenisse possit existi
mari. Dicit tandẽ Sanctus Iob: Et nunquam in eodem statu per
manet. Tanquam Tritonem æreum qui omnibus ventis immu
tatur, atque etiam infœlix homo mutabilior est, quia vento &
fine vento, tentatione, & sine tentatione mutatur: nulla quippè
eius propositis firmitas ineſt: maximè verò si est peccator, & ita
Sap. 4. in libro sapientiæ dicitur: Adulterinæ plantationes non dabunt
radices altas. Ecce igitur fratres, materiam, ex qua curandę super 22
biæ medicamentum conficere debetis. O si ex quot horis die no
ctuque in inutilibus rebus pertractandis consumitis, vnam saltem horam quotidie hæc attentè consideraretis, quantũ animis
vestris emolumentũ afferretis. Verum heu, heu, & millies heu,
ita vos terrestrium amatores perspicio, vt si vnam quotidie horã
huic piæ exercitationi intenderetis, quotidianam vobis alimoniam defuturam crederetis, hi verò qui studiosi estis scientiam
prorsus memoria fugituram esse putaretis: cum tamen longè fal
lamini, & vice versa sit, siquidem dicit hic Dominus & reuelasti
ea paruulis. O seraphice Pater noster Francisce, quam meritò in
tua sacra solennitate sacrosanctum hoc Euangelium decantatur:
siquidem in oculis tuis tã paruulus extitisti. O quot horas, dies, 23
& annos sanctis considerationibus consumpsisti, modos exqui
rens, quibus te profundiùs humiliares, & coram omnibus vilescereres. Atque ita sacram hanc religionem instituit super profundam humilitatẽ illam stabiliens: ideòq; voluit fratres suos mino
res appellari, quò in re, & in nomine semetipsos despicerẽt. Mira
bile est, quod sacrę literæ dicũt. De duob⁹ filijs Adã Cain maior
natu reprob⁹ fuit: ex duobus filijs Abrahã, maior natu Ismael cõ
muniter creditur à Deo fuisse reprobatus: ex duobus filijs Isaac,
Esau primogenit⁹ reprobus fuit: ex filijs Iacob, maiores infideles
fuerunt patri suo, fratrisque sui proditores: ex filijs Isai, maiores
proprij fratris sui Dauid contẽptores & exprobratores fuerunt.
Hæc omnia significant maioratus multorũ malorum occasio
nes

24 nes esse. Quapropter homines quasi mortiferã pestem eos fugere oporteret. Ideòq; sanctissimus hic pater filijs suis paupertatẽ
maximè cõmendauit, secularesq; voluptates diligenter effugere docuit, atq; cũ in omnibus terrestribus bonis minores essent:
in laboribus & pœnitentijs maiores esse admonuit. Hæc enim
omnia ad humilitatẽ passionũq; mortificationẽ valdè conducũt.
Significansq; hanc humilitatem & mortificationẽ quæ in filijs
suis esse oportet, voluit exteriorem habitum cinericij esse coloris. In libro Leuitici præcipiebat Deus sacrificium in ciuitate in Leuit. 6.
interiori templi parte offerri, cineres verò extra ciuitatem proijci: in quo exterius interioris signum esse debere significauit. Vidẽtes quippè Hebręi cineres extra castra per eos sacrificiũ immolatũ, animaliaq; iã mortua atq; combusta esse cognoscebant: ita
25 voluit glorioſus hic Pater exteriorẽ habitũ cinericij coloris signũ
esse, ex quo animalitas & sensualitas in fratribus suis iã Deo immolata, diuiniq; amoris igne cremata esse perspiceretur. Ex quo
infertur mal⁹ frater qui sensualitatẽ suã nondũ cremauit, sed potius eam viuam elationibus, passionibus, effrenatisq; affectionibus seruat, hominũ & multò magis sui ipsius siquidem hoc æternis supplicijs soluet, esse deceptor. In sacco Beniamin dicit sacra Gene. 44.
Scriptura, vas Ioseph fuisse repertum. Beniamin minimus fratrũ suorũm, humillimũ hunc virũ minimum in sanctæ Ecclesiæ
titulis satis apertè repręsentauit. Et quemadmodum Beniamin
quinq; portionibus super fratres suos in conuiuio Ioseph donatus fuit, vt dicit in Genesi: Sic B. Franciscus super oẽs fratres suos Gene. 43.
religionũ fundatores quinq; portionib⁹ donat⁹ est. Pro quo no-
26 ta quod Tit⁹ Liui⁹ lib. 2. deca. 1. dicit in imperio Romano pome
riũ murorũ, id est, [Laronda] fuisse consecratũ, ita vt nullus in eo
posset arare, aut ædificare: verũ si quis Romanus Imperator imperij terminos propagaret, Senatũ ei facultatem concedere con
sueuisse, vt muros Romæ ampliaret, ac sublimaret. Cum sancti
Patriarchæ religionũ perspicerẽt, quã arctum esset in mũdo Dei
imperiũ, viriliter cõtra vitia dimicarunt, fideiq; imperiũ semper
crucis vexillũ sequẽtes profusius ampliarũt, & tãquã viris à quibus Dei imperiũ in sæculo fuit ampliatũ, quasi singulare priuilegiũ concessũ est, vt alios sublimiores muros super vetera sanctæ
Ecclesiæ mœnia cõstruerẽt. Veteres muri sunt, decẽ legis præcepta, quibus in Dei obediẽtia cõtinemur: ipsi vero sup hos muros

alios maiores exerxerunt, multorum, videlicet, consiliorum ob- 27
seruationem multò maioris perfectionis, quam præceptorũ ob-
seruantiam, superaddentes, qualis est perpetua castitas, paupertas, & obedientia. Hi fuerunt Diuus Basilius, Diuus Benedictus, Beatus Augustinus, qui Spiritu sancto ducti viuẽdi normas statuerunt, sub quibus innumerabiles serui Dei vixerunt & viuũt, horum sublimium murorum astrictione circunsepti. Nuncque iam penè in fine sæculorum Beatus Dominicus, & Beatus Franciscus vno eodemque tempore consurrexerũt. Mirabileque est cum virorum sanctorum in mundo penuria frequentissima sit. Deum gemina hæc luminaria simul protulisse, quæ non solùm Apostolica vita claruerunt, sed Apostolicis etiã miraculis, morbis medebantur: mortuos suscitabant: dæmones expellebant: & hi sicut dij naturæ præcipientes, eam suo nutui submittebant. 28
Cum enim naturæ autor naturalia ordinibus & classibus disposuerit & singulis classibus vnum quasi caput præfecerit: sicut in ordine calidorum ignem calidissimum esse voluit, & in ordine rutilantium corporum solem præ cunctis fecit illucescere: sic cũ etiam gratiæ sit autor & Dominus, non est mirum si in spiritalibus idem, quod in naturalibus obseruarit. Atque ita sanctissimos hos viros, quasi duarum tantæ sanctitatis religionum capita constituit, à quibus omnes illarum religiosi longè maximè excederentur. Ex his sanctis Patriarchis dico minimum Beniamin, id est, Beatũ Patrem nostrum Franciscũ, præ omnibus quinque portiones accepisse. Cum enim in montis Aluernæ fastigio profundæ contemplationi deditus esset supernus Ioseph Iesus Christus ad eum descendens, splendidissimum ei conuiuium 29
fecit, vulnera sua, redemptionisque nostræ signa in sacro ipsius corpore imprimens. Ardentissimo martyrij desiderio Sanctus hic flagrabat: cuius suscipiendi causa se in Syriam ad Ethnicos contulit, vbi maximos labores perpessus est, diuinaque dispensatione quod expetebat, non fuit adeptus. Fidelissimus autẽ eius amicus Iesus Christus è cælo in terram desiderio huic satisfacturus, descendit; dicitque illi: Franciscе ego meis manibus nouo quodam martyrij genere te afficere volo. O mirabilem inter cæteros martyrem. Alij martyres ex tyrãnorum manibus martyrium pertulerunt. Beatum Laurentium, Decius: Beatos Petrum & Paulum, Nero: alioſque sanctos martyres, Iulianus & alij martyrio

30 martyrio coronarunt: Diuo autem Francisco ipsemet Christus
Iesus manibus suis martyriũ contulit. Prudentes viri, qui in alie- *simile.*
nis domibus habitant, nihil ornamenti illis adhibẽt, sed illas Dominis suis reficiẽdas relinquũt: quidquid enim illis facerent hoc
vtique perderent. Hæc in quibus viuimus, corpora sunt, domus
in vitam solum conductæ. Et ita de hominibus dicit Iob: Qui ha- *Iob. 4.*
bitant domos luteas. Hasque domus mũdani exornant, indulgẽtijsque & preciosis cibis ad maiorem confusionem incommodũque ipsorum fulciunt. Beatus verò Franciscus sicut prudens noluit corpus suum exornare, neq; inordinatè fulcire, sed totũ Domino suo dimisit: quod ipse Dominus tanquam suum venit exornatum, suaque regia trophæa in eo locauit: sicut reges in domibus suis facere solent, significantes se solos, & non alium eis do-
31 minari. O Franciscе, ait bonus Iesus, totus es meus, nullus preter me tui dominatur: cogitationes, desideria, verba, opera, cor, animus, corpus denique tuum totum est meum: idcircò te regalib⁹ trophæis insignire volo.

Ecce quinq; partes, quibus præ fratrib⁹ suis donatus fuit, ideòque nomen Beniamin illi optimè quadrat. Et sicut in sacco Beniamin vas Ioseph fuit inuẽtum, ita in habitu sancti Franciscі, sacrum Iesu Christi passionis, afflictionum, atq; dolorum calicem oportet inueniri. O infœlicem fratrem, qui sub hoc sacco superbiam, ambitionem, humanasq; voluptates abscondit: liberet nos Deus à tanta abominatione, quod sub tantæ sanctitatis habitu quisquã profanè, ac turpiter viuere velit. Curemus patres mei, vt sub hoc habitu & sacco omnis mortificatio & pœnitẽtia innue-
32 niatur. Etenim hoc glorioſus Pater noster intẽdit, scilicet, vt nomine, requie, humanaq; voluptate minores: laboribus verò, paupertate, ac pœnitentia maiores essemus. In libro Iudicum dici- *Iudi. 7.*
tur Deus Gedeoni iussisse exercitum contra Madianitas conflare, eoque conflato quod sequitur publici præconis voce declarari iussit: Qui, inquit, formidolosus & timidus est, reuertatur. Atq; etiam iussit, vt illos secum deferret ad bellum, qui lingua lamberent aquas, sed qui curuatis genibus biberẽt, illuc ire prohiberet. Iussit præterea, vt omnes fictiles vrnas in manibus deportarent, ac candelam incensam in vnaquaque ipsarum: & cum primum aduersus hostes irruerent, ipsas simul defrangerent vrnas; & sic detectis luminaribus deterrendo superarent: præcepitque Ge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

deonem tanquam Principem suam vnam prius infringere dicē- 33
tem, quod me videritis facere, hoc facite. Sic præcepit Deus vali
do huic duci Francisco, vt ad diabolum superandum, non pusilla
nimes quidem, qui minimo quoque strepitu deterrētur, qui vno
ieiunio nocturnaq; vigilia deficiunt, qui vna orationis hora affli
guntur, sed fortes, magnanimosque milites eligeret, qui nullo la
bore deficiant, & nunquam terga vertant: vt enim ipse Dominus
Luc. 9. dixit: Nemo mittens manum ad aratrū, & aspiciens retrò, aptus
est regno Dei. Qui arans, faciem retrò conuertit sulcos sicut opor
tet, nō faciet: quapropter in hoc significatur eum, qui bonis ope
ribus intendens ad terrena simul affectuosè respicit Deo nō pla-
cere. Quid igitur erit illi, qui non solùm retrò aspicit, verum san
ctis exercitationibus relictis secularem atque profanam vitā de-
git? Quia vxor Loth retrò aspexit, versa est in statuā salis: idem 34
que malis religiosis accidet: in salis enim statuam in inferno con
uertentur in hoc sensu, quod sicut sal in ignem proiectus, strepi-
tum edit, & circunstantibus admirationem affert: sic mali reli-
giosi alijs damnatis in inferno admirationē afferent, dicentibus:
Quid? hic ne erat ille, qui in monasterio pœnitentiæ habitu ami
ctus viuebat? qui ieiunabat? qui noctu dieque in choro decanta-
bat? quomodo in tam miserum locum deuenit? Regem, Ducem,
Magnatem, & deniq; diuites sæculi condemnari, non est mi-
rum, quia temporalibus bonis ac voluptatibus fruentes, multas
peccandi occasiones habebant: pauperem verò monachum, tot
miserijs ac paupertate circunseptum in infernum detrudi, nimis
obstupendum erit. Idcircò patres mei, constanti animo per om- 35
nes calamitates præterire, nec aliqua occasione ab incepto desi-
stere nos oportet: nec flexis genibus aquam secularium bonorū
bibere: sed corporibus nostris dominantes (etenim hoc significat
fictiles vnas manibus deportare) animis interius diuina gratia
inflammatis ieiunijs, disciplinis, cilicijsq; in hostium congres-
su, id est, tempore tentationis nos curemus infringere, sicque in
hunc glorioſum ducem oculos conijcientes victores euademus:
qui quidem corpus suum acri pœnitentia prius confregit, qua-
propter meritò dicere potuit quod dixit Gedeō, quod me facere
videritis, hoc facite. Nec verò contentus est Deus ad milites suos
animandos, quod glorioſus hic pater corpus suum vitæ asperita-
te confringeret, sed ipsemet illud amplius fregit sacris vulneri-
bus

36 bus saucians. Quis igitur tali exemplo non fulcietur & in virtu-
te vlteriùs progredietur in dies augmentum gratiæ promerens
qua cælestis gloria comparatur: ad quam nos perducat Iesus Ma
riæ filius, Amen.

¶ IN Festo Sancti Mathiæ super hoc Euangelium vnam concionem reperies, secundam scilicet, illius festi, &c.

IN FESTO OMnium Sanctorum Concio Prima.

Videns Iesus turbas ascendit in montem, &c.
Matthæi. 5.

SINGVLARE Dei beneficium fuit le
gem nobis eum tribuere, qua gubernemur.
Cum enim homo vilitatem suam considera-
ret, infinitamq; Dei maiestatem contempla-
retur, non vtique auderet Deo seruire, si Deus
illi absolutè præciperet, serui mihi: nec quæ
sibi placerent, ministeria declararet: sibi enim
videretur se tāto Dño nequaquam posse ministrare. Deus autē
nobis legē sanciēs, & in quibus sibi à nobis seruiri vellet, assignās
2 hac nos cōfusione liberauit. Vnde tantū hoc beneficiū Propheta
considerans, dicit: Propter legē tuā sustinui te Dñe: hoc est, nisi *Psal. 129.*
ministerium Domine quod tibi à me exhiberi vis, certo limite
statuisses, & nisi mihi legem dedisses, obstupescerem, & defice-
rem cogitans, quomodo vilitas mea tantæ maiestati posset mini
strare, legemq; mihi stabiliens animum addidisti, quò intelligā
rem hanc à me facilè posse cōprehendi. Ne hoc fratres parui ęsti
metis, nec falsa statera pendatis: supernum enim diuinæ clemen
tiæ donū est vos credere, si illa quę Deus vobis in lege sua propo
suit seruaueritis, vitā æternā adepturos esse. Non solùm autē be-
neficiū fuit Deum nobis legē statuere, quia illa nobis animum
addidit, sed etiam quia ipsa nobis viam ostendit, qua deberemus

Psal.18. incedere. Hęc omnia comprehendit ipse Dauid, dicēs: Lex Dñi 3
immaculata conuertens animas, testimonium Dñi fidele sapien
tiam præstans paruulis, iustitiæ Dñi rectę lætificātes corda, prę-
ceptum Domini lucidum illuminans oculos. Hoc primum dicit
Propheta legē Dei in suis obseruatoribus efficere, quod animas
conuertit: prius enim peccatores exanimes extra se incedebant,
& hoc facit illos illuminans. Præceptáq; Dei testimonia vocat,
quia fideles veráq; testes sunt voluntatis Dei, explicantq; quid
Deus amet, quidve oderit, & quid nos amare, quidue odisse ve-
lit. Dicunturq; iustitiæ Domini, quia Deus illis iustificatur, ma-
nifesteque probat quantum salutem nostram exoptet, cum tam
facilia nobis præcipiat. Ideò lætificātes corda, atq; etiam hoc am
Psal.118. plius ipse Dauid exaggerauit, dicens: Declaratio sermonū tuorū
illuminat. Vbi alij legunt: Ostium sermonum tuorum illumi- 4
nat, id est, non solùm qui mādata tua perscrutatur, verùm & qui
solum modo ad ostiū, hoc est, ad res claras eorū peruenit, illumi-
natur. Non solùm verborum tuorum medulla, sed cortex etiam
hominem illustrat, quo hilariter viam, qua ambulat, perspiciat.

Non autem contentus est Deus singulare hoc in nos legis be-
neficium contulisse, sed ipsemet suo ore sacratissimo illam pro-
ferre voluit, & ita dicit sanctum Euangelium: *Videns Iesus turbas*
&c. vsq; ibi: *Et aperiens os suum docebat eos.* Ex his verbis apparet
quam suauiter quamque hilari animo sanctum Euangelium
Simile. debemus accipere. Quæcunque in veteri testamento scripta
sunt, sacra Scriptura est, sicut & quæ in nouo: verùm quēadmo-
dum si quis ad fontem bibiturus accederet, qui duplici canale al
tero aureo, altero ferreo prorumperet, quāuis valdè sitiret, & ali- 5
quis in aureo canale biberet, expectaret donec ille bibendi finē
faceret, vt in illo biberet, quamuis vna, eademq; est aqua, & ex
eodem fonte dimanans: quia peculiaris quidam gustus ex aqua
per aureum canalem transeunte percipitur. Ita sacra Scriptura
quamuis tota est aqua diuina, & ex vno, qui est Deus, fonte pro-
cesserit, multo tamen dulcior est quæ per aureum canalem, id est,
sacratissimū Iesu Christi os præterijt quam quę per ferreos cana
les, id est, antiquos Prophetas exiuit. At, licet verbum hoc ape-
riens os suū, partim magnæ sit consolationis, (sicut exaggerat B.
Hebr.1. Paulus, dicens: Multifariā, multisq; modis olim Deus loquens
Patribus in Prophetis nouissimè diebus istis loquutus est nobis
in

6 in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit
& secula: hoc est, aduertite quanti nos Deus æstimat, & quanto-
perè nos diligit, quia iam non per Prophetas, sed per os Filij
sui nos alloquitur, talis, inquam, Filij, qui diuitijs atque potentia
æqualis est illi, siquidē vnus est Deus cū ipso) partim tamen me-
tuendum nobis est, in eo enim ostenditur, quanto magis diuinā
legem seruare teneamur: maiorq; transgressio & condēnatio vio
latorū eius futura esse declaratur. Sic affirmat B. Paulus vbi su-
pra, postquam supernum hoc beneficium exaggerauit, qui vbi
primū eximias huius diuini legislatoris excellentias retulit: sub Hebr.2.
didit, dicens sequenti capite: Propterea abundantius oportet ob
seruare nos ea quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus. Si enim qui
per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præua
7 ricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem,
quomodo nos effugiemus, si tantā neglexerimus salutem? Quæ
cum initium accepisset enarrandi per Dominum ab eis qui au-
dierunt, in nos confirmata est contestante Deo signis & porten-
tis, & varijs virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus se-
cundum suam voluntatem. O quam efficax argumentum; si
lex vetus, inquit Apostolus, quæ per Angelos data est Moy-
si, tantæ fuit maiestatis, vt illius transgressor extra ciuitatem
lapidandus publicè duceretur: quam pœnam expectat trans-
gressor legis gratiæ ipsius Dei ore prolatæ, & per sacros eius
Apostolos prædicatæ? totque ac tantis miraculis confirmatæ?
Vtrùm decretum vellet Rex à subditis suis firmius adimpleri,
quod præconis voce simpliciter proferri iuberet, an quod ipse-
8 met ore suo in curia promulgaret, dicens: Nolo legem hanc prę-
conibus cōmittere, sed egomet quasi præco illam in curia mea
proferam, voloque duces meos atque magnates, tanquam præ-
cones per vniuersum regnū meū illā proprijs vocibus declarare?
Dicite, quæso, quàm acriter legis huius ita promulgatæ trans-
gressores puniri iuberet? Diuinus spiritus nos illuminet, vt ex
his intelligamus quanto maiori diligentia, atque obedientia le-
gem ore suo prolatam, ipsiusque iussu magnatum, principumq;
regni ipsius sanctorum Apostolorū linguis explicitam à nobis
velit obseruari, quàm quæ per Angelos data est Moysi. Vulgo
dici solet, nunc est misericordiæ tempus, lex nostra est amore ac
suauitate plena: iam Deus iniurias sibi illatas eo rigore, quo in

lege veteri non vleiscitur. Scitote autem ò peccatores quod quã to Deus magis tacet & diutius dissimulat tãto maior vobis erit condemnatio, nisi ex eius misericordia fructũ perceperitis. Plorabat Iob dicens, Scribs ienim contra me amaritudines. O magne Deus qui peccatorum meorum amaritudines scribis, non vt eorũ obliuiscaris, sed vt illa suo tẽpore punias, nisi veram eorũ fecero pœnitentiã. Hoc vos oportet cogitare fratres hancq; misericordiæ legẽ volentibus illã obseruare, nolentibus autẽ maioris esse rigoris quam veterem vt ex prædicto argumento intellexisse debuistis. Atque etiã super hæc verba aperiens os suũ aliud efficacius & terribilius potest cõfici argumẽtũ deductũ scilicet, ex alijs ipsius Apostoli verbis dicentis. Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnẽ impietatẽ, & iniustitiam hominum eorũ, qui veritatem Dei in iniustitia detinent, ideſt, Deus mihi reuelauit iram, magnumque supplicium suum è cœlo esse descensurum super homines, qui crudelitatem iniustitiamque magnam admiserunt, Dei veritate, quam intellexerunt, non vtẽtes. Quæ fuit hæc veritas? quia (inquit) quod notum est Dei manifestum est illis. Hi sunt gentiles qui Dei omnipotentiam, probitatem, ac sapientiam (etenim hoc est notum Dei) intellexerunt, quomodo hoc intellexerunt? statim inferius dicit: Deus enim illis manifestauit. Quomodo autem manifestauit? hoc etiam dicit: inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles, quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt. O nimis seueram sententiam. Deus nobis spiritũ cõferat, quo eius vim intelligamus.

Iob. 13.

Rom. 1.

9

10

11

Contemplamini totum hunc mundum esse scripturam quãdam, cuius characteres sunt sol, luna, stellæ, cæteræque omnes creaturæ, cunctosque hos characteres non semper omnipotentiam, bonitatem, sapientiam, ac denique pulchritudinem vniuersalis eorum creatoris docere: qui vno verbo cuncta creauit, eorumque esse sua infinita prouidentia conseruat. Itaque dicit hic sanctus Apostolus nos sic à creaturis Deum, eiusque attributa doceri, vt nullus sit adeò barbarus, qui, nisi tantam maiestatem dilexerit, atque coluerit, iniustè cõdemnetur. Hoc quippe significant verba illa, ita, vt sint inexcusabiles. Quod si super eos ira Dei descendit, qui à sole, luna, stellis, alijsque creaturis addiscen-

12 addiscentes eum non coluerũt: quanto terribilius super nos corruet, nisi eum coluerimus, & amauerimus, cùm non solum per insensibiles creaturas, per prophetas, atque per Angelos, sed per sacrosanctum met ipsius os fuerimus edocti? Si quid rex per coquos suos aliquibus præciperet, quod illi facere cõtemnentes ab ipso rege crudeli morte punirentur, rexque ipse idẽ alijs ore suo iuberet, illique hoc facere nollent, nonne illos multo maiori supplicio dignos esse iudicaretis? O vtinam ex ijs scelerum nostrorum grauitatem, cognosceremus. Præcepit Deus coquis suis, ideſt, soli, lunæ, atque elementis, quæ quicquid esturi sumus, cõdiunt, vt gentibus Deum diligendum, atque honorandum esse nunciarent: quia verò ei obedire noluerunt, in grauissimas, vt hic ait Apostolus, pœnas, & abominationes inciderunt, & per 13 eas in æterna supplicia deuenerunt, deque illis dicit gloriosus Apostolus quod sunt inexcusabiles. Nobisq; etiã præcepit proprio ore aperiens os suum vt eũ diligeremus & coleremus: quod nisi fecerimus quid nobis erit? qualẽ excusationem afferemus, si illi inexcusabiles sunt? quomodo Dei iram fugiemus qui legẽ sanguinemque eius postquam talia documenta percepimus pedibus conculcamus? Quis igitur tam ferreus est qui hęc audiens non expauescat? Quis tam amens qui his argumentis non resipiscat? & si hæc ipsa nihil apud vos efficiunt quid agam? quo me vertam? quid vltra dicam si vos non religio non Dñi timor, nõ Christi crux, non claui, non alapę, non flagella, cęteraq; eius tormẽta & beneficia tãgũt tãgat saltẽ vel amor vestri, malorũq; vobis impẽdẽtiũ metus ne hãc tẽporis opportunitatẽ quę vobis diuino beneficio cõtingit vacuã abire sinatis, sed eãin pietatis & 14 iustitiæ operibus expẽdẽtes diuinisq; legibus & præceptis obtẽperãtes, & abęternis cruciatib⁹ liberari, & ad cœlestẽ gloriã ipso donãte peruenire valeatis. Et aperiẽs os suũ docebat eos dicens: beati pauperes spiritu quoniã ipsorũ est regnũ cęlorũ. In Macedonia fons esse dicit ex quo quæ biberint oues si nigræ sint albę reddũtur. Quod vtrũ verũ sit, nec ne parũ nostra interest perscrutari, at qđ ego vt verũ affirmo, est qđ Zacharias Propheta prędixit his verbis: In die illa erit fons patẽs domui Dauid & habitãtibus Ierusalẽ in ablutionẽ peccatorũ, & mẽstruatæ. O Christe dulcissime animarum nostrarum amator tu vere es fons hic multo antea promissus. Hæcq; cœlestis doctrina, quã ore tuo docuisti, est

Zach. 13

aqua

Universidad de Deusto
Biblioteca

aqua salubris, quam bibens anima quantumuis nigra sit, super 15
niuem dealbatur. Quapropter fratres accedite, hancque vitalem
aquam bibite, cæteſtem hanc doctrinam amoris viſceribus ſuſci
pite, ita tamen, vt protinus illam non euomatis. Quod autem
erit remedium, vt in ſtomacho retineatur, digeratur, & in ſpiritu
Epheſ.6. operationem faciat? Beatus Paulus illud aſsignat, dicens: Cal-
ciati pedes in præparationem Euangelij pacis, qui præ imbecil-
litate ſtomachi nihil in eo retinere poteſt, pedes calceare debet,
ne terram tangant, quò calceis operti caleſcãt, & in ſtomachum
calorem emittant, vt quæ recipit, valeat retinere. Tolle frater
peccator (tibi quippè dico) affectiones tuas à terra, appropinquã
tis mortis memoria illas operi: terreſtres vtilitates, quas filij hu-
ius ſæculi anxij quærunt, abijce, & nihili æſtima, hæ namque
cor, quod eſt ſtomachus animi, frigefaciũt, impediuntq;, ne tibi 16
diuina conſilia proſint. Per viſcera Ieſu Chriſti crucifixi vos de-
precor, ſiquidem aſsiduo verbum Dei audire gaudetis, vt illud
conſeruare atque opere exercere curetis, & hac ſancta Beati Pau
li doctrina vtamini, quò animi pedes, id eſt, affectiones cale-
ſcant, & cor inflamment, & ſic ex aqua vitæ ab hoc diuino fon-
te dimanante fructum percipiatis. Mirabile viſu eſt, vnde Do-
minus hîc initium ſumit. O mirabile exordium, non vtique
ſapientiſsimus magiſter rhetoricæ ambages exquiſiuit, vt ad
quod volebat dicere perueniret: ſed ſtatim in principio ſum-
mam totius Euangelicæ legis oſtendit, dicens: Beati pauperes
ſpiritu. Prius de ſpiritus paupertate loquutus eſt, quia cupidi-
tas fuit initium mali. Statim in principio mundi curauit Satha-
nas hominibus perſuadere cupiditatem quiddam eſſe diuinum, 17
Geneſ.3. Deumque cupidum eſſe, & ſic eis dixit in Geneſi rationem red
dens, quare illis Dominus prohibuerit, ne ex arbore in medio pa
radiſi exiſtẽte comederent. Scit enim, inquit Deus, quod in qua-
cunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſi-
cut Dij, ſcientes bonum & malum. Quaſi diceret: Scitote Deũ
cupidiſsimũ eſſe aliquidq; ſuper vos habere velle, ne verò eſſetis
ſimiles illi vobis vetuit, ne ex hac arbore comederetis, ſcit enim
vos vbi primum ex ea comederitis, ſibi ſimiles eſſe futuros. Mu
lierq; hoc credens Deo ſimilis eſſe concupiſcens, comedit, viroq;
ſuo vt comederet, perſuaſit, atq; ita probat Iuſtinꝰ Martyr libro
contra Gentiles, q; ex eo q; homines cogitarẽt, in Deo cupidita-
tem

18 tem fuiſſe, & quòd poſſent homines dij eſſe, ac ne eſſent, Deum
curaſſe, idololatria manauit. Et ita dixit Diuus Paulus: Radix *1. Tim.6.*
omnium malorum eſt cupiditas, & poſt primorum parentũ cu-
piditatem Cain primus filius, qui ex eis ortus eſt cupidus & aua *Gene.4.*
rus temporalium bonorum fuit. Idcircò eum ſacra Scriptura te-
ſtatur, agricolam fuiſſe. Et Ioſephus, inquit, eum præ cupiditate
terram coluiſſe. Et vbi nos legimus, Cain fuit agricola, alia tranſ-
latio habet, fuit vir acquiſitionis; atque hæc cupiditas ipſum, vt
peiora offerret, excæcauit atque eclipſauit. Eclipſis ex interpoſi *Simile.*
tione terræ inter ſolem & lunam efficitur: cumque terra ſit opa-
ca in ea ſolis radij detinentur, nec vlterius progredi poſſunt. Sic
in homine (mundo, ſcilicet, contracto) temporalium rerum cupi
ditas in volũtate ſita impedit, quò minus rationis, & intellectus
19 radij animam clarificent, & ita cæca manet infœlix. Sicque tenẽt
Hebræi cupiditatem adeò Cain excæcaſſe, vt nullam aliam præ
ter hanc vitam eſſe crediderit, & ob hanc cauſam fratrem ſuum
Abel occidiſſe dicunt. Abel nanque futuram vitam præmiumq;
bonis, & ſupplicium malis eſſe tuebatur; quæ omnia Cain nega
bat, ſuper qua contentione illum interemit. Et quia cupiditas in
hominibus malorum omnium fuit initium, incipit diuinus ma-
giſter ab eius contrario, dicens: Beati pauperes ſpiritu. Hæc ver-
ba trifariam declarantur. Primò modo, quòd beati ſunt, qui tem-
poralibus bonis affluentes in eis affectionem ſuam nõ ſtatuunt.
Et ita dicit Eccleſiaſticus: Beatus dives, qui inuentus eſt ſine ma-
cula, & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia & the- *Eccle.31.*
ſauris: quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vi
20 ta ſua. O quam fœlices nuntij ſunt hi diuitibus, quòd eis Dei no-
mine dicatur eos in vita miracula facere poſſe. Si quemquã com *Simile.*
pedibus, cateniſque vinctum tam celeriter quam alium abſolu-
tum atque expeditum currere videretis, nonne illud miraculum
eſſe diceretis? Hoc vtique facit dives virtute præditus. Diuitiæ
quippè ſunt compedes atque catenæ, quibus homo vincitur, ne
in ſpiritali via progredi poſsit. Hominem vero temporalibus bo
nis obſeſſum per virtutem pariter cum paupere currere, nec di-
uitijs inquinari, aut fiduciam in eis ſtatuere, miraculum eſt. Et ita
iuſtè de illo dici poteſt: Fecit mirabilia in vita ſua. Et ita Beatus *Chryſoſt.*
Chryſoſtomus dicit, temporalium bonorum contemptum alijs *homi.27.*
miraculis eſſe mirabiliorem. Nam in alijs miraculis totum Deus *in.2.Cor.*

facit

Universidad de Deusto
Biblioteca

facit, hominem in eorum instrumentum assumens. Deũ visum ãi homini tribuere & mortuum suscitare, non mirum est, quandoquidem ipse est, qui totum facit, nec ex tua parte vlla resistentia est: at in hac spiritus paupertate, non solum Deus operatur, sed tu ipse etiam, qui tuam voluntatem & affectionem cogis eã nempè à bonis temporalibus extrahendo. Secunda horum verborũ significatio est, quòd ij, nempe, beati sunt spiritu, qui non solũ ea possidendo, spiritum, & affectionem in illis collocatam non habent: verũ etiam, qui ea prorsus relinquunt, cũ intelligãt quantum viam spiritualem impediant: sicuti faciunt ij, qui in sacris religionibus se recipiunt, & semetipsos spiritu & voluntate pauperes efficiunt. Quãquam sanctus Iob, ignem, aerem, homines, ac Dęmones aduersus eum prælium contulisse, intellexit, ac cunctis eum bonis priuasse, quia tamen illos hæc omnia Deo permittente fecisse, sciebat, cœpit exclamare dicens: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factũ est, sit nomen Dęmini benedictum. O mirificam consideratione. Nudus egressus sum. Nihil mihi subtrahitur: siquidem nihil mecum in sepulchrum sum delaturus. Et siquidem nihil abstraxi de ventre matris meæ, & nihil est meum, cùm Deus mihi omnia dederit & ipse, quæ sua erant abstulerit, sit nomẽ eius benedictum. Religiosus autem potest exclamare dicens: Tu Domine Iob bona dedisti, & tu ipse illa ministrantibus Diabolis, igne atque hostibus subtraxisti: verum ego mei ipsius carnifex esse volo, non expectabo, vt ignis aut Dæmon bona, quæ mihi dedisti à me auferat, sed ego propter te me illis abdicabo. Deus me ditauit, & ego propter eum, & vt illi efficacius seruiam diuitijs me spoliabo. O beatos, qui vt se totos Deo tradant sic secularibus rebus se expediunt. Beatus enim Augustinus dicit: Quẽ delectat vera libertas ab amore mutabilium rerum liberè esse appetat. Et ad vestri confusionem Senecæ dictum, licet Ethnici, vobis referam. Dicit ille ad Lucillum fatens se hanc libertatẽ assequutum fuisse: Vaco mi Lucille, vaco. & vbicunq; sum, meus sum: rebus enim nõ me trado sed cõmodo. Profectò quot hic verba, tot sunt sententiæ. Elegãter ait, non me trado, sed cõmodo. Quia tradere est semetipsum alienare verum mq; mancipiũ efficere: cõmodare verò est tantum negotijs intendere, quantum præ

Iob. 1. 22

23

Seneca ad Lucillum.

cisa

24 cisa necessitas postulat: & statim ad se reuerti. Verum quid mirabilius esse potest, quam cum filius Dei ad nos libertate donandos in mundum venerit: quod in Ethnico reperitur id Christiano viro deesse? B. Paul. exclamat dicens: Fratres non sumus ancillæ filij, sed liberę, qua libertate Christus nos liberauit. Vos autem, ò fratres, miserrima temporaliũ bonorum seruitute nihilominus detineri vultis? Maxima profectò est vilitas vestra: Etiã in hoc secundo sensu, quibus Deus tẽporalia bona nõ dedit, aut quæ possidebant abstulit, & paupertate contenti sunt eũq; toto corde glorificant: quia eos in illo statu constituit, quem in mundo prædicauit, ad quẽ ipsi fortasse nunquam accederent, nisi à Deo pauperes facti fuissent, pauperes spiritu vocantur. Fœlices certè sunt, qui in hoc magnum se à Deo beneficium accepisse cognoscũt. Gloriosus Apostolus Petrus dicit: Charissimi obsecro vos, tãquã aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desi-

52 derijs, quę militãt aduersus animã. Et B. Pau. dicit: Nõ habemus hic manẽtẽ ciuitatẽ, sed futurã inquirimus. Ergo Deũ in hac vita Christiano diuitias, nobilitatẽ, & magnitudinẽ denegare, signũ est eũhęc oĩa illi in cœlo reseruare Deũq; nolle illũ hic laborare isthæc in cœlũ defertẽdo, siquidẽ peregrinatur. Magnũ Rex illi faceret beneficiũ, cui nõ solũ diuitias daret, sed etiã in ipsius domo collocaret. Si ergo domus nostra est cœlũ, magnũ Deus illi beneficium confert, cui requiem, & diuitias in cœlo reseruat.

1. Petri. 2.

Hebr. 13.

Simile.

Fratres, qui pauperes estis oculos aperite, discrimẽq; cognoscite, quod in vita Christiana inter pauperes, atq; potentes est, vos quippè à Deo in eo statu collocati estis, vbi passim multæ merẽ

26 di occasiones offerũtur si modo patiẽtiã habetis. Diuites autẽ in statu tãto remotiori à Christiana perfectione siti sunt: quãto propter eorũ superbiã mũdo, & põpis eius sũt magis deuincti. Vna ex grauioribꝰ tẽtationibus, quibꝰ in hoc mũdo pauperes oppugnãtur, est qđ cogitãt si diuites essent multa misericordiæ opera abũdãtisq; gratiæ digna se esse facturos. O benedicta sit diuina maiestas, quę summa liberalitate huius tẽtationis occasionẽ ademit: non enim plus à nobis pro gloria petit, quã habemus. Et ita dicit Beatus Paulus: Si enim voluntas prompta est secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Cumque Deus diuitias, & paupertatem singulis det, iniustus vtique esset, si ab aliquo quod nõ illi dedit, exposceret.

5. Cor. 8.

Ita

Itaque etiam rebus illis, quibus bona fortunæ prodesse possunt, 27
non sunt necessaria: siquidem sine illis propter solam voluntatẽ
Deus idem præmium, & gloriæ gradum tribuit. Tertia significa
tio horum verborum est, quòd beati pauperes spiritu sunt, qui
propter Deum, nõ solùm se omnibus temporalibus bonis exue-
runt: sed etiam propriæ voluntatis, & spiritus sui domini esse no
luerunt: & ita semetipsos spoliantes prælatorum suorum volun
tati, per perfectam obediẽtiam se se tradiderunt. Et ita dixit Di-
uus Ioannes Climacus, perfectam obedientiam propriæ volun-
tatis esse sepulchrum, & humilitatis resurrectionem. Dicitq; hy
drargyronem, Hispanicè [*Azogue*] nobis perfectæ obedientiæ
exemplo esse debere. Hic quippè omnia metalla penetrat, quò
vsque se se illis submittit, & nulli commiscetur immunditiæ. Ta
lem oportet esse seruum Dei sicut hydrargyronem, qui nunquã 28
sistat, sed Dei cunctorumque prælatorum voluntatem non so-
Eccli.4. lùm maiorum, sed & inferiorum etiam faciat. Et ita dicitur: Filij
sapientiæ Ecclesia iustorum, & natio illorum obedientia, & dile
ctio. Sicuti de generibus dicere solemus: Homines illius generis,
omnes habiles, aut læpidi, siue ingenioſi euadũt: sic dicit hîc Spi
ritus sanctus: Iusti omnes cęlesti quadam sapientia sunt pruden-
tes: omnesque adeò sunt obedientes, vt ipsa obedientia valeant
appellari. Atque hoc est eos pauperes esse spiritu.

Dicit vlterius Dominus: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt ter-
ram.* In mundo mites appellantur, qui prompto sunt ingenio, vt
quæcunque rogentur, omnibus conformentur. Itaque eos mun
dus paratos inuenit ad quęcunque in eis imprimere vult. Hique
mites, & bene morati vocantur, quia nulla in eis resistentia repe 29
ritur. Hoc autem bonum ingenium est amplissima ianua, per
quam animæ destructio ingreditur. Ideò Seneca nolebat iuue-
nes, & virgines amorosos & conuersatione dulces, sed potiùs in-
sulsos, atque insipidos acresque esse, quò virtute præditi essent.
Simile. Nam sicut vinum, quod cum primum in cuppam injcitur, aptũ
est bibitu, facilè corrumpitur: quod autem serò coquitur, atq; in
initio asperum est, postea perfectius est, & diutius cõseruatur: sic
etiam virgines, & iuuenes conuersatione suaues atque amorosi à
mundo facilè corrumpuntur: asperi verò atque insipidi facilius
in virtute conseruantur. Non de hac mansuetudine, quæ spiritui
atque virtuti maximè officit, Dominus loquitur: sed de cælesti
quadam

30 quadam virtute, qua vir in calamitatibus furori resistit. Vnde pa
tientia est dulcedo mentis, quia animum post acceptam iniuriã,
tanta cum dulcedine remanere facit, ac si illam non accepisset.
Etenim ex iniurijs nobis illatis, & calamitatibus aduenientibus
nobis tristitia atque ira solet obrepere, patientiaque nos hac tri-
stitia liberat, sicut affirmat Beatus Augustinus, & Diuus Tho- *Augusti. lib. de pa-*
mas: Patientia hominis est, qua mala æquo animo toleramus, id *tientia. c.*
est, sine perturbatione tristitiæ: ne animo iniquo bona defera- *2. in prin.*
mus, per quæ ad meliora perueniamus. Et de ijs, qui hac manſue *Tom. 4.*
tudine pollent, dicit Dominus: Beati mites, quoniam ipsi posſi *D. Thom.*
debunt terram. At quæret quispiam, de qua terra loquatur hîc *2.2.q.136*
Dominus. Nunquid de hac materiali terra, quam pedibus con- *art. 1.*
culcamus? Non credo: hæc enim mansuetudine non acquiritur,
31 neque possidetur; sed cupiditate potius, superbia, armis, ac præ-
lijs. Nunquam Alexander Magnus quę comparauit, acquireret,
nisi ciuitates acerrimè expugnasset. Nec Iulius Cæsar, Romano
imperio dominaretur, nisi tyrannide, atq; artificijs vteretur. Mã
suetudine huius mundi terra potius amittitur, quàm acquiritur.
Ergo de alia terra loquitur Dominus. Meritòque dicere possu-
mus, eum hîc loqui de terra, de qua alibi dixit: In patientia ve- *Luc. 21.*
stra possidebitis animas vestras. Cùm enim mititas, atque patiẽ-
tia tam propinquæ sorores sint, idem, quod de vna, etiam de al-
tera dicitur. Et sic profectò mites sunt animę suæ domini, quod
est maius, quàm mundi totius imperium. Vt enim summa veri-
tas dixit: Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, *Luc. 9.*
animæ verò suæ detrimentum patiatur? Qui verò patientia, &
32 mititate non pollet, animæ suæ nõ dominatur. Ira enim, & mœ-
ror illam in laboribus, & calamitatibus possident. Vnde de ali-
quo dicere solemus: Ille sui non dominabatur, quando hoc fecit.
Per has virtutes, ac cæteras, quas hîc Dominus docet, quasi per
amplissimas vias sancti ad gloriam, qua modò fruuntur, iter fece
runt: quorum vniuersale festum hodie sancta mater Ecclesia ce-
lebrat. Hocque sanctorum omnium esse festum maximæ est mi
seris peccatoribus consolationi, qui in hoc exilio viuimus. Si
enim festiuitas de solis cælestibus Hierarchijs esset, aliqua terre-
stribus hominibus diffidentiæ esset occasio. Sique festum de so-
lis Apostolis, & discipulis, qui in autoris vitæ Iesu Christi socie-
tate saluati sunt, celebraretur; quid faceremus ij, quibus tantæ di

gnitatis sors nõ contigit? Quod si de solis sanctis Martyribus es- 33
set, qui ob nostræ sanctissimæ fidei testimonium sanguinẽ glo-
riosum effuderunt, quid faceremus, qui propter hanc infallibilẽ
veritatem adhuc sanguinem non effudimus? Quod si de solis Ere
mitis, qui asperrimam in cauernis terræ vitam egerunt, solennitas fieret, quid facerent, qui sine illo rigore in ciuitatibus commorantur? Siq́ue festum de solis Sanctis virginibus fieret, quæ carnales voluptates contempserunt, quid facerent, qui virgines nõ sunt? Ideò Sanctorum omnium festũ celebratur, in quibus multi sunt, qui non fuerunt Apostoli, non Martyres, non Eremitæ, nec virgines, sed latrones, homicidę, vsurarij, aut adulteri extiterunt: & veram pœnitentiã agentes salui facti sunt: quò nos quantumuis graues peccatores simus, spem venię capiamus; eosq́; imitantes veram ex puro corde pœnitentiam faciamus. Quod cùm 34
fecerimus, diuinam gratiam impetrabimus, posteaq́ue cælesti beatitudine in eorum societate frueremur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodẽ Festo omniũ Sanctorũ

Concio Secunda.

Videns Iesus turbas ascendit in montem, &c.

Matthæi. 5.

Rom. 15. DIGNISSIMA est ponderatione benedi- 1
ctio illa, quã Beatus Paulus Romanis inijcit, dicẽs: Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo, vt abundetis magis in spe, & virtute Spiritus sancti. Deũ appellat Beatus Apostolus, Deum spei: ipse enim verus est autor, & largitor illius. Vnumq́ue profectò, in quibus apertiùs Deus esse manifestatur, est, quòd miserrimum hominis cor ita confortat, vt ad ea quæ sperat propẽsiùs, quàm ad ea, quæ videt, inclinetur: & plus apud eum valeant quæ credit, quàm quæ proprijs manibus contrectat, ac sensibus percipit. Et in hoc ostenditur quantum Deus apud homines valet, & vtrùm ab eis, vt Deus habeatur, an non.

Huiusq́;

2 Huiusq́; spei optat sanctus Apostolus nos abundantia repleri. Quanto nanq́; maior, atq; viuidior fuerit hominis spes, tanto feruentiùs difficilioribus rebus offertur, faciliusq́; præsentia negligit: hinc q́ue acerrimæ pœnitentię, deliciarumq́; despectus oriũtur. Hæc fecit, vt D. Basilius coram iudice illum cõminante, suadenteq́;, vt relicta orthodoxa fide principi sub pœna mortis obediret, memorabilia illa verba responderet: Vtinam aliquid mihi esset digni muneris, quod offerrem ei, qui maturius Basilium de nodo follis huius absolueret. O admirabilem viri sancti feruorẽ. O quam ardenter in sacro eius pectore spes vigebat. Notandum q́ue est, eum corpus follem appellare: quod alij carcerem, alij verò sepulchrum vocãt. Hic autem vir sanctus hoc vocabulo illud nũcupat, quia corporis stimuli sunt flatus, quibus animus effræ-
3 natis cupiditatibus inflammatur. Diabolusq́; illud quasi follem assumit, quo cordis humani fornacẽ accendat. Et B. Paulus licèt diuino spiritu repletus dicit: Si secundum hominẽ ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgũt? Ex quo apparet glorioſum Apostolum præmij spe commotum illũ conflictum aggressum fuisse. Deniq́; tam pretiosa, tamq́; efficax est spes, vt ipse S. Apostolus dicat: Spe enim salui facti sumus. Spes autẽ, quæ videt, nõ est spes: nã quod videt quis quid sperat? Si autem, quod nõ videmus, speramus, per patientiam speramus. Admirabilis est spei commẽdatio, sanctũ Apostolum de illa diceres, Spe salui facti sumus: nõ quia sola spe saluemur: sed quia cõplurium bonorũ est fons, quorũ vnũ est patiẽtia: de qua hîc S. Apostolus meminit. Vt diuinus Magister Iesus Christus prestantis-
4 simam hanc virtutem hominum animis imprimeret, tam gloriosam mercedẽ illis promisit, qui virtutes, quas in hodierna sancti Euangelij lectione docemur, fuerint operati. *Et sic aperiens os suum dicebat: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorũ est regnum cælorum.* Oquã meritò diuina lex, quã supernus hîc legislator mũdo sanciuit, vocatur Euangelium. Sic quippè illam inscripsit B. Matthæus, qui legem gratiæ primus scripsit. Euangeliũ nanq́; idem significat, quod lætus nũcius. Ecce quàm apte illi nomẽ hoc quadrat, si quidẽ tã hilaris nuncius filijs Adæ refertur, cum eis tã vili precio res tam inæstimabilis, sicut cælorũ regnũ promittatur. Quanquam lex vetus grauissima, obseruatuq́; difficillima erat, terrena pro tunc eius obseruatoribus Dñs promittebat, vt patet in Leuitico,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leuit. 26. vbi eis dicit: Si in præceptis meis ambulaueritis, dabo vobis pluuias temporibus suis: & terra germinabit germen suum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate. Aliaque ibidem eis temporalia bona pollicetur. 5

Ideòque quanuis Deus tot Moysi fecerat beneficia, vt cũ modicarum, earumque alienarum ouium pastor esset, eum tanti populi ducem, Pharaonisque Deum quodammodo effecerit, compluraque mirabilia illi operanda commiserit, nihilominus tamẽ ipse Deo dixit: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam. Et inferius dicit: Ostende mihi gloriam tuam, quasi cætera omnia respectu huius parui faceret. Verumque est vniuersa terrestria homini satisfacere non posse. Nunc autem iam maiora sunt præmia, & quod nobis præcipitur multò facilius. Estque valdè notandum, cælestem magistrum singulis virtutibus singula præmia stabilire, nouit enim tepiditati nostræ sic esse necessarium. Accidit Regem in venatione deperdi, atque in pastorum tugurium deuenire, vbi famelicus magnis precibus cibum petit, quem cum pastores non cognoscant, arbitrãtes eum esse illusorẽ, illius vocibus obsurdescunt. Quos adeò duros Rex perspiciens, dicit eis: Date mihi cibos, & ego illos vobis satis superque persoluam: ego enim sum Rex. Illaque promissione illos commouet, quo id sibi exhibeant ministerium. Cùm verò in aula regia existens quicquam seruis suis præcipit, aliquid ne illis pollicetur? Non vtique, sed absolutè imperat: illic enim cognoscitur, illeq; fœlicem se ducit, cuius ministerio Rex vti velit. Sic maximus ille Rex infinitæ maiestatis in suo regno cælestis gloriæ, vbi à Beatis cognoscitur, seruis Angelis suis præmia non promittit, sed præcipit vni cęlos mouere, alijs homines custodire, alijsque alia diuersa ministeria iubet exhibere. Nõ verò dicit: Hoc mihi ministerium præstate, & ego vobis illud exoluam: illi enim se se fœliciſsimos ducunt, cùm sibi quicquam ab eo præcipitur: nempe, quia illum cognoscunt. Nos verò, qui hanc diuinæ maiestatis cognitionem nõ habemus, vt ad sui ministerium moueat, omnia hæc nobis præmia proponit. Non poterat efficacior persuasio reperiri, vt notat Beatus Eucherius, quã homines honoris, consolationis, vitæq; cupidiſsimi ad Dei legem

Exod. 33.

Simile.

6

7

8 legem obseruandam mouerentur, quàm cælestis regni, æternæ vitæ, infinitæq; consolationis eis facta promissio. At dicet quisquam: Pater hoc vtiq; credimus: verum præsentibus solùm bonis commouemur: ideòq; tam negligẽter futura bona licèt æterna, tamque diligẽter præsentia, licèt temporalia expetimus. Ad hoc sic respondeo: Si hanc regulam in omnibus à vobis obseruari viderem, non adeò mirarer: sed eam nisi cum Deo seruari non cerno. Nimis enim vsitatum est homines præsentia, certaq; bona pro futuris, & incertis mutare. Quod si mihi nõ creditis, quot quot in Indias nauigant, interrogate illique vobis dicent, se bonorum, quæ illinc reportare sperant, confidentia commoueri, vt domus suæ requiem deserentes, coniugales voluptates spernentes, liberorumque præsentiam, amicorum, denique suauissimã
9 conuersationem relinquẽtes illuc iter faciant: seque tumentibus maris fluctibus committentes vitæ periculo passim exponant. Hæc igitur, quæ vos temporalium bonorum cupiditate commoti facitis, à vobis Dei nomine petimus, vt in eius ministerium faciatis: scilicet, vt bona temporalia incerta pro futuris certis, & æternis contemnatis. Adhuc hi miseri respondebunt se illis futuris, incertisque bonis efficaciùs commoueri, quia corporalibus oculis cernuntur. His vtique accidit sicut Hebræis cum manna. Qui, cùm illud omnia saperet, vt patet in libro sapientiæ, vbi dicitur: Deseruiens vniuscuiusque voluntati ad quod quisque volebat, conuertebatur, coturnices tamen Ægyptiacasque ollas ex optabant, vt patet in Exodo: Si quis eos interrogaret: Vt quid querimini, quia vobis deest, quod est in manu vestra? Si carniũ
10 ollas, sique coturnices concupiscitis, in manu vestra est, manna, hæc, & alia vobis sapere. Vt quid querimini, cùm coram oculis semen habeatis, quod solo volũtatis vestræ motu omnes fert fructus, cùm tamen non seratur, nec ad hoc terra excolatur? Respon derent, hoc solùm sibi in manna esse odiosum, atque pertæsum, licèt enim eius effectus, & sapor eorum voluntati erat conformis: oculis tamen semper vnum, atque idem esse videbatur: homines verò pluris rerum speciem, exterioremque apparentiam, quàm earum essentiam æstimant. Homines contenti sunt sapientes, fortes, boni, diuites, nobilesque æstimari, quanuis ij non sint. Et quia hæc Dei præmia in hoc sæculo exteriùs non apparent, ideò infœlices filij Adæ eis tam parum commouentur. O

Sap. 6.

Exod. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diabolicam cæcitatem, sanguineisq; lachrymis ploratu digniſsimã. Fratres mentis oculos aperite, illoſq; in ęternis præmijs figite, quæ Deus per has virtutes iter facientibus præparauit: nec ea propter breuia, inaniaq; huius ſæculi bona velitis amittere. Digniſsimũ eſt hîc etiam ſcitu Dominum pauperes ſpiritu mites, atq; plorãtes beatos appellare. In quo manifeſtatur ſpiritalis guſtus, atque ſuauitas, quam iuſti in virtutum exercitatione perſentiunt. Communiter rei nomen illius imagini accommodare ſolemus. Quemadmodum, ſi quis papyrum manu tenet, in qua eſt depictum templum, quæſitus quid manu teneat, verè reſpondebit, ſi dicat ſe templum manu tenere, cùm reuera ſolam eius imaginem teneat, ſanctorumque imagines aſsignantes dicimus: Hic eſt Diuus Petrus, ſiue Diuus Paulus, aut Beatus Frãciſcus: ſic etiam iuſti hîc, & alijs in locis ſacræ Scripturæ beati vocantur, quia quandã cæleſtis beatitudinis imaginem in animis ferunt: illius bonis etiam in hac vita quodammodo incipiunt frui. Et hoc eſt myſterium, quod refert Beatus Ioannes
Apoc. 21 in Apocalypſi, dicens: Angelus oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cælo. Vbi notandum eſt, quòd cùm gratia, charitas, pax, Spiritus ſancti ſuauitas, conſcientiæque ſecuritas iuſtis communicatur, tunc quodammodo cæleſtis Hieruſalem in terram deſcendere dicitur, vt in illis reſideat. Et hoc eſt quod in Dominica oratione poſtulamus, cùm dicimus: Adueniat regnum tuum. Hoc eſt, dona, guſtus, ſpiritaleſque conſolationes, quibus iuſti in cælo fruuntur, huc ad nos in terram aliqualiter deſcendant. Loquenſque ſan-
Pſal. 144 ctus Dauid de hac iuſtorum ſuauitate dixit: Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitia tua exultabunt. Vbi verbum hoc, eructabunt, diligenter penſandum eſt. In quo tanta ſpiritalis iuſtorum gloria eſſe ſignificatur, vt eorum corda totam capere nequeant. Et alia tranſlatio habet: Et iuſtitiam tuam exultabunt: & ſic legit Diuus Hilarius. Itaque verbum, quod in noſtra tranſlatione eſt neutrum, illa actiuum facit.

In quo diuina exaggeratione denotantur iuſti Dei iuſtitiam lætificare. Id eſt, ſi Deus lætitiam percipere poſſet, iuſtum hilarem perſpiciens denuò lætaretur. O benedicta talis probitas, atque amor. Fratres hæc audientes non ſtupetis? Nunquid in

in cordibus veſtris deſiderium nouum non oritur tam bono Domino ſeruiendi, qui ſeruos ſuos tot afficit indulgentijs, vt etiam in hoc ſæculo illos beatos efficiat? Nec verò nimis mirandum eſt iuſtos diuino ſpiritu repletos (cuius fructus ſecũdum B. Paulum eſt gaudium & pax) voluptatem ex virtutum exercitatione percipere, ſiquidem in virtute Ethnici voluptatem reperire fatebantur. Super quo hoc vos maximè obſtupefaciet. Iam (credo) audiſtis hominem extitiſſe Epicurum nomine, qui voluptatem adeò dilexit, vt in ea beatitudinem ſitam eſſe dixerit. Hic cum animorum immortalitatem, diuinam prouidentiam, præmiumque bonis, ac ſupplicium malis eſſe non crederet, omneſque vias ad voluptatem diligenter exquireret, ſubtiliter docuit hominem ad voluptatem impetrandam vitia fugere, virtu-
temque amplecti oportere. Quid hoc eſt, ô Epicure? Quid tibi cum virtute, ſiquidem ei præmium dandum eſſe non credis? Et quomodo vitia fugienda eſſe doces, cùm ea nullo eſſe puniendã ſupplicio credas? maximeque cùm ſecum afferant voluptatẽ? Reſpondet: Cùm voluptatem nimium diligam, eamque in omnibus rebus exquiram, nihilque delectabilius virtutis honeſtate, & pulchtitudine reperiam, ideò voluptatem inuenire volẽtem, vt illam ſequatur, admoneo. Cumque in omnibus mœrorem, amaritudinemque voluptati contrariam fugiam, nihilque animum crudeliùs torqueat, quàm conſcientia peccatorum, ideò illa fugienda eſſe doceo. In cuius confirmationem hanc veriſsimam protulit Philoſophus ipſe ſententiam. Poteſt enim nocenti contingere, vt lateat, latendi fiducia non poteſt. Quam
ſententiam ſic Seneca declarat. Ideò, inquit, non prodeſt la- *Seneca.*
tere peccantibus, quia latendi etiam ſi facultatem habent, fiduciam non habent. Ideòque à continuo metu, & angore animi tuti eſſe non poſſunt. O res miranda, hominem voluptati deditiſsimum tale proferre: quod tamen tu cùm Chriſtianus ſis, animique immortalitatem, & cæleſtium bonorum, infernaliumque tormentorum æternitatem credas, minimè dicis. Hoc cælum hoc terra, hoc muta elementa, hoc ſaxa ipſa, atque marmora, ſi id quidem fieri poſſet, lamentarentur, & obſtupeſcerent. Et quemadmodum iuſti, quia quandam cæleſtis beatitudinis imaginem in conſcientia gerunt, beati vocantur: ſic mali, quia quoddam in animis inferni habent

exemplar, & iam in hoc sæculo quodammodo maledicti, atque 17
damnatis similes sunt, idcircò maledicti vocantur; vt in Psalmo:
Psal.118. Maledicti, qui declinant à mandatis tuis; atque in alijs compluribus sacræ paginæ locis. Ideòque postquam Isaias Propheta di-
Isai.3. xerat: Dicite iusto, quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet: statim subdit, dicens: Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. Sicut mali ludos, voluptates, cibos, Deique offendendi modos, sic iusti sanctas exercitationes, quibus ipsi magis placeant, diligēter exquirunt. Et vtrique etiam in hac vita inuentionum suarum fructus gustare incipiunt: sicque iusti cordis exultatione fruuntur: peccatores verò conscientiæ morsibus contorquētur. Vnde verba illa Beati Pau
1. Cor.7. li dicentis: Qui flent, tanquam non flentes sint; & qui gaudent, tanquam non gaudētes sint: de bonis, ac malis dici possunt. Qui 18
enim diuina sunt gratia repleti, quanuis nudi sint, plurimisque ærumnis obsideantur, quanuis fleant, tanquam non flentes sunt, quia in medio horum laborum spiritus gloria fruūtur: vt dicitur
Prou.12. in Prouerb. Secura mens quasi iuge conuiuium. Peccatoresque licèt temporalibus voluptatibus delectentur, si eorum corda patefierent, carbonibus nigriora, tristioraque reperirentur. Et ita etsi gaudent, sunt tanquam non gaudentes, sicut affirmat Eccle-
Eccle.33. siasticus, dicens: Præcordia fatui quasi rota carri. Rota carri non vncta semper stridet, talia sunt viscera peccatoris. Cū enim Spiritus sancti vnctione careant, semper strident, & inquieta sunt propter interiorem conscientiæ morsum, & obtrectationem. Quod si quis dicat: Pater nonnulli peccatores scelerum pelago innatant, nec tamen ad eorum corda mœror accedit: quomodo 19
tu dicis in eis quandam esse imaginem inferni? Hoc vtique ma-
Simile. gnæ deprauationis est signum. Tempore belli [*Quando disparan y fuenan los tiros del artilleria,*] & præ armorum strepitu mundus corruere videtur, si qui sunt illic ebrij rident, lætique sunt, atque quieti, quasi omnia tranquilla, & pacifica essent. Quomodo hi tanto periculo expositi, rident, atque lætantur? Sunt quippè ebrij, & insani, illumque armorum strepitum aliquem arundineum ludum, aut rem magnæ lætitiæ esse putant: ideòque cùm eos lamentari oporteret, rident, & exultant. Credite mihi fratres, vitia huius sæculi sunt vinum inebrians homines: quibus si nimis indulgeant, tanquam ebrij, insensati, atque irrationabiles manent.

20 manent. Contra hos exclamat Isaias, dicens: Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Hi igitur sic inebriati non sentiunt in quanto discrimine versentur, & ita cum flere deberent, lætantur, & rident. Et cùm prædicatores in pulpitis, siue illorum amici charitatiue illos hortantur, & inferni cruciatibus comminantur: omnia illudunt, exaggerationesque ac dicendi modos esse arbitrantur: ac tam securi alacresque manent, quasi quæ fides, sanctumq; Euangelium prædicat, mendacia essent. *Isai.5.*

Dicit igitur diuinus Magister: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Hunc locum grauissimi Doctores exponentes varias protulere sententias sanctitate, ac veritate conformes. Hoc autem nunc dicere mihi visum est, spiritus
21 paupertatem esse voluntariam quandam temporalium bonorum abdicationem, & renuntiationem, ita vt nihil terrenum, ac temporale hominis cordi dominetur: diciturque paupertas spiritus, quia maxima spiritus voluntate diligitur. Sicut quum quenquam magna spiritus affectione spiritalia videmus efficere, dicimus: Ille est spiritu feruidus: sic commendans Diuus Paulus Lacedæmones dicit: Altissima paupertas eorum abun- *2. Cor.8.*
dauit in diuitias simplicitatis eorum: quia secundum virtutem testimonium illis reddo, & supra virtutem voluntarij fuerunt. Quæ paupertas, quia nimis voluntaria, ideò altissima, & magni meriti erat: virtutum enim actus quo magis voluntarij sunt, eo magis sunt meritorij. Hanc paupertatem hic summus mundi Magister commendat, qua effrænatam tem
22 poralium bonorum cupiditatem, & affectionem conatur euer- *Ionæ.4.*
tere. Sedebat sanctus Ionas sub vmbra viridis hederæ, & lætatus est super hedera lætitia magna. Et parauit Deus vermem, & percussit hederam, & exaruit. Hîc diuinæ huius sententiæ doctrina cælestis delineata fuit. Per hederam temporalia bona significantur. Hedera enim, si arbori, aut alicui rei solidæ hæreat, nimis in altum tollitur: sin minus per humum serpit. Hoc etiam temporalibus rebus est proprium. Quæ si hospitali, carceri, pauperique adhæreant, vsque ad cælum ascendunt: quod si alicui pietatis operi non adhærent, per terram serpunt. Cùm enim soli pompæ, vanitatique deseruiant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad cælum non ascendunt. O quàm eximia consideratio hæc. 23
O fratres diuites, ne diuitias vestras in terra manere patiamini, thesaurizate vobis thesauros in cœlo, operibus misericordiæ illas impendite, & sic ascendent, vt eas in cœlo custoditas reperiatis, cum illuc iueritis. Sub huius hederæ vmbra sedet homo gaudens, cum temporalibus fruitur bonis. At vermis quidam ore suo hederam hanc abrosit, & fecit arescere. O Christe vitæ reparator, & animarum nostrarum amor dulcissime, Tu es Domine hic vermis. Et ità per Prophetam dixisti: Ego sum vermis, & non homo, quia non es homo superbus, & malus, sicut cæteri homines. Tu Domine viridem hanc hederam abrosisti, cum sacratissimum os tuum aperiens dixisti: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ex tunc æstimatæ sunt diuitiæ á iustis sicut res arida, & 24
absque vera pulchritudine: multique ab eis affectionem abstrahentes illas libentissimè, ardentissimoque spiritus feruore reliquerunt. Verum væ, væ væ vobis, ò Christiani, multos etenim vestrùm alloqui volo. Dicàte, si superni huius magistri discipuli estis, vnde vobis tantus diuitias possidendi agon aduenit? Vnde vobis tam detestabilis hæc auri fames processit? Quo modo cum hedera à diuino hoc verme fuerit abrosa, atque arefacta, vobis tamen viridis, ac decora videtur? Si Dominus dixisset: Beati diuites, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, non esset mirum, si tanta solicitudine diuitias quæreretis. Cùm autem dixerit: Beati pauperes: tam anxij illas exquiritis? Quæ amentia est ista fratres, quod cum Christianam religionem pro 25
fiteamini Ethnicè, barbarèque viuatis? Vos estis Christiani professione, sed Ethnici conuersatione. Viuite, viuite secundum fidem, quam habetis, ne vos metipsos decipiatis. Hęc temporaliũ bonorum abnegatio diuino amore corda maximè fulcit. Et ita vbi nos legimus in Isaia, Laudabit te populus fortis, septuaginta interpr. transtulerit. Benedicet tibi populus pauperũ. In quo ostenditur in diuina phrasi idẽ esse, pauper & fortis. Hæc enim voluntaria paupertas est certissima quædam via ad fortitudinẽ cõsequendam.

Psal. 21.

Isai. 52.

Subditque diuinus Magister dicens: *Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.* Hæc virtus ex superiore proficiscitur. Nisi enim quis

26 quis honorem, diuitiasque dilexerit, quanuis eas amittat, aut aliquis subtrahat, non rapietur in iram: quia in amissione rerum (ait Diuus Augustinus) tantus oportet quod sit dolor, quantus in illis erat amor. Et sic vbi nos legimus in Isaia, Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum, Sept. interp. verterunt: Conculcabunt eam pedes, pedes mansuetorum. Itaque quos vna translatio pauperes, hos alia mansuetos appellat. Inquo significatur paupertas spiritus fons esse, ex quo mansuetudo dimanat. Et hæc virtus hominem inclinat, vt nocentibus sibi benefaciat. Te persequenti non officere, ex patientia prouenit, eidem verò proficere, ex mansuetudine proficiscitur. Superbia homines mouit, quò ferociter, atque tyrannicè huius terræ dominarentur: at terra viuentium non ty-
27 rannide quidem neque ferocitate sed patientia potius, & mansuetudine comparatur. Et sic dicitur in Prouerbijs: Arma & gladij in via peruersi: custos autem animæ suæ longè recedit ab eis. Vbi alij transtulerunt: Arma, & gladij in via superbi: In quo ostenditur superbia peruersum hominem ad tyrannides exercendas, armisque & gladijs vtendum commouere. At custos animæ suæ mansuetè recedit ab eis: quia super omnia æternam beatitudinem nititur possidere. Aliquam in humano corde iram exurgere non est mirum: valde tamen mirandum est hominem rationalem eam sic accrescere pati vt eius mancipium efficiatur. Et sic dixit Patriarcha Iacob loquens de Simeon, & Leui, Qui in furore suo occiderunt virum, Maledictus furor eorum: quia pertinax, & indignatio
28 eorum, quia dura. Maledictum vocat furorem, quia pertinax. Moyses duos viros Hebræos, qui secundum nonnullorum sententiam, erant Dathan, & Abiron, decertantes vidit. Et charitate cõmotus, dixit ei, qui faciebat iniuriã: Quare percutis proximũ tuum? Qui iratus in eũ respõdit: Quis cõstituit te principem supernos? Num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptiũ? Cognoscensq; Moses homicidiũ, quod fecerat, esse reuelatũ, fugit ab Ægypto. Trãsactisq; postea quinquaginta, & pluribus annis reuertẽs Moses in Ægyptũ octogenari⁹, vt populũ Israel Pharaonis seruitute liberaret, etsi tot fecit miracula, vbi primũ ad solitudinẽ accesserũt, Dathã & Abirõ quos ipse quõdã rixãtes se parauerat, primi in eum simultates cõcitarunt. Ex quo apparet

Aug.

Isa.

Prou. 22.

Gene. 49.

Exo. 2.

quam

quàm altas ira, & odium in illorum maledictorum hominũ ani- 29
mis radices egerat, siquidem adhuc post quinquagesimum annũ
durabat. Deus nos liberet odio cordi impresso: tot enim vires col
ligit, adeòq; hominem excæcat, vt eum alium hominem impel-
lat occidere. Quàm execrabile autẽ hoc Deo sit, patet ex ijs, quæ
Gene.9. dixit in Genesi: Sanguinem, inquit, animarum vestrarum requi
ram de manu cunctarum bestiarum. Hoc est, etiam in brutis ani
mantibus immanitatem hanc puniam. Quod si Deus promittit
brutum animal, quod hominem occidit, à se esse puniendum:
quale supplicium de homine sumet, qui rationalis cum sit, quasi immanis bellua furore se finit excæcari, fratremque suum interimit? Ecquis audiens Deum animalia, quæ nullam admittunt culpam, esse puniturum, non obstupescit? Ideò nos Bea-
Ephes.4. tus Paulus admonet, dicens: Irascimini, & nolite peccare. Sol 30
non occidat super iracundiam vestram: nolite locum dare diabolo. Dicens hîc sanctus Apostolus: Irascimini, non nobis permittit irasci, sed vult dicere: Si tanquam homines imbecilles ira concitati fueritis, statim eam comprimite, quò saltem ad lethale peccatum non perueniat. Quod si tanta fuerit miseria vestra, vt eam sinatis accendere, sol non occidat super illam. Hoc enim Sathanas maximè vult, scilicet, vt iram in vobis aliquantulum requiescere patiamini. Hic quippè fons erit, ex quo ipse multa mala eliciet. Ideòque statim addit, dicens: Nolite locum dare diabolo. Quod si quis quærat, quomodo ira superari possit, sensualitasque domari, hæc vtiq; sicut noua mula domabitur, quãdiu compedibus deuinctam tenetis, nec eam soluitis, quousq; dometur. Sic tu ô frater sensualitatem tuam, quasi 31
mulam indomitam compedibus alliga silendo, nec iniurijs respondẽdo, tibiq; metipsi interius resistendo, ita, vt quanuis passio te solicitet, vt vlciscaris, tunc conforteris assiduos charitatis actus exercens, Deumque rogans, vt cor tuum mitiget, tibique nocenti benefaciat. Atque etiam considera hominem sibi damnum inferenti Dei esse ministrum, quo te propter scelera tua punit. His compedibus bestiam hanc vincire debes, nec eam soluas quousque quietam, nimisque domitam experiaris.

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Valdè notandum est primũ iustũ, qui in mũdo natus est, luctũ fuisse vocatum. Et hic
Gene.4. fuit Abel, qui significat luctũ. Et Seth natus est filius, quẽ vocauit

32 uit Enos: iste cœpit inuocare nomẽ Dñi. Et Enos significat hominẽ afflictũ. Itaq; prim⁹ iust⁹, & prim⁹, qui cœpit inuocare nomẽ Dñi, hoc est, eũ prędicare, alioq; docere, vt eum inuocarent, atq; laudarẽt, nomina habuerũt, quibus significatũ est iustorũ vitã super terrã esse debere continuũ luctũ, & afflictionẽ pro abominationibus, quæ committendæ erant. Hic autem fletus nõ requiritur in oculis, sed sufficit, si sit in corde. Nam loquens Deus cum Samuele dixit ei: Quousque tu luges Saul, cùm ego proiecerim eũ, ne regnet super Israel? Non plorabat Samuel, vt puer, *1. Reg.17*
sed tristis erat. Et hoc vocat Dominus fletum. Sic dicimus eos, qui ob sua, alienaque peccata contristantur, lamentari, quia verò lugent, consolabuntur. Per has vias sancti ad Deum peruenerunt. Per spiritus paupertatem iter fecerunt sancti Apostoli, fa-
33 ciuntque sancti, atque humiles religiosi. Per mansuetudinem, & patientiam gressi sunt glorioſi Martyres, & per lachrymas processerunt sancti sacerdotes, qui aliena peccata plorarũt, veriq; pœnitentes, qui sua lamentantur. Per misericordiam ambularunt sancti confessores, plurimiq; sancti coniugati. Per cordis puritatem sanctæ virgines ad ætherea regna peruenerunt. At vos quotquot adestis fratres, interrogo, per quam harum viarum iter facitis? Timeo quidem, ne quis, aut ne qui adsint, qui per nullam earum gradiuntur: qui nec pauperes spiritu, nec mites, nec mundi corde sunt, nec peccata sua flere norunt. Et tamen securi viuunt, ridentque & delectantur, cùm extra cæli vias ambulent, quasi omnia, quæ sanctum hoc Euangeliũ docet, fabulæ essent. Fratres mei Deum timete, perditionem vestram lamentamini,
34 feruentissimeque per sanctas has vias iter facere incipite,
diuinamque gratiam consequemini, qua cælestis
gloria comparatur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius,
Amen.

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

In eodẽ Festo omniũ Sanctorũ Concio Tertia

Videns Iesus turbas ascendit in montem. &c.
Matth. 5.

Hiere. 3. MAgna cum exaggeratione dixit Hieremias Propheta: Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, & tacebit: quia leuauit se super se. Quasi diceret: Hæc tria, scilicet, hominem sedere, ideſt, quiescere, & statu suo contentum viuere, solitariumque esse, vt peccandi occasiones fugiat. Deoque impensius vacet, & tertium, scilicet tacere, non impetrat, nisi, qui leuauit se super se, hoc est, qui sui Dominatus est. Vtque facilius, & suauius ad tantam sublimitatem perueniatur, dicit hic sanctus propheta, multum conducere, si cursus multò antea capiatur, ideſt, si homo ab adolescentia sua diuino iugo se subiecerit. In quibus verbis ostenditur quam pretiosum sit silentiũ. Ideoq; illud magnopere D Iacobus commẽdat dicens. Sit omnis homo velox ad audiendũ, & tardus ad loquendum. Vt enim sapiens ait, in multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Nam, sicut ex interiori horologij ordine, aut perturbatione ipsius exterior moderatio, aut inordinatio prouenit: sic ex interiori cordis compositione exterior verborum, atque operum etiam moderatio proficiscitur. Non solum autem inter viros diuinę fidei lumine illustratos, sed etiam inter eos, qui illa caruerunt, silentiũ maximè commendatur. Sicut enim nonnulli beneloquendi artes, qualis est rhetorica, faciunt: sic Socrates bene tacendi librũ composuit. Non enim minor est scientia, nec minus necessaria scire bene tacere, quã bene loqui. Et ità discipulis suis primo quinquẽnio silentiũ iubebat obseruare, dicebatq;. Loqui ignorabit, qui tacere nescit, Et Plutarchus, Pauca, inquit, loquẽtibus paucis legibus opus est. Dicitq; inferius, Sicut vasa vacua magis, quàm plena sonant, sic stultos loquaciores esse sapiẽtibus. Et quẽadmodũ duæ cuppę, altera vacua, & altera plena solo sonitu differũt, sic

Iac. 1.

Prou. 10.

Simile.

Socrates

Plut. de educati. liberor.

4 sic stultus tacẽs à sapiẽte nõ differt: eiusq; verba ipsius insipiẽtiã patefaciũt. Hoc silentiũ à diuinis literis adeo cõmendatũ nos supernꝰ Magister Iesus Christus Dei filius suo diuino exẽplo mirifice docuit. Nã quasi triginta annos tã diligẽter silentiũ custodiuit, vt vsq; ad illud tẽpus in sancto Euãgelio nõ dicatur fuisse locutus, nisi cũ sacratissimæ genitrici suæ dixit: Nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et quæ illic in tẽplo in medio doctorũ locutus fuit, quæ, vt ibidẽ sanctꝰ Euãgelista refert, talia erãt, vt oĩs, qui eũ audiebãt obstupescerẽt super prudẽtia, & respõsis eius. Et postquã pertã ineffabiliũ miraculorũ operationem se mundo manifestauit, parum etiam locutus est. *Luc. 2.*

Ideoq; dicit sanctus Euangelista. *Aperiens os suum docebat eos.*
5 De homine semper loquẽte non est cur dicatur: aperuisse os suũ siquidem ferè semper illud habet apertum: quod si aliquando tacuit, quasi miraculosè illud clausisse dici potest. Qui verò tacens est & silentium obseruat, per exaggerationem os suum dicitur aperuisse. Et ita dicit Sapiens: In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientium os illorum. Stulti cor habent in ore, quia sine prudentia, quicquid imaginantur, locuntur: sapientes verò os habent in corde, quia prius quam loquantur, diligenter considerant quid sint locuturi, & vtrum deceat loqui, nec ne. Discamus igitur fratres ab hoc diuino magistro adeò silentium obseruare, vt per admirationẽ de singulis nobis dici possit: Aperiẽs os suum. Dicit igitur sanctum Euangelium: *Videns Iesus turbas ascendit in montem.* Etiam B. Ioannes dicit: Vidi turbã magnam, quã dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & tribubus, & 6 linguis, & populis stantes ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & cantabant voce magna dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Non est hęc turba, sicut illa, de qua sanctum Euangelũ loquitur. Hi, quorum meminit Euangelium, adhuc in periculoso huius sæculi mari versabantur: illi vero iam in securo portu morabantur. Illi candidis, isti vero maculosis vestibus induti erant. Isti adhuc in campo vulneribus conciſi dimicabant, nec quo modo sibi esset à prælio exeundum sciebant: illi vero palmas victoriæ partæ manu tenebant. Isti salutem exquirebant: illi verò Deo & agno iam gratias agebant propter salutem, quam per ipsius agni merita fuerant assecuti. Denique *Apoc. 7.*

ist.

istæ sunt turbæ, quæ turbantur: illæ verò sunt turbæ totius turba 7
tionis immunes. O fœliciſsime beatorum ſtatus, quando tandē
te perfruemur? Hunc fratres diuinum Magiſtrum per vias, quas
nobis in hodierna ſancti Euangelij lectione demonſtrat, ſequa-
mur: per has enim ad illam æternam fœlicitatem peruenitur.

Videns ergo Iesus turbas, ſcilicet, intuitu miſerationis, *aſcendit in*
montē. Videlicet, vt ſciremus ad ſpiritalia negotia tractanda quie
tem, ſolitudinemque requiri. *Et cum ſediſſet*. Sedit vtique ſicut do
ctor in cathedra [*Que por tal le graduo el eterno Padre*] cum dixit: Ip-
Matt.17. ſum audite. Et propheta Ioel dicit: Filiæ Sion exultate, & læta-
Ioel.2. mini in Domino Deo veſtro, quia dedit vobis doctorem iuſti-
tiæ, & deſcendere faciet ad vos imbrem matutinum, & ſerotinū.
Suauiſsimam ſupremi huius doctoris doctrinam animorum fœ
cundatricem vocat ſanctus Propheta opportunam pluuiam. Et 8
qui priùs, cùm legem ſcripturæ dedit, cum fulgurum, tonitruo-
rumque ſtrepitu, quo populum terruit, eſt loquutus: ipſe nunc
ſedens manſuetudine loquitur, & ſuauiſsimo ſermone auditorū
corda permulcet. Sedit diuinus Magiſter, vt nos doceret prælа-
tos [*muy de aſſiento*,] & cum tranquillitate ad animarum ſalutem
attendere debere: ſiquidem hoc eſt vnum ex præcipuis muneri-
bus, quæ tenentur exhibere. Væ autem illis, qui lautiſsimè epu-
lantur, & bibunt, voluptatibuſque lenter indulgent; quæ verò
ad animarum ſalutem pertinent, vel non faciunt, vel celerrimè,
& quaſi per tranſennam faciunt. Iſaias Propheta de prælatis Sy
Iſai.56. nagogæ querebatur, dicens: Speculatores eius canes muti nō va-
lentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia. O
vtinam malum hoc in eis ſtetiſſet, neque ad noſtra infœliciſsima 9
tempora perueniſſet: in quibus nō deſunt aliqui, qui ſunt canes
muti, non valentes latrare. Cani latrāti, ſi panis fragmentum im-
mittatur, ſtatim latrare ceſſabit. Multi prædicatores in monaſte-
rijs ſuis religioſi, aut in Eccleſijs ſuis canonici cùm eſſent feruen
ter concionabantur, & vitia reprehendebant, qui, vt primū epi-
Num.24. ſcopatui præficiuntur, protinus tacent. Balaam dixit: Si dederit
mihi Balach plenam domum ſuam auri, & argenti, non potero
præterire ſermonē Domini Dei mei, vt vel boni, vel mali quid
proferam ex corde meo: ſed quicquid Dominus dixerit, hoc lo-
quar. Mirabile eſt, cùm hic homo barbarus, & malus eſſet, auro
tamen & argento corrumpi nequiſſe, quò veritatem tacēret: te

verò,

10 verò, ô Chriſtiane, quacunque re vinci. Verum eſt Deum ali-
quando permittere prelatos canes mutos eſſe in pœnam ſcelerū
ſubditorum: ſicut ob Aſiæ peccata prohibuit, ne Beatus Paulus
Apoſtolus, ſanctique eius ſocij in ea prædicarent: vt dicitur in
actis Apoſtolorum. Vetati ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum
Dei in Aſia.

Et cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Scilicet, qui cæleſtē
illam doctrinam audire ardentiùs cupiebant: ne quod verbū præ
termitterent, atque vt diuinum illud ſemen, quod poſtea in mū-
do ſaturi erant, meliùs colligerent. Vę illis, qui ſæculares fabulas
terrenaſque res audire cupientes, diuinum verbum audire recu-
ſant. Recenſens Ezechiel admirabilem illam viſionem, quam *Ezech. 1.*
vidit, vbi ſubditos rotas currus, quem ſancta animalia vehunt, ap *& 10.*
11 pellat, dicit, rota vna iuxta Cherub vnum, & rota alia iuxta Che
rub vnum. Vbi quos prius vocarat animalia, nunc Cherubim
appellat. Animal enim aliquam ignorationem præſeferre vide-
tur: Cherub autem ſignificat magnam ſcientiam, quæ prælatis
per hæc ſancta animalia, & Cherubim ſignificatis nimis neceſſa
ria eſt. Vnde Beatus Paulus diuerſa dona referens, quæ Deus in
miniſtros ſuos diuiſit, ſic ait: Qui dedit quoſdam paſtores, & do- *Epheſ.4.*
ctores. Vbi ſignificauit, neceſſe eſſe animarum paſtorem eſſe do
ctorem, id eſt, ſapientia præditum. Dicitque Ezechiel ſingulas
rotas ſingulis Cherubim eſſe coniunctas: ſignificans quam dili-
genter ſubditos prælatis ſuis inhærere, eorumque ſancta verba
audire, & veſtigia ſequi oporteat. Et ſic dicit: Cū euntibus ibant,
& cum ſtantibus ſtabant. Vtque oſtenderet ſe ſpiritualiter ſub
12 hac metaphora loqui, ſubdidit: Quia ſpiritus vitæ erat in rotis, id
eſt, quia viuæ rotæ erāt, & ſpiritu, ac ratione ducebantur.

Tales erant ſacri Domini diſcipuli. Ideòque; *Cùm ſediſſet, acceſ-*
ſerūt ad eum: & aperiens os ſuum docebat eos. Ecce completum quod
ipſe multò antea per Iſaiam Prophetam promiſerat, dicēs: Ego *Iſai.52.*
ipſe qui loquebar, ſcilicet, per Prophetas: Ecce adſum. Ecce ego,
ait Dominus, ad maiorem veſtri conſolationē vobis per os meū
loquor. Beati, qui ex diuino illo ore verba audire meruerunt, &
ex illis fructum perceperunt: & beati, qui nunc eis debitam reue
rentiam obſeruantes, illa adimplere curāt. Hunc ſupernum Do-
minum fratres exorate, vt ſiquidem vos ore proprio docere di-
gnatus eſt, vobis ſpiritum conferat, quò ſanctam eius doctrinā

exequamini. Attendite sapientem dicere: Qui conseruat le- 13
Eccli. 35. gem, multiplicat orationem. Vbi alia translatio habet: Qui conseruat verbum, multiplicat orationem. In quo significatur ad vnum tantum Dei verbum opere complendum opus esse orationes multiplicari. Tanta quippe est cordis nostri debilitas, atque rebellio. Hic Dominus os suum aperiens docuit, quia semper tacens suo sancto docebat exemplo, Aperuit bonus Iesus os suum, vt cor reuelaret: nos autem ora nostra solemus aperire, vt corda celemus. Aperuit Dominus illud os diuinum & ex illa locupletissima sacri pectoris capsa [*joyas*] inæstimabilis valoris abstraxit, nobisque dedit, quò vitam nostram ditaret. Deus os & cor aperuit: nos verò os aperimus, & cor claudimus. Cum lingua sit clauis ad aperiendum, malignantes ea vtuntur ad claudendum. Affirmat quis, tibi se esse amicissimum, cùm tibi sit inimicus: itaque oris verbis cordis odium tegit: quem si mentiri dicas: magnasse iniuria affici, du- 14
cit. Mentiri decorum, hoc tamē sibi dici, contumelioſumiudicat.

Fratres os aperite sicut Dominus suum aperuit, scilicet, vt singulares veritates loqueretur, vtilissimamque doctrinam eruditet dicens: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Pauperes spiritu re vera sunt, qui relictis omnibus sæcularibus, eorumque affectione nudum Christum nudati sequuntur: quæ est apostolica virtus. Alij dicunt pauperes spiritu esse, qui quanuis bonis temporalibus affluant, eis tamen cor non apponunt. Implent enim quod Dauid docet dicens: Diuitiæ si af-
Psal. 61. fluant, nolite cor apponere. Alij affirmant pauperes spiritu esse, qui studiosissimè omnia relinquere vellent, quia tamen liberis, ac familia sunt astricti, hoc facere non possunt. Ego verò hos non pauperes spiritu iudico, sed pauperes spiritu quoad desiderium: quanuis ad sublimem hanc, Apostolicamque virtutem non peruenerunt. Sicuti dicitur martyr desiderio qui efficacissime martyrium exoptat: nec tamen absolutè martyr appellatur, nec à sancta Ecclesia, vt martyr honoratur: sic hi non sunt absolute pauperes spiritu, quousque omnia, maximeque semetipsos relinquant. Hæc est sublimis, & rara nimis virtus. Ideoque diuinus magister illam in initio quasi omnium caput locauit: quia complurium bonorum est fons: siquidē illa homo suimetipsius alienatus diuinæ prorsus voluntati subijci- 15
tur:

16 tur. Vt autem, quanti hoc interest, cognoscatis: aduertite, animū nostrum esse velut flammam ignis: quæ lucernæ adhærens absque requie sursum ascendit: sic animus corpori iunctus semper cupit ascendere sursum. Itaque vna ex propensionibus animi est cupere esse beatum. Deus autem dicit: Mea est potentia, per *Prou. 8.* me reges regnant, & per me principes imperāt. Quid igitur fiet, vt hoc dominandi, & sursum ascendendi desiderium, quo animus flagrat, impleatur? Remedium est Dei voluntati parere, illamque sibi beneuolam reddere. At, quomodo Dei voluntatem nobis beneuolam reddemus? Nostram vtique illi submittendo. Si enim voluntas nostra fuerit Dei voluntati conformis, erit vtraque vna, & voluntas nostra nimis potens erit si tu nihil aliud voles, quam quod Deus vult, Deus volet quod tu vis: si-
17 cut affirmat Dauid dicens: Voluntatē timentium se faciet. Etiā *Psal. 144* Lucifer, & eius sequaces sursum ascendere, & regnare cupierunt. Quia vero sese diuinæ voluntati subijcere noluerūt, miserrima quadam seruitute captiui remanserunt. Nulla huius seculi seruitus potest animæ operationes deuincire. Mancipium enim delinquēs pedibus, manibusq; vincitis: at quanuis corpore sit ligatus, animo tamē liber manet, & quidlibet cogitare potest. Dæmones verò diuinę voluntatis catena ligatas habēt cogitationes, ita, vt nihil nisi molestum, quodque ipsis cruciatui sit, cogitare possint, neque ab hoc cogitationes diuertere possunt. Diuinæ voluntati subijci noluerunt, & libertatis appetitus eos in tā infælicē captiuitatem induxit. Quod cū ita sit fratres pauperes spiritu esse curate, Dei voluntati vos prorsus submittētes quo il-
18 lud animi desiderium impleatur, ad quod corporalis paupertas multum conducit: animum enim expedit, vt se vincendo, perfectæque obedientiæ actus producendo intendat.

Quod siquis dicat: Primis parētibus dixit Deus: Dominami *Gene. 1.* ni piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouētur super terrā, in quibus verbis eos ditauit, tēporaliū que rerū omniū Dominos fecit: vt quid ergo nunc dicit: *Beati pauperes spiritu?* Quia vtiq; multū inter est inter tēpus, & tempus. *Simile.* Quādo nauis per trāquillū mare nauigat, quò onustior, eò securior est: exortavero tēpestate oportet illā ex onerari ne submergatur. Vnde procellæ tempore nautæne pereant pretiosissima quæque in mare proijciunt. In statu innocentiæ huius mundi

mare tranquillum erat. Ideoque quanuis homines temporalib' 19
bonis onustissimi essent, tuti nauigare possent, nec ea illis impedimento, sed potiùs occasioni essent Deum, à quo illa receperũt, efficaciùs amandi atque laudandi. Ideoque Deus primos illos parentes diuitijs, & dominatione tantoperè onerauit, videlicet, vt in humana vita tutiùs nauigarent. At postquam per peccatũ in huius mundi mari procella exorta est, in magno periculo nauigant homines temporalibus rebus nimis onusti. Ideoque nos oportet eis expediri, atq; illa relinquere, ne pereamus, & in perpetuum condemnemur. Quod si instes dicens, etiam post excitatam procellam Deum amicissimos sibi Abraham, Isaac, & Iacob plurimis diuitijs locupletasse: & in lege veteri sæpe illas pro legis obseruatione promisisse, atque dedisse: respondeo cum Di
1. Cor. 10. uo Paulo dicẽte: Hæc in figura facta sunt nostri. Dabat Deus pa 20
tribus illis temporalia bona in figuram spiritalium diuitiarum,
Simile. quas in lege gratiæ largiturus erat. Sicuti, qui firmum ædificium cõstructuri sunt, ligneam prius machinam Hispanicè [*cimbriar*] astruunt, super qua illud instituunt, quo perfecto illã humi prosternunt: sic temporalia priscorum patrum bona fuerunt, quasi lignea machina, super quam ineffabiles legis gratiæ spiritales diuitiæ constructæ fuerunt. Siquidem igitur verum habemus ædificium, oportet nos ligneam struem humi proijcere.

Exod. 14. Aperuit Deus mare, per quod Moyses cum exercitu suo pede sicco præterijt: ita, vt vtrinque, quasi parietes a quæ facti fuerint, quas Hebræi non attingebant, neque madefiebant. Et Bea-
Matt. 14. tus Petrus Christo Redemptori nostro dixit: Domine iube me venire ad te super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus 21
de nauicula, ambulabat super aqua, vt veniret ad eum. Quærat quispiam: Siquidem Deus voluit Beatum Petrum super aquas maris ambulare, quare non iussit Hebræis etiam super mare prẽterire, siquidem vtrunque miraculum erat? Aut cur non diuisit aquas maris, sicut Hebræis, vt per eas Diuus Petrus sicco pede transiret? Dico Deum hæc omnia mysteriosè perfecisse, videlicet, vt significaret, quid inter legis gratiæ, & veteris cultores interesse deberet. Moysi, & exercitui eius præcepit per medias aquas sicco pede præterire, significans illos à se temporalibus bonis esse ditandos: velle tamen eos neutro pariete maculari, id est, ne in eis bonorum, quæ nondum acquisierant, cupiditas, nec eorum,

22 rum, quæ comparauerant, esset auaritia. Hi quippè sunt duo fluctus, quibus temporalia bona homines submergere solent. Diuo autẽ Petro imperat super aquas incedere, illas, scilicet, pedibus conculcando, vt significaret legis gratiæ obseruatores, quorum fundamentum, & dux ipse est, omnia temporalia bona conculcantes per huius sæculi mare transire debere. Ideò diuinus magister cælestem concionem suam exorditur, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Ipse Dominus se alibi regnum Dei appellauit, dicens: Si in digito *Luc.* 11. Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. Hoc est, iam mundus possidet quod optabat. Et iterum: Regnum, in- *Luc.* 17.
quit, Dei intra vos est. Sicque hoc sensu verba hæc possumus declarare: Lætentur pauperes, seque fœlices ducant: ego enim æter
23 ni Patris regnum, regnum ipsorum sum. Beatos se iudicent talẽ maioratum possidẽtes: ego me liberaliter pauperibus spiritu dono: iam amodò me suum esse ducant. O benedictus tam liberalis Dominus. Omnes te cælestes Hierarchiæ, cunctique huius sæculi iusti collaudent: quia sic pauperes magnificare voluisti. Iã nos magni æstimemus fratres, ne sæcularibus immunditijs inquinemur, siquidem si volumus, tanti regni domini esse possumus. At dicet quispiam, si Christus, quatenus homo, est regnum Dei, quomodo est etiam regnum pauperum spiritu? Respõdeo eum Dei esse regnum quoad regimen: ipse enim dixit: Descendi de *Ioan.* 6.
cælo, non vt faciam voluntatem meã, sed eius, qui misit me. Atque hinc intelligetur, quare Diuus Iacobus diuinum hunc Salua *Iacob.* 2.
torem insitum verbum appellarit. Arbor quippè insita stirpem,
24 cui ingeritur, in sui vsum reducit, & iuxta naturam suam fructũ ferre facit. Hocque verbum diuinum sacratissimæ humanitati suæ fecit illam gubernans, inducensque opera facere secundum ipsius verbi naturam. Et quanuis regnum hoc, quoad gubernationem regnũ Dei sit, quoad redditus tamen, & merita est pauperum. Quo si diuites frui volunt, à pauperibus illud emere debent, operibus misericordiæ in eos vtentes, siquidem regnum pauperum est.

Dicit vlterius Dominus: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Mundus beatos vocat, qui bona sua viribus defendũt: miserosque, ac pusillanimes iudicat eos, qui se ab alijs contẽni, & affligi patiuntur. Cælestis verò magister mites commendat, qui ne-

mini vim inferunt: qui iniurijs affecti facilè parcunt: qui in per- 25
secutione ira, atque amaritudine non tumescunt: qui honorem,
potius, ac diuitias, quam conscientiæ tranquillitatẽ amittere vo-
lunt. Ad quam virtutem conseruandam multum conducit ho-
minem animo contemplari omnes calamitates à Dei manu pro
Amos.3. uenire: sicut affirmat Amos dicens: Si erit malum in ciuitate,
quod Dominus non fecerit. Vnde cùm sanctus Iob infortunio-
Iob.1. rum suorum nuncios accepit, scidit vestimenta sua, & tonso capi
te corruens in terram adorauit. Et inter alia dixit: Dominus de-
dit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictũ. Hæc om-
nia fecit, vt significaret se nõ esse lapidem insensibilem, sed sicut
hominem illa infortunia sentire. Quæ licèt senserit, patientiam
tamen, & cordis tranquillitatem non amisit, sed pro omnibus
Deum laudat æquo animo bona, & mala ab eius manu recipiẽs. 26
Super quo notat Origenes huius sancti viri prudentiã, nolentis
diabolo honorem illum tribuere, quia ei bona sustulerat. Licèt
enim sacra pagina dicat eum à diabolo fuisse tentatum, illum q;
mala omnia orsum fuisse: vir tamẽ Dei dicit, Dominum hęc sibi
sustulisse. Nunquam enim diabolus, vel minimum capillum ei
auellere potuisset, nisi sibi per Dominum licuisset. O si hoc pro-
fundè considerauemus, cùm nos aliqua calamitate oppressos ex-
perimur, quàm sereni, atque tranquilli per eam transiremus. Hu
ius altissimæ virtutis fuit mãsuetissimus agnus exemplar. Et sic
Matt.11. dixit: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.

Cum Dominus ad vnam Samariæ vrbem cum discipulis suis
accessisset, eius incolæ illum domi excipere noluerunt. Qua im-
Luc.9. manitate perspecta Iacobus, & Ioannes dixerunt: Dñe vis, di 27
cimus, vt ignis descendat de cælo, & consumat illos? Attendite,
quantã in hoc verbo, dicimus, impatientiã manifestant. Etenim
protinus vlcisci volebant. Quod significatur in verbo illo de præ
senti. Nisi fortè hìc accipiatur, dicimus, pro dicamus. Nam alia
translatio habet: Domine vis dicamus, vt ignis descendat de
cælo, & cõsumat illos, sicut Elias fecit? Et sic est in cõtextu Græ
co, & in trãslatione Syriaca: vbi eorum furor magis modificatur.
At mitissimus Dominus conuersus increpauit illos, dicens: Ne-
scitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perde
re, sed saluare. O bone Iesu, ô Angelorum gloria, quàm meritò
dicis: Discite à me, quia mitis sum: siquidẽ in toto vitæ tuæ dis-

cursu

28 cursu hæc, & his similia nobis mansuetudinis exemplа præsti-
tisti. De his mitibus dicit Dominus: *Quoniam ipsi possidebunt terrã.*
His enim terrena bona sicut auaris nõ dominantur: sed tãquam
domini illa possident. Vel aliter: Possidebunt terram; quia quan
uis à propria patria, & terra eijciantur, vniuersum orbem cõmu-
niter ad Deo seruiendum suum esse ducunt, nec plus vnã, quàm
aliam diligunt. Et sic vbi nos legimus: Deijcimur, sed non peri- 2. *Cor.* 4.
mus, alia translatio habet: Humiliamur, sed non confundimur.
In quo docemur, nullam iustorũ persecutionem, neq; exilium,
in ipsorum detrimentum resultare, sed potiùs omnes eorum la-
bores, & angustias maiori eis gloriæ coronæ que esse.

Beati qui lugent: Non quidem ob incõmoda, quia tristitia sęculi
mortem operatur. Nam vt peccatores ea liberẽtur, multa pecca- 2. *Cor.* 7.
29 ta cõmittere solent. At sancta tristitia ex spiritali dãno per pec-
catum illato proficiscitur. Quando Deus diluuio terram purifi- *Gene.* 7.
care voluit, rupti sunt fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli
apertę sunt, & facta est pluuia super terram. Itaque ex superiori,
& inferiori, ex cælo & terra processerunt aquæ, quibus purifica-
tus est orbis. In quo significauit Deus, ad hoc, vt in nobis lachry-
marum diluuium fiat, quo conscientiæ nostræ purificẽtur, opus
esse consideratione amissæ gloriæ, & promeriti inferni ob scele-
ra nostra. Et ex hoc metuendo principio procedit amor. O fra-
tres mei, si ex quot horis vanè consumimus, vnam saltem horam
æterna bona, quæ sceleribus nostris amisimus, & inferni tormẽ-
ta, quibus digni facti fuimus, contemplaremus quantumuis duri
essemus, lachry marum mari nataremus. *Beati qui lugent.* Signum
30 quippè est in eis diuinum spiritum flare. De quo dicit Dauid: *Psal.* 147.
Flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Sicut cum flat Auster adeò *Simile.*
omnia madefiunt, vt ipsi etiam parietes aquam distillent: sic etiã
cùm diuinus spiritus fauoribus suis flat durissimos quosque lapi-
des, id est, obstinatos etiam peccatores conuertit, facitq; eos abũ-
danter lachry mas saltem interiores effundere. *Quoniam ipsi consola*
bũtur. Hìc, scilicet, per gratiam, & postea per gloriam: ad quam
nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodẽ Festo omniũ Sanctorũ

Concio Quarta.

Videns Iesus turbas ascendit in montem, &c.

Matthæi. 5.

Oecum. OECVMENIVS Doctor Græcus, & antiquus super Epist. ad Rom. 2. c. inquit in illis verbis Psalmi quarti: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino, illud, &, esse declaratiũ: *Psal.* 4. *Psal.* 115. ita, vt dicere velit, id est, sicut accipitur alibi: Sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo: id est, nomẽ Domini inuocabo. Et alibi: Videte ne quis vos decipiat per Phi- *Coloss.* 2. losophiam, & inanem fallaciam, id est, per inanẽ fallaciam. Ex quo patet sanctum Prophetam in illis verbis spem appellare sacrificium iustitiæ. Nam infinitæ Dei probitati, & veritati spes iure debetur: estq; sacrificiũ diuinę maiestati gratissimũ: simulq; humanum cor ad virtutum exercitationẽ, laborumq; tolerantiã *simile.* maximè fulcit. Lusoribus pilæ verno tempore nimis necessariũ est linteum ad sudores ex assiduis corporis motibus procedentes abstergẽdos: maximeq; si vnus pilas à duobus, vel tribus immissas reijcere debet. Iusti in hoc sæculo similes sunt lusoribus pilę. *Psal.* 126. Et ita dicit Dauid: Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum. Excussores sunt reiectores. Hoc vocabulo iustos, quorũ filij, quasi velocissimæ sagittæ in virtute volant, sanctus Prophe- 3 ta nuncupat, quia semper pilas sibi à mundo, diabolo, & carne immissas reijciendo intendunt. Diabolus aereas pilas iustis injicit, eos superbia, inaniq; gloria tentans: mundus cupiditatis, & auaritiæ: caro autem luxuriæ, sensualisq; turpitudinis pilas immittit. Et sicut lusores pilam velociter non reijcientes, sed eã manu detinentes defectum admittunt, & ludum perdunt: sic iusti, si aduertenter malas cogitationes à mundo, diabolo, & carne oblatas retinent, Deum offendunt. Ne igitur hos defectus admittãt, Deumq; offendant, diligẽter curãt à se protinus has pilas emittere. In his autem laboriosissimis exercitationibus oportet eos linteo spei mercedis precingi, quod est linteum vtrinq; perfectum, id est [*Toalla labrada a dos haces.*] Est enim spes gloriæ animi, & corporis.

4 poris. Hoc linteo sudores & fatigatiões, quas in spiritali vita patiuntur, abstergunt: hocq; cor ad perseuerandum vsq; in finem fulcitur. Et sic vbi nos legim⁹ in Psalmo: Credo videre bona Do- *Psal.* 26. mini in terra viuentiũ, alij verterũt: Nisi credidissem me visurũ bona Dñi in terra viuentium. Est hæc oratio more Hebraicę linguæ præcisa: quæ ad nostrum propositum hunc sensum efficit. Cum multi aduersum me hostes consurgerẽt, in tot angustias redactus fui, vt, nisi diuinam probitatẽ in terra viuentiũ me visurũ esse sperarẽ, iam penè deficerẽ. Ideò cum Dñs humillimũ illud, simulq; laboriosum opus facturus, scilicet, discipulorũ pedes lo- *Ioan.* 13. turus esset, prius linteo se præcinxit. Scilicet, vt nos doceret ad laboriosa, humiliaq; opera facienda, nosq; mortificationis actibus exercendos spei æterni præmij, qui est ipse Deus, linteo nos prę- 5 cingi oportere. Et cùm Dominus glorioso corpore surrexit, sudarium in sepulchro plicatum reliquit, sicuti post ea sancti Apostoli repererunt: vt significaret post vniuersalem corporum resurrectionem iam linteo spei non opus esse, siquidem, quod sperabamus, iã possidebimus. Etiã vt sanctus Iob significaret quàm necessaria & vtilis est spes præmij, prius humanam vitã militiã appellauit, dicens: Militia est vita hominis super terrã: & sicut dies *Iob.* 7. mercenarij dies eius. Sicut seruus desiderat vmbrã, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui: sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. Ecce quomodo vitã iusti, vernos, hybernosq; menses quietis, saturitatis, & indulgentiæ expertes prætereuntis vitæ mercenarij confert, qui toto die laborat mercedis spe fultus, noctemq; propinquare desiderãs, vt 6 illã accipiat, atq; fruatur. Illãq; militis armis onusti, noctu dieq; magnos labores perferẽtis vitæ cõparat: qui hac vna spe fulcitur, scilicet, quòd expugnata vrbe, quam obsidione premit, eius spolijs ditabitur. Sanctus Dauid nobis omnibus dicit: Circundate *Psal.* 47. Sion, & complectimini eã, id est, quasi præstãtes milites cælestẽ Hierusalẽ obsideamus, nec ab obsidione desistamus, quousq; eã expugnemus. Vt enim summa veritas dixit: Regnum cęlorum *Matth.* 11 vim patitur, & violenti rapiunt illud. Vt autem constãtius dimicare cõcitemini: audite, quid de hac beatissima vrbe D. Ioannes dicat: Vidi, inquit, ciuitatẽ sanctã Hierusalẽ habentẽ claritatem *Apoc.* 21 Dei, & habebat murũ altũ, habentẽ portas duodecim. Ab Oriẽte portæ tres, ab Occasu portæ tres, ab Aquilone portæ tres, ab

Austro portæ tres: & muros ciuitatis ex lapide iaspide: ipsaverò 7
ciuitas aurum purum simile vitro mundo. Dicit se vidisse sanctã
Hierusalem (nõ vtique de peccatrice loquitur, quæ Dominum
Deum suum occidit: sed de cœlesti, vbi ei perfectissimè obedi-
tur) illamque ab omnibus quatuor orbis partibus portas habe-
re, significat homines ex omnibus nationibus posse saluari, si-
cuti reuera plurimi saluabuntur. Illamq; ex singulis partibus
tribus portis esse patentem significat, singulos in illam ingres-
suros siue ex oriente, siue ex occasu per sanctissimæ Trinita-
tis fidem diuina gratria, & charitate viuificatam ingredi opor-
tere. Et murus sublimis significat cœlestium bonorum fir-
mitatem, neque enim sunt vllo vnquam tempore peritura.
Ideoque ex viridi iaspide esse dicitur. Viridis autem color val-
de delectat. Sicque vnum ex ijs, quibus iusti in cœlo maximè 8
delectantur, est scire bona, quibus fruuntur, firmissima esse, nun
quamque finienda. Totaque ciuitas ex auro purissimo, & quasi
Apoc. 3. vitro transparente dicitur esse. Per aurum charitas designatur.
Et ita dixit Deus: Suadeo tibi emere à me aurum, quo locu-
ples fias. Charitasque huius sæculi plerunque non est exacta,
sed fœcibus infecta. Ideo nanque à Deo in tot laborum forna-
cem immittimur, vt charitas nostra purificetur. Et qui cum cha-
ritate satis exacta, & pura ex hac vita non discesserint, per purga
torij clibanum præteribunt. Et sic dicit Diuus Ioannes ibidem:
Apoc. 21 Non intrabit in eam aliquid coinquinatum. Charitas enim cœ
lestium spirituum est aurum exactissimum, omnique fæce ca-
rens. Diciturque tanquam vitrum esse transparens. In hoc sæcu
lo quanuis charitate prediti simus, nescimus tamen, nequevide- 9
mus, an nobis insit, at in cœlo. Charitas est aurum transparens.
Norunt enim iusti se in charitate persistere, atque à Deo diligi,
Deũq; ab ipsis amari, intrinsecoq; amore alios ab alijs inuicẽ re-
damari. Ecce diuitias vrbis, quæ nobis iubetur expugnari. Quid
vobis videtur? Si tale est exterius, quale erit interius? Si audiretis
copias conflari ad vrbẽ expugnãdã, inqua nihil est aliud, nisi au
rũ exactissimũ, quam celeres, alacriq; animo illam oppugnaturi
pergeretis, sperantes vos ab ærumna, atq; egestate exituros? quã
tò igitur diligentius ad tam splendida, æternaque bona compa-
randa confortari debemus? Eia igitur fratres circundate Sion, &
complectimini eam.

Vna

10 Vna ex causis, ob quas hæc sancta Ecclesia, militans appella
tur, est, quia cum triumphante bellum gerit. In cuius signum
postquam Adam peccauit, collocauit Deus ante paradisum vo- *Gene. 3.*
luptatis Cherubim, & flammineum gladium ad custodiendam
viam ligni vitæ, vt significaret, nisi Adam peccasset, absque
prælio hominem in paradisum ingressurum fuisse: post pecca-
tum verò necesse esse milites huius sanctæ Ecclesiæ cum illius
habitatoribus dimicare, quousque illos superent. Illi nobis as-
siduò acutissimas immittunt sagittas, quæ sunt inspirationes,
illuminationes, & inflammationes, quas nobis sancti Angeli
à Deo impetrant, quibus corda nostra feriuntur. Nos etiam
hinc eis creberrima debemus immittere tela. Oratio acutissi-
ma est sagitta. Nam in Eccl. dicitur: Oratio humiliantis se nu- *Eccli. 35.*
11 bes penetrat. Cum flemus, gemimus, & suspiramus, sagittas
immittimus, quibus cœlos traijcimus, & Dei cor vulneramus.
Ipse enim dicit in canticis: Vulnerasti cor meum soror mea spõ
sa, in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Quod si *Cant. 4.*
vna oculorum ad eum eleuatione, vnaque sancta cogitatione
vulneratur, quid erit, si plurima suspiria, & lachrymæ profun
dantur? Et quemadmodũ emissarius, idest (*el artillero*) ferreũ *simile.*
globum in vacuam fistulã i. (*arcabuz*) imjcit, simulque posito sul
phureo puluere ignem applicans eum iacit, & quemlibet per-
cutit: sic eleemosyna in paupere temporalium bonorum vascu-
lo quasi in fistula collocata sanctę intentionis pulueri mista diui
ni amoris igne applicito tam velox erumpit, vt ad cœlos ascen-
dens ipsius Dei, atque Angelorum eius viscera feriat. Necnon
12 pœnitentia, cæteraque pietatis opera nostra sagittę sunt, quibus
totam cœli curiam vulneramus. Et quasi illa expugnata Dñs il-
lius gubernator nobis facultatẽ concedit in eã tẽpore à se statuto
ingrediendi, vt ineffabilibus illius diuitijs perfruamur. Quando
milites vrbem expugnant, accidit aliquando ignauiores, & ti-
midiores maiorem prędæ partem arripere. Et quantumcunque
quisque bonorum sibi capiat semper tamen secum queritur di-
cẽs: O si plus capere possem. In cœlo autẽ nõ sic erit: neq; enim
ignaui plusquã fortescõsequẽtur, Nã, vt D. Paul. ait, vnusquisq; *1. Cor. 3.*
proptiã mercedẽ accipiet secũdũ suũ laborẽ. Omnesq; cõtẽti ma
nebunt. Singuli namque illud psalmi dicere poterunt. Imple- *Psalm. 16*
bis me lætitia cũ vultu tuo, satiabor, cum apparuerit gloria tua.

Ecquis

Ecquis igitur tãti boni spe fultus, quasi miles præstãtissimus nõ 13
incipiat dimicare? O miserũ illũ, qui hæc audiens nõ magis com
monetur, quàm si ea nõ audiret, aut nõ crederet. Vt cælestis ma-
gister Iesus Christus hanc tã necessariã in cordibus nostris spei
virtutẽ imprimeret, tot in hoc sancto Euangelio præmiorũ ge-
nera virtutum operarijs promisit. Et in fine cõclusit, dicens: Gau
dete, & exultate, quoniã merces vestra copiosa est in cælis. Non
specificat quodnam sit præmiũ, tantũ enim est, quod nullis ver-
bis possit explicari. Magnum quoddã ad hoc propositũ in Can-
Cant.5. ticis mysteriũ reperietis. Scilicet, cùm sponsa dilectũ suũ quæ-
reret, ei filiæ Sion dixerũt: Qualis est dilectus tuus, ô pulcherrima
mulierũ? Ipsaq; eius perfectiones cœpit recensere, dicens: Dile-
ctus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Caput
eius aurum optimum. Comæ eius, sicut elatæ palmarum. Oculi 14
eius sicut colũbæ. Genæ eius sicut areolæ aromatum. Labia il-
lius distillãtia myrrham primam. Manus illius tornatiles, aureæ
plenæ hyacinthis. Guttur illius suauissimũ: totus desiderabilis.
Mirabile est, quot res inuenit, quibus singula conferat mẽbra,
comparans auro caput, &c. Solùm guttur nulli rei cõparauit, sed
tantùm dixit: Guttur eius suauissimũ. In quo significauit in hoc
sæculo potentiã, misericordiam, sapientiã, ac liberalitatẽ esse, ex
quibus quodãmodo Dei potẽtia, sapiẽtia, probitas, ac liberalitas
possit inuestigari, quę omnia per illa spõsi mẽbra significãtur: ali
quãq; inter vtrasque similitudinẽ esse posse, licèt omnia, quæ in
Deo sunt, res huius sæculi infinite præcellũt. At spõsi guttur, qui
sunt gustus, quibus in gloria beati fruũtur, nulli huius sæculi rei
posse conferri. Et quia sponsa nihil in orbe reperit, cui illud me- 15
ritò posset cõparare, solũmodo dixit: Guttur eius suauissimum.
Ecquis igitur fratres mei, hæc audiẽs nõ expergiscitur, sæculari-
busq; relictis tã necessaria, & præstantia bona perquirit? O super
ne pater luminũ, hos, quæso, cæcos illumina, quò quid ipsorũ ne
gligẽtia prætermittat, apertè cognoscãt. Per viscera misericordię
Augusti. libro. 2. de serm. Dñi in monte homi. 5. tuæ, his verbis meis efficaciã confer, quò aliquid hodie in eorum
cordibus operẽtur, vt per has vias pergere feruẽter incipiãt, quas
vnigenitus filius tu⁹ diuinũ os suũ aperiẽs in hodierna sancti Euã
gelij lectiõe nos docuit. Quarũ prima est: *Beati pauperes spiritu, quo-*
niã ipsorũ est regnũ cælorũ. B. Augustinus probat aliquã do in diuinis li-
Psal.148. teris hoc nomen, spiritus, ventũ significare. Vt in Psalmo: Ignis,
grando,

grando, nix, glacies, spiritus procellarum. Et in Act. Apost. Fa- *Act.1.*
ctus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus ve
hementis. Quapropter, inquit, rectè intelliguntur hìc pauperes
spiritu humiles, & timentes Deum, id est, non habentem inflan-
tem spiritum. Vnde infertur superbos esse diuites venti, & sic
prę superbia tumẽtes, vanos, vacuosq; incedere. Quãtum autem
facinus sit superbia, patet ex supplicio, quo Deus eam punire
consuescit: quod maximum est vt affirmat Dauid, dicens: Re- *Psal.30.*
tribuet abundanter facientibus superbiam. Vbi alij verte-
runt: Retribuit abundanter facientibus superbiam. Et sic est
in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica. In qua trans-
lationum varietate significatur, Deus non solùm eos in inferno
esse puniturus, sed in hac etiam vita magnis calamitatibus, & la-
17 boribus illos affligere solere. Iusti autem sunt pauperes spiritu,
id est, vento, atque superbia, quia humiles sunt. Hæc virtus adeò
grata est Deo, vt omnes pœnas, quas Deus per peccatum homi-
nibus inflixit, fuerint ad eos humiliandos: & quasi salubri quo-
dam medicamine à superbia sanandos. Miratur Beatus Augusti- *Augusti.*
nus, cur cùm Eua postquam creata fuit, virago fuerit appellata, *libr. 11. c.*
cùm post peccatum morte damnaretur, vitæ nomen acceperit. *37. super*
Tunc enim appellata fuit mater cunctorum viuentium, vt patet *Gene. ad*
in Genesi. Vbi postquam sacra Scriptura retulerat pœnas, qui- *liter.*
bus Deus primos parentes punijt, immediatè dicit: Et vocauit *Gene.3.*
Adam nomen vxoris suæ, Eua, eo quòd mater esset cunctorum
viuentium. Melius illi nomen hoc conuenire videbatur, statim
postquam formata fuit, cùm immortalitatis & iustitiæ donum
18 acceperat: quàm postquam in eam mortis fuit prolata sententia.
Quomodo nomen vitæ cum mortis sententia quadrat? Respon-
det idem Doctor, aptissimè illi nomen vitæ tunc impositũ fuis-
se, cùm ei dona illa, quæ superbiendi occasioni fuerunt, subtra-
cta sunt: & cùm se tot miserijs subiectam vidit, quæ illi passim
humilitatis occasioni futuræ erant. Quò ærumnarum cognitio-
ne admonita coram Deo se humilians, vitam recuperaret, quam
cęlestium donorum abusione perdiderat, & in ea conseruaretur.
O admirabile Dei artificium, quam apertè manifestat quanto-
perè nos humiles esse desideret: siquidem nos tot laboribus ob-
sedit, qui semper quasi concionatores nos humilitatem admone
rent. Et sic vbi nos legimus in Psalmo: Non apponat vltrà ma- *Psal.9.*
gnificare

gnificare se homo super terrã. Beatus Hieronymus ex Hebræo 19
vertit: Non apponat vltra magnificare se homo de terra. Id est,
siquidem homo est terra vilissima ingentibus miserijs refertissi-
ma, iam non est cur se magnificet, atque superbiat. Vbi illud, vl-
trà, referendum est ad illud primum peccatum admissum, quan
do labores hi non erant, qui omnes humiliationes appellantur.
2. Cor. 12. Quo vocabulo vtitur Diuus Paulus, dicens: Ne iterum cum ve-
nero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his, qui
ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam. Vbi hanc affli-
ctionem appellat humiliationem.

Ex hac humilitate mansuetudo, & cordis tranquillitas profi-
ciscitur, qua homo super terram pacificè viuit. Ideòque Domi-
nus protinus addidit: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Et
quia sicut in lucida, quietaque aqua perspicaciùs cernitur, quid 20
in ea insit, quàm in turbida, & reuoluta: sic etiam viri mites, atq;
tranquilli mentem clariorem, aptiusq; dispositam habent ad sce
lera sua cognoscenda, quàm ira, & passione turbati: cumq; ea co-
gnoscant, protinus lamentantur. Ideòque post quam dixit: *Beati*
mites; illicò subdidit: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Hoc
non de omnibus lugentibus intelligitur. Nonnulli enim tam fa
ciles sunt ad plorandum, vt lachrymas in manicis gerere videan-
tur. Vix calamitatem audiũt, cum lachrymarum imbres immit-
tũt. Non loquitur hîc Dominus de his lachrymis. Laus enim de
morali opere debet esse, quod facere, aut prætermittere sit in ho
Aristote. minis facultate. Nam, vt Aristoteles ait, per ea, quę insunt nobis
lib. 2. Ethi à natura, neque laudamur, neque vituperamur. Fateor tamẽ non
co. c. 5. to- nullos naturalibus passionib⁹ vti meliùs, quàm alios scire. Sicut 21
mo. 5. vnus & idem cibus ab vno coquo optimè condietur, & ab altero
Simile. disperdetur: sic decor, vox, ingenium, lachrymarum facilitas, cę-
teræque naturales passiones, quibusdam sunt occasio boni, quia
eis vti sciũt, alijs verò mali propter eorum peruersitatem, atque
malitiam. Ex quo infertur insipientis esse dicere cuiquam: Ne
sis choleric⁹, ne sis tener corde: quia hæ naturales passiones sunt.
Dicere autem ei debetis: Ista cholera, cordis facilitate, ac lachry-
mis vtere sapienter. Cùm miserandam fabulam tibi audien-
ti lachrymas oculi destillant, confundere, quia propter ea la-
chrymaris, cùm peccata tua non plores. Nec immodicas hîc Do-
minus lachrymas, tristitiamque commendat, quam ex viri, aut
filij

22 filij obitu percipis, qua ita excæcaris, vt ne rem diuinam quidem velis audire, in quo Deum vlcisci velle videris. Diuinæ voluntati conformare, ô soror, attendeque si viro orbata fuisti, Deum tibi illius loco manere, qui viduarum sponsus, & orphanorum pater appellatur. Audi Beatum Paulum dicentem: Sæculi tristitia mortem operatur. Lachrymæ verò, quas hîc diuinus magister laudat, sunt exacta quædam tristitia, perfectusque dolor, qui Christiani cor disrumpat, recordantis se Deum offendisse, quem super omnia diligere deberet: simulque considerantis huius clementissimi patris immensam pietatem, qui eum ad veniam expectauit, atque ad ignoscendum facillimus est. Et hac consideratione cor tenerum redditur, suspiriaque atque aliquando affluenter lachry- 2. Cor. 7.
23 mas destillat. De hac dicit ibidem sanctus Apostolus: Quæ *Ibidem.*
enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Lachrymæ etiam ob aliena peccata sanctissimæ sunt. Ezechiel Propheta ministros iustitiæ Dei vi- *Ezech. 9.*
dit, qui egressi sunt, & percutiebant eos, qui erant in ciuitate, cœpitque plorare, dicens: Heu, heu, heu Domine Deus, ne disperdas omnes reliquias Israel. Et priusquam illi inciperent interficere: vidit hominem deferentem atramentarium: cui dixit Deus: Signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Soli, qui præ nimia charitate aliena peccata lamẽtaban tur, interitum euaserunt.

Eia fratres, nunquid horum aliqui adsunt? Vbinam sunt
24 cygni, semper in aquis mundissimis innatantes? Vbinam sunt iusti, qui non suas tantum, sed proximorum etiam imperfectiones lamentantur? De his dicit Dominus: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* De his, quæ ex Euangelica lectione supersunt, cum tempus agendi non suppetat, aliquot saltem partes breuiter percurram: quarum vna hæc est: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Misericordia duo connotat: alterum alienæ miseriæ cognitionem: alterum verò efficacem voluntatem misero succurrendi: hocque posterius quædam de proximi labore compassio comitatur. Quod si virtutem hanc secundum duo illa priora consideraverimus, eam in Deo perfectissimè reperiemus: ipse enim omnes homi-

num

num ærumnas manifestè cognoscit: eisque cùm sibi placet, libẽ- 25
tissimè subuenit. Tertia verò pars in eo non reperitur: est enim
totius doloris, ac passionis immunis. Vnde huic diuinæ miseri-
cordiæ tanquam fonti perenni multos Dei effectus Dauid attri-
Psal. 102. buit. Et sic cum in Psalmo dixit: Miserator, & misericors Domi
nus: longanimis, & multum misericors; illud, &, non est illic co-
pulatiuum, sed causale. Vultque sanctus Propheta dicere: Ideò
Psal. 85. est longanimis, quia multum misericors. Et alibi: Quoniã tu Do
minus suauis, & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocan
tibus te; illud, &, vltimum, etiam est causale, non verò copulati-
uum. Et vult dicere: Quia tibi Domine infinita inest misericor-
dia, quæ ex multis beneficijs, quæ facis inuocantibus te, declara-
tur, ideò es suauis, & mitis. Itaque Deum esse erga homines lon-
ganimem, mitem, atque suauem dicit Dauid ex eo prouenire, 26
quod est multum misericors. Ex quo infertur, quòd si singularis
hæc misericordiæ virtus nobis inesset, in eaque Deum nostrum
imitaremur, qui singulari cognomine misericordiarum pater ap
pellatur, ex illa mirabiles erga proximos nostros effectus prode-
derent. Quia verò hæc nobis deest, ideò nos fratrum nostrorum
necessitatibus passim desumus: quia vnusquisq; solus bonis suis
simile. frui vult. Hortulanus, qui ex arbore nihil aliud vult, quàm pul-
chritudinem amœnitatem, atque vmbræ refrigerationem, non
superfluos eius ramos abscindit, sed illos accrescere gaudet, quò
maiorem faciat vmbram. Qui verò non vmbram quidem, sed fru
ctus expetit, diligẽter superfluas virgas amputat, vt humor, quo
illæ alendæ erant, in fructum vertatur. Sic, qui ex statu sui arbo
re nihil aliud, quàm tranquillitatem, saturitatemque temporalẽ 27
expetit, hic non curat superflua abscindere, quę animæ virorem
atque virtutẽ ad se alliciunt, eleemosynas, scilicet, ex ijs largien-
do: sed potiùs vectigalia, honores, possessionesque suas crescere
gaudet. Sibique sub earum vmbra indulgens, dicit quod infœ-
Luc. 12. lix ille diues animæ suę dicebat: Anima, inquit, habes multa bo
na posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare.
Qui autem ex statu suo, quasi ex arbore beatitudinis fructũ pro
dire curat; hic omne superfluum ab illa extrahit, quod conscien-
tiæ officit, illudque pauperibus elargitur: & aliquando etiam nõ
superflua solùm, sed etiã necessaria demit. Et de his omnibus di-
cit Dominus: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam
consequentur.

28 consequentur. O diuites huius seculi gaudete. In his enim ver-
bis Dominus viam vobis aperit, qua ad cœlum pergere, atque
ingredi possitis. Quòd si hac non introieritis, non (credo) videbi-
tis faciem Dei. Non enim ostium aliud video, quo in eius atriũ
ingredi valeatis. Non intrabitis per spiritus paupertatem, siqui-
dem spiritu, & voluntate diuites estis? Non per mansuetudinẽ,
cùm tam soliciti diuitias acquiratis, atque seruetis. Non per la-
chrymas, cùm vna voluptate transacta statim aliam quæratis.
Non per famem iustitiæ: nam etsi iustitiam cupitis, illam domi
vestræ videre nolletis. Non per cordis puritatem: siquidem tot
illud cupiditatibus, atque immunditijs obscænum geritis. Non
per pacem: siquidem tot quotidie lites agitis. Non per toleran-
tiam persecutionum, siquidem quivos in palli j pilo tangit, eivi-
29 tam, honoremque curatis adimere. Quo igitur ostio ad cęlestem
beatitudinem vultis introire? Vultis ne foris manere, vt æternis
inferni cruciatibus torqueamini? O cæci cæci oculos aperite, di
uinam maiestatem laudate, qui vos absque remedio relinquere
noluit. Audite quid ipse quibusdam dicat cùm magna eorũ pec
cata retulisset: Veruntamen quod superest, date eleemosynam, *Luc.* 11.
& ecce omnia munda sunt vobis. Idem vobis ego ipsius nomine
dico: Estote misericordes: de bonis vestris cum misericordia pau
peribus subuenite, sicque ad veram pœnitentiam agendam di-
sponemini, & misericordia vtentes illam à Domino conse-
quemini.

Beati mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt. Nõnulli grauissimi *D.Tho. in*
doctores, nõ absque probabilitate asserunt, beatitudinẽ in Dei *4. d. 49.*
30 visione consistere. At probabilis valde mihi sententia videtur *art. 1. q. 1.*
dicentium nostram beatitudinem precipue in Dei amore, huius- *& 1. 2. q.*
que diuini amoris fruitione sitam esse. Cuius ratio est, quia, sicut *3. artic. 4.*
Deus peccatorem in terra iustificat: ita illum in cœlo glorificat. *Scot. n. 14*
Credimusque Deum ad peccatoris iustificationem fidei funda *d. 49. q. 4.*
mentum proponere, cuius sedes est intellectus: cœlestèque hoc
ædificium per spem erigitur: sed præcipuè in charitate consistit,
cuius sedes est voluntas. Sic est in glorificatione. Illius quippe
principium est visio intellectui facta: præcipuum tamẽ illius in
voluntatis amore consistit. Et siquidem secundum philosophũ *Arist. 9.*
experimur in humana generatione priora imperfectiora esse: *meta. tex.*
sic oportet nos fateri in illa diuina regeneratione, nõ ex eo quod *com. 15.*

intellectus in glorificatione sit prior, sequi, eum esse perfectiorem: sed in voluntate potius, quæ Creatori suo perfectè coniungitur, perfectionẽ esse statuendam. Si enim beatis daretur optio, potiùs eligerent visionis carentiam, quam vnum veniale peccatum committere: quamobrem magis beati amorem quàm visionem faciunt, & ex consequenti amor præmium & vltimus finis erit; cùm finis vltimus sit id, quod magis amatur, & desideratur. Corda igitur vestra, fratres, per veram pœnitentiam purificate, Deumque laudate, qui mundis corde diuinam visionem pollicetur, non vt ibi sistant, sed vt ad gustum, ac fruitionem amoris accedant. 32

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Valdè pensandum est soli paupertati spiritus, persecutionumque tolerantiæ cælorum regnum in præmium à Domino absolutè promitti, cùm alijs virtutibus non tam absolutè, atque vniuersaliter illud polliceatur. Fecit hîc Dominus sicut pater multas habens filias, alias decoras, & alias informes: qui in decoris totam substantiam suam seruare videtur: pulchris enim tantam dotem non esse necesse cognoscit. Et sic prisca quondam consuetudo fuit apud Malagatas, quod pater pulchas, & indecoras habens filias eas in forum proferebat: & qui pulchram vxorem ducere volebat: indecoræ dotẽ præbebat: & sic vtraque nubebat. Sic supernus mundi Saluator, videns mansuetudinem, misericordiam, & pacem, cordisque puritatem filias esse valdè decoras, non illis tam absolutas dotes assignauit. Paupertas verò, & persecutionum tolerantia sunt, hominum videri, deformes: ideò clarioribus verbis maximam dotem illis oportuit assignari. 33

Simile.

His virtutibus totis viribus, totoque conatu sancti, qui tranquilli, atque pacifici Deo fruuntur, intenderunt. Et siquidem, vt nos ex osse, & carne constiterunt, nosque eundem fautorem habemus, idemque expetimus, quod ipsi instantissimè quæsierunt, eos diligentissimè curemus imitari, quò gratia repleti cum illis cælesti gloria perfruamur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

FINIS.

SALMANTICAE,
Excudebat Ioannes Ferdinandus.
1584.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SALMANTICÆ,
Excudebat Ioannes Ferdinandus.
1584.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca